Baldi in Decret commentaria
367 3

BALDI

VBALDI PERVSINI,

IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTISSIMI,

IN DECRETALIVM VOLVMEN Commentaria,

FRANCISCI DE PARONA, ALIAS EXCVSIS,

VINCENTIIQVE GODEMINI nouiſsimis, nunc primùm additis,

Adnotationibus illuſtrata.

Cum Summarijs, & Indice rerum ac verborum memorabilium, locupletiſsimis.

Hac in Editione, ſummo ſtudio ac diligentia, ab innumeris & variis mendis expurgata.



BIBLIOTHECA FACULTATIS DE DROIT DE PARIS

VENETIIS, Apud Iuntas, MDXCV.

Ex libris Evangelistæ Antonini Arimini

BIU Cujas

Rubricę huius voluminis.

Alienatione iudicii mutandi cauſa facta 144
Appellationibus, relationibus, & recuſatio-
nibus. 287
Arbitris 145
Authoritate & vſu [illegible] 93
Cauſa poſſeſſionis & [illegible]catis 175
Clericis peregrin[illegible]ntibus 211
Cohabitatione [illegible]m & mulierum 316
Confeſſis 196
Confirmati[illegible] vel inutili 212
[illegible] 9
[illegible] 56
[illegible] 168
Dolo& co[illegible]tumacia 185
Eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſer-
uandæ 191
Electione & electi poteſtate 65
Exceptionibus 243
Feriis 170
Fide inſtrumentorum 237
His quæ vi metuſve cauſa fiunt 142
In integrum reſtitutione 143
Iudicijs 147
Iuramento calumniæ 166
Iureiurando 247
Litis conteſtatione 152
Maioritate & obedientia 131
Mutuis petitionibus 158
Officio delegati 99
Officio legati 122
Officio iudicis ordinarii 125
Ordine cognitionum 172
Pactis 134
Plus petitionibus 174
Poſtulando 137
Poſtulatione prælatorum 61
Præſcriptionibus 268
Præſumptionibus 243
Probationibus 198
Procuratoribus 137
Renunciatione 94
Reſcriptis 27
Reſtitutione ſpoliatorum 180
Sententia & re iudicata 278
Sequeſtratione poſſeſſionis & fructuum 194
Summa trinitate & fide catholica 7
Supplenda negligentia prælatorum 98
Syndico 142
Teſtibus 214
Teſtibus cogendis 235
Treuga & pace 133
Tranſactionibus 136
Translatione epiſcopi 93
Vita & honeſtate clericorum 313
Vt lite non conteſtata &c. 160
Vt lite pendente nihil innouetur 193

BIU Cujas

BALDI VBALDI PERVSINI,

Dilucida, ac ſubtiliſsima Commentaria, ſuper Primo Decretalium,

Franciſci de Parona, ac etiam Vincentii Godemini, Iuriſconſultorum Adnotationibus illuſtrata.

BIBLIOTHEQUE DE DROIT

SVMMARIVM.

1 *Deus eſt prima cauſa.*
Cauſa quælibet eſt nobilior ſuo cauſato.
Bene cœpta Deo adiuuante geruntur.
2 *In nomine Ieſu omne genu flectitur.*
Cœli firmamentum in Chriſto firmatur.
3 *Deo iuſtiſſime debetur honor, timor, & amor.*
Interpretatio teſtamenti augetur propter honorem Dei.
Sapientiæ initium eſt timor Domini.
4 *Homo creatus fuit in ſtatu innocentiæ, ideſt, in iure naturali.*
5 *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, a Deo eſt.*
6 *Iuris canonici ſanctitas iuris ciuilis ſublimitate decoratur, & maieſtas iuris ciuilis firmatur canonum authoritate, & vnum propter aliud coruſcat, & magis timetur.*
Legis primum condendæ timor fuit in cauſa.
7 *Ingenij, ac doctrinæ ſingularis viro miſerius eſt non dimittere monumẽta ſuæ doctrinæ ſtudioſæ poſteritati, quam diuiti ſine hærede decedere*
8 *Inueniendis inuenta non obſtant.*
9 *Intellectus ad inſtar ſolis oritur, & occidit, & nunquam moritur.*
10 *Natura agens eatenus operatur, quatenus patiens eſt diſpoſitum.*
Fruſtra laboratur quod a natura concutitur.
Ingenia craſſa interdum ſolicitudine fiunt ſolertiſsima.
Maior virtus eſt idem effeciſſe in difficiliori materia.
11 *Homo, ad inſtar naturæ, ſemper debet conari ad optima.*
12 *Cibus vt ex qualitate digeſtionis ſalutaris eſt, vel noxius, ita & ſcientia ex bonis, vel erroneis fundamentis comparata.*
Error præcipue fundamenti, totam ſcientiæ maſſam corrumpit.
Nimia tum ſubtilitas, tum ſcrupuloſitas reijcienda.
13 *Scientia illa eſt laude digna quæ vetus eſt, & bene fundata.*

PROOEMIVM.

2 INitium. a Faciendũ a Deo, 23. diſt. in nomine Domini, & Auth. de hç. & Falc. in prin. Rubri. † Nam Deus eſt cauſa prima, & omnis cauſa b prima eſt maior & nobilior ſuo cauſato, nã propter quod vnumquodque tale, & illud magis. C. de ſacroſ. eccl. authent. multo magis. Item creator in infinitum eſt maior creatura. Et quia omnia recte gerũtur, ſi
1 b
a principium fiat decens & amabile Deo, vt in Authenti. quomodo oportet epiſc. in principio. † Inuocata igitur Spiritus ſancti gratia, de cuius plenitudine ſecundum Apoſtolum, omnes accepimus, fundãdoque ſuper lapide angulari Domino Ieſu Chriſto Domino noſtro, in cuius noĩe ſecundum Apoſtolorum, omne genu flectitur cęleſtium, terreſtriũ, & infernorum Ipſe enim eſt fundamentum ſuper quo firmatur cęli firmamentum. 2. quæſtio. 1. cum Paulus. quamquam tremula voce, quia ſcriptum eſt, Tu quis es, qui enarras meas
3 iuſtitias; † Quia iuſtiſſime honor Deo debetur pp magnam gloriam ſuam. ff. de au. & arg. leg. l. Titia. §. fi. vbi dicitur, ꝙ ꝓpter honorem Dei augetur interpretatio teſtamẽti, & eſt tex. notabilis. Et eidem debetur timor, quia cum leo rugiet, quis nõ timebit? Item initium ſapientiæ eſt timor Domini, amor quoque diligens. Diligã te Domine fortitudo mea, & quia gloria & honore coronauit hoĩem, & cõſtituit eũ ſuper om-
4 nem creaturam corpoream, vt in Pſal. † In ſtatu innocentię creatus eſt homo, quod proprie dr̃ ius naturale, dataq; eſt ei
5 pro ſummo bono libertas. Tamen † quia alibi ſcriptum eſt, Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, & de Dei benignitate cõfiſus, alium opus aggredior, ſequens veſtigia maiorum anteceſſorum, cõcedente ſummo genitore gratiarum, qui dat cordi ꝯcipere veritatem, & cogitare ęquitatem, & linguæ ordinatum motum, & dulcem melodiam, & memoriam diu gratiam ille concipit, ille canit, ſcribit digitus, fęlici diplomate vtar ex coniunctione paginarum vtriuſq; iu-
6 ris. † Nam iuris canonici ſanctitas iuris ciuilis ſublimitate decoratur, & econuerſo iuris ciuilis maieſtas canonum authoritate firmatur, & vnum ꝓp aliud coruſcat, & magis timetur.
7 Nam primas in orbe leges fecit timor, † Quia quemadmodũ
c triſte eſt diuiti decedere ſine hærede, ita miſerrimum c eſt habenti a Deo gratiam intellectus, poſteris ſuis, id eſt, ſtudioſis nihil ſcriptum dimittere, quo poſſint velut hrdes intellectus aliqualiter ꝓſolari. Dicet aliquis, ad quid loqueris, cũ tot ſcripſerint q mundum illuminauerunt? Rñ. adhuc multum re-
8 ſtat operis, multumq; reſtabit, † qa inueniendis inuenta non
9 obſtant, teſte Seneca. † Nam ad inſtar Solis intellectus oritur & occidit, vadit. & redit, & nunq̃ morit, ſed ſuis vicibus oc-
10 cultatur. † Sane Sol cadit & imber ſuper vitẽ & ficulneam, & producunt vberes fructus, ſi bonæ ſunt, nec natura deſinit ꝓducere eos, licet eruca, & brucus interdum comedat ipſos, qa natura non deſinit bene operari, in quantum poteſt. Sed interdum non põt propter duriciem & reſiſtentiam, quę eſt in ſuſcipiente materia. Ãgunt Sol, Luna, & reliquæ influentiæ cęleſtes in ficum fatuam, & non põt eam a ſua ſpecie trãſmutare. Sic in ingenijs omnino indiſpoſitis accidit ad diſciplinas, quia fruſtra laboratur, quod a natura concutitur, vt no. ff. de legatis 3. l. Stichus. aliquando tamen ingenia groſſa ſtudiorum ſolicitudine redduntur efficaciſſima ad omnem capacitatem intellectus. Et eodem Seneca teſte, maior virtus
11 eſt idem effeciſſe in difficiliori materia. † Vtere igitur anima rationali, & diſce a rerum natura, quæ nũquam ceſſat conari ad optima, vt Ariſtoteles ait. † Sed cauendum eſt, nam ſicut cibus qui in ſtomacho non digeritur, malum generat humorem, vel mittitur in ſeceſſum: ſi autem in ſtomacho bene decoquitur, & dulceſcit, tunc in vitale & ſalutare conuertitur
12 nutrimentum: ita in ſcientijs accidit, nam error, præcipue fundamenti, totam maſſam corrumpit, & plerunque per nimiam ſubtilitatem pernitioſe erratur, vt ff. de verborũ obligatio. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. nec etiam nimia ſcrupuloſitas placet, vt ff. de excuſation. tuorum. l. ſed hæc nimium.

Sed

ADDITIONES.

a Quòd ſit faciendum initium a Deo in quibuſcunque rebus, etiam minimis, vide egregie ac cumulat. per dom. And. Barba. in repet. rubricæ, infra de fide inſtrumen.
Vincentius Godemini Nota, quòd initium geſtorũ debet inſpici, l. Pompon. la 2 & ibi Bar. ff de neg geſt.

b Vinc. God. Prima cauſa ſemper pluis influit in cauſarum, quam cauſa ſecunda, vt ponit Curt. in conſ. 1. num 9.

c Adde quod præclare etiam commemorat idem Bald. in præludijs libri feudorum, quod qui in diſciplina aliqua diutius laborarunt, aſtringuntur ex profeſſionis debito, quæ mente conceperunt, inſtar ſeminis, in lucem proferre. & de iſto dicto Bald. hic, vide pulchre per dom. Iaſ. Mayn. in prooem. feudorum.

BIU Cujas

3 †Sed illa scientia est laudãda, quæ est vetus & bene fundata, vt ff. de iure patro. l. diui fratres. Hæc autem scientia requirit in hoc summo volumine, de quo secũdum Inn. scribitur in Ezechiele, Venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur libertate, id est bonis spiritualibus & æternis, temporalibus etiam & terrenis. Item dulcedine intellectus, quæ calamo nũquam describi potest, ac etiam scripturarum consolatione. Ad quæ iuuet nos ille, qui secundum Apostolorum, est vnicus legislator & iudex.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius nomen pontificale est, inde sumptum quod Pontifex Dominicum gregem regat.*
2 *Pontifici tota spiritualis monarchia commissa est, propterea que cõcurrit cum omni prælato in iurisdictione, & potestate.*
3 *Compromissum generaliter factum seminata super quibusdam discordia, non comprehendit res pacificas.*
4 *Caro omnis facile corrumpit viam suam.*
5 *Episcopi constitutio generaliter statuentis quod in sua diœcesi seruentur consuetudines, & non canones, non valet.*
Constitutionẽ facere in derogationem potestatis clauium est hæreticũ.
6 *Mutatio nominis cur potius sit in Papa, quam in Imperatore.*
7 *Nomina quæ immutabilia sint, quæ mutabilia.*
8 *Nomina debent posse adaptari rebus aut factis, alioquin vana sunt.*
9 *Eimonius in diuersis contractibus diuerso nomine vtens ad decipiendũ contrahentes, incidit in stellionatum.*
10 *Nominis mutatio triplex, quare earum licita sit, quæ prohibita.*
11 *Papa est culmen episcoporum cæterorum, quos intellectus potest imaginari, solutusque ab omni lege & regula præterquam euangelica, & apostolica.*
12 *Papa debet esse vir apostolicæ sanctitatis.*
13 *Princeps non præsumitur vti plenitudine potestatis in prꝑiudiciũ tertij.*
14 *Papa quando scribit de plenitudine potestatis, an quid opponi possit quod annullet gratiam.*
15 *Character vnius ordinis non præsupponit characterẽ alterius ordinis.*
Proprietas vbi requiritur, ibi fictio locum non habet.
Veritas consistit in facto, non in ficto.
16 *Papa dicitur seruus seruorum, quantum ad humilitatem, nam quoad potestatem, est dominus dominorum.*
Imperator est iudex iudicum.
Papa potest cuilibet directo stipulari.
17 *Stipulari alteri cur ius ciuile permittat indirecto, non autem directis verbis.*
18 *Serui diaboli non sunt sub protectione Papæ.*
Iudæi & Saraceni possunt compelli ad præstandas decimas reales.
Infideles possunt puniri per iudicem territorij, vbi commorantur.
19 *Saracenus turbans fidem catholicam potest puniri per episcopum, & togi ad restitutionem vsurarum.*
20 *Papa cur se vocet seruum seruorum Dei, non autem seruorum hominum, vel pœnæ.*
21 *Scholarium famuli qui dicuntur.*
22 *Indigni an comprehendantur hoc nomine, dilectis, quando scribitur vniuersitati.*
23 *Filiorum appellatione, in literis Papæ, quando veniant episcopi.*
24 *Episcopi qui sunt inter studientes, an comprehendantur sub vniuersitate.*
Qualitas ea inspicitur, quæ est in generibus singulorum, non in singulis generum.
25 *Grex, & familia, an dicatur vniuersitas.*
26 *Doctor, qui desinit esse scholaris, an perdat priuilegium scholarium.*
27 *Stante statuto, quod doctor non possit esse rector studij, an doctor in arte, & scholaris in medicina possit esse rector.*
28 *Prohibens potentius est quam id, quod permittit.*
Mixtum, vbi mixti naturam seruare nequit, assumit naturam simplicis nobilioris.
Scholaris diuertens ad curiam statim rediturus dicitur esse in scholis.
Priuilegium studij datur etiam danti operam scientiæ, quamuis is non fit in studio.
29 *Reditus beneficiorum, & præbendarum, debentur scholaribus in studio generali, quod limi.*
30 *Scholaris, qui est in studio, an teneatur dicere horas. Et an doctores & scholares faciant vnam vniuersitatem an duas, & an vniuersitates debeant confirmari a superiore, & an infamis possit esse rector.*
31 *Remotus ob delictum ab officio, iterato eligi non potest.*
32 *Doctores per se, & scholares per se, an faciant integram vniuersitatẽ.*
33 *Scholares, si habent electionẽ iudicis, coram quo iudice conuenientur.*
Clericus, etiam scholaris, non potest in secularem iudicem consentire.
Consuetudo, quod clericus respondeat in alieno foro, non valet.
34 *Clericus scholaris an teneatur iurare rectori laico de obediendo sibi.*
35 *Scholarium rector an ille possit esse, qui fuit iudex maleficiorum, & fecit executiones capitales.*
Iudex maleficiorum, qui fecit capitales condemnationes, an possit esse Vicarius episcopi.
Infamis nec rector, nec decurionum præpositus esse potest.
36 *Scholarium rector, si est laicus, committatque causam clerico, an ille clericus poterit inter clericos consentientes iudicare.*
37 *Notarius vniuersitatis scholarium an possit esse merus laicus.*
Notarius potest quis esse in quacunque causa, in qua potest esse testis.
38 *Scholaris conuentus a carpentario coram potestate si declinet iurisdictionem potestatis, & eligat doctorem suum, an poterit reconuenire agentem coram doctore.*
39 *Scholaris quomodo probetur qui is esse. Et qualiter probetur qã quis sit clericus. num. 40.*
41 *Insigna doctoralia, an sint de substantia doctoratus.*
Imperator non dicitur graduatus nisi recepta insula coronali.
Solennitas quæ possit omitti, quæ non.
42 *Insignia solennia doctoratus sunt tria. Et an de doctoratu possit fieri fides per testes.*
43 *Testes duo si dicant, quod viderunt quempiam doctorari, quia viderunt eum cathedrari, an probent.*
44 *Doctor an possit subornare scholares acquirendo eos per pecuniam.*
45 *Terminus restrictiuus non restringit, vbi restringere non potest.*
Terminus iste, vniuersis, an restringatur per subsequens, scilicet Bononiæ commorantibus.
46 *Officia publica an habere possit qui membris caret.*
47 *Apostolica benedictio in quem cadat, & quid de maledictione.*
48 *Salutatio quid operetur, & quid benedictio, & quid maledictio.*
49 *Testator si proferat hunc sermonem, filium meum maledico, an nihilominus is suus hæres sit.*
50 *Pater maledicendo filium cum causa sufficienti ad exhæredationem, an videatur eum exhæredare.*
51 *Papa, si scribat de plenitudine potestatis, an omnia annihilet quę possunt obuiare rescripto.*
52 *Causa librorum sunt quatuor. Et quod causæ entium contractuum, & rerum sunt infinitæ.*



1 Gregorius. Non continuatur, quia a nullo deriuatur. & istud nomẽ. †Gregorius, est nomen Pontificale, qđ significat gregem Domini, quem habet regere, & gubernare, † cui
2 tota monarchia spũalis est commissa, & thesaurus oĩs dignitatis in eo est, ita, vt nulla sit dignitas spiritualis vel ecclesiastica, cui nõ prꝑsideat, vnde dicit Ioannes Monachus, quod Papa pater patrum cum omni prælato in potestate, & iurisdictione cõcurrit, & tamen per ꝓcursum nihil minuitur ei, quia superior & inferior potestas non resecãt se inuicem, vt notatur C. de officio præfec. vr. l. prima. Et diuiditur in rubrum & nigrum. Secunda ibi, Rex pacificus. Item prima subdiuiditur in duas, quia præscripsit nomen apostolatus cum eius qualitate. Secundo subijcit, quibus scribit cũ salutatione & apostolica benedictione. Secunda ibi, dilectis. Item secunda pars principalis subdiuiditur in septem partes. Nam in prima parte Dei potentiam insinuat. In secunda naturam humanam deprauatam demonstrat, & propter qd.
In tertia dicit, quòd contra tales morbos iustitia succurrit, &
3 occurrit. † Et sic est argumentum, quod compromissum generale factum, seminata super quibusdam discordia, non videatur factum de rebus pacificis, & est quodãmodo expressum. ff. de legatis secundo. l. cum pater §. dulcissimis. In quarta parte ponit causam operis materialem. In quinta finalem. In sexta ministrum & formam mãdati. In septima & vltima
4 statuit. Secunda ibi, sed effrꝑnata. †Et nota, qnod omnis caro de facili corrumpit viam suam, quia lubrica est. at vita sua ẽ proprie illa, quę data fuit homini in statu innocentiæ. Tertia ibi, vt nisi iustitia. Quarta ibi, sane. Quinta ibi, ad communem Sexta ibi, per dilectum. Septima ibi, volentes. Casus complectens rubrum & nigrum sic figuratur, Gregorius Papa IX. seruus seruorum Dei, scribit dilectis filijs Doctorib. & scholaribus vniuersis Bononiæ commorantibus, salutando, & benedicendo eos, dicens, quod Rex pacificus pia miseratione disposuit, quod humanum genus viueret sub tribus regulis principalibus, scilicet sub regula pudicitiæ, pacis, & modestiæ. sed homo, ex libertate prꝑceps. cum proprio arbitrio in cupiditatem exarsit, quę cupiditas est sui prodiga, paci inimica, mater litiũ, & materia iurgiorum, & ideo quotidie noua litigia generat ita, quod nisi iustitia conamina prędicta reprimeret. & qõnes implicitas explicaret, ius humani fœderis iurgãtiũ abusus extingueret, & dato libello repudij, ꝓcordia extra mũdi terminos exularet, ideoq; lex prodit ut appetitus noxius sub iuris regula limitetur, ꝓ quam regulam genus humanum sub tribus iuris prꝑceptis informat, s. vt honeste viuat, alterũ non lędat, & ius suũ vnicuiq; tribuat. & ob hoc factæ

fuerunt

BIU Cujas

fuerunt conſtitutiones,& Decretales epiſtolæ. ſed in diuerſa volumina diſperſę,aliquę propter nimiam ſimilitudinem ſuperfluæ : aliquæ contrariæ : aliquæ propter ſui prolixitatem confuſionem inducere videbantur,aliquæ extrauagantes & incertę.Ideo ad communem vtilitatem & maxime ſtudentium,mandat per fratrem Raymundum ſuum capellanum illas in vnum volumen redigi, ſuperfluis reſecatis,adiunctis etiam conſtitutionibus, & Decretalibus epiſtolis iſtius Gregorij, per quas multa,quę in prioribus erant dubia, declarantur. Deinde ſtatuit. quod nullo alio volumine Decretalium debeamus vti in iudicijs, & in ſcholis, niſi preſenti volumine. Aliam etiam conſtitutionem fieri prohibet abſque autho
5 ritate ſedis Apoſtolicę ſpeciali.Iſte eſt caſus texualis.† ergo ſequitur, ſi epiſcopus faceret conſtitutionem,quod in ſua dioe ceſi ſeruarentur conſuetudines,& non canones, generaliter ſtatuendo, non valeret conſtitutio epiſcopi. & facere conſtitutiones contra ius commune eſt hereticum. Nunc reuertor ad rubrū declarando quodlibet verbum.Ibi, Gregorius. iſte primo vocabatur Thebaldus,ſicut Innocen. quartus vocabatur Symbaldus.non ergo iſtud nomen, Gregorius, eſt nomen primæ impoſitionis,ſed ſecundę.Propter dignitatem apoſtolatus fit noua creatura,& nomen proprium tacetur tā quam minus excellens, & nomen ſecundę inuentionis, id eſt pontificale,debet exprimi. Et ideo ſi ſcribetur Papę ſub nomine proprio baptiſmali,poſſet ratione dicere, iſtæ literę
6 non diriguntur mihi,vel quia videtur in contemptum. † Et no.quod iſta mutatio nominis fit in Papa, non in Imperatore,licet dicat ſe Dominum in terris.vt C.de ſum.Trini.epiſtola,inter claras, verſiculo. Iuſtinianus, quia eius dignitas alta eſt,tamen nomen proprium idem perſeuerat, licet, coruſcatione dignitatis polleat, vt.ff.de legatis.ij.l.quod principi, & l.
7 ſi Auguſtę.† Amplius quædam ſunt nomina generalis impoſitionis,vt bos,& aſinus.& iſta ſunt immutabilia quaſi naturalia.l.4.de leg.j.Quędam miſterio iuris ſunt introducta,vt teſtamentum codicillus, & idem propter legis ſtatutum. C. de codicillis.l.finali. Item quędam propter authoritatem veterum, quia authoritas antiquorum ius facit, & de omni lege pōt reddi ratio ab authore,licet nō ſit rei naturalis,ſed eſt ratio ab experientia,vel a ſimilitudine rerum, vt cauda equina apud medicos. Nomina autem magiſtralia, quibus non eſt datum certum myſterium a iure, item nomina ſpecialis deſignationis,vt Petrus,bene poſſunt mutari, ſi non captioſa ſit mutatio.Item reperio,quod quandoque codicillus dicitur breue teſtamentum, vt l.militis. C.de teſtamento militari.qđ non requirit confirmari ab alio herede adeunte. & dicitur,
8 quia breuis codex eſt.† nomina debent poſſe adaptari rebus ipſis,& factis,alias ſunt vana & irrita, vt l.j. C.de caducis tollend. Eſt & alia mutatio ignominioſa fallens & prohibita, & ſi fit in damnum alterius,acriter & infamiter punienda,& cō modum proinde ſecutum auferendum, vt no.ff.ad municipa.l. Titio cum eſſet. & no.† quod binomii a non debent ſe
a in vno contractu mominare vno nomine, & in alio contractu alio nomine ad decipiendum contrahentem per diuerſitatem nominis,quia hoc eſſet crimen ſtellionatus,argumento ff.de pignoratitia actione.l.j.in fine.bona autem fide bene licitum eſſet facere,vt legitur de quadrinomio, vt ff.de condictione indebiti.l.Stichus. Opponitur quod non licet nomen
10 mutare,vt l.prima.C.de mutatione nominis. ff.ad municipales.l.Titio.† Solu.hic eſt mutatio gratioſa.ibi calumnioſa. Inter has eſt quędam & media,quæ neque gratioſa, neque calumnioſa,& iſta licita eſt.ſi nemini damnum inferat, nec inferre poteſt,alias ſecus, niſi fieret cauſa decipiendi latronem, vel aſſaſſinum,vt no.in l.j.§ non fuit.ff.de dolo,in glo.ordinaria.& ſic nomen poteſt fingi ex cauſa.Et adde, quod nota.in
11 proœmio ſexti libri. † Ibi, Epiſcopus, non ſolum eſt epiſcopus,ſed culmen epiſcoporum, & cęterorū, quos intellectus poteſt imaginari,cui data eſt clauiū plenitudo, & ſumma libera poteſtas, quæ appellatur poteſtas abſoluta ab omnibus vinculis canonum, & ab oī regula arctatiua, pręterquam ab
12 euangelica,& apoſtolica.† Papa denique non eſt apoſtolus, ſed apoſtolicus,& debet eſſe vir apoſtolicæ ſanctitatis,vt not. C.de ſacroſanctis eccleſiis.l.j. de ſumma Trinita.& fi.catholib.alias, vt dicit Philoſophus, malus Rex tirannus fit. de plenitudine ptātis no.c peruenit,de cen.in nouella, & in capitulo,magnę.de voto,in nouella.tamen quędam ſunt ei poſſibilia,quæ non ſunt honeſta,nec laudabilia,vt beneficium reuocare,vt no.de conſan.& aſſi.c.quod dile. & de immuni.eccle.
13 cap.peruenit, & de iud.cap cum veniſſet, per Hoſt.† Vnde lex,bene a Zenone. C. de quadrien præſcri. non habet locū
b niſi conſtet, quod princeps b vult vti plenitudine poteſtatis, quia non eſt præſumendum, quod princeps concedat rem alienam niſi ex certa ſciētia. & ideo leuis occaſio erroris impedit illius legis vigorem, & adde quod dicā infra de iure iu.
14 c.debitores.† Dicit collectarius,quod quando Papa ſcribit de
c plenitudine poteſtatis nihil poteſt opponi, quod annihilet gratiam, vt infra de reſcr.cum dilecta. ſed certe imo poteſt opponi ius gentiū, ſi tale eſt,cuius tranſgreſſio crimen inducat vt notat Cyn. C.de precib.imperat. offeren.l. reſcripta.& C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam.in l.fi. & ſi Papa ſcriberet pro intruſo, non eſt leuato velo ei obediendum. facit quod not.Archidiaconus,23.quæſtio.prima.quid culpatur,& glo, Accur.vocat miſeros prælatos illos,qui obediunt Papę prę-
15 pienti iniuſta.debent enim ſuſpendere,donec ſignificent papę.Sed an epiſcopatus ſit ordo,an adiectio ordinis, dic vt notatur in dicto proœmio Sexti libri. Papatus non eſt dignitas, ſed culmen dignitatum.† Illud nota, quod character vnius ordinis non præſupponit characterem alterius ordinis,vt notat.Archidiaconus.3.diſtinctio.cap.primo.& ideo omiſſum eſt ſupplendum,quia vbi requiritur proprietas manus impoſitionis,impropriętas fictionis locum habere non poteſt,quia veritas conſiſtit in facto, non in ficto, neque poteſt vna ſpecies in aliam tranſmutari.omnis enim fictio conſiſtit in ſimi
16 litudine,vel æquipollentia, non in eo,quod eſt proprie veritas,vt alibi dicetur.† Ibi,Seruus ſeruorum, quantum ad humilltatem : nam, quantum ad poteſtatem, eſt Dominus dominorum, & quęcunque poteſtas eſt ſub cęlo,eſt in ſummo Pontifice. De Imperatore dicit gloſſa,quod ipſe eſt iudex iudicum. C.de decurionibus.l.ſi quis, libro decimo. Opponitur,quia videtur implicare contradictionem, quia ſeruus ſeruum habere non poteſt.Solu.hic loquitur de ſeruitute conſcientiali,non mundiali.& nota hic argumentum,quod Pa-
17 pa poteſt cuilibet directo ſtipulari.† Sed hic dubitatur,quare lex ciuilis permittit indirectam ſtipulationem, vt promittis mihi recipienti pro Petro, & non permittit verba directa, vt promittis Petro,vt notatur in l huiuſmodi,in principio,ff.de legatis primo.in primo reſponſio. quia multa poſſunt fieri per circuitum,vbi poſſunt figi pedes,quę non poſſunt fieri recta via,vt patet in aſcenſione montis,ſic in ſtipulatione oportet,
18 quod fundetur aliquo tramite.† Sequitur in textu, Dei.ſerui enim diaboli non ſunt ſub protectione Papę,vt ſunt hęretici,& ſchiſmatici,ſed bene ſunt ſub eius vindicta omnes, qui ſuſceperunt fidem,& declinauerunt ab ea.Qui autem fidem catholicam nunquam ſuſceperunt, de eius grege non ſunt, niſi ratione bonorum,quę poſſident in temporalibus. vnde Iudæi, & Saraceni poſſunt compelli ad ptæſtandas decimas reales,quia res potius,quam perſona conuenitur, vt notatur ff.de negotijs geſtis.l. qui aliena. §. finali.per temporales autē iudices bene poſſunt puniri omnes infideles iuxta territoriū ius dicentis,nec diſtinguitur,vnde,vt l.3. ff.de officio præſi-
19 dis.† Si Saracenus turbaret fidem catholicam,bene poſſet puniri per epiſcopum.l ſecunda C.de ſumma Trinita.Item poſſet cogi ad reſtitutionem vſurarum, quia competit cōdictio indebiti, vt notatur infra de vſuris. capitul. poſt miſerabi-
20 lem.† Et nota, quod dicit, ſeruorum Dei, non autem dicit, ſeruorum hominum, vel ſeruorum pœnę. Porro ſeruire Deo,ſumma libertas eſt, ſed ſeruire vitijs, extrema ſeruitus eſt,vt C. de ſenten.paſſ. l. finali. Item quod nihil gratius li-
21 bertate.vt ff.de fideicommiſſ.liberta.l. Lucius.† Quæro, qui dicantur famuli ſcholarium? Reſpondeo illi quos circa ſe habent,non illi quos tenent in rure.ff.de penu. legata.lege, qui penum. §. ſed quod dicimus. tale eſt notandum. & continentur illi,qui inter famulos ſunt recepti ad ſeruiendum eis præſentibus.ff.de iudicijs.l.ſecunda.§.legatis.vbi not. de pu-
22 blic.l.prima.§.familiæ.† Ibi, Dilectis.hoc nomine non comprehenduntur indigni,quando vniuerſitati ſcribitur ad honorem,ſed ad penam ſic,ff de legatis ſecundo.lege, Lucius Titius Damam.Sed quando non ponitur adiectiuum, Dilectis, aut ſcribitur ad terrorem, vel ad regulam, & comprehenduntur omnes:aut ad gratiam, vel fauorem, & non com-
23 prehenduntur indigni,vel od.ofi.†† Ibi,Filiis,ſub hoc nomine comprehenduntur prelati,& epiſcopi, quando ſcribitur. includuntur enim tanquam contentum ſub continenti non
24 de per ſe ſecundum Io.An.† Quid ſi inter ſtudentes ſunt epiſcopi? Reſpon. & hi comprehenduntur ſub vniuerſitate, qa non inſpicimus qualitatem,quę ineſt ſingulis generum, ſed generibus ſingulorū, & vt plurimū, ſicut dicimus in ſimili,

quod

ADDITIONES.

a Vincen. God.Binomus ſi aliquis ſit,qualiter probetur eſſe illum,de quo agitur, Bar.in Tract.de teſt.ver.rem aliquam,nu.26.

b Vide dominum Felinum in capit.quæ in eccleſiarum, colum.3.de conſtitutionibus.

c Vide Are in c.j.infra de reſcri.

BIU Cujas

quod qui vendicat gregem, intelligitur etiam publicianam proponere pro pecudibus, quæ non sunt suæ, sed sunt de numero gregis. Episcopus habens potestatem super gregē suum habet potestatem & super hęreticos gregis, & schismaticos illius gregis, vt no. ff. de rei ven. Marcellus, vbi glo. singu.

25 † Sed hic quæro, vtrum grex, & familia dicatur vniuersitas? nam illa glo. innuit, quod sic, coniuncta l. licet minimam. ff. de petitione hæreditatis, In contrarium, quia qui petit vnum caput de grege, non propterea petit, nec in iudicium deducit alia capita alio modo, ergo est genus, & species, & numerus,

26 non vniuersitas, alibi dicetur. † Ibi, Doctorib. & scholaribus, per hoc patet, quod doctor desinit esse scholaris, nec habet priuilegium scholarium, licet semper discere possit, vt no. ff. de

27 leg. 3. l seruis legatis. §. ornatricibus. † Sed quid si est doctor in artibus, scholaris in medicina, & statuto vniuersitatis cauet, quod nullus Doctor possit esse rector studii, an iste doctor artium poterit esse rector. & videtur quod non, quia inspicitur

28 qualitas, quę noceat, arg. ff. ad Sillanianum. l. qui posthumos.

a † Item potentius est, quod prohibet a quam id, qđ ꝑmittit, vt ff. communi diuidundo. l. Sabinus dic, quod vbi mixtum nō potest seruare naturam mixti, tunc assumit naturam nobilioris & prædominantis. hinc est, quod mixtum imperium non delegatur, quia assumit naturam nobilioris extremi, idest imperij. Dic etiam plura facientia ad materiā, videlicet an scholaris dicatur esse in scholis, dum diuertit ad curiam protinus rediturus? dicit Archidiaconus quod sic. Item ait, quod priuilegium studii datur non solum morantibus in scholis, sed

29 scientię operam dantibus. † Item ait, quod reditus beneficiorum, & præbendarum debetur scholaribus in studio generali, dummodo sint in studio de licentia sui episcopi, alias non.

30 37. dist. de quibusdam. † Item ait, quod scholaris, qui est in studio, non tenetur dicere horas, si dimisit idoneum substitutum authoritate episcopali, vt no. in c. Eleutherius. xcj. dist. sed an doctores, & scholares faciant vnā vniuersitatem, an duas. dico quod inspicitur consuetudo, & an istæ vniuersitates deant confirmari a superiore. dic quod tantum rector vniuersitatis debet confirmari, alias non haberet iurisdictionem, vt nota. C. de iurisdictione omnium iudicum. l. priuatorum. sed ipsa vniuersitas in substantia sui non indiget confirmatione. vnde, licet ipsa non sit confirmata, tamen potest eligere lectorem, vt no. l. prima. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuersi. no. Sed an infamis possit esse rector. dic quod non, si ei obijciat. sed si nihil obijcitur, standum est confirmationi, vt nota. ff. de senato. l Cassius. & l. ij. §. miles. de infami. facit, quod no. Inno.

31 de concess. preben. c. cum nostris. Et no. † quod semel remotus propter delictum, iterato eligi non potest, vt no in Authenti-

32 co. de armis. §. finali. col. ij. † Ibi, vniuersis, hic colligitur, quod Doct. per se, & scholares per se, non faciunt integram vniuersitatem, idest massam totius studij, nisi aliud sit ordinatū de consuetudine. Et, si vniuersitas non habet rectorem, Doctores possunt congregare vniuersitatem, quia habent iurisdictionem. C. de iurisdictione omnium iudicum. l. finali.

33 † Sed nūquid authenti. habita. C. ne filius pro patre, sit correcta? vbi cauetur, quod scholares habent electionem iudicis coram quo iudice conueniantur, scilicet vel coram ordinario loci, vel coram potestate, seu coram ordinario vniuersitatis, vel rectore, qui subrogatur loco potestatis illius terrę, quo ad ipsos scholares, an corā proprio doctore, qui est quidam regulus suorum discipulorum. an coram episcopo loci, qui maior est omnibus prædictis, vt no. in l. ex ea. ff. de postulando, vbi glossa fin. Et ideo ad ipsum appellatur ab aliis, si prima causa non fuit ventilata coram eo. Respondeo, si scholares sint clerici, vel monachi. non habent optionem iudicis secularis, quia non est capax iudex secularis huiusmodi imperij, nec etiam ipsi scholares clerici possunt in eū cōsentire, vt infra de foro competenti. significasti. C. de epi. & cler. auth. statuimus, & no. ff. de iudiciis. l. j. & non valet consuetudo, vt clericus respondeat in alieno foro. x. distinct. consuetudo per Archidiaconum, secus in laicis, vt ff. de captiuis. l. non dubito. Vel ibi loquitur de ptāte populi Romani, quæ vbiq; extēdit, vnde est ibi potius recognitio, q̄ prorogatio, licet cōpromittere valeant in laicum, quia arbitraria non sunt iurisdictionis,

34 vt C. de epi. audi. l. si qui ex consensu, & l. episcopale. † Ex hoc apparet, ꝙ clerici non tenentur iurare rectori laico de obediē do sibi, quia nō possunt se obligare ad hoc. Et quia, cū omne iuramentum freno iustitiæ tēperet, supplendo. s. in licitis, & honestis, vt no. ff. de reg. iur. l. non vī, §. qui iussu, vbi bona gl. qa iuramentū viribus cōpletum dēt in se habere discretionis iudiciciū, & authoritatē. l. ij. ff. de iureiu. & nō est licitū iudici seculari iubere, nec clerico obedire: merito ad tale iuramentū nō astringūtur: adeo, ꝙ ēt iudex ꝑcularis procederet ꝯ clericū, qui clandestine suscepit ordines clericales: tn̄ processus non tenet, quia in iurisdictione inspicitur potius veritas, q̄

35 error, vt not. Arch. xv. q. 4. placita secularia. † Quæro, nūquid ille, qui fuit iudex maleficiorū, & fecit executiones capitales, possit esse rector scholarium? Rūdeo, non dēt creari, nec creatus confirmari, quia non potest regere principales scholas, s. canonistarū, cum sit homicida manifestus, & qui prohibetur ascendere ad ordines, nō pōt iudicare ordinatos, vt no. Inn. j. de accu. cum P. Manco. sed si est confirmatus & in possessione, quia post cōfirmationē possessio plurimū iuris hēt, ꝑt iuū officium exercere, donec remoueatur ꝑ suū superiorē, vt no. Inn. j. de cōcess. præben. cū nrs. Fui interrogatus, an iste vicarius epi esse possit? & dixi, ꝙ non, quia vicarius nō cōfirmat, & ideo pōt amoueri pro libito superioris, vt ff. de iudicijs. l. iudicium soluitur. De illo infami non est dubitandum, ꝙ infamis non pōt esse rector scholariū, vt C. de dig. l. iudices, lib. 12. & ff. de senato. l. Cassius. Nec ēt præpositus decurionum, vt. ff. de iudi. l. cum prętor. §. fi. siue sit infamis infamia delicti, siue fit infamis infamia inhabilitatis, & quia fama vulgi est, ꝙ est inhabilis. Item iste est in casu notorii demonstrati visu. duo enim sensus reddunt hoīes certiores, proprius visus & pro-

36 prius auditus, quia hi duo sunt sensus nobiliores. † Sed ecce, ꝙ rector scholarium est laicus, committit cām clericō, an ille clericus poterit inter clericos consentientes. iudicare? & vī ꝙ sic, quia sæpe aliquid possumus committere, ꝙ ꝑ nos ipsos nō possumus explicare, vt ff. de verborum obligationib. l. contic nuus. §. si ab eo. Dic contrā, quia commissarius proprium nihil hēt, sed eius, qui cōmittit, vice fungitur, vt. ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdictio. l. j. §. qui mandatā. Itē nemo dat, quod non hēt, nec nisi qualiter hēt. eo. ti. l. si prætor. & 1. q. 7.

37 Daibertū. † Sed nūquid notarius vniuersitatis scholariū pōt esse merus laicus? & vī ꝙ nō, quia non pōt scribere in causis scholarium clericorum, ergo non est idoneus, probatur, quia tabellio fit authoritate Imperatoris, vt no. Inn. j. de fide instr. cum P. tabellio. & sola authoritate Imperatoris est testis fiduciarius, & scriba ordinarius absque dictamine alicuius naturalis rōnis ſm Inn. sed Imperator non pōt dare authoritatem laicis super clericos, quia exempti sunt ab eo. In ꝯriū vī, quia esse notarium non est habere iurisdictionem contentiosam, vel voluntariam, sed est habere quoddam officium testificādi, vt. ff. de testamen. l. Domitius, quod ēt priuata persona interdum dat, vt. ff. de do. præleg. l. Theopompus, & quod no. in l. fi. ff. de prero. stupu. Item hoc nemini nocet, & est publice vtile, vt not. in l. 1 ff. de tuto. & curato. da. ab his. In omni cā, in qua quis potest esse testis, potest esse tabellio, argum. ff. de testam. l. Domitius. Conficere instrumenta non pertinet ad l. iu iurisdictionis, sed ad l. tabellionatus. So dic, quod imo potest scribere acta etiam in causa capituli, quia potest esse testis ad

38 eam. † Sed nunquid scholaris conuentus a carpentario corā potestate, si declinat iurisdictionem potestatis, & elegit doctorem suum, poterit reconuenire agentem corā doctore? Rūdeo, non, quia iste scholaris non trahitur, sed trahit. Item sic excipiendo vī agere, vt. ff. de probationib. l. in exceptionib. Declinatoria fori obiecta ad transferendum forū nō est simplr exceptio, sed electio, sed obiecta ad elidendum forum est exceptio simpliciter & mera defensio. At scholaris agens, vel trahens, reconuentionis beneficium non hēt, arg. in l. fi. ff. qđ

39 quisq; iur. hoc tenuit Ia. de Are. † Sed incidenter quæro, qūo

d probatur, ꝙ sit d scholaris? respondeo, per actus appropriatos scholaribus, & qualis quis est in exercitio, talis pręsumitur esse. Item per matriculam, & si non est in matricula ordinaria, non habetur pro scholari, vt. C. de of. magistri militum. l. eos,

e & ibi gl. ordin. † Item quæro, qualiter probatur, ꝙ sit e clericus? Rūdeo, quia publice portat habitum & tonsurā clericalē, & facit alios actus clericales, & ꝑ clerico cōiter reputāt, qa est in possessione clericatus, & essendo in possessione clericalis habitus, debet per iudicem haberi pro vero clerico, vt solēniter notat Arch. 17. q. 4. si quis suadente, Et no. egregie ꝑ Archi. 100. dis. cōtra morem. Creditur ēt assertioni Cardinalis, si dicit aliquem clericum. 90. dist. nobilissimus, per Arch. & ecō uerso etiam, qui non portat habitum, neque tonsuram. præsumitur non clericus, sed profanus, non quia habitus sit causa essendi, vel fiendi, sed est signum essentiæ consuetum, &

ADDITIONES.

a Et hic. Adde, quod vbi sunt duæ regulæ, vna permissiua, altera prohibitiua, attenditur potius prohibitiua tanquam potentior, l. tutor, in principio, vbi Bartolus not. ff. de suspec. tuto. Doctores, maxime Iason May. in l. si Ruffinus. C. de testa. mil. Franciscus Parona.

b Vincen. God. De insignibus doctoratus vide signo. de Homod. consil. 32. per totum.

c Vide scripta per Moder. in c. 2. de iudi.

d Vide dominum Ioannem Baptistam de sancto Seuerino in proœmio tractat. de debi. fugi.

e Vide Bal. in l. si qua per calumniam, C. de epis. & cler.

BIU Cujas

est argumentum a solitis & a concomitantijs visitatis.xl.dist.
non est facile.argumentum,item signum & signatum con
41 tuntur,vt l.stigmata,de fabricen.† Quero an insiguia docto
ralia sint de substantia dctoratus?& videtur q̄ sic,sicut nō
est miles perfecte,nisi qui est per insignia, & præsertim per
insulam doctoratus.ff ex quibus causis maiores.l. penul. q̄a
sicut quis degradatur per designia, vt ff de infa.l.ij. §.igno-
minie.ita econuerso graduatur per insignia.Nam & Impe-
rator nō dr̄ graduatus, nisi postquā coronantem receperit
insusam,vt C.de quadrien.præscript.l.bene a Zenone.Nā si
ne corona imperialis maiestas non coruscat,vt l.prima, C.
de auro coronario.sed nec Papa vocat se seruum seruorū
Dei,sed electum ante coronationem, vt notatur in procē-
mio Sexti libri. Præterea de solennitatibus nihil est omitten
dum,loquēdo de solennitatibus proprie,& non abusiue,vt
ff.de in integrū restitutio.diuus.sed perfunctoria solennitas
bene potest omitti,vt l j.in fine ff.de ven.inspic.Sol.dico, si
non est insignitus,alij insignia tradere non potest,nec dici
tur pfectū,cui aliquid deest de his,quæ statuta sunt pro for
ma,vt l penultima.C.ad Sc lanianum,& l.prima.ff.de origi-
ne iuris.Nā oīa entiain perfectione consistunt,& rei imper
fectæ non debetur locus,vt ff ad legem Falcidiam.l.si is,qui
42 quadringenta.§.quædā.† Solennia tamē insignia sunt tria,
cathedra,scilicet,quę est inuestitura posiessiua:liber,qui si-
gnificat virtutē & substantiā scientiæ:& biretū, seu insula,
quæ significat splendorē,& ponitur in capite,quia oīs perfe
ctio debet esse in capite.ff.de edendo.l. argentarius. §.nā ra-
tio.a nulus aūt,osculum,& benedictio non sunt insignia,p
prie oppropriata,quia anulum multi portant, multi etiam
benedicuntur,& multi osculo osculantur. Et ideo omissa
benedictione,osculo,& anulo,dummòd o alia triai nterue
nerint doctoralia,nihil detrahunt dignitati.Modo quæro,si
de doctoratu pōt fieri fides per testes?rñdeo,nullo iure caue
tur quod non possit,pōt ergo,vt C. de pactis l. pactū, quod
43 bona fide.† Pone,duo testes dixerunt,q̄ viderunt eū docto
rari,quia viderunt eum cathedrari.respondeo,qui loquitur
de principali,probat ēt annexa sibi,quia ita consueuit ines
se.& consuetudo probatur non solum per singula, sed per
potiora,per locum a communiter accidentibus. vnde por-
tans publice militarem ensem & calcaria deaurata, præsu-
mitur miles,sumpto argumento a cōsuetudine.ff.de pigno
44 ratitia actione,l.vel vniuersorum.† Sed nūquid pōt Doctor
subornare scholares acquirendo eos per pecuniam?gl.dicit
q̄d nō.ff.de calum.l.secunda.quod pessime seruaretur,& cā
est inanis gloria,quā,maxime iuuencs,appetūt, vt nota. C.
45 de transactionibus.l.cum ea.† Ibi,vniuersis.iste teiminus re
strictiuus non restringit,vbi non pōt restringere, vt not.ff.
de hęredibus instituēdis.l.si qs ita legauerit. Similiter dictio
a restrictiua a ea restringit,quibus potest adaptari, salua rōne
recti sensus.Item ampliatiua non ampliat,nisi ea,quæ potest
ampliare,saluo recto constructu verborū.Sed nunquid iste
terminus,vniuersis,restringitur per id,quod sequitur,scili-
cet Bononiæ commorantibus?& videtur quod sic, quia lo
cus arctat locatum,vt ff.de penu.legata.l.nā quod liquide.§.
si cui penus.ff.de pignoribus.l.debitor.ff.de hęredibus insti
tuendis.l.ex facto §.rerum aūt.ff.de fundo instructo.l.nepo
ti,& l.cum quidam duos.Contrariū est verum per l.si duas.
§.est aūt.ff.de excusatio tutorum. Nam edictū propositum
in eminentiori loco ciuitatis,videtur positum per totam ci-
uitatē.ff.de institoria.l.sed & si pupillus.§.proscribere. ff. de
origine iuris.l.ij.in verbo,pro rostris.Ibi, commorantibus,
argumen.quod scholaris non dicatur esse in studio,nisi tra
hat ibi morā.Itē illa dictio,commorantibus,significat com
moraturos in futurū,quia hic papa loquitur per genus, nō
per differentias,& toti orbi vtile & conueniens est. ff.de ex
cusatio.tutorum l.iuris petitos. Vel dic,aut terminus vniuer
salis subijcitur,& ampliat,aut prædicat,& tūc subiectas spe-
46 cies restringit,vt notatu, ff pro soc.l.& si adijciatur. † Vlti-
mo nota,quod carentes membris nō possunt habere officia
publica sm Bernardum.Itē nota de quinque sensibus.ff.de
acquiren.possessione.l.quod meo.sunt aūt sensus pincernę
intellectus,quia deferunt ei res sensatas.Sanc sensus, & in-
tellectus generati sunt adeo ita coniuncti,quod videtur es-
se vnū,& idē; sed re vera sunt duæ res:quia sensus requirit
præsentiā:intellectus aūt non minus speculatur in absentia
obiecti,quam in contractu.Tunc legistæ imaglnati sunt, q̄
in eadē re sunt duæ possessiones essentialiter distinctæ: vna
in corpore,alia in conceptu mentis,quam ciuilem vocant:
quia ad eā non sufficit ordinatio naturalis, nisi addatur ci-
uilis.Illud constat q̄ oīs possessio requirit corpus. vel quasi
sabiacens sibi,& possessio denotat totū vsum rei, quasi pos-
sessio vero denotat qualitatem vtendi dicā plene infra de
electio.c.querelam.Cōclude ergo,q̄d sensus naturaliter or-
dinati sunt quinque, & quilibet potest esse in possessione
sui generis,vt notatur ff.de acquiren.possessione.l.prima.&
illa possessio est possessio repræsentatiua,quando vnum re-
præsentatur per aliud.Ibi,Salutem,scilicet optat.& sic opta
47 tiue,non impressiue.† Ibi, Apostolicam benedictionē, hęc
non cadit nisi in patiente dispositō, ergo non in excōicat ȯ
Quid econtra,si diceret,apostolicam maledictionem,an vī
cos excommicare?dic,quod non, argumentum sumptum
a contrio sensu,vel a conuersa locutione:de sententia excō
48 municationis. cap.si summus,in clemen. † Quid operetur
salutatio,& benedictio.dic quod inimicitiam tollit, si meri
ta successerūt.C.familię erciscundę.l.& in ipsius.vel remis-
sio,vt institu.de iniur.finali. tamen ab excommunicatione
non absoluit,quia absolutio est actus suam formam requi-
rens,vt in c.si summus de sententia excommunicationis.
in clemē.nec fieri debet sine causæ cognitione, vt infra de
restitutio.spoliatorum.c.Pisanis.Econtra quæro, quid ope-
retur maledictio,vtrum Papa maledicendo excōmunicet?
Respōdeo nō,sicut nec pr̄,maledicēdo filiū, eū exhæredat,
quod patet, quia cū maledictione pōt quis hęres institui.l.
49 his verbis.§ primo.ff.de hęredibus instituendis.† Vnde si te
stator profert hunc sermonem,filium meū maledico, nihi-
lominus patri suus hæres existit,licet in veteri testamēto cō
trariū seruaretur,quia maledictio patris eradicabat domū fi
50 liorū.& vide quod not.Archidiaco. xxiiij. quest o. iij. cum
ergo.† Item quæro,nunquid pater maledicendo filium cū
causa sufficienti ad exhæredationem videtur eum exhære-
b dare?Respondeo,b non,quia nec benedicendo videtur eū
instituere hęredem,quia verba dignationis,vel indignatio-
51 nis non disponunt,quod sonant.† Quando Papa scribit de
plenitudine potestatis,omnia annihilat,quæ possunt obuia
re rescripto,vt notat Collecta.de rescriptis cap.cum dilecta.
vbi vide.quia contra libertatem plenitudinis Papę nihil pōt
52 statui,vel ordinari secundum eum,quod bene no.† Vltimo
circa gl.quę tractat de causis.dic quod causæ librorum sunt
quatuor.causa entium,contractuum,& rerum sunt infinita-
tæ,vt no.in l.prima.ff.de præscriptis verbis. & de acquiren.
possess.l.iij.§.genera. quarum omnium princeps est anima
rōnalis, & intellectus,& omnis,& omnis ratio redditur ad
par,vel æquipollens,vt notatur. ff. de acquirenda possessio-
ne.l.si is qui animo, & ibi no.Et etiam authoritas veterum
dicitur ratio,nec oportet aliam inquirere, & quanto bonū
est communis,tanto diuinius.Commune bonum dicitur,
quod debet esse subiectum in qualibet consideratione po-
litica & morali,vt nota.de legatis secundo. & omnis causa
debet adaptari suo causato,vt notatur.ff.de administratiō.tu
torum.l.ita autem. in princip. & ista interpretatio proprie
vocatur interpretatio adaptatiua,vt notatur ff.de excusat.tu
torum.l.non solū.§.qui primipilum,& causa mediata abs-
que immediata nihil potest operari, vt l.si mulier. ff. rerum
amotarum.& de conditio.& demonstra.l.cum tale. §.quia.
Nam quandoque dicitur ratio disputandi, vt de acquiren-
da possessione,l.prima.§.veteres.ff.si certum petatur.l. cum
fundus.§.j.ff.de legatis tertio. l. qui squis mihi. quandoque
dicitur ratio essendi,quandoque ratio vincendi, quando-
que fiendi, ff.de pact.l.quod dictum. ff.de re milit.l.milites.
& quod factum est causa sedandæ discordiæ per generale
compromissum, non videtur factum de rebus pacificis,de
quibus non est controuersia, & facit ad larga compro-
missa ff.de leg 2.l.cum pater. §. dulciſſimis, & est tex. valde
notabilis.

ADDITIONES.

a Natura enim termini restrictiui,quicquid non excipit,ponit.l. quæsitum §.
idem,ff.de fundo instructo.Bald.in consilio penult. in 5 parte, alibi etiam
habemus textum solennem in clemen.exiui in verficu.cum autem na.de ver
borum significatio.qui formaliter dicit, quod natura termini restrictiui est
sic excludere extranea,quod cuncta pertinentia ad ipsum includit quem tex
tum dicit esse aureum & singularem Ioan de Ana. in consilio 36. incipien.
vtrum cophani,quē refert etiam Iason May.in l.cognitio.in §.primo.in fi-
ne.ff.de officio eius cui mandata est iurisdictio.

b Istud dictum pro singulari extolli dominus Iason in authenti. non licet. C.
de liberis prætentis.vbi vide.Adde eundem dominum Iasonem in l. si quis
in fundi vocabulo.de lega.1.de hoc est tex.in cap licet.de voto.in versic sub
interminatione.quem omnino vide.& quamuis de hoc non loquatur text.
mihi videtur esse ratio ex his,quæ dicit Bartolus in l.non solum. § moræ.ff.
de ndui operis nunciatio.ad aliud propositum, videlicet de protestatione,
quia quando aliquis protestatur,& postea facit actum contrarium protesta
tioni, non valet protestatio,tunc si iste proponit verba inducentia exhære-
dationem,quia in potestate sua est exhæredare,vel non,faciendo actum cō-
trarium,videlicet instituendo,videtur abolita exhęredatio per uerba prece-
dentia,sicut protestatio uidetur sublata,& hoc mihi videtur.

BIU Cujas

Baldus ſuper j. Decretalium.

SVMMARIVM.

1 Deus mundum creauit, eiq; hominē præfecit. Sed is nō intelligens in quo honore eſſet, creatoris ſui præceptū trāſgreſſus, factus obnoxius cupiditati, a qua iurgia, & lites ꝓdiere: ita, vt ne pax omnino ab orbe exularet, neceſſario induſta fuerint iuris præcepta, vt ſcilicet quilibet honeſte viueret, alterum non læderet, ius ſuum cuique tribueret.

2 Rex Romanorum poſt coronationem eſt Rex, & ℑmperator.

3 Pax dicitur diſcordiæ finis, treuga vero interuallum.
Pace perpetua inter duos inita, an altero contraueniente, liceat alteri contra eam veniri.

4 Deus eſt Rex regum in Cælo, & in Mundo.

5 ℑmperator eſt Rex uniuerſalis in mundo quo ad temporalia, qui interdum dicitur maximus ſacerdos. Et quod facit Imperator uidetur facere ipſe Deus.

6 ℑmperator, & ciuitates iura imperij conceſſa, vel præſcripta habentes poſſunt perpetuo bona ſubditorum alienare.

7 Imperatori, niſi ſit legitime electus, non eſt obediendum.
Imperator, de quo dubium eſt, an ſit intruſus, ſi in colorata imperij poſſeſſione ſit, non tenetur eam dimittere, num. 22.

8 Schiſma ſi ſit in imperio, erit locus gratificationi, & interim qui ſchiſmaticum acceptauerunt debent ei parere.

9 Imperatores ſi duo electi ſint in diſcordia, & vterque ſe gerat pro ℑmperatore ita vt ſchiſma in imperio ſit, an vterque poſſit dare priuilegia, ſaltem dum negocium pendet.

10 ℑntruſus non gaudet poſſeſſione, etiam facti.

11 Credens ſe ius non habere, cum tamen haberet, ex ueritate geſta per eum valent.

12 Duo contendunt de Papatu, & interim vterque unum, & idem caſtrum mihi concedit, an ualeat conceſſio.

13 Pedagij conceſſio a principe mihi facta ſuper quodam flumine, uō facta mentione priuilegiorum, quę quidam nobiles in eodem flumine habent, an ſubreptitia præſumatur.

14 Rex Francorum quomodo inceperit.

15 Rex viuens poteſt determinare quis futurus ſit Rex primo, vel ſecundo genitus.

16 Princeps concedendo ſcienter rem alterius, transfert dominium, et ius, ſi ignoranter ſolum poſſeſſionem.
Contra ℑmperatorem non præſcribitur.

17 Principem non decet ſuum beneficium reuocare.

18 Princeps debet facere ſeruari ſtatuta Ciuitatum, quæ non ſunt omnino iniuſta.
Princeps eſt uigor iuſtitiæ, & iudex iudicium.

19 Imperator olim dicebatur ſummus ſacerdos.
Rex Romanorum an habeat plenam, & legitimam adminiſtrationem ante coronationem.
Rex Angliæ in ecclesijs Anglicanis quam poteſtatem habeat.
Reges patroni ſunt in eccleſijs.
Rex Romanorum, & ℑmperator is eſt in effectu, quem Papa cōfirmat.

20 Pax eſt tranquilla libertas, & quare non ſit inter homines, ſex dantur cauſæ.

21 Iudex non debet interponere partes ſuas ad componendum, vbi compoſitio de iure non tenet.

22 Dubius intruſus an tenetur dimittere poßeſſionem antequam declaretur intruſio. & ſup. nu. 7.

23 Conſcientia quomodo probari poſſit, & quomodo animus.

24 Rex, vel alius Dominus temporalis, non ſeruans teſtamentum patris, an poſſit regno priuari.
Rex in regno ſuo eſt ℑmperator, & quomodo ſit coronandus.

25 Fiſcus ſi rem alienam iure proprio vendat, euinci ea non poterit, ſecus ſi iure creditoris, vel in executionem alicuius debiti.

26 Rex exemplo Chriſti, a quo deſcendere dicitur, debet eße author, & procurator pacis.
Omne, quod ab aliquo deſcendit, eius imaginem tenet.

27 Pax quid ſit.

28 Diſcordantes an poſſint cogi ad pacem.

29 Pacem per menſem duraturam facientes, an videantur finito menſe ſe diffidare.

30 Terminorum relatiuorum, contrariorum, & ſeparatorum differentes effectus.

31 ℑudex non debet partes ſuas interponere ſuper ſeruanda, vel non pace, quæ de iure non tenet.
Pax eſt inter opera miſericordiæ.

32 Vitia omnia contra naturam pugnant, non tamen æqualiter.
Solus homo animal rationale eſt, quia ſolus eſt ſuſceptibilis diſciplinæ.

33 Dictio, ſubditos, an ſit reſtrictiua. &
Adiectiuum quando reſtringat genus.

34 Relatiui qualitas an ſestringat genus.

35 Caſtitas triplex.

36 Matrimoniū quare non ſuſpendatur ad annum luctus, ſecūdū canones.

37 Mulier nubens intra annū luctus orbat gloria matrimonialis pudoris.

38 Pudicitia quid, & quotuplex ſit. Quid ſit ſenſualitas, quid Natura.

39 Ratio nunquam conſentit peccato, interdum autem non reſiſtit.
Adulterium quandoque ſceleratius eſt fratricidio.

40 Mandante aliquo indiſtincte, quod bona ſua diſtribuantur in dotādis mulieribus, an commiſſarij poſſint dotare viduas pauperes & egenas.

41 Arbitrium per litigantes datū ſuper omnibus litibus, quæ eſſe poſſent, non extenditur ad res pacificas.

42 Dictio, Modeſtos, quid ſignificet.

43 Prodigalitas triplex rerum, famæ, corporis: et quibus modis in vnaquaque prouideatur.

44 Clericus ſe ipſum ſtudioſe vulnerans, an incidat in canonem, ſi quis ſuadente.

45 Eccleſia, in qua monachus ſibi ſanguinem, percutiendo ſe ſtudioſe, elicit, eſt interdicta.

46 Partes diſcordantes an, & quando ad pacem, vel ad præſtandum cautionem de ſe inuicem de facto non offendendo, cogi debeant.

47 Adam ſi genuiſſet in paradiſo, an cadē lege de pomo eius poſteri fuiſſent obligati.

48 Alteri obeſſe interdum quis poteſt, ſcilicet in re propria ædificādo, interdum prodeſſe cogitur, ſcilicet patientiam præſtando.

49 Seruitutem luminis, nemo debet alteri niſi ex pacto, vel præſcriptione.

50 Ad ea, quæ ſunt publici officij, vt teſtificari, quilibet compelli poteſt, ad ea vero quę priuati, vt teſtificari, quilibet cōpelli poteſt, ad ea vero quæ priuati, vt carceratum redimere, nemo.

51 Opprimenti aliquem obuiare ante factum cuilibet licet, eundem autē offendere, rixa tamen durante, & cum moderamine, is demum poteſt cuius intereſt.

52 Protegere alterum armis de iure ciuili nemo tenetur, niſi ſubditus, uaſſallus, ſeruus, aſcriptitius, & ſimiles.

53 Negotia alterius procurare nemo tenetur.

54 Iudex in quibus poſſit rem agentis cum alia re, vel pecunia permutare.

55 Verborum multitudo reſecanda.

56 Sententia lata contra conſtitutiones extrauagātes, uel reformationes cōmunes in volumine non contentas, an, & quando ſit ipſo iure nulla.

57 Epiſcopi conſtitutio, quod vſurarius poſt decem annos conueniri nō poſſit, non valet, quia eſt contra decreta canonum, & uim conciliorum.

58 Epiſcopus poteſt facere ſtatuta, per quę ſeruatur honeſtas.

59 Epiſcopi ſtatutum fulminans excommunicationē contra mulieres portantes veſtes ſuperuacuas, vel nimis ſumptuoſas, ualet.

60 ℑn ſcholis non ſunt legendi libri niſi approbati.

61 Animi pulchritudo in electione Rectoris preferenda eſt pulchritudini corporis.

62 Scholaris q de toto anno quatuor dūtaxat menſibus ſcholas intrauit, et ſciētię operā dedit, an conſequi debeat fructus prębendę anni integri.

63 Scholaris Doctorem ſuum ad prandium inuitat, eoque expectato uſq; ad horam congruam, nec ueniente, abſque eo quod uadat, uel mittat pro eo, prandit, an Doctor, de deriſu conqueri poſſit.

64 Diſcipulus tenetur Doctori ſuo ad operas obſequiales.

65 Papa, & ℑmperator quare dicantur Serui.

66 Studia generalia non poſſunt eße in paruis ciuitatibus, aut caſtris, niſi ea inclyta ſint, & ualde nobilis.

67 Oppida, et caſtra poſſunt habere proprias conſuetudines iuri communi contrarias, & contra ius commune eße non dicitur, quod per pactum fieri poteſt.

68 Conſtitutio ſicut eſt generalis, an ita indulgentia contineat ius ſpeciale.

69 Epiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum ab eo, quamuis ſua excō municatio fuerit confirmata a Papa

70 Vitium in literis Papę preſumitur ex diuerſitate ſtyli, ex mutatione calami, & diuerſitate atramenti.

71 Similia ſi aliqua negentur eße, cui incumbat onus probandę ſimilitudinis, uel diſſimilitudinis.

72 Actio ex ꝓmiſſo nō dat in Catalonia. & an ex ea cā det actio de dolo.

73 Declarare quandoque is poteſt, qui iudicare nequit, quod limita in ſtatutarijs.

74 Tempus reſpectiuum ad actum finitur cum actu, & ad officium, quod expirauit, nemini regreſſus datur.

75 Extrauagans vſu approbata habetur pro uolumine.

76 Pars remota de decretali, an poſſit allegari.

77 Latrones, & Piratę diuidunt inter ſe ſpolia ſe ſpolia ſecundum pacta, & propterea de conſuetudine armorum conceditur eis duellum, & Latrones licet turpiter faciant, tamen non turpiter diuidunt.

78 Recurri debet ad regiſtrum, quādo una litera legitur in ſcholis, alia in regiſtro. & idem in ſtatutis, ut ad archiuum recurratur.

79 Scripta quæ ſunt, non debent omnia in ſcholis tradi, ſed quędam in camera diſcuti, quędam etiam in iudicijs practicari debent.

80 Cauſę fiendi ſunt duæ, finalis, & efficiens.

81 Cauſę eſſendi duæ ſunt, materia, & forma.

82 Materia interdum formę, prędualet interdum forma materię.

83 Cauſę finalis, & efficiens idcirco dicuntur fiendi, quia poſt factum adeſſe non requiruntur.

84 Aedificia magna generoſi, & magnifici conſtructoris perpetua ſunt indicia.

85 In ſpiritualibus, & legalibus, & ſignanter in libris Decretalium, quæ dicatur cauſa finalis, quæ efficiens, quę materialis, quę formalis.

86 Verba, Baptizo te & c. in baptiſmate prępoſterari nō debēt, & quare.

87 Legē condere non poteſt is, de cuius principatu non iniuria dubitatur.

88 Pax, & concordia interdū non ſunt ſynonima, ſed oīno diuerſa, quare.

Concor-

BIU Cujas

Concordiã de offensa faciens nõ obligatur vlterius sed pacem faciens, si eam rumpat dicitur proditor.

89 *Iniuriã in foro penitentiali remittẽs, non põt prosequi in foro iudiciali.*

90 *Ordo dat quodammodo naturam rei, & eam in esse conseruat.*

91 *Causa generaliter dici potest omne producens, seu ex quo aliud sequit naturaliter, vel necessario.*

92 *Diffinitio non est causa sed propositio conuertibilis substantiã ac etiam rei propriam qualitatem complectens.*

93 *Oratio est interpretabilis propositio.*

94 *Significatio est expressio entis, sine existentis.*

95 *Interpretatio est sermonum difficilium, uel perplexorum expositio.*

96 *Causa triplex generans, corrumpens, & conseruans.*

97 *Bonum nullum nisi honestum.*

98 *Alteri si non feceris, quod tibi fieri nolles, tutus es.*

99 *Iustitiam ad alium quilibet, præsertim autem prælatus ad subditos, si non facto exhibere potest, at saltem animo impendere debet.*

100 *Bene velle sufficit, ubi bene posse non datur.*

REx pacificus. Post supscriptionem ponitur oratio, in qua narratur diuina ordinatio naturæ humanæ, processus, & casus, canonum & principum prouidentia, operis commissio, ex veteribus Decretalibus prohibita recitatio, & reseruatio condendi Decretales nouas Præmitte† ad euidentiam, q̃ Deus gloriæ fecit mundum, cui vt daret perfectionem possibilem pro forma ipsius, præfecit hominem regem atque rectorem ad imaginem sui factum, quem præposuit in gloriæ & honoris, decoris atque virtutum maiestate, decretum apponens, quod esset pudicus, & caro non dominaretur in eo. Pacificus, vt superbia non frangeret eum. Modestus, vt seruaret modum & discretionem in cunctis agendis. Specifice mãdans, vt non comederet de ligno vtriusque scientiæ, scilicet boni, & mali, quia in malo fatuitas erat, sicut ficus fatua nunquam mutatur. De illa forte primus homo comedit, & perijt a bono, quia elegit malum. & cum esset de consilio angelorum, priuatus est authoritate & dignitate, derelictusq; fuit homo, & factus est, sicut asinus cadens in foueam, qui nõ habet eum subleuantem. Incœpit sentire stimulationes carnis, & turbari per superbiam, & modum non seruare in optandis, vel in agendis. itaque incœpit intumescere, & inflari, sicut venter vento, & proinde in multas insanias & lites prorupit, quia cupiditas nũquam satiatur. Tu dic ergo, quod Rex æternus pia miseratione ordinauit, q̃ eius subditi essent pudici, pacifici, & modesti. Sed cupiditas sui prodiga, videlicet carnis impetu prostrata, pacis æmula, scilicet, per superbiam elata & inquieta, immoderata & sine fræno temperãtiæ exarsit in vitia, inueniens genera, & materias iurgiorum, & nisi iustitia refrænaret excessus, concordia hominum exularet a mundo propter quod necesse fuit, vt hominum processus ita sub regulis iuris limitaretur, quod quilibet honeste viueret, alterum non læderet, & ius suum vnicuique tribueret, q̃ sunt iuris p̃cepta. Super his enim emanuerunt plures Decretales. sed in his reperiebatur aliquando confusio cotradictionis, aliquando insufficientia determinationis, aliquando superfluitas repetitionis, aliquando deficiebat quid iuris. Erant etiam quædam Decretales dispersę & extrauagãtes, de quibus dubitabatur. Papę committit & mãdat, prout in litera continetur. Vel more Canonistarum, pone casum in terminis, vt litera formaliter sonat. Et no. quod loquitur hic de Rege regum, de quo scribitur, Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terra-
2 rum, & vniuersi, qui habitant in eo. † Habemus etiam Regem Romanorum ante coronationem, post coronationem vero est idem Rex & Imperator, vt not. per Arch. ij. dist. cõstitutio. Et nũc Reges ītelligite, qui iudicatis terram, quia Rex regum
3 vult pacem. † Dicitur autem pax, discordię finis. Treuga vero interuallũ, vt xxxiiij. quæst. j. c. illi qui, & ibi valde bene vide per Archi. & si vnus eorũ, qui fecerunt perpetuam pacem, venit contra pacem, an sit licitum alteri venire contra. Dicit ibi etiam Archi. quod non, quia non est licitum multiplicare in conueniens, & iste lege delicti punitur, sed non punitur l. distractus, vt nota. ff. loc. l quęro. §. inter locatorem tamen qualitas pacis tunc non aggrauat delictum. ar. de leg. 2. l. cum pater. §. libertis. Alio modo dicuntur pacifici, qui obseruãt inter se naturalem cognationem, quam inter homines natura constituit, vt not. ff. de iust & iu. l. veluti. † In tex. ibi, Rex. scilicet ęternus, ipse videlicet Deus qui est Rex regũ in ęelo, & in mũdo.
4 5 † & est quidam Rex mundi vniuersalis in tẽporalibus, vt imperator, de cuius regalibus vide, quod not. ī c. generali, de electio. lib. 6. in nouella. Rex etiam Romanorum statim, cum electus est, habet imperium plene formatum authoritate potestatis, licet coronam expectet, vt not. Archidia. xci j. distin. capit. legitimus. Et in iure ciuili quandoque appellat maximus sacerdos, vt nota. Insti. de rerum diuis. §. nullius. & quod facit imperator, videtur facere ipse Deus, vt nota. in Auth. de hære. & Bal. in princip. † Ipse, vel alius de speciali eius mandato
6 potest rem cuiusq; eius subditi perpetuo & inuiolabiliter alienare, vt no. C. de quad. præscr. l. bene a Zenone. Idẽ possunt ciuitates habentes iura imperij libere & plene cõcessa, vel præ-
7 scripta, vt notat Bartolus in l. si procurator. ff. de iure fisci. † Sane Imperator debet esse legitime electus, alias non est ei obediẽdum, vt notat Archidiaco. xxiii. quæstio. prima. c. quid cui patnr. sed nunquid dubius, an sit intrusus, si possidet, tenetur cedere possessionem? tu dic, aut habet possessionem coloratam prima facie, & non tenetur eam dimittere, quia nemo tenetur ius suũ indiscussum dimittere, vt not. ff. de petitione hęreditatis. l. illud. & not. per Archidiaconum. 13. distinctio.
8 nerui. † Sed quid si est schisma in imperio? videtur, quod locus sit gratificationi, & qui semel acceptauerunt eum, non possunt interim ei subtrahere obedientiam: & de hoc nota.
9 14. distinct. in principio. in summa. † Sed pone, duo fuerunt electi Imperatores in discordia, & vterque eorum gerit se p Imperatore, & sic est schisma in imperio, vtrum vterque eorum possit dare priuilegia, saltem ad hunc effectum, dum negotium pendet? videtur, quod sic, ratione dubitationis, & possessionis. In contrarium videtur, quia dare priuilegia cõsistit in iure, ergo priuilegium illius valet, qui postea ius habere declaratur, & sic ex postfacto, quod pendet non realiter, sed declaratiue, duo enim sunt, quæ efficaciam dant sine ambiguitate. scilicet manifestatio, & veritas. Interim igit̃, dum pendet schisma, nemo intelligitur efficaciter priuilegiatus, & hoc tenet Oldr. in quodã consilio suo xxj. & no. 23. quæst. 1. in summa. puto tamen, quod vsum possessionis vterque interim habeat, nisi priuilegia sint contraria, vel non aperte appareat de
10 alterius iniustitia, & intrusione, † qa intrusi etiã de possessione facti non gaudent, præsertim cũ factum tendat in aliã personam subiacentem ex natura actus. Alia enim est conditio tam personarum, quam rerum quę nunquam sine titulo possidentur, sed in personis ius inspicimus, uel saltem bonam fidem, de qua constat, vt nota. C. de probatio. l. vis eius, & C. de seruis exportan. l. moueor. ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. si liberti. ff. de acquiren. possessio. l cum hęres. ff. de contra-
11 hen. emp. l. liberi. † Vnum tamen volo quod scias, quod si quis credat se ius non habere, & tamen habet, veritas facit valere, vt no. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit, vbi est
12 tex. notabilis. † Sed pone, duo contendunt de papatu, vterque eorum concedit mihi vnum & idem castrum, nunquid interim valet concessio, & videtur quod non, quia certum authorem nominare nõ possum. Dominus Old. determinauit contrarium, quia ius meum in altero de necessitate cõcludi
13 tur, vt no. ff de cond. ind. l. Iulianus, f. m Old. † Sed pone, princeps concessit mihi nouum pedagium super quodam flumine, in quo quidã nobiles habebãt alia priuilegia diuersa, & in priuilegio meo non fit mentio de illis. dicit Old. quod priuilegium meũ præsumitur subreptitium, quia si princeps fuerit sciẽs, nouũ grauamẽ transeuntibus non adiecisset, ar. ff. de le. 2. l. Titia. §. qui in vita, & in c. mandatum, infra de rescr. secũ-
14 dum Ol. † De rege Francorum, quomodo incęperit, no. xv. quæstio. 6. alius. per glossam, & Archidiaconum. super porta Pariſ. sculpta sũt nomina, ita dicit Archidiaconus. xxiiij. quæ
15 stio. 2. sane. † Rex potest determinare in vita iua, quis sit Rex, an secundogenitus, an filius primogenitus, per id, quod no. Archidiaconus. j. quęstio. 7. §. item obijcitur, vbi videas. Rex in suo regno libere potest omnia, vt not infra de immu. eccl. peruenit, in nouel. & etiam Inn. de ver. signi olim. Inn. de plenitudine potestatis, ut no. infra de cẽsibus, peruenit, in nouella, & in c. magnæ. infra de voto, in nouella. De coronatione vide per Inn. in c. super quibusdam, de verb. signifi. De latitudine territorij fundata est intentio Cæsaris, de acc. c. veniens,
16 in nouel. † Si concedit rem alteri us scienter, transfert dominiũ & ius; si ignorãter, non transfert nisi solam possessionẽ, vt no. per Inn. de postu. prelat. bonę, et secundo Contra eum non præscribit. vt no. infra de pur. vul. c. significantibus, per Innoc. Quod facit imperator, videtur facere tanquam Deus
17 in terris, vt no. in Auth. de hęr. & Fal. in prin. † Non decet principem suum beneficium reuocare, ut no. infra de consan. &
18 affi. c. quod dilecto, in nouella. † Debet facere seruare statuta ciuitatum, quæ non sunt omnino iniusta, vt l. finali, C. de iu. reipublicæ. Ipse est vigor iustitię, vt no. C. de iure fi. l. prohibitum, & iudex iudicum. C. de decu. l si qs de curia li. 10. in gl.
19 † Et olim imperator vocabatur summus sacerdos, ut no. Inst. de rerum di. §. nullius. De eius regalibus, vide quod no. in ca. generali, de elect. lib. 6. in nouel. Rex Romanorum nõ habet plenam & legitimam administrationem etiam ante coronationem, vt nota. per Archidiaconum. 93. distinct. legimus. De rege Anglię, quam potestatẽ habeat in ecclesijs Anglicanis,

vide

BIU Cujas

vide per Arch. x. dist. imperium. Reges patroni sunt in eccle-
siis, vt nota. per Archidiaconū, lxiij. distinct. c. dilectus. Quem
Papa confirmat, ille est Rex Romanorum & Imperator in effe-
20 ctu, vt notatur per Archidia. lxiij. distinct. c. synodo. † Sex sūt
causæ, quare pax non est inter homines. Item pax non aliud
est quam tranquilla libertas, vt notatur per Arch. 13. quæst. 1.
21 noli. † Et vbi compositio de iure non tenet, non debet inter-
ponere iudex partes suas ad componendum, vt notatur per
Archid. aconum xc distinctio. c. studendum. Non est obe-
diendum imperatori, qui non est legitime consecutus impe-
rium, vt notatur per Archidia. 3. quæstio. j. quid culpatur,
22 † Sed nunquid dubius intrusus teneatur dimittere possessio-
nem, donec declaretur intrusio, cum ipse in conscientia sua
credat se legitimum possessorem? dicitur, quod non, vt nota-
tur, ff. de petitio. hęredita. l. illud, & notatur etiam per Archi.
23 13. dist. c. nerui, vbi videas. † Sed quod testimoniū possumus
habere de intrinseca scientia cordis. Respondeo, quod sicut
probatur, quod homo est animal per hoc genus, animal: ita
conscientia probatur per hoc, quod talis conscientia in om-
nibus esse debet per rationem naturalem, vel ciuilem, quia re
gula naturæ inest omnibus. Item qualiter probetur animus.
dicit Iob, animam meam id est intentionem meam in ma-
nibus, id est in operationibus meis porro, & hoc de factis. de
futuris difficile est presumere, tamen qualiter probetur ani-
mus, no. Inno. de postu. prælato. bonæ, el secondo, de capel.
mon. dilectus. Dyn. in c. pro possessore, de regul. iur. Accu. de
exceptione doli. l. apud Celsum, in prin. Archi. in prima dist.
ius autem Inst. de act. §. aliæ, & in l. Fulcinius. §. quid sit latita-
24 re, quibus ex caus. in pos catur, per Ac † An rex qui non ser-
uat testamentum patris, vel quicunque alius dominus tem-
poralis, possit regno priuari. dic quod sic auctoritate canonis,
vt in c. licet, de voto. Vtrū rex in regno suo sit imperator. dic
quod sic, vt no. Archic. 2. dist. constitutio. Et quomodo sit co-
ronandus. dic quod more solito, vt no. in Auth. vt Romana.
25 Vide Archid. xciij. dist. legimus. † Si camera principis. i. fiscus
vendidit rem alterius iure proprio, non potest euinci. l. si pro
curator, de iure fisci, per Bar. secus, si iure creditoris, vel ī exe-
cutione alicuius debiti. ff. de rescin. vend. l. si fundus. C. de iu
re dominij impet. l. finali. l. eleganter, in prin. ff. de pi. act. C. si
26 aduersus fiscum. l. finali. † Sequit in tex. ibi, Pacificus, ex qua-
dam similitudine descensiua, quia omne, quod ab aliquo de
scendit, eius imaginem & similitudinem tenet, vt not. C. de
prescrip. xxx. ann. l. cū notissimi, post prin. quilibet verus rex
exemplo Christi debet ec̄ pacificus, i procurator & auctor pa
cis, scilicet hominibus bonæ voluntatis, at improbis non erit
27 pax, dicit Dominus. † Est autem pax animi tranquillitas natu
28 rā seruans, & tēperantiā non relinquēs. † Et est arg. quod dis-
cordantes possunt cogi ad pacem. ff. de vsufruc. l. æquissi-
mū. vel dic quod pax est persuasibile bonum, non compulsi-
bile. ff. de no. ope. nun. l. j. §. vnde quæritur. vel dic, quod si pōt
fieri sine damno, vel scandalo alicuius partis, tunc debēt ini
mici ad pacem cōpelli, quia rex pacificus ita decreuit, vt hic,
& argumen. ff. de seruit. vrbanorum prædiorum. l. in re com
29 muni. † Sed quid si fecerunt pacem duraturam per mensem,
vtrum finito mense videantur se inuicem diffidare. & vide-
tur quod sic, quia temporale beneficium excluditur tempo-
re, vt ff. de legatis secundo. l. Stichum. §. statuliberum. alias sta
30 tuliber. §. Stichum. † In contrarium videtur & considera,
quod quidam sunt termini relatiui, vt pater & filius, isti se
inuicem generāt, & corrumpunt. nam si pater, ergo filius &
econuerso. & ideo ille, qui iuris fictione non habet patrem,
spurius est, vt C. de capti. & postliminio reuers. l. prima. Qui-
dam sunt termini contrarii, tunc vnus tollit alterum, sed nō
ponit alterum, quia potest esse priuatio sine surgenti habitu,
& iste est casus noster. Quidam sunt termini separati, & isti
inuicem nec se generant, nec se corrumpūt. ff. de ser. vr. præ.
31 l. si domos, & facit. ff. de pac. l. si vnus. §. j. vbi per Cy. † De sex
ausis, q uare inter hoīes non est pax, no. per Arch. 14. quæ-
stio. j. c. nulli. & si pax non tenet, iudex nō deber interponere
partes suas super ea seruanda, vel non seruāda. xc. dist. studē.
per Archi. Quod inter opera misericordiæ sit pax, est hic arg.
32 adde quod dicam infra de treu. & pace. † In tex. ibi, Disposuit,
idest naturaliter ordinauit, vnde contra naturam peccat, qui
hos ordines frangit, vnde Seneca. Omnia vitia contra natu-
ram pugnant, tamen plus vnum, quam aliud. Ex hoc cogno
uerunt philosophi, quod solus homo erat animal rationale,
33 quia solus ē susceptibilis disciplinæ. † In tex. ibi, Sibi subditos.
ista dictio, subditos non est restrictiua, quia ista oratio nō re-
cipit genos, & differentias, vt no. infra de const. c. j. tunc enim
adiectum habet restringere genus, quando tale genus reci-
pit differentias, vt ff. de lega 3. l. ea tamen adiectio, & dixi. C.
de summa tri. l. cunctos populos. Sed nonne omnis creatura
est sub Deo, quoniā Domini est terra, & plenitudo eius, orbis
terrarum, & vniuersi, qui habitāt in eo. Quare ergo ponitur
aliqua determinatio restrictiua. Respōdeo illa non est deter-
minatio, sed demonstratio. nam quotiescunque species non
possunt eximi a genere, tunc oratio est vniuersalis prēcise, vt
34 C. de summa tri. l. 1. † Solet etiam quæri, vtrum qualitas relati-
a ui restringat genus? dicit Bartolus quod aut qualitas importa
ta per relatiuum inest cuilibet de genere, & non restringit
genus: aut non inest cuilibet de genere, & tunc restringit ge-
nus. porro quod potest inesse, & non inesse, quia contingen-
ter & non necessario, restringit genus, vt ff. de lega. 3. l. ea ta-
35 men adiectio. † In tex. ibi, Pudicos, i. castos, & a carnis luxuria
alienos. Et no. hic, q̄ triplex est castitas, virginalis, vidualis &
matrimonialis, quæ est potius permissa, q̄ iussa eo, q̄ in matri
monio consistit genus humanū, vt ī Auth. de nup. ī prin. col
la. 4. & tamē matrimonialis vsus aliquando interdicit, & ali-
36 quando ad tempus suspenditur. † sed quare secundum cano-
nes non suspenditur ad annum luctus, cum etiam in matri-
monijs sint feriæ a iure statutæ, & istud tempus anni fuit sta-
tutum propter publicæ honestatis exemplum. Respondeo,
quod satis sufficiunt ferię inductæ per ius cano. nam furor il-
le tantum non recipit internallum, vt in multis. & ideo p̄mit-
titur, non quia honestum, sed quia necessarium. nam cib. &
potius illum humorem continue generant & exacuū, & est
37 statutum naturæ. Et nota, quod mulier, quæ nubit intra an-
num luctus, perdit gloriam matrimonialis pudoris, licet non
incurrat infamiæ pœnam. licet enim sit sine pœna iuris positi-
ui, tamē actus non est laudabilis, nec sine rubore faciei dete
38 gentis maculam cordis. † Nota etiam, quod pudicitia est ho-
nestas. est enim honestas honoris statum conseruans. 4. di-
stinct. erit, per Archidiaco. sed sensualitas eam deprauat, & ra
pit. est autem sensualitas, carnalis appetitus sine regula seu
fræno æquitatis, vt not. j. distinct. ius autem. natura autem
idem est proprie, quod status qui erat ante peccatum. Archi-
39 diacon. ibidem. † Sanc ratio nunquam consentit peccato, ta-
men interdum non resistit, vt no. xvj. j. distin. sed pensandum
per Archidiaconum. & interdum suiipsius oblita sorbet. &
triplex est pudicitia, maior, media, & minor, idest virginitatis
viduitatis, & matrimonii, vt infra titu. primo. capitu. firmiter.
§. fi. ff. ad Treb. l. mulier. §. cum proponeretur. huic pudicitię
opponitur adulterium. quod quandoq; est sceleratius fratri
40 cidio. xxiij. dist. c. an non, per Archid. † Sed pone, quidam mā
dauit bona sua distribui in dotandis mulieribus indistincte,
nunquid possint commissarij dotare viduas pauperes, & ege
nas? videtur quod sic, quia est de operibus pietatis. In contra
b rium videtur, quia intelligitur b de primis nuptiis, vt l. boues.
§. hoc sermone, ff. de verbo. significa. Hoc enim magis credo
41 fuisse de intentione testatoris. In tex. ibi, Pacificos. † pone da-
tum est arbitrium per litigantes super omnibus litibus, quę
esse possent, nunquid possunt ponere manus ad res pacifi-
cas. Respondeo non. ff. de legat. 2. cum pater. §. dulcissimis.
42 Ibi, Modestos, temperantiam significat, ff. vbi pupil. edu. de
be l. prima. Item est modus in rebus, &c. vt nota. ff. de verbo.
obligat. l. si ita quis. §. ea lege. Ibi, Cupiditas, dicit Augustinus.
duo sunt mala naturę, cupiditas, & ignorantia. Ibi, Prodiga.
43 C. de sentent. poss. l. finali. † Triplex est prodigalitas, scilicet re
rum morum, & famæ. In prima succurritur per interdictio-
nem administrationis. in secunda occurritur per seueritatē
punitionis. in tertia prouidetur per subtractionem conuersa
tionis bonorum virorum. ff. de verbo. obligatio. is cui bonis.
ff. de pub. l. licitatio. §. quod illicite, & ff. de postu. l. quos prohi
bet. ista tria præcepta sunt de naturali instinctu, quia ęterna,
& immutabilia, sed quædam sunt de discretione naturali, vt
quod filia dotata sit contenta dote, reliquo patrimonio re-
licto paterno. Item quod illegitimi succedant in aliquali por
tione. neque enim potest in totum natura permutari, vt no.
in §. cum vero Corradus, qui feudum da. poss. Istud statu-
tum valet in quota, sed non valet in tota, quia habet obicem
prohibentem. † Sed hic quęritur de eo, qui studiose se vulne
rat, verbi gratia, vtrum clericus incidat in canonem, si quis
suadente, xvij. quęstione iiij. Ioan. Andreas tangit hic, & re-
mittit. Tu dic, quod quędam delicta committuntur con-
tra personam delinquentis, & non continetur. quædam ex-
tra personam, vt rapina, & furtum. & idem, quia nemo si-
bi in

ADDITIONES.

a Vide per Barb. consi. 38 in 2. vol.

b Vide allegata per dominum Felynum in cap. innouamus. de treuga, & pace. versic. tene etiam menti, & ibi super Feli. apostil. istud dictum Baldi hic, & vi-
de etiam Cardinalem in consilio 49. incipien. cum testatoris voluntas & ibi dicit, quod legatum factum debentibus maritari, non intelligitur de viduis, quæ non dicuntur maritari, sed remaritari, vt ibi per eum.

BIU Cujas

bi infert vim,vel furtum.& ideo ſi ſtatutum dicit, ſi quis per vim vulnerauit, nō includitur ille,qui vulnerat ſeipſum,ſed ſi ſimpliciter loquitur dicendo,ſi quis vulnerauit, punit pœna ſtatuti, quia delinquere in ſe, non eſt minus delictum, quam delinquere in alium, vt nota.ff.de infami.l.athletas §.
45 Pomponius †vnde ſi monachus in eccleſia trahit ſibi ſanguinem percuſſiue, eccleſia eſt interdicta. adde quod notatur per Doctores.ff.de peculio.l.ſed ſi damnum.§.ſed ſi ipſe. Ibi, æmula,id eſt aduerſa,& inimica.Ibi,Mater,quo ad generationem.ff.de ſeruitu.vrbanorum prædiorum.l.in re communi.
46 †Et eſt arg.quod partes debent cogi ad pacem,[a] ſcilicet ante
a factum. ff.de vſufruc.l æquiſſimum.ff.de officio præſidis. illicitas.§.ne potentiores. ff.de officio procuratoris Cæſa.l.prima.in fine.hoc non eſt verum,niſi immineāt arma. xc.diſtinctio.diſcordantes,per Archidiaconum.vel dic, quod non coguntur paciſci de inimicitia, ſed quod ſe de facto inuicem non offendent,quaſi interpoſito fœdere,vt nota. ff.de ferijs, lege finali,ſed poſt factū debet primo fieri punitio, qa eſt vigor publicę diſcipline.ff.de publ.lege,licitatio.§.quod illicite.
ff.ad l.Aqui.l.ita vulneratus.ff.depoſi.l.bonafides.nam, vt ait Polycrates,abſolutio peccatorum neq; p vim extorqueri poteſt, neque per fraudem.Ibi,Materia quo ad inuentionē, & fomentum.Ibi,Repudijs. Nota,quod diſcordia eſt quidā li-
47 bellus repudij. † Quæro, ſi Adam in paradiſo genuiſſet,vtrū eadem lege de pomo eſſent obligati poſteri? & videtur quod ſic,quia per illud præceptum homo fuit fundatus legibus, in quo erat tota maſſa naturæ.vnde non poteſt dici,quod precęptum fuerit perſonale, quando omnium eſt æqua conditio, vt infra de reſcript.capitulo,eam te, cum in vno ſaluetur genus humanum,vbi non recipiuntur plura ſubiecta.ff.qđ cuiuſque vniuer.l.ſicut.§.fina.In contrarium videtur, quod prohibitio non extenditur vltra perſonam prohibitam nominatim,vt legitur & notatur in Authen.de reſtitu. fidei. §.manifeſtum Sol.ibi fuit lex naturæ, & ideo omnes complectūtur ad obediendum Deo,qui eſt uatura naturans,& nihil ſine ordine relinquens.C.ad Syll.l.penultima. † Ibi, informatur, ta-
48 men aliquando quis poteſt lædere,puta ædificando in re propria ipſius ædificatoris, nō in ſacra,vel publica, vt C.de ſeruitut. l.ſi manifeſte,†vnde nemo debet alteri ſeruitutē lumi-
49 num,vel aliquam aliam,niſi ex pacto,vel præſcriptione,ſed interdum non poteſt obeſſe,ſed tenetur prodeſſe, ſcilicet patiēdo,non faciendo,id eſt compellitur pati,ſed non facere.ff.de aqua plu.arcen.l.2.§.item Varus,& l.in concedendo.ff.ſi ſer.
50 vendi.& l.ſicut.§.diſtant.Ad ea vero,quæ ſunt publici officij facienda quis compellitur,vt ad teſtificandum, ne veritas opprimatur,quam decet eſſe manſuram, vt l.prima. ff.de teſta. ad redimendum autem aliquem de carcere nemo compellitur.ff.quod met.cauſa.l metum §.ſed licet.ff.de negoc.geſt.l. nam & Seruius,in prin.Item nemo cogitur extra ordinē in-
b dicare furem,niſi in executione iuriſdictionis,vt nota. in l. idem eſt.§.ſi tibi.ff.de condictio.ob turp.cau.& adde,quod di
51 xi.C.de fur.l.in ciuilem, in lec. † Sed an licitum ſit offendere opprimentem,glo.dicit quod nō,niſi ad eum pertineat, vt ff. de iu.& iu.l.vt vim.ff.de re iur.l.culpa eſt.ſed videtur qꝺ codē genere defenſionis & offenſionis licitum ſit, ſed moderationem tranſgredi ſit illicitum,& pro exceſſu modico etiam totum punitur,vt nota.in lege.j.C.vnde vi. dic, quod ante factum licitum eſt obuiare,ſed poſt factum nō eſt licitum vulnerare,niſi timeatur repercuſſio ita quod timor cadat in cōſtantem virum, vel in rixa,vbi impetus feſtinat ad factum.ff.
52 ad legem Aquil.ſi ex plagis.§.tabernarius. † neminem tamen quis tenetur ex iuris ciuilis dictamine armis protegere, niſi ſit ſubditus,vel vaſallus eius,vel ſeruꝰ,vel aſcriptitius,vel ſimilis,vt in capitulo,domino guerram. in titulo, hic finitur lex. Sane beneficio affici hominem intereſt hominis, ſed pœnæ non irrogatæ malignatio ſolam duritiam contiuet, quam clementia flectit.ff.de ſer.exportan.lege,ſeruus ea. Dicit lex, quod ſufficit,ſi cui in paucis amici labore conſulat.C.de ne-
53 gotijs geſtis l.tutori. † Item dicit lex, quod nemo tenetur negotia alterius procurare.ff.ad Trebellianum.l.poſtulāte. nec ſibi anguſtias pro alio procurare.C.de teſtament. l. ſi quādo. quia quilibet ſibiipſi eſt initium charitatis & amoris primū
54 vinculum,& immoderata ſpiritus retinendi dulcedo. † Ibi, Ius ſuum.ex hoc nota, quod iudex non poteſt permutare rē agentis cum re,vel cum pecunia. hoc fallit in duplicibus iudicijs,in quibus poteſt facere permutationem, dum tamen iſtæ res ſint de controuerſia,vt Iuſtitu.de officio iudicis. §.fi. & l.vt fundus.ff.communi diuidundo C.de peti. hęreditatis. l.hæreditas matertere. Ibi, propter nimiam ſimilitudinem.
55 † Nota, quod nimia ſimilitudo eſt vitanda,quia ſufficit intellectus,& multitudo verborum reſecanda eſt, de appellationibus.l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.Ibi,confuſionem, nota,
c quod nimia prolixitas inducit confuſionē,vt dicta l.amplio-

56 rem. † Ibi,vagabantur.nota,quod de extrauagantibus licitū eſt dubitare.ff.de re iudicata.l.cum prolatis. & extrauagantes cōſtitutiones ſunt dubię in iudicijs,nec faciunt fidē,niſi ſint practicatę & approbatę,vt d l.cum prolatis. vnde ſentētiæ latæ contra reformaitones communes, que non ſunt in volumine,nō ſunt ualidę ipſo iure,niſi illę reformationes p populum,vel eius cancellarium eſſent præſentatę rectori ciuitatis.
57 Ibi,Raymundum.nota huius viri excellentiam. † Ibi,volentes igitur. nota argumentum quod non valent conſtitutiones ēporum,contra vim canonum, & maxime contra concilia,vnde ſi epiſcopus faceret conſtitutionem, quod vſurarius non poſſet conueniri poſt decem annos,nō valeret cōſtitutio,quia vergeret in præiudicium animarū.per indirectum autem multa ſtatutūt epiſcopi, puta quod quis non audiatur niſi primo ſoluat decimam, quia in hoc non vertitur peccatum,nec eſt contra ius,& ſic plus inficiunt venena, quā proſint remedia.hinc eſt, quod modicum fermenti totam maſſam inquinat facile eſt corrumpere, ſed ingenium ſanitatis
58 difficile †Item poſſunt facere epiſcopi ſtatuta, per quæ ſeruetur honeſtas,puta quod mulieres nō imponant ſibi ceruſam, quia, vt honeſtas ſeruetur, eſt mandatum legis & canonis, quod epiſcopus pōt deducere ad ſpeciale mandatum conſtitutionis,& excōmunicare facientes contra aliquod iſtorum præceptorum,quia verbo Dei cōfirmatur,vt in capitulo, hu-
59 manū genus,in Decretis,prima diſt. † vnde valet ſtatutum d
d epiſcopi fulminans excōicationem contra mulieres portantes veſtes ſuperuacuas,vel nimis ſumptuoſas, vel infeſtinātes ad immunditiā,vt l.cum ſuper.de re mil.C.li.12.& in Authē tico,de refe.vbi dicitur,qꝺ excedere modum,nil habet hone-
60 ſtum.†Ibi in ſcholis, nota quod in ſcholis non ſunt legēdi li-
61 bri niſi approbati.†Sed pone, duo ſunt electi lectores ſcholarium in diſcordia numero pari,vnus habet pulchrā perſonā, & parum ſcit.alter eſt gibboſus, ſed multa intelligens, quis debeat præferri?dico pulchritudinem animi præferendam. nam,vt refert Magiſter hiſtoriæ primo Regum Ego non corporis pulchritudinem apicem facio regalem, ſed animi virtu
62 tem.†Quæro,ecce ſcholaris quatuor menſibus anni intrauit ſcholas,reliquo tempore iuit ad ſalatium, quandoque huc, quandoque illuc diſcurrendo, nū quid debet habrre fructus prębendę totius anni? dicit Archidiaconus, quòd qui ſeruit per quatuor menſes.totius anni conſequitur reditus.xxj.quę ſto.3.hi qui, per Archidiaconum,dicit Accur. quod qui nō ſtudet,præbendā non conſequitur,quia qui nō laborat,non manducat,vt no.Accur.C.de ſacroſanctis eccleſijs.l.qui ſub prætextu.nec uagari oportet.ff.de annuis legatis.l.Meuia,ī fi. ſed ſufficit,ſi ſit in ſtudio maiori parte anni, licet aliquanto tempore non det operam ſtudio,vt ff.de leg.3.l.qui concubi-
63 nam.§.vxori.†Quæro,quidam ſcholaris inuitauit doctorem ſuum ad prandium,& expectauit eum vſque ad horam prandii,tamen ſcholaris non iuit, nec miſit pro eo. conquerebatur doctor de deriſu,quia ſcholaris pranſus eſt ſine ipſo.ſcholaris dicebat,quod plures ſunt inuitati,quam procurati, debuit enim debita hora ire,quia hora ſolicitat pro homine,& interpellat hic creditorem,quia additur facto creditoris,debitor autem non tenetur niſi ad patientiam. & pati debere, nō interpellat,niſi factum contrarium interueniat. ff.de ſeruitu ti.l,quorum.at doctor dicebat,quod debebat mittere pro eo, vel ire,quia curialis ī vno,debet eſſe curialis in alio, quod eſt ei annexum,& quod eſt ei ꝙſequens in ſequela.ff.de conſtitutio.principū,l.beneficium.pro ſcholari facit tempus, pro Do
64 ctore obſequium.†Nam diſcipulus tenet doctori ſuo ad operas obſequiales,ſcilicet ad aſſociandum,& aſſurgēdum. arg. ff.de condictione indebiti.l.ſi non ſortem §.libertus. & ideo debet ire ad eum, argumento ff.de iudiciis. l.& ſi ſuſceperit.§.

ADDITIONES.

a Adde caſum,in quo etiam iudex poteſt & debet reducere ad concordium,ſcilicet quando aliquis potens litigat cum inope.nam etiam ſi eſſet ius ex parte inopis,& eſſet concluſum in cauſa,& videret,quod immineret periculum ne ille inops cauſam obtinendo contra potentem,poſtea ab eo multum moleſtaretur,ita not.dominus Antonius de Butr.in c.1.in fi.infra de loc.

b Adde Ioannem And.in addi.Specu.in rubrica,de fur.de eo, qui fecit pactum cum eo,qui erat ſciens furti,de liberando ipſum,ſi alios iudicaret.

c Vide Sali.in l.ſi ex cautione.C.de non num.pecu.d.Iaſ. pulchre in l.non dubiū. C.de legi.

d Adde tamen,quod iſtud ſtatutum eſt contra ornamentum ciuitatis, & ſapit ingratitudinem,vt per Socinum in repetitio cap.veniens, col.9.in principio. de accuſationibus. Et de materia iſtius ſtatuti vide late per Barba. conſi.29. volum.2.vbi videtur reprobare Barto.& eundem Barto conſi.146.in fine.& 109.vol.2.Abb.in cap.nouit,de his,quæ fiunt a præla.Cor.ſing.84.

BIU Cujas

rit.§.si libertis. Item qui inuitat aliquem ad aliquem actum debet ipsum expectare, nisi vergeret in dispendium tertii, ma xime ecclesiæ. Archiaconus sentit cõtra Doctorem, vt ipse not.xxiij quæstio.4 displicet. Explanato autem textu, venio ad apparatum valde breuissime. Prima glossa dicit quinque animaduertenda & diuidi totum librum in quinque libros. in rerum natura habemus simile. scilicet in quinque digitis, pollice, indice, medio, anulari, & auriculari. Item in quinque sensibus, vt no.ff.de acquirenda possessione.l.quod meo. de digitis autem, & vnde dicantur, no. Archidiaconus.xxx. quæ
65 stione. s. nostrates. †Quæro cum Ber.in 2. glossa, quare papa, & imperator dicatur seruus? Respond.glossa, quia per eũ cui libet potest acquiri, sicut per seruum publicum, de hoc not.ĩ l. i.§.publicum.ff.de iustitia & iure. per Gulielmum & alios.
66 †Quæro insuper cum Ber.vtrum studia generalia possunt es se in castris? Respondet glossa, quod non, & ideo ibi studẽtes non percipiunt reditus prębendarum. fallit in monte Pessula no propter inclytam eius nobilitatem, argumen. ff.de excusa.tut.l.non tantum. §.Ilicentibus. & debet legi intra ciuitatem veterem Bononiæ, non extra muros, vt not.ff.de excusa. tutorum.l.sed reprobari.§.finali.quod dixi de castris, idem di co de minimis ciuitatibus, vt de Senogalia, & de ciuitate Lu
67 næ.ff.de excusatio.tutorum.l.2.†Oppida & castra possunt ha bere proprias cõsuetudines iuri cõmuni non cõtrarias. C.de testamen.l.fina.vt de dote lucranda.xij.distin.illud.per Arch. No.quod nihil dicitur cõtra ius commune, si per pactum fieri potest, tamẽ priuilegia studij oppida præscribere non pos-
68 sunt.†Quærit Ber.vtrum sicut constitutio est generalis, ita in dulgentia contineat ius speciale, vt in l.communi non ponitur clausula, obstante, sed in indulgentijs sic.xxv. quęstio.2.§. j.& capitulo, rescripta, per Archidiaconum, vbi omnino vi-
69 deas.†Est a & confirmatio, quæ sequitur naturam confirma-
a bilis. vnde si papa confirmat excommunicationem episcopi, tamen episcopus potest absoluere, vt notat Archidiaconus, xij.distinctio.præceptis.& eisdem terminis est contenta, vt ff.de libe.lega.l.Aurelius.§.testamento. Implicat etiam Ber. vtrum indefinita æquipolleat vniuersaji.dic, vt no de re.iur. li.6.in rub.per Dy.& facit C.familiæ erciscun.l.quoties, & ff.
70 de le.2.l.legatorum.§.qui pluris.† Viterius no de diuersis modis scribendi papæ, quia ex diuersitate styli præsumitur vitium, itẽ ex mutatione calami, & diuersitate atramenti, & dic vt infra de religiosis domibus.venerabilis. Item hodie curia Romana habet priuilegia studii, secundum Ioan. And.in no
71 uel.†Quero, aliqua negantur b esse similia, cui incũbit onus
b probandi similitudinem, vel dissimilitudinem in iure? dicit Ioannes Andr.quod neganti, qui negat.ius hoc dictum sumpsit ab Archidiaco. Dicit Ioãnes Andreas. quod in publicis instrumentis debet apponi nomen papæ. hoc est verum in
72 terris ecclesiæ. † Dicit Ioannes Andreas quod in Catalonia non datur actio ex promisso, & ideo potest dicere, nolo tibi seruare promissionem, tamẽ ipse cõcedit actionem de dolo. ff.de dolo.l.eleganter.§.seruus pactionis, scilicet intra biẽniũ. C.de dolo.l.fi & dicit, quod ex promisso non surgit actio de dolo, vt ff.de pact.l.iurisgen.§.1.sed ex cõmisso, siue trãsgresso in vno tantum ꝓtractuum innominatorum, vt ff.de pręscr. verb.l.naturalis. fallit si alio modo non potest consuli per prauam cõsuetudinem patriæ, exemplum in Catalanis, vt supra dictum est. & est simile quod no.ff.si certum petatur.l.creditor. Caue ergo tibi a Catalanis, tamen ego credo, quod nõ di
73 cat verum in facto.†Dicit Ioannes Andreas, quod quandoque declarare potest qui iudicare non potest hoc tamen nõ intelligas in statutarijs, quia post quam functi sunt officio suo, nihil possunt authentice declarare, quia tẽpora nõ largiunt,
74 nam simul cum facto tempus expirat. † nam cum tempus sit respectiuum ad actum, finitur cum actu, argumen.ff.de adul. l.accusaturis.ff de verborum obligat.l.continuus. §.cum ita. Ad officiũ porro, quod expirauit, nemini est regressus, vt no.
75 ff.de re iudica.l.Paulus. † Sed dubitatur de extrauaganti, qd iuris? dic quod extrauagans vsu approbata habetur pro volu-
76 mine, secus, si est incerta. †& an pars remota de decretali possit allegari. in isto secũdo articulo dic, aut pars est tacita, aut remota. primo casu põt allegari ad declarationem. secundo casu non, qa abolitum est quod cancellatur. ff.de mili.testam.l.
77 tribuuus.§.vlti.& in l.1.ĩ princip.C.de Lati.lib.tol.†Dicit Ioã. And.quod etiam latrones & piratę diuidunt inter se spolia secundum pacta, & inter se debent seruari ista pacta, & ꝓpter hoc conceditur eis duellum de consuetudine armorũ.dic, ꝙ turpiter faciunt, quia sunt latrones, sed non turpiter diuidũt, cum sint latrones.ff.pro socio.l.quod autem, & l.idẽ est. ff.de
78 condictio.ob turpem causam.†Dicit Inno. quod quãdo vna litera legitur in scholis, alia in registro, recurrendum est ad registrum. idem dico in statutis, quod recurrẽdum est ad archiunum publicum, & vidi hoc aliquando contingere de facto

79 †Dicit Innoc.quod non omnia, quę ipse scribit, sunt in scholis tradenda, sed in camera discutienda, & in iudiciis practicãda. & merito dicit hoc de se, quia nõnulla scribit ꝓlixo &
80 implicito sermone, quæ quamquam sunt vtilia, sunt tñ difficilia ad intelligendum. †Deinde scias, quod Io.Mona. in ꝓœmio sexti libri, tractans de causis dicit, quod duę sunt cãæ fiẽdi, scilicet finalis, & efficiens. finis est principium cõsideratio nis, & postremum perfectionis, & operationis, efficiens ipse opifex, siue artifex, q manibus, & ingenio operat, donec trãseat opera in operatũ, postea quiescit, sicut quieuit Deus septi
81 mo die ab oĩ opere suo. †Et duę sunt causę essendi, s. materialis, vt facio scãnum ex ligno: nam lignum est materia, & fabrico domum ex lapidib.& cemẽtis, ista est materia. facio farinam ex frumento, nam frumentum est materia, farina materiatũ. quarta causa est formalis, vt figura domus, puta tantæ altitudinis, & tantæ latitudinis, & similia. hæc satis naturaliter
82 patent, & multis legib.comprobantur. †& quãdoque dicim', ꝙ materia prævalet formæ.ff.de le.3.l.quæsitũ.§.illud. vbi dr, ꝙ forma essentialis egreditur de potentia materię, cui potẽtię iuncta nunquam effugiet vires suas. interdum vero forma ꝑualet rudi materiæ. nam si vni legatur materia, alii materiatum, siue formatum, prævalet legatum formale informi legato.ff.de legatis 3. ligni.ff.de pigno.actio.l.si conuertit. §.si nuda.
83 †Sed quæro, quare causæ finalis, & efficiens dicantur fiẽdi causę? Respondeo, quia sunt causæ exteriores, q̃ post factũ esse, non requiruntur ad esse, verbi gratia, ędificaui domũ, vt esset mihi tutum refugium, nã omnis domus est homini arx & tutum receptaculum.ff.de in ius vocan.l.plerique. licet autem postea non habitem domum, domus tamen est. similiter causa efficiens suis terminis est contenta, licet sit actu trãsiẽs. quiescit enim cum consummauit. & licet operans moriat, tamen perdurat operatum. verbi gratia ædificatũ, vt ff.de seru.
84 vrbano.prædio.l.cum ędificarem † Magna si quidẽ ædificia generosi & magnifici constructoris perpetua sunt indicia, vt l.1.C.de præ.nau.libro xi. hæc sunt exempla naturalia. ecce. n.
85 in spiritualibus, † in baptismo causa finalis est salus hominis, & animę: causa efficiens est ipse Deus, & baptizans, causa materialis est aqua, causa formalis sunt hęc verba, baptizo te ĩ no
86 mine patris, & filii, & spiritus sancti, quę verba prępostera non debent, quia ordini verborum infusa est quędam virtus spiritualis institutione diuina, de conse. distinctio.2. in Christo pater. In legalib.autẽ, & canonicis libris similiter est reperire quatuor causas, scilicet efficiẽtẽ, & hęc est triplex: prima est cã causarũ, ideſt Deus, secũda immediata. ideſt princeps. tertia est post istam, scilicet ipse interpres. debent autem cer-
87 tę esse istę duę, scilicet princeps & interpres. †& ideo de cuius principatu merito dubitatur, non potest legem condere, vt in hoc cap.fina. Causa autem finalis generalis est publicũ bo-
88 num. †pax & concordia quandoque sunt sinonima, & quandoq; omnino diuersa. nam si offendisti me & facio tibi ꝓcordiam de offensa, non obligo me vlterius, sed si facio tibi pacẽ essem proditor rumpendo pacem, & ita Perusinus populus ĩterpretatur. †sed quid si in confessione pęnitentiali remisi in
89 iuramẽto? sanatus ab infirmitate non potero pœnitere, nec eã prosequi in foro iudiciali, vt no. Institu.de iniu.§.fina. quę gl. non est alibi. Causa autem materialis huius operis est duplex, scilicet infecta, vt q̃stiones nõ solutę, & facta, vt dubia decisa, & decretales diuersis voluminibus sparsę. Causa formalis ope-
ris est continuatus processus, & ordo a principio libri vsq; ad
90 finem. †Porro ordo dat quodammodo naturam rei, & con-
c seruat eam in esse, vt ff.de vulga.subst.l.moribus §.prius. † Et
91 generaliter causa dici potest omne producens, seu id, ex quo aliud sequitur naturaliter, vel necessario: si autem contingẽter, dic vt infra de constitu.c.nam cõcupiscentiam diffinitio
92 nem autem non voco causam, sed eam sic describo, †diffinitio est conuertibilis propositio, substantiam, ac etiam propriã
93 qualitatem rei complectens. †oratio autem est interpretabilis
94 propositio. †significatio autem est expressio entis, siue existẽtis, & est duplex, scilicet generalis & specialis, vt ff.de serui.vr
95 banorũ prędio.l.si seruitus. †Interpretatio est sermonũ diffi-
96 ciliũ, vel perplexorum expositio. †Causa est triplex generans, & cor-

---

ADITIONES.

a Vide in recollectis per d. Papien. maxime per Ottonum in c.1. de constitu. preut referunt ibi nouissimi.

b Vide scripta per moder. Bonou. in l. illa. ff de verb. oblig.

c Alibi dicit idem Bald. in prœmio Digestorum, in principio. quod scire quid facias, nescire autem quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis, secundum diuum Ambrosinum patronum suum, prout ipse refert. alibi etiam dicit idem Bald. in suo consi. diuino, schismatis, posito post rub. C. si quis alii rest. prohib. in 2. colum. quod ordo est figura substantiæ vniuscuiusque rei.

BIU Cujas

& corrũpens,& conſeruans. Dicit enim Seneca, quod ſunt plures alię cauſæ,puta locus,tempus,valetudo,& ſimilia.ff.de exerci.l.j.in princ.p.& l.fi.de publ.l Cęſar.& C.qui pet. tut. l. cum a matrib.ſed proprie loquendo iſtæ non ſunt cauſæ,ſed appendices,& quędam accidentia,vel coincidentia,vel cohęrentia,vt in c.abbate,de re iudica.lib.vj.Deinde vides,q̃ iuſtitia,quodam triangulo continetur,veluti quadam turri fortiſ
97 ſima triangulari.† vnus angulus eſt bonum dirigens ad honeſtum, quod ꝓprie appellatur bonum, cum dicat Seneca, nullum bonum,niſi honeſtum. eſt autem honeſtas bonum in ſe,& ad ſe.& eſt tutela maieſtatis regum,& econtrario contrarium,iuxta illud Ouidij Metamorphoſeos Non bene conueniunt,nec in vna ſede morantur maieſtas, & amor, id eſt
98 libido,ſceptri grauitate relicta.† ſecundus angulus iſtius turris eſt,alterũ non lędere,quia quod tibi non velles fieri,ſi alteri non feceris,tutus es,vt in principio Decretorum, & ff. de ſolu.l.j.ff.de ſeru.export.l.ſeruus ea.Iud.ca igit̃ te a pari, vt neque te p̃ſeras,neque deiicias.In natura pari, fac te parẽ. ff. de
99 ſolu.l.j.& iſte angulus requirit paritatẽ.† Eſt & tertius angulus iſtius turris,& hanc dẽt habere prędatus in inferioribus & ſubditis ſuis,& eſt iuſtitia ad alium.nam ſibi ipſi proprio nemo eſt iniuſtus,de hac dicit Archid.xiij.quæſtio.iij.pauper,& Ariſto.in v.Ethicorum,quod neque heſperus, neque lucifer eſt ita mirabilis.hæc eſt illa regina,quæ ſedet coronata, vt l. j. C.de metropo Berito.libro xj.a dextris Dei in veſtitu deaurato circumamicta varietate, quæ ſi non poteſt exhiberi facto, ſaltem impẽdat̃ animo:quia,vt ait Iob,animam meam in manibus porto,id eſt cor meum in operibus meis,ſufficiat autẽ bene velle,licet nõ poſſis bene poſſe,vt C.de appellatio.l.quoniam iudices.

De ſumma Trinitate,& fide catholica. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Principatuum pluralitas bona non eſt, vnus ergo Princeps.*
2 *Rubricæ librorum,an ſint authenticæ, & an ex earum ordine ſit arguendum.*
3 *Rubricæ Decretorum non ſunt authenticæ,ſed magiſtrales.*
4 *Fides quid ſit,& quotuplex.*
5 *Ad fidem implicitam tenentur omnes Chriſtiani, & qui in ea dubitat eſt in fidelis.*
6 *Ad fidem explicitam tenentur omnes qui habent populo prædicare. Et docere alios qui vult,debet eſſe peritus,nec ire per mendicata ſuffragia.*
7 *Doctor legum nec iuris ignorantiam prætendere poteſt, nec prætextu iuris erroris in integrum reſtituitur.*
8 *Dilatio ad deliberandum dari debet petẽti tam ſuper articulo iuris, q̃ ſuper articulo facti,ſi ei debet reſponderi in iudicio.*
9 *Clerici paupere,quibus libri ob paupertatem non ſuppetunt,an excuſentur.*
10 *Pater,qui mittit filium ad ſtudium,tenetur ei emere libros.*
11 *Diuites,qui habent ita groſſum ingenium,quod tantillum ſcientiæ non cadit in eos,an veniam mereantur.*
12 *Ratio naturalis an excuſet eum,qui per rationẽ naturalem credit, patrem eſſe maiorem filio in diuinis.*
13 *Fides multis modis accipitur remiſſiue.*
14 *Fides hominis ad hominem quot modis ſumatur.*
15 *Fides etiam hoſtibus ſeruanda.quod declara,vt infra num.21.*
16 *Stante ſtatuto,quod liceat bannitum impune occidere,ſi ego facio pacẽ cum bannito,& promitto eum non offendere ſub certa pęna, vtrum poſſim impune offendere.*
17 *Cum eo qui a republica diffidatus eſt,non eſt charitas.*
18 *Pactum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
19 *Pactis priuatorum non poteſt crimen,alioqui non punibile, criminale, ſeu criminaliter punibile effici.*
20 *Bannitum,ſtatuto occidi permiſſum,offendens incidit in pęnam pacto conuentam.*
21 *Magiſtratus ex cauſa poteſt dare ſecuritatem bannitto.*
22 *Fęneratori quare non ſeruetur fides in exhibendis vſuris,& animus pecuniæ ſtudens Deum contemplari non poteſt.& auaritia eſt radix omnium malorum.*
d iuris, vt no. in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cer. pet. d Fallit in arbitrariis, quæ ſp̃ trahuntur ad ęquitatem, q̃ bona fides deſiderat. † Vñ, qñcunq; ſtatutum dat arbitrium iudici, oĩa talia ſtatuta. quo ad interpretationem põt dici bonę fidei, ff. de eo, qd̃ certo lo. l. quod ſi Epheſi. ff. de negocijs geſt. l. quia tantundem. &
42 iſta ſunt ex inuentione mea. † Quæro, ſi quis eſt ſuppoſitus diuerſis tribunalibus, quod tribunal inſpicietur? reſpon. illius loci, vbi ius orit. nam oẽ ius cohæret origini ſuæ. & iõ in ꝯctibus ordinandis locus ꝯctus inſpicitur, in delictis arcendis locus delicti, in iudicijs ordinandis locus fori, i. iudicij. hęc eſt vulgaris doctrina, quam primo poſuit Odof. ff. de iudi. l. j. in ſua lectura.
43 † Sed pone, in loco ꝯctus eſt ſtatutum de p̃ſcrip. annali, in loco iudicij de decẽnali, quis locus inſpicitur? reſpon. inſpicitur locus contractus, quia præſcriptio eſt via quædam actionis ſumens terminum a cauſa prima ipſius; vnde non variat ex va-
44 rietate locorum. C. de vſuc. transfor. l. j. in princ. † Vbi ergo hẽs principium, ibi de nã & fine perpendis. ff. de ver. ob. l. inſulam
45 intra biẽnium. † Dubitaẽ, vtrum valeat ſtatutum, q̃ nõ ſoluens puniatur aliqua annua pœna? dic q̃ ſic, ſi eſt debitor in ſpecie, vel in facto, quia non extenuat ſortem. Si aũt in quantitate, vel in facto, ad cautelam quantitatis, vel q̃ debeat deponere apud campſorem, vel dare pignora, ſunt opiniones, vt no. C. de vſur. aut. ad hoc. Bar. dicit q̃ nec directe, nec cauillanti põt permitti
46 vſurę. ff. de admi. tu. l. Titium. §. altero. † Quæro, an valeat ſtatutum laicorum, quo matrimonia pœnarum adiectione prohibẽtur? dicit Arch. q̃ non. 2. q. 3. Euphemium. Idem dicit Io. And.
47 in c. ſtatutum. de hęr. lib. 6. † Tu dic, q̃ ſubſtantia matrimonij, non põt prohiberi per laicos, ſed eius qualitas, vnde ſi reipublicæ intereſt talia connubia non fieri ne fiat ſcandalum in populo, tenet adiectio pœnæ, ſicut tenet, ne malis moribus ciuitas informetur, vt l. 2. C. de ſecun. nup. licet illa lex nõ ſeruetur
48 p̃ dictum Apoſtoli in foro eccleſiaſtico. † Ego video, q̃ homicidium ꝯ naturam eſt, tñ per accidens permittitur. Itaque plerunq; magis conſideratur accidens, q̃ nã, quia accidẽtia nãm obnubilant, & tegunt, vt. C. de adul. l. Gracchus. ff. de poſt. l. j. §. beſtias. oĩa iſta accidentia vocantur qualitas in iure noſtro, qa ſunt q̃dam adiectio pœnæ. alibi dicit lex, q̃ ſine dotalib. inſtrumentis cum q̃cubina non ꝯhatur matrimoniũ efficax ad prolẽ legiti-

ADDITIONES.

a Vin. God. De huiuſmodi vide q̃ per Alexan. conſi. 80. in j. parte, & per Fel. in c. ex parte, de reſcri. in verbo, præciſe.

b Vide Aret. in rub. ĩ. de iud.

c Vide aliquid per epiſcopum Alex. in c. j. 4. diſt.
Vin. God. Vide Card. in cle. 2. in prin. de hæret. qui dicit q̃ non ligat ignorantes niſi in ea ſit dictio, ex tunc.

d Vin. God. Aduerte q̃ verba ſtatuti ſic capi debent vt euitetur correctio iuris cõmunis. Rui. conſi. 169. nu. j. lib. 3.

BIU Cujas

legitimandam, vt Inst. de nup. §. fi. & tamē Archi. dicit, quod de iure canonico secus est, quia tenet matrimonium, & filij
48 sunt legitimi, vt ipse no. †Dominus Cy. dicit, ꝙ in foro Iustiniani seruatur statutum eius quo ad succedendum, vel non succedendū in bonis. Itē in dubio ꝓpter imparitatem nō dēt censeri connubiū, & ideo lex Iustiniani habuit rationabile motiuuū, & propterea seruandū in foro laicorū, & sic aliqd pōt disponi de accessorio, quod non potest disponi de principali. & adde, quod no. Arch. xcvi. dis. bene, vbi dicit, ꝙ de cā matrimoniali laici non possunt disponere. Sed vbi habent facti certitudinem, possunt ſm canones iudicare. & ego dico, ꝙ ēt de successionibus, & etiā de dotibus possint iudicare secundum leges, quia consistunt in re temporali inhęrendo di
50 cto domini Cy. †Et no. quod in dicto instrumento secundūm ius ciuile requiruntur tres testes, vt eleganter no. Archi. ponendo omnes casus, in quibus requirūtur tres testes. 2. q. v. §. j. vbi omnino videas.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones canonicæ ab omnibus seruandæ sunt tam in ciuilib. causis, quam in criminalibus.*
2 *Verbum, statutum, significat rem perfectam.*
3 *Statuta imperfecta non ligant.*
4 *Statutum episcopi an dicatur statutum canonum.*
5 *Vicario Iesu Christi subiecta est omnis creatura.*
6 *Subditus sui ipsius nemo est, propterea constitutio Papæ non ligat eum nec successorem.*
7 *Terminus generalis an possit arctari per subauditum intellectum.*
8 *Verba legis, sunt iuuanda interpretatione.*
9 *Statutis semper creditur inesse iustitia.*
10 *Iudex succedit loco legis, & in non determinatis a lege habet arbitriū simile determinatis. & nu. 13.*
11 *Testis depositio, & Notarij scriptura in aliquo falsa in totum vitiatur.*
12 *Positio ratione partis falsæ potest negari simpliciter.*
14 *Iudex debet iudicare secundum acta, & probata, non ex proprio sensu.*
15 *Clausula, si ita est, in literis Papæ exponitur ideſt si ita est probatum.*
16 *Iudex non debet formare sententiam ex suo capite, sed prout ius dictat.*
17 *Transgredi leges an liceat iudicibus propter casus de nouo emergentes.*
18 *Aequitas nō scripta nō hēt vim legis, vbi rigor scriptus est in cōtrariū.*
19 *Iudex in ciuilibus, ēt p modica iniustitia, puta expensarū, facit litē suā.*
20 *Trangredi leges an liceat arbitris.*
21 *Arbiter an faciat litem suam in male iudicando.*
12 *Apices iuris sunt quidquid bonā fidē nō tangit, sed extrinsecus vētilat.*
23 *Arbiter in modica quantitate potest leges transgredi ob bonum pacis.*
24 *Pœnas augere, vel diminuere an possint iudices maiores, & qui habent altam iurisdictionem, vt sunt potestates, & præsides ciuitatum merum & mixtum imperium habentes.*
25 *Pœnam certam & determinatam, imponi consuetam, iudex mutando facit litem suam.*
26 *Iudices ecclesiastici, etiam post sententiam, interdum dispensant.*
27 *Ep̄s si dispēsat, vel ex officio aliqd facit, an sit necessaria p̄sentia partis.*
28 *Tumultus si immineat p̄t culpabilis puniri, nō seruato ordine iudiciario.*
29 *Ius ciuile si discordat cum canonico, quod nam attendi debeat.*
30 *Sententiam iudicis laici an teneatur exequi episcopus.*
31 *Iudex quid si male iudicat per simplicitatem, & non per malitiam.*
32 *Filius quemadmodū cōtrahendo, & iudicādo patrē de peculio obligat.*
33 *Iudex in arbitrarijs debet eligere opinionem maiori fulctam ratione.*
34 *Iudex sequens communem opinionem in iudicando, nisi ea sit notorie falsa, vel irrarionabilis, excusatur.*
35 *Opinio Glo. cui nulla alia Glo. aduersatur, tenenda est, & quid si inuicē aduersantur.*
36 *Interpretari, vel glossare statuta municipalia, an possit priuata p̄sona.*
37 *Statutum, quod extrahens sanguinem in palatio puniatur corporali pœna, non comprehendit phlebotomantem.*
38 *Voluntas, & propositum distinguunt beneficia, & maleficia.*
39 *Interpres debet duntaxat exponere, non facere nouum ius.*
40 *Statuta municipalia recipiunt interpretationē intensiuā, & expositiuā.*
41 *Interpretatio quæ requirat, & vbi verba seruiunt menti, & mens verbis, non indigemus interpretatione.*
42 *Statuta omnia recipiunt interpretationem intensiuam, & aduersatiuā, non autē extensiuā, vel restrictiuam, nisi quatenus de iure communi.*
43 *In statutorū intellectu, attendi debet eorū uis, potestas, & rō, & virtus legum consistit in substantia rationis. & scriptura sine mēte nihil est.*
44 *Scripturas interpretamur per viuam rationem, per argumentum a pari litate, & ab omnimoda similitudine.*
45 *Interpretatio competit magistratibus, ac prudentibus.*
46 *Statutum debet verbo a iure communi sumpto cum sua causa vti.*
47 *Statuta non sunt interpretanda per fictionem.*
48 *Statuta loquentia de executionibus testamentorum fiendorum præter ordinem iuris communis, non habent locum in ficta, seu p̄sumpta vulgari, vel pupillari tacita & quare.*
49 *Ius commune informat, & vesti statuta, non econuerso.*
50 *Interpretationē extraneā, vel ceruotinam, vel transgredientē terminos nō recipiūt statuta. Sicut nec instīa, nec testes nec aliud interp̄tabile.*
51 *Interpretatio sumit a natura cōtractus, a natura rei, & a cā, nu. 55. & fi.*
52 *Interpretatio statuti an dicatur statutum.*
53 *Et de interpretatione cōtractus dotis, & de interp̄tatione stipulationis.*
54 *Statutorum reuisione commissa quibusdam sapientibus, vtrum pendente reuisione statuta vetera possint exequi.*
55 *Statuta an æquiparari debeant contractibus an vltimis voluntatibus.*
56 *Arbitrator, q hēt ex forma cōpromissi potestatē arbitrādi & corrigēdi arbitramētū, si fecit laudū reseruata sibi potestate corrigendi, potest interim laudū latū peti mandari executioni, præstita cautione idonea.*
57 *Interpretatum semel an possit itorum interpretari.*
58 *Iudex si erret contra textum l. sententia expresso errore, non valet, secus si erret contra interpretationem legis.*
59 *Hæres non potest interpretari voluntatem defuncti.*
60 *Statutum populi si disponit, quod genitor possit relinquere filio spurio bona sua an valeat.*
Legitimati an succedere possint.
61 *Legitimatus habet figuram, non autem substantiam naturalē legitimi.*
62 *Imperator in legitimationibus reseruat clausulam non obstantium, quā populus non potest apponere quia est supremæ iurisdictionis.*
63 *Statuere populus potest qnatenus moribus, & legibus viuit.*
64 *Quæ a turpi causa finali oriuntur, vel ad eam referuntur, non debent ad effectum produci.*
65 *Statutum quod pater possit filio sperio bona sua relinquere, nutrit peccatom luxuriæ.*
66 *Ius ciuile non potest tollere ius naturale. sed effectum eius.*
67 *Præscriptio nō tollit cōtractū, sed eius virtutē, i. obligationē, & actionē.*
68 *Statutum, quod naturalis filius exhæredatus a patre, vel præteritus habeat querelam inofficiosi testamenti an valeat.*
69 *Statutū, quod nati ex diuersis cōcubinis sibi inuicē succedāt, an valeat.*
70 *Dotare an possit princeps spurias suas de plenitudine potestatis.*
71 *Potestatis plenitudo superat omnem legem positiuam. & in Principe sufficit pro ratione uoluntas.*
72 *Iura videntur ibi possideri, vbi quis domicilium habet, vel forum fortiē.*
73 *Potestas & potentia qualiter differant.*
74 *Populus regitur tribus modis.*
75 *Consuetudines fori iudiciorum non sunt regalia, nec ad eas præscriben. requiritur scientia principis vel mediati superioris.*
76 *Consuetudo debet esse præscripta.*

CAP. PRIMVM.

2 1 CAnonum. a †Cōstitutiones canonicę ab oībus sunt seruandæ tā in ciuilibus causis, q̄ in criminalibus, & nemo suo sensu, sed canonum authoritate dicitur. Casus, præcipit conciliū Meldēse, ꝙ statuta canonum, ideſt canones statuētes custodiantur ab omnib. & nemo in actionibus, vel in iudicijs suo
2 sensu ducatur, sed iudicet secūdū canones. † Ibi statuta, istud
b verbum significat rem perfectā. ff. ꝙ quisque iu. l. 1. §. hæc ver
3 ba. †vnde statuta imperfecta non ligant, vt plene no. in proœmio cle. vt puta ea, q̄ requirunt confirmationē superioris, vel
4 publicationē. nā prima sunt īperfecta quo ad obseruātiā. Ibi, canonū, q̄ritur, an statutum episcopi dicat statutum canonū. loquor de statuto valido, vt infra de loc. c. vestra. & ꝙ sic, quia oīa nra sunt, q̄ nra authoritate subsistūt, vt C. de vete. iu. enu. cle. l. j. §. oīa. In p̄riū, ga sequeretur, ꝙ ius municipale esset ius cōe, quod falsum est Sol. quo ad dispositū sunt diuersa, q̄q̄ authoritas disponentis influat super dispositum a statuto. Porro aliud est permittere, aliud est facere, vt ff. de ma. vin. l. si pater.
5 §. fi. & C. de testa. l. omnium. †Ibi, ab omnibus, exponunt quidam. s. subditis, quod non placet Inn. quia vicario Iesu Christi subiecta est omnis creatura. Tu dic, aut est talis cōstitutio, q̄ possit adaptari oībus, & tunc est verū, quod dicit Inno. aut non potest adaptari oībus, puta infidelibus, & tunc bona est
6 dicta gl. †Item quia nemo est subditus suiipsius, iō cōstitutio papæ eum, vel eius successorē non ligat, vnde potest regi suo sensu, & eius sntia ꝺ ius scriptū lata ius facit, vt l. j. ff. de consti.
7 prin. & C. de legi. l. fi. †Extra quęro, an terminus generalis possit arctari per subauditū intellectum? dicit Ia. de Are. ꝙ aut disponēs loqtur per modū constitutionis, & potest arctari. ff. de oper. no. nun. l. 1. §. item nunciatio. & hoc verum est, quando
8 loqt̄ de legislatore, †ga verba legis sunt iuuanda interpretatione, vt patet. ff. qui satisdare cogan. l. inter oēs, & C. de sacros. eccle. l. 1. vbi dicit, habeat vnusquisq;, exposuit gl. s. habilis. & codē modo si diceret statutum, vnusquisque vadat in exercitū,
9 intelligitur de habilibus, ideſt qui naturaliter ire possunt, † ga iustitia statutis semper creditur inesse, vt ff. de re milit. l. 3. §. si ad idē. ff. si quis cau. l. 2. §. ꝙ diximus. ff. de excusati. tut. l. scire oportet. §. & si maxime. † & sic iudex succedit loco legis
10 & vocatur

ADDITIONES.

a Circa istud c. quæro, an iste tex. in verbo, ab omnibus, intelligatur tam de bonis, quam de malis, vide omnino Panor. in cap. solitæ. in 7. no. de maio. & obe.
b Et ca. in his infra, de verbo. signifi. vbi tex.

BIU Cujas

& vocatur princeps, & ideo in non determinatis a lege habet arbitrium ſimile rebus determinatis, vt no. ff. de teſt. l. ſcio.
11 † Si autem terminus vniuerſalis ꝓferat̃ a teſte, vel tabellione non reſtringitur. ſed ſi eſt ī aliquo falsū, in totū vitiat̃, qa ſubſcribentis authoritas vulneratur, vt no. ſupra tit. ꝓximo. c. dū-
12 namus. per Bernar. ix. diſtin. ſi ad ſcripturas, & de hęret. fraternitatis. † Idem, in poſitione, vel interrogatione, nam rō partis
13 falſæ poteſt negari ſimpliciter, vt ff. de reb. dub. l. ſi is, q̃ ducē
ta. §. vtrum ita. † Ibi in actionibus, nec in libellis, vt l. 2. §. poſt originem ff. de origine iuris, & infra de iudic. capitulo, examinata. nec in ꝓceſſibus. eodem titulo, capitulo, exhibita, de reſtitutio. ſpolia. capitulo, Piſanis. nec in teſtamētis ff. de legatis j. l nemo poteſt. ff. de legatis 1. l. codicillis. §. fi. ff. de conditio. inſtitu. l. qdā in ſuo. ff. de auro & argēto lega. l. medico. §. vltimo.
14 ff. de operis liber. l. cerdonē. † ibi, ſuo sēſu, ſ. corporeo. nā licet viderit, debet potius iudicare ſecundū actū & probata, quam ſm id quod vidit, nec dicitur iudicare ipſe, ſed lex, quę hoc diſponit. ff. de ritu nuptiarum. l. palam. Studeat tñ intercipere teſtes, in q̃tū pōt, ne falſum coram eo probetur, vt notat Azo. in
15 ſumma. C. de teſtibus. † & hæc vera ſunt, etiam ſi in literis papæ ſit clauſula, ſi eſt ita, nam exponitur, ſi ita eſt probatū, & vide, quod notat Archidiaconus. 30. q. 5. iudicantem, & xi. q.
16 3. quamuis ꝑ Archidiaconum. † Item poteſt intelligi litera de
a ſenſu corporeo, id eſt de opinione animæ. nemo enim ex ſuo capite dēt formare ſnīam, ſed ſm qđ ius dictat, alioquin nō eſ-
17 ſet miniſter legis. † Vnde iuxta hoc quęro cum Inn. vtrū rōne caſuum emergentium poſſint iudices ordinarij licite leges trāſgredi? & videtur, quod poſſint ſequi iudicium animi ſui quia iurant iudicare, quod ſibi ęquum, ac iuſtum videbitur, ut in Auth. iuſiurādū, qđ præſtatur ab his. §. æquius. vnde nō debent delerare, vt C. ad legem Iuliam repetūdarum. l. fi. Sol. dicit Inn. ꝙ ordinario hoc non eſt licitum, quia nec iuſtū eſt
18 facere ꝯ legis vigorē, vt C. de le. l. leges ſacratiſſimæ. † Item nec æquum, qa æqtas non ſcripta non hēt vim legis, vbi rigor ſcriptus eſt in ꝯrium, vt ff. qui & a qbus l. proſpexit. & nota. plene
19 ꝑ Cy. in l. 1. C. de le. † & hęc vera sūt in ciuilibus cauſis, in qb. iudex nō hēt arbitriū, imo ēt pro modica iniuſtitia, puta expē-
20 ſarum litis, facit litē ſuā, vt in Auth. de iu. §. oportet. † Sed ſtatim quæro cum Inn. qd in arbitris? dr̃ namque arbiter ab arbitrij libertate, vt ff. de arb. l. qualē, in prin. ergo vr̃ ꝙ poſſit ſequi animi ſui motum, quem alteri committere non poteſt, vt no.
21 e. ti. ſicuti. † In ꝯriū vr̃, ꝙ arbiter b facit litē ſuā male iudicādo
b ēt in apicibus iuris. C. de pact. l. ſi qs in cōſcribēdo, in fi. † Apices iuris ſunt, quicqd bonā fidem non tangit, ſed extrinſecus
22 ventilatur, vt ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. §. qnædam. Solu. dicit Inno. ꝙ arbitro permiſſum eſt leges tranſgredi, vt hic no. per
23 Ber. vt ff. de ar. §. ſtarim. l. idē. † Tu dic, ꝙ non licet arbitro c le-
c ges tranſgredi, ſed arbitratori licet propter bonum pacis, vt ꝯ. de præben. niſi eēt. ſ. in parua quantitate, pro qua veriſimiliter tranſigerent hi qui lites execreātur, vt ff. de arbi. l. ſed ſi ſeruum. § ſi quis iudex, & l. de meis §. recepiſſe, in gl. ord. & licet arbiter non iuret, nihil ad rumbum. nā nec iudex delegatus iurat, & tñ dēt iudicare ſm leges & canones, alias facit litē ſuā,
24 † Quæro vna cum Inn. quid in cauſis criminalibus, vtrum iudices maiores, & qui habēt altam iuriſdictionem, vt p̄ſides, & poteſtates ciuitatum habentes merum imperium, poſſint propter caſus emergentes pęnas augere, vel minuere? Dicit Inn. ꝙ ſic in extraordinarijs criminibus. quinimo ēt in ordinarijs ante latā ſententiam, & cauſa cognita, vt ff. de infamibus. l. qd ergo. §. pęna grauior, & C. eo. l. ſi Poſſidoniū, & l. & ſi
25 ſeuerior † tu dic. aut conſueuit imponi certa & determinata pęna, & non poſſunt eam mutare, quin faciant litem ſuam vt C. ne ſanctum baptiſma iteretur. l. fi. ff. ad Turp. l. j. §. calumniatoribus, niſi in ſententia exprimat cām rōnabilem, qñ exaggerāt, vel diſpenſant, ar. ff. de qō. l j. §. ſi quis vltro, & pœnæ
ꝯſuetudinarię & ſtatutorū municipaliū oīno ſunt imponendæ, licet crimen ſit extraordinariū, vt ff. de extraor. cri. l. j. §. sūt
26 quædā, & hoc in iudicibus ſęcularibus. † Sed iudices eccleſia ſtici qñque etiam poſt ſententiam diſpenſant, vt ꝯ. de iud. at ſi clerici, niſi proceſſiſſent ad actum degradationis ſm Archi.
27 Quęro, ſi epiſcopus diſpenſat, vel ex officio aliquid facit, vtrū ſit neceſſaria preſentia partis. dic quod non, qñ non fit in figura iudicij, vt no. Arch. j. q. 7. quoties cordis. & de multiplici ſdi-
28 ſpēſatione vide eadē ca. & q. hi qui, per Arch. † Extra no. ꝙ qñ periculum tumultus imminet, poſſunt pęna mortis puniri culpabiles abſque vllo ordinato proceſſu, vt ff. de īiuſto teſtamento. l. ſi quis filio exhæredato. §. quod ſi quis. ver. niſi forte.
29 † Quęro, quid ſi diſcordat ius ciuile, & ius canonicū? Reſpōdeo in his, in quibus præualet ius canonicum ratione materiæ vt quia ſpiritualis, vel vſuraria, vel ratione perſonæ, vt quia clericus, vel religioſus, & ſequendum eſt ius canonicum, in alijs autem caſibus epiſcopus ſeruabit decretales in ſuo foro, & poteſtas in ſuo, etiam ſi ambo fori ſint in eadem ciuitate, quia forus licet videatur paruum territorium, tamē ad inſtar territorii regitur, & quilibet in ꝓprio territorio militat, & regulat & gubernat, vt no. ff. de manu. l. apud eum. ꝯ. de noui oper. nuncia. c. i. & ibi no. & infra de foro cōpetenti, qđ
30 clericus † Sed nunquid epiſcopus tenetur exequi ſententiam iudicis laici? reſpon. ſic, ſi eſt iuſte lata, & a iure canonico nō diſcrepet, alias ſecus, vt in capitulo, prin. de exceptio. lib. 6. multo fortius e contra, vt patet expreſſe. C. de epiſ. audien. l. ēpale. cum enim vtraq; iuriſdictio ſit ordinata ad iuſtitiam, æquiſſimum eſt, ꝙ vna protegat alteram, quia vtraque ſubeſt eidē ſupiori, ſcilicet Deo, vt ff. de ſacroſan. ecc l. placet. Deinde tu potes venire ad gloſſam Bernardi. Opponit̃ de capitulo, ſcīēdū. Solutio, ibi locales, hic generales. Opponit̃, ꝙ lex cō ſulens non obligat. ſol. vt in gl. Opponit̃ de l. digna vox. ſolu. ibi, prima verior. Opponitur de inculcatione. ſol. vt in gl. Quęro de actione inepta propoſita inepte, reſpondeo nō valet libellus. Quęro, qd ſi apta ꝓponitur inepte? dic vt infra de iud. c. examinata. Opponitur de l. qualem, ſol. ibi, nō ꝯ legem, ſed
31 circa factū. Ber. Quęro quid ſi iudex iudicat per ſimplicitatē, & non per malitiam? reſpōdeo, tenetur quatenus bono viro æquum videtur, id eſt quatenus facere poteſt, & intelligit facere poſſe etiam de peculio, ſi eſt filius familias, cui adminiſtratio peculii ſit ꝯceſſa, vt ff. de iudiciis. l. ſi fili⁹. † Nā ſicut obligat patrem contrahendo de peculio, ita iudicando, quod eſt
32 notabile, quādoque tamen ignoſcitur ei non ſolum in tanto,
33 ſed in toto, vt in apicibus iuris, vt dicā. ꝯ. e. c. ne innitaris. † Extra no. ſecundum Io. And. ꝙ expedit habere iudicem gratio-
d ſum in arbitrariis, d tamen cauant iudices ne eligant opinionem, quæ minus habet rationis. Iudex ſuccedit loco legis, & vocatur princeps, & ideo in non determinatis a lege habet ar-
34 bitrium ſimile rebus determinatis. ff. de teſti. l. ſcio. † Excuſantur autem, ſi ſequūtur opinionem communem, niſi notorie ſit irrationabilis, ſeu falſa ſecundum Hoſt. quod tene menti.
35 Dicit Iac. But. quod debemus ſequi in dubio opiniones gloſ-
c ſarum, quæ non habent gloſſas contrarias, vt ipſe no. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſ. & facit l. diſ. dominio ſancto. vbi vero eſſent glo. contrariæ, teneat illam opinionem, cui magis ratio intellectus ſui conſentit, nec propterea facit litem ſuam, quia habet neceſſe eligere, vnde neceſſitas officii eum excuſat, argu. ff. ad Silla. l. ſi quis in graui. §. cum oēs. adde qđ dicā. ꝯ. eo. c. ne
36 innitaris. † Vulgaris qō eſt, vtrū aliqua priuata ꝑſona poſſit interpretari, vel gloſſari ſtatuta municipalia? & videt ꝙ ſic, qa nō debeot iudaice intelligi, vt ff. de in ius vo. l. quamuis. Item
37 de abſurdo animo poteſt fieri lex, † unde ſi ſtatutum dicit, ꝙ faciēs ſanguinē in palatio puniat̃ pęna corporali, nō intelligitur de eo, q̃ facit ibi phlebotomiā, qm̃ hoc eſſet iudaicum, nā hoc eſt beneficiū, non malū, per quod infirmi in columitas ꝓ curatur. Itē delictum, & reatus idē ſunt, ſed iſte non eſt in rea
38 tu. Itē † voluntas & ꝓpoſitum diſtingunt beneficia, & malecia, vt ff. de fur. l. q iniurię, & l. verū. ff. loca. §. ſi quis ignorans. ſed iſte nō habuit ꝓpoſitū delinquēdi, ergo nō eſt delictū, qa a quo remouetur diffinitio, remouetur & diffinitū, ſed oīs diffinitio delictorum fit per dolū, vel culpā. ff. de legi. l. 1. ſed hic non eſt dolus, vel culpa, niſi ex induſtria male phlebotoma-
uerit, vt ff. de var. & extraor. cog. l. medicus, & ff. de iniuriis, l. ī
rē. § tugurium. In ꝯriū videtur, quod ſtatuta nō poſſint gloſſari, qa nemo ſuo ſenſu dēt ea intelligere, ſed literaliter, ꝓut iacent, vt ff. qui & a quib. l. ꝓſpexit. ff. de exerci. l. 1. §. ſi is, q̃ nauem. Itē qui interpretatur, addit vel minuit, ſed qui hoc facit
39 nouū ius facit, vt ff. de iuſti. & iu. l. ius ciuile. † Ad interpretem autem nō pertinet nouum facere, ſed exponere & explicare, vt ff. de ver. ob. l. 1. in fi. & l. 1. ff. de excu. tu. Item nihil excitat̃ ad actum niſi per potentiam, de leg. 2. l. ſi ita § ſub cōditione, ſed poteſtas gloſſandi & interpretandi debet concedi a prin-
cipe. ff. de orig. iu. l. 2. §. fi. Sol. interpretationem expoſitiuā re-
f cipiunt, quia ſine hac interpretatione non poteſt cęna f duci, vt ff de ori. iur. l. 2. §. ex his legibus latis, in verbo, deſideraret. & in euāgelio Matthęi dicitur, quod Emanuel interpretatur nobiſcum Deus. Et apoſtolus dicit, quod interpretatio eſt

donum

ADDITIONES.

a Adde etiam hoc, quod qui facit contra legem præcepti, in cuius intellectu ſunt variæ opiniones, peccat, vt ſin. colligitur ex tex. & glo. & ibi Io. And. & d. Ant. in c. appellanus, de ferijs, & facit quod no. Inno. in cap. ne innitaris, de conſt. infra eo. & ponit Alexan. conſi. 107. in ſecunda parte, & adde hic ad Panorm. in apoſt.

b Vide Io. de Imo. & Mod. in l. diuus. ff. de re iu. vbi etiam aliquid per do. Alexand.

c Vide Are. in cap. dilecti, de iudi & an arbitrator, quantacunque fulgeat poteſtate, poſſit repellere præſcriptionem, vide Oria. in tract. de arbi. in vlt. parte num. 25.

d Vide Fan. in c. conſuluit, de off. dele.

e Adde ſcripta late per do. Moder. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure, & vlrra ibi ſcripta, adde, quod dicit idem Bal. in conſi. 272. primo libro, in vltimis verbis. quod veritas eſt in gl.

ſ Vide Socinum in conſi. 252. ver. primo ex doctrina.

BIU Cujas

donum Dei, j. Corint. 14. & expositio sacrarū scripturarum.
41 † Dic, q̄ interpretatio tria requirit. s. interpretabile, interpretantem, & actum interpretandi. & vbi habemus sonum verborū, quia verba seruiunt menti, & mens verbis, vt l. Labeo. ff. de supe. leg. non indigemus interprete, sed vbi est plus, vel minus in mente, q̄ in verbis, tunc recurrimus ad mentem si dicto scriptum cōgruat. ff. de leg. 2. l. cum p̄r. §. cum imperfecta. † & oīa
42 statuta recip. unt interpretationem intensiuam, quæ ex verbis intelligi pōt, sed non extensiuam, vt ff. sol. mat. l. si vero. §. de viro. nec restrictiuam, vt ff. qui & a qui. l. prosp exit. nisi restringatur per ius cōe, quod hēt informare statutum municipale, vt C. de nox. l. 2. de consue. cum dilectus, & no. C. de iure deli. l. fi. §. in computatione. tm̄ scripturæ statutorum non sic sunt interpretandę, sicut diuina scriptura, qa spiritus sanctus, qui legitur in litera, viuificat, litera aūt occidit. 2. Cor. 3. Item statuta recipiunt interpretationem aduersatiuam per ar. a ꝓrio sensu, vt C. de fur. l. apud antiquos. Istud ar. in tex. vocatur coniectura, & per ꝓriam coniecturam iste modus argumētandi pōt resolui,
43 vt C. de condi. inser. l. 2. † Item statuta non debent ita ruditer intelligi, q̄ amittant vim, ac ptātem eorum, vt ff. de leg. l. scire leges. Virtus. n. legis consistit in substātia rōnis, vt C. quæ sit lon. consue. l. 2. quia mēs legis idem est, qđ aīa & spiritus ipsius scripturæ. nam scriptura sine mēte nihil est, vt ff. de test. mi. diuus.
44 † Item per viuam rōnem interpretamur scripturas, vt ff. si cer. pet. l. cum fundus. §. j. & ff. de acq. pos. l. j. §. veteres. vñ oīa statuta recipiunt interpretationem per punctum rōnis. nam rō nō fallit, nec fallitur, vt l. fi. C. de pon. auri. Item interpretamur per ar. a parilitate, vt C. de ind. vidu. l. fi. Item per ar. ab omnimoda similitudine, vt ff. de leg. l. non pōt, & l. de quib. & l. ideoq;. vbi
45 † dr̄, q̄ interpretatio est commissa magr̄atibus. Item competit prudentibus, quib. est cōcessum interpretari, vt d. §. ex his legi
46 bus latis. † Item q̄ statutum mutuat vocabulum a iure ciuili, quod assumit adminiculum, & opem a iure communi, dēr vti cum sua cā tanq̄ successor vocabuli, arg. de acq. pos. l. Pompo-
47 n. us. §. cum quis, & in Auth. de filijs ante dota. inst. na. §. fi. † Sane per fictionem iuris statuta non sunt interpretanda, vt ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc verba. nam frustra esset ibi fm caput edicti,
48 si primum suffecisset. † Et ideo statuta, quæ loquuntur de executionibus testamentorum præter ordinem iuris communis fiendorum, non hūt locum in ficta seu p̄sumpta substitutione tacita vulgari, vel pupillari, qu'a illa non est proprie testm̄, sed suppletio testamenti. & licet testm̄ ex forma strict iuris nō valeat sine insinuatione, tm̄ tacita substitutio non est insinuanda de per se & expresse, & tm̄ haberet locum in testamento, qđ cōfirmatur per fictionem legis Cornelię, vel postliminij, quia est verum testm̄ in facto, licet sit fictum in virtute, & licet eius confirmatio consistat in fictione confirmante testm̄, vñ ibi est veritas fundamenti & originis. val'ditas aūt est ibi in fictione ꝓsistens, quapp ibi fictio magis influit, q̄ disponit. ff. ad le. Fal. l. j. §. j. & multa prosunt ad coad uuandum, quæ non prosunt ad originem petitionis fundandam, vt C. de eden. l. fi. Vel dic breuius, q̄ aut lex fingit principaliter pp se, aut pp aliud, ideſt pp coadiuuandam veritatem. Primo casu casus fictus non clauditur in statuto loquente de casu vero & nāli, secūdo sic: quia licet fictio coadiuuet, tm̄ ille casus est fundatus ī ver. tate, & hoc tenemenți, quia subtile & sane vbi loquimur de facto, & non de ficto, non inspicimus fictionem, vt in cle. quod circa, de ele.
49 † Sed Bar. dicit, q̄ statuta recipiunt interpretationem passiuā, a
a non actiuam, in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. similia verba habes in glo. ff. de transac. l. qui cum tutoribus, in prin. Hoc est dicere, q̄ ius commune informat statuta & vestit, sed non informatur, nec vestitur ab eis, & hoc propter virtutem attractiuam, quam habet ius commune ad municipale, & non eō. de ista virtute attractiua no. ff. de pac. l. iur's gentium. §. quinimò.
50 † Vlt mo scias, q̄ statuta non recipiunt interpretationem extraneam, vel Ceruotiam, vel trāsgrediētem terminos suos, sicut nec instrumēta, nec testes, nec vllum interpretabile, vt ff. de fideiuss. l. fideiussores magr̄atuum. §. pro Aurelio. & ideo vbi statutum figit pedes, ibi nos figere debemus, vt no. ff. pro soc. l. si non fuerit. ita tm̄ inferamus, q̄ a verbis nō prorsus recedamus, vt ff. de ver. ob. l. quicquid astringendæ, & ff. de vsuf. leg. l. si alij, & no. C. de leg. l. non dubium, de priui. c. porro. Item de interpretatione contractus bonę fidei habes. ff. pro soc. l. si socius pro
51 filio. † Item sumitur interpretatio a natura contractus. l. fi. ff. de condi. ob cau. Item a natura rei. ff. de dam. infec. l. inter quos,
52 ver. & quod in stipulatione. ff. de vsu. l. si stipulatus. † Quæro, vtrum interpretatio statuti dicatur statutum? respō. sic, si est intrinseca & substantialis & inseparabilis a statuto. ff. de ver. sign. l. nominis & rei. §. verbum, ex legib. sed si est argumentalis, vel extrinseca, tunc non est statutum. Gl. ord. dicit, q̄ est tex. leg's,
53 ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. & non est alibi. † Item de interpretatione ꝓctus dotis, qui sīr est bonæ fidei, habes. ff. de pac. dot. l. inter socerum. §. cum inter patrem. Item de interpretatione stipulationis, quæ est stricti iuris, habes. ff. de verb. ob. l. si ita stipulatus fuero per te non fieri. & facit. ff. de cuic. l. si ita quis, & ff. de ritu nup. l. l bertum. §. senatus. Item de interpretatione sumpta a causa si. habes. ff. de cond. ob cau. l. si extraneus,
54 sed a causa impulsiua non sumitur interpretatio. † Sed dubitatur de hoc pūcto. Commissa est reuisio statutorum quibusdā sapientibus, vtrum pendente reuisione statuta vetera possunt exequi? nam si equiparas statuta contractui, non possunt exequi, vt l. pecuniam. ff. si cer. pet. si vero equiparęs vltimæ voluntati, possunt exequi, vt l. plures, in pr. n. ff. de excep. do. †
55 & videtur, q̄ equiparentur contractibus, vt ff. de ma. test. l. si ita fuerit. In ꝓrium vr̄, in vltimis voluntatibus, quia non fingunt retro, vt C. de legi. & const. l. leges, & constitutiones. Sol. dicit Part. q̄ possunt interim exequi, qa inter. m hūt suum esse perfectum, licet in futurum possint reformari, vt ff. de in diem addic. l. 2. & est sicut in p̄cario, qđ pro libito pōt reuocari, tm̄ donec reuocetur, subsistit. ad idem facit c. gratioſe, de resc. lib. 6. & l. 4. ff. loca. fm Bar. qui ita no. ff. de condi. inde. l. Iulianus, qđ verum est p̄stita cautione, & non aliter, quia equiparo supplicationi. ī. de
56 in inte. rest. c. suscitata. † Ex hoc sequitur alia conclusio, q̄ si arbitrator, qui hēt ex forma compromissi potestatem arbitrandi & corrigēdi arbitramentum, facit laudum suum reseruata sibi ptāte corrigendi, q̄ interim laudum latum p̄t peti executioni mandari p̄stita cautione idonea. C. de ord. cog. l. fi. ar. C. de p̄ci.
57 impe. offer. authē. quæ supplicatio. † Sed nunquid semel interpretatum pōt iterum interpretari? rn̄. non, quia rei declaratæ b
b n. hil addi pōt, nec detrahi. h. d. glo. ord. no. ff. de verb. ob. l. quic-
58 quid astringendæ, quæ non reperitur alibi. † Item dicit, q̄ interpretatio est dubij casus decisio, vt C. de leg. l. fi. & si iudex erret ꝓ tex. legis, sn̄ia non valet expresso errore. secus, si erret ꝓ interpretationē legis. ff. de re iu. cum prolat's. † Item oīs assimilatio dr̄ interpretatio, vt Institu. de legi. pa. tute. vbi est tex. notabilis.
59 Interdū exponit, interpretor. i. p̄sumo. C. de leg. l. j. † Et no. q̄ hæres non p̄t interpretari voluntatem defuncti. duæ gl. sunt n iure ciuili. ff. de rei ven. l. item Pōponius scribit. §. fi. & ibi tex. q̄
60 nō est alibi, & ff. de ver. ob. inter stipulantem. §. fi. † Dubitatum est apud antiquos, nūquid statutum populi valeat, si disponit, q̄ genitor possit rel. nquere filio suo spurio bona sua? & vr̄ q̄ sic, quia nulla rō naturalis hoc prohibet, & ius naturale antiquum permittit, quo iure primæuo oēs in natura pari nascebant pares, vt puta quia liberi. i. gnati nascebant, cum non esset cognita dr̄ia naturalis atq; ltīmi, [vt in Auth. qui. mo. natu. & c. coll. 6. & 7. Item quia nihil peccauerunt geniti, sed genitores, vt
61 C. de nat. li. l. legem Anastasij. † Ltīmatio simlis est alchimię, c
c quæ facit apparere illud, quod non est, transmutare tm̄ vnam spēm in alterā nō pōt, sicut ltīmatus figurā ltīmi gerit, sed non hēt eandem substantiam, quæ dēt proficiscī a rerum nā, quæ diuina & immutabilis est. In ꝓrium vr̄. nā ius potissimum Romanorū prohibet eos succedere, vt in d. Auth. qui. mo. nat. eff. sui. §. fi. colla. 7. Et Imperator maior est in prohibendo, q̄ populus in permittendo. C. cōia de succes. auth. oēs peregr. ni. qa populus merum imperium non possidet, nec quasi. Itē a quo remouetur disponens, remouetur dispositum, & a quo remouetur potentia disponentis, remouetur v. rtus d. spositi. l. 2. de offi. procon. sed per prohibitionem iuris communis remouetur populus a potestate disponendi, ergo non valet dispositio statuti. Item spurius est præc se & omnino non capax, vt no. de his qui. vt indi. l. hæreditas. Item ius municipale non pōt quem legitimare in se, vt no. Innoc. ī. de fi. instrum. c. cum P. tabellio,
62 † Item etiam Imperator non solet legitimare, nisi reseruata forma, ideſt clausula non obstantium adiecta. Sed populus, qui est minoris authoritatis, non potest istam clausulam derogatoram apponere, qa ista clausula est de suprema iurisdictione, quæ vocatur plenitudo potestatis, quæ non est apud populos.
63 † Item populi possunt statuere, quatenus moribus, aut legibus v uunt, vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Sed in hoc populus non viuit lege, nec bonis moribus, quia boni mores nihil habent scrupuli. † Item quæ ad turpem causam finalem referun-
64 tur ex post facto, vel ab ea originem sumunt a principio, non
65 debent ad effectum produci. ff. de ann. le. l. Quintus, in fi. † Item istud statutum nutrit peccatum carnalis concupiscentiæ, & reddit homines, & mulieres ad carnis immunditiam, & ad

pec candum

ADDITIONES.

a Et vide allegata plene per d. Io. Bap. de sancto Seuerino, & aliquid per Ias. May. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Et adde ad ista verba Bal. hic, q̄ interpretatio in quacunque dispositione semper debet fieri in benigniorem partem. ita pulchre comprobat Soc. in consi. 23. ver. 18.

b Vide quod subtiliter consuluit Oldrad. consi. 167. incip. ante omnia considerandum, ver. nec his obstat, & vide no. per nouissimos in c. super quæstionum. §. j. de offic. deleg.

c Vide allegata per Ias. May. in l. cum acutissimi, C. de fideicom. & ibi diffuse multa pulchra ad propositum per Barba. in repe. & vide etiam scripta ad hoc in tractatu de legitima. per d. Ant. de Rosel. in 6. lib. tract. fol. 140.

BIU Cujas

peccãdũ prõptiores, qa Inia & impunitas peccãdi nutrit peccã-
66 tũ, ergo inualidũ. † In ꝺriũ facit, qa ius ciuile nõ põt tollere ius
67 naturale, ſed effectũ eius, ergo a ſiſi ita eſt. †Ecce ſiſe, ꝑſcriptio nõ tollit ꝺctum. l. in bello §. factæ. ſed tollit virtutem eius. i. obligationẽ & actionẽ, vt l. obligationũ ferè, §. placet, de act. & ob. Iſtã conſiderationem habuit tex. in §. pactus ne petteret, & ſunt verba Ia. But. in qõne veterũ Piſanorũ hic. ſed illud verum eſt, vbi honeſte ſtatuit, ideo vr ſtatutum non valere, quia ꝺ pudicitiam, vt hic, & iſtã partem puto veriorem in ſpurijs damnatis lege diuina, vt dixi in l. 2. C. de iure an. aure. ſ. ſi ſunt ſpurij nati ex complexu, qui poſſit criminaliter accuſari, alias bene valet ſtatutũ, pura, qs eſt natus ex clerico in minorib. conſtituto, vel quia pr tenebat duas cõcubinas, vel ex ſoluto & ſoluta ex furtiuo amplexu, cũ eſſent ambo viles perſonæ, inter quas ſm ius ciuile prẽſumeret matrimoniũ, vt hæc probant. ff. de ritu nup. l. in libere. Inſtitu. ad Orficianum. §. nouiſſime. C. e. l. ſi qua il-
68 luſtris. † Itẽ valeret ſtatutum, qꝺ naturalis filius exhæredatus a patre, vel preteritus haberet querelam inofficioſi teſtamẽti, quia naturalis filius tenet medium inter legitimũ & ſpuriũ, & tñ de iure cõi nunq̃ nãlis põt rumpere teſtm patris, vel aui prni, quia non ſequitur patrem, ſed matrẽ, vt ff. de ſta. ho. l. vulgo, & elegãter no. in l. j. §. j. ff. de ſecun. ta. Item ſm diuerſas conſuetudines naturales ſuccedunt diuerſo modo: ergo valet cõſuetudo, vt
69 no. in c. 1. §. pe. qui feu. da. poſ. † Itẽ valet ſtatutũ, qꝺ nati ex diuerſis concubinis ſibi inuicem ſuccedãt, licet ſit ſecus de iure cõi, vt l. ſpurij. ff. vnde cognati, ar. ad hæc. ff. de vul. ſubſti. l. ſi is qui, & no. in Auth. ſupradicta, q. mo. na. effi. ſui. §. fi. nã inter fratres nulla turpitudo verſatur, ſed ſola inhabilitas ſumpta a radice
70 corrupta, & adde qđ no. in l. 2. C. de hær. inſt. † Vidi dubitari de principibus mundi, vtrum de plenitudine poteſtatis poſſint dotare ſpurias ſuas. & videtur qꝺ nõ, quia legibus debẽt viuere, vt
71 ff. de legi. l. princeps. † In ꝺriũ vr, qꝺ plenitudini poteſtatis nihil reſiſtit: nã oẽm legem poſitiuam ſuperat, & ſufficit in principe ꝓ rõne voluntas. ff. de conſt. prin. l. j. nam authoritas veterũ, & mundi neceſſitas incõueniens induxerunt. Vñ dixit Imperatori q̃dam mulier cuius amplexus Imperator dicebat illicitos, domine ſi libet, licet. & ſm hoc dico, qꝺ ſi dns Bernabas habuiſſet in Mediolano plenitudinem ptãtis, potuiſſet dare amaſijs ſuis bona exiſtentia in territorio Mediolanenſi, vel nomina debito-
72 rũ Mediolanenſiũ, qa † iura vñr ibi poſſideri, vbi eſt domicilij, vel vbi reus ſortit forũ, quapp ẽt ſcipſum obligare potuit. ff. de iud. l. fideicom. §. tractatũ. ff. de ſol. l. q̃ro. C. vbi fideicõmiſſum peti oporteat. l. j. licet quãtitas in gñe nõ poſſit poſſideri, qa nullo loco circumſcribitur, & locus incertus poſſideri nõ põt, vt ff. de acq. poſ. l. locus. Itẽ gña ſunt ſicut prædicamenta. nõ ſicut pdicata. & oĩa p̃dicamenta ſunt ſimplr incorporalia, quæ non poſſidentur actualiter. Certe nec prædicata, ſicut ſunt ſpecies, niſi ſint corpora, vel coniuncta corporib. Sed ꝺ ꝑ dicta facit, qa turp. s affectio hic verſatur habens cãm pmanẽtẽ in turpitudine & ĩ delicto, de ac. & ob. l. fi. & de ver. ob. l. ſi plagij, qõ iſta pẽ-
73 det de facto. Sed nunqd aliud eſt ptãs, a aliud potẽtia? Rñ. ſic, qa
4 eſſe in potentia nondũ eſt ens, ſed eſt ens ante ipſum, vt no. ff. de ꝙd. ob cãm. l. qđ Seruius. ſed ptãs eſt ens, & ſic ex parte poſt. verbi gña, qa habeo iuriſdõnẽ, habeo ptãtẽ exercẽdi cã. & qa ſcis, iõ docere potes, & ſilia. hinc eſt, qꝺ ptãtiua ꝙdõ ꝺr potẽtia, nõ poſſe. Plerũq; tñ vnũ ponit ꝓ alio, vt ff. de hær. inſt. l. ſuus. §. puto. Patet ex his, qꝺ ptãs rẽ pfectã oñdit, potẽtia futurã. ff. đ ꝙdi. & dem. l. ſi iã facta. puto tñ, qꝺ ſi Papa diceret de plenitudine potẽtiæ, vel de plenitudine arbitrij, vel de plenitudine voluntatis idẽ operaretur, qđ ſi diceret de plenitudine ptãtis, quia non ſp ſtrictis vocabulis vtimur. ff. ſi cer. pet. l. ſi tibi. Nec ſciẽtiam grãmaticæ ſ. caput hẽmus, quia altior eſt aĩa, & mens oĩs, q̃ grammatica. C. de conſt. pec. l. 2. C. de ꝙhen. & cõmit. ſtip. l. ſcrupuloſam. C. de teſt. l. qm̃ indignum. & no. qꝺ nihil excitat ad actũ niſi ꝓ potẽtiã, vñ nemo acceptaret legatũ, vel hr̃ditatẽ, vel dignitatẽ, niſi habeat ius acceptandi non ſuſpenſum de futuro, ſed in pr̃ti concurrẽs, vt ff. de leg. 2. ſi ita. §. ſi ſub condi. & idem in
74 ſimilib. vt ff. quorum legatorum. l. j. §. qđ aũt. † Et no. qꝺ populus
b regitur b trib. modis. ſ. rege, & talis populus nihil põt ſtatuere, niſi nutu regis concedente, quia non põt plus ſtatutum, q̃ ipſi ſtatuentes. Sꝺo mõ regit lege j. propriis ſtatutis, q̃ qdem ſtatuta valent, dũmõ ſint licita & honeſta. his duob. mod. regit ppis expreſſe, tñ ius ſuperioris nõ põt tãgere, vt ꝯ. de iureiu. c. veniẽtes. Tertio mõ regit ꝙſuetudine & iſto modo regit tacite, tñ iſta conſuetudo, ſi tangit regalia, ꝺẽt eſſe de principis conſcientia, ſeu cõniuentia, vt no. Bar. ff. de publica. l. ſi publicanus. §. in ve-
75 ctigalib. Quæ aũt ſint regalia, hẽs in titulo, q̃ ſint regalia. † Conſuetud nes aũt fori iudiciorum nõ ꝺnr regalia, nec requiritur conſcientia principis Romanorum, ſeu mediati ſuperioris, qa qcquid põt populus expreſſe ſtatuendo, põt tacite conſuetudi-
76 nẽ generando, vt ff. de leg. l. de quib. §. fi. Itẽ ſtatutum fit in inſtanti, ſed conſuetudo fit continuatiue, quia debet eſſe præſcripta, vt l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur. & ibi no.

ADDITIONES

a Vinc. God. Quomodo hoc verbum poteſtas, accipiatur in iure, vide Cor. con. 214, circa. litera h. & f. lib. 3.

b Vide per Bar. in ſuo tractatu de regimine ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Culpa vbi non eſt, ibi pœna eſſe non debet.*
2 *Ignorans edictum non punitur, ſicut nec delictum.*
3 *Prætextu ignorantiæ qualitatis pœnæ delinquens nõ liberatur a vera pœna.*
4 *Puniri non debet quis ſine culpa, punitur tamen quandoq; quis propter culpam ab alio commiſſam.*
5 *Conſtitutio non ligat ante promulgationem publicam, & lapſum ex inde duorum menſium.*
6 *Statuta municipalia ligant ſtatim atque publicata ſunt.*
7 *Ignorantia ſtatuti probatur ex eo quod quis docet ſe fuiſſe extra prouinciã.*
8 *Scientia abſentis probare ſi quis voluerit, ſufficit probare, quod ad eum peruenerit fama ex relatione proborum & honeſtorum virorum.*
9 *Conſtitutio ſecreta, quam Papa facit in camera, non ligat.*
10 *Conſtitutio noua facta appellatione pendente, an trahatur ad cauſam appellationis.*
11 *Statutum quando reſpiciat actus futuros, vel pendentes, vel præteritos.*
12 *Nouo ſtatuto dictãte quod de contractibus præteritis ſoluatur gabella, ſi res in contractu deducta non extat, non habet locum ſtatutum.*
13 *Conſtitutio præterita vel futura reſpicit pro ſubiecta materia.*
14 *Statuto cauetur quod ciues poſſint blauam extrahere ante duos dies, & nõ poſſea, quidam cum extraheret tempore permiſſo coactus eſt referre intus propter hoſtes aduenientes, an poſſit extrahere. Et quid in eo, qui, cum vellet ante duos dies extrahere, non potuit, quia inuenit portas clauſas.*
15 *Extrahere quis dicatur.*
16 *Pœna non debet præuenire culpam.*

CAP. II.

1 OGnoſcentes. †a Vbi nõ eſt culpa, ibi nõ
2 dẽt eſſe pœna. & iõ nouum ſtatutum futuris dat formã, non ꝑteritis calũniã, ne iuſta ignorantia puniatur. ea. n. q̃ poſt legem & prẽter legem committuntur, plectenda ſunt, non illa quibus innocẽtia ſuffragatur. Et quatuor ſunt dicta, quorum primum eſt quædam maxima propoſitio. Secundum eſt quædam rla naſcens ex propoſitione prima. Tertia eſt ignorantia neceſſaria, quia lex non erat lata, non cadit in delictum, quia ea quæ non ſunt, ſciri non põt. nam ſcientia eſt entium, non eorum quæ nec ars, nec nã reuelauit. Quarto dicit, qꝺ tranſgreſſor legis, vel canonis dẽt puniri. Concluꝺe, qꝺ qui non tranſgreditur non punitur, nec vituperatur, ſed qui tranſgreditur culpatur & pu-
2 nitur. † Item no. qꝺ ignorans b edictũ nõ punit vt hic, C. de tab.
b l. gñali. lib. x. ff. de dec. ab ord. fac. l. fi. ſic nec punitur, q ignorat delictũ, vt ꝯ. e. c. nam ꝙcupiſcentiã. Si aũt qs nouit delictũ & edictũ, tñ errauit in qualitate delicti, vtrũ puniat de toto, an de tanto. dic vt ff. de iniu. l. eum qui nocentem. §. ſi nupta. & ff. loc. l. ſi
3 qs ignorans. † Si aũt non errauit in delicto, nec in qualitate delicti, ſed in gñe pœnæ, talis ignorantia non excuſat quin puniat iuxta formã veri ꝓ affectũ delinquendi. nã eo ipſo in pœnam ꝙſentit q ſe delinquere nouit. ff. de poſtu. l. j. §. beſtias. Item præſumit qs ſcire pœnã ex quo ſcit delictum. Item qa pœna eſt annexa delicto non põt ſeparari ab eo. Venio ad glo. & collige qꝺ
4 id qđ ltĩmè factum eſt pœnam non meret. † Itẽ qꝺ ſine culpa qs non ꝺẽt puniri, qđ verum eſt vbi culpa a nullo eſt cõmiſſa, ſed qñq; punit qs ꝓ culpam commiſſam ab alio licet non a ſe, vt videmus in actione noxali. ff. de re iud. l. miles. §. 10. & in ſpurio q priuat ſucceſſione ꝓ delictũ pris, vt C. de naturalib. lib. l. legem Anaſtaſij. Itẽ ſtatuta locorũ qñq; punũt patrẽ ꝓ delicto filij, vt no. C. de decre. decurionum, lib. 10. Itẽ totã familiã ꝓ delicto vnius, vt ff. de incen. rui. naufr. l. Pedius. tñ talia ſtatuta plerunque ſunt iniuſta, vt no. in Auth. vt nulli iud. in prin. colla. 9. Sunt & alij caſus vt hic in glo. & in rla, ſine culpa, vbi videas. & in illis caſibus ſubeſt cã ſpecialis ꝓ vitium mãæ, & publicam vtilitatem. vñ licet ſit ſine culpa non eſt ſine cã, vt ff. q & a quibus. l. proſpexit. & gl. ponit hic verſus quos expone vt ibi no. &
5 facit. ff. de infam. l. gño. † Deinde no. qꝺ conſtitutio non ligat tãq̃ ſit ꝓmulgata. qđ intellige publice, & demum lapſis duob. menſib. a die publicationis. qꝺ dic vt plene no. in proœmio Cle-
6 mentinarum. Statuta aũt municipalia ligant ſtatim poſt publicationẽ, & poſt modicũ tps, nec expectat curſus duorum mẽ-
7 ſium ſm Doct. & ſi quis probet ſe ignoraſſe ẽt poſt duos menſes ſtatutũ nõ ligat eũ; hoc aũt probabit probando ſe fuiſſe ex-
8 ꝓuincia ſm Ber. qđ eſt no. dignũ. † Ad ꝓbandũ tñ ſcĩam abſentis puto ſufficere qꝺ ad eũ ꝓuenerit fama ex relatione ꝓuidorũ & hone-

ADDITIONES.

a Quia ex ſupraſcriptione iſtius apparet, qꝺ fuit ſumptum ex regiſtro, quid ſit regiſtrum, vide Pan. in c. cum ex literis, in pe. no. de in integ. reſt.

b Vin. God. Adde qꝺ ignorans non punitur, quia non poteſt dici in culpa vel negligentia. Dec. conſi. 63. colũ. 3. in fi. nec dicitur negligere vel contemnere, Soc. conſi. 2 o. in fi. lib. j.

BIU Cujas

& honestorũ virorũ, ar. ff. de acq. hęre. l. si is ad quẽ. & l. cũ qdã. §. q ꝛ dr. & qa q̃ pōt de facili scire hr̃ pro sciente, vt C. de inge & man. l. si auiam. ꝛ Ex p̄dictis apparet ꝙ si Papa in camera sua fecit quãdã ꝓstōnem secretã, ꝙ talis ꝓstō non ligat anteq̃ sit publicata. dr̃ tn̄ qdam ꝙ si tũc aliqs interfuisset ligaret illum pp̃ ꝓscientiam suam singularem, verbi gra, dictatorem ꝓstōnis, ꝙ non credo verum, ꝙ lex gn̄alis, quæ dēt gn̄alr operari, claudicet. non. n. facta est lex pp̃ vnam singularem persōnam, sed pp̃ vniuersas. & licet de esse legis non sit publicatio, est tn̄ de esse obseruantię, & hęc publicatio dēt fieri authoritate conditoris, non a quolibet, quia dēt habere in se authoritatem, & iō dēt constare de mandato, vel authoritate publicatoris. alias non ligat. ꝛ Modo hic quæritur, vtrum noua ꝓstō facta, appellatione pendente, trahatur ad cām appellationis. Rn̄. si quidem non fit mentio de causis pendentib. non trahitur ad cām appellationis pendentis, vt in Auth. vt cum de appel. cogno. in prin. Si aūt fit mentio de causis pendentib. ēt per appellationem, trahitur ad ipsas, secus si non fit mentio de appellatione, quia non debent duo inconuenientia concurrere. s. ꝙ trahatur ad sn̄iam præteritam, & appellationem pendentem, arg. in l. j. C. de do. promi. Sed pone, ꝙ fit mentio de præteritis, non tn̄ de pendentibus, vtrum referatur ad pendentia? & vr̃ ꝙ non, quia iste est casus omissus, arg. ff. de libe. & posth. l. commodissime. ꝛ Adde, ꝙ aut statutum tradit formam actui inchoando, & non pōt referri ad præteritos actus, qui sort. ti sunt formam & effectum de prę-terito, aut actui consūmando, & refertur ad præterita inchoata, non consummata, si statuto hoc cauetur, aut actui exequendo, & idem quo ad executionem, qa de futuro est: aut actui resoluendo, & idem: aut actui ꝓfirmādo, & sic̄r idem. Et in summa, quicquid p̄t fieri per pactum, pōt fieri per statutum, vt no. ff. de regu. iur. l. nec ex prætorio. Porro actu permanentia recipiunt qualitates, & differentias. sed ea, quæ sunt extincta, non recipiūt has clas. verbi gra, si res deducta in ꝓctum iam pereat, quia non pōt reduci in statum essentiæ. & ideo non cadit lex noua, nec onus nouum sup̄ tali re. ꝛ Idem, si ꝓctus erat finitus tp̄e, vn̄ si statutum nouum dictat ꝙ soluatur gabella pro præteritis ꝓctibus, & sunt tales ex quib. non extat res, nec obło, non habet locum statutum. ꝛ Constitutio hēt oculos ad subiectam mām. vn̄ si subiecta mā est de præterito respicit circa prętęritū, si de futuro respicit in futurū. vn̄ si dispon.t de pęna imponenda, intelr de futuris. si aūt de indulgentia vel dispensatione, in telr de factis præteritis ne instruatur mā delinquendi. ff. de legi. cū lex. ꝛ Sed pone, statutū est factum ꝙ ciues possint exhere blauam ante duos dies, & superuenerunt hostes vn̄ oportuit ꝙ veniret intus, nunquid tandem poterit incontinenti exhere. dicit Io. And. ꝙ sic per l. Cęsar. ff. de publi. quia inspicit̄ principiū cū fuerit iustū, vt ff. de adu. l. ꝙ ait. §. fi. Quid ergo si voluit extra here ꝛ. duos dies, & non potuit qa portæ ciuitatis erant clausę. Rn̄. qđ non est initiatum non pōt consummari, ar. ff. de condi. ob cām. l. si pecuniam. in princ. & arg. ff. de q̃di. edi. l. quis sit fugitiu⁹. ꝛ Et ille dr̃ exhere quia saltem pedem ex portam posuit, licet nōdum perfecerit cursum quo tendebat, vt no. ff. de vsuf. l. arborib. cętera vide prout scripsi in lec. C. de legi. l. leges & ꝓstitutiones. [a] ꝛ Item no. in isto c. ꝙ pęna non pōt præuenire culpam, & ex hoc argue quod si aliquis est bannitus cum sua generatione, intelligitur de nata, non de nascitura &c.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde, ꝙ ratio adduci potest quia non committitur nisi concurrant omnia requisita ad eius commissionem, Alex. consi. 33. lib. 2. & an statutum extendatur ad casum connexum, vide Are. consi. 29. & ꝙ per illum tex. consuluit Lud. Ro. consi. 218. & ꝙ ait glo. in c. fi. in verbo, de concess. pręb. in 6. & ēt ꝙ per istum tex. dicunt DD. maxime Pan. in c. const. s. j. glo. in ti. j.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctorum eadem est ratio.*
2 *Quod transfertur assumit naturam eius in quod transfertur.*
3 *Quod de similibus dicitur, videtur esse statutum.*
4 *Simile quid an sit si dubitetur, & pōt argui pro, & contra prę sumitur simile.*
5 *Similitudo quid sit.*
6 *Vendens vaccam prægnantem, non solum vitulum qui in vtero est, sed & lactentem, qui nondum herbam depascitur, vendidisse dicitur.*
7 *Villa si transfertur in alteram, nunquid durent ꝓpria statuta villę translatę.*
8 *Castrense peculium qui habet acquirit paganicum.*
9 *Vmbræ & velanima veteris testamenti cesserunt luci cū plenitudine lucis, idest Christus venit.*
b habeat b ratum. C. de proc. l. licet. ff. de excep. rei iu. l. ſi mater. §. hoc iure. Sed caueat ſibi, qui opponit exceptionem in forma falſi procuratoris, qa ſi procurator produceret mandatū, excipiēs teneretur actione iniuriarum ciuili & criminali, vt l. ſi vero. §. j. ff. qui ſatiſ. cog. Vel dic ꝙ hic conſtabat de non mandato, & tn̄ dēt admitti pro alijs, quia ſimul egerant eodem libello. Item quia confratres ſpirituales. Item quia ſtatus, de quo hic diſputatur, eos pariter contingebat. vnde diſputabatur de ea-
34 dem radice, ar. ff. de diuer. reſc. l. ſi bellum. † Et no. ꝙ poſt li. conteſtatam, licet non præſumatur mandatū, tn̄ pōt procedi non
35 facta fide de mandato, vt no. in c. j. de ele. lib. 6. † Itē no. ꝙ cautio rati non facit quem procuratorem, ſed facit eum legitimū geſtorem, vt ff. iudi. ſol. l. 3. §. ſed ſi forte. Item no. ꝙ aliud eſt eſſe coniunctam perſonam naturaliter, vel ſpiritualiter, aliud ha-
36 bere mandatum. tex. eſt ibi ſingularis. † Sed nunquid, ſi ſunt duo ſocij conuentionales, vnus poſſit agere nomine alterius ſine mandato? dic ꝙ non, ſi ſunt præſentes, ſed pro abſente bene pōt præſens experiri, qa ſua intereſt, arg. ff. de exercitoria. l. ſi tn̄ plures. Item ſi eſſent ſocij ꝯctus, ex quo agitur, dic vt C. de duo. reis. l. fi. & facit ff. de libe. lega. l. is qui duos, & ff. ad l. Falci. l. hoc obſeruandum. ſed ſi eſſet vnus principalis, alter acceſſo-
37 rius, dic vt no. ff. mandati. l. creditor, in prin. † Capio glo. 2. paruam, & quero, vtrum ꝯ antiquam ꝓſuetudinem poſſit arctari numerus prębendarum? rn̄. ſic ex cā, quod dic vt ſ. c. prox. Ber.
38 † Capio 3. gl. & vī, ꝙ vna præbenda non potuerat in duas diuidi, vt j. de præben. c. maiorib. ergo hic non potuerunt duo recipi ad eandem præbendam. Sol. hic de facto fuerunt recepti, vel non conſtabat. vel de hoc non erat lis. vel dic, vt dicit gl. ꝙ recipientes non poſſunt allegare ſuam turpitudinem, & per hoc limitatur dictum capitulum, maiorib. quod eſt notabile. Certe hic non tam turpitudo, q̄ impoſſibilitas erat, quæ per quemcūque allegari pōt, qa de nullitate quilibet obijcere pōt, vt C. de tranſac. l. vbi pactum. & ideo dic, ꝙ hic non iuris diuiſio fuit, ſed redituum, vel culturæ, vt ff. de leg. 2. l. Caius. §. j. vel tpis, vt puta alternis diebus. Capio gl. paruam, quæ incipit, de quinto, & opponitur quod male dicat. Sol. quinq; fuerunt vocati, quatuor vero tantum proſequebantur ius ſuum, ſed quis erat iſte, qui faciebat hanc allegationem? Reſpon. capitulum, ſeu receptatores, quia dicebat, vos fuiſtis contenti dimidijs, ergo non poteſtis petere integras præbendas, vt C. de pac. l. ſi creditores, & ff. de vſu. l. qui ſemiſſes. C. de fur. l. poſt deciſionem, & de trā-
ſac. l. ſi quidem. Sol. hanc exceptionem capitulum opponere non poterat, quia erat iuri contraria. Nam licet reperiatur media prębenda, ideſt mediocris. ff. de au. & arg. le. l. qui lancem, tn̄ in ſubſtantia non pōt diuidi, ſicut nec vſus. ff. de vſu & habi. l. vſus pars, quia prębēdarius in fine ſuę vitæ efficitur vſuarius, & viuit tanquam dn̄s, ſed moritur tanquam ſeruus ſola vita contentus, & ſecundum hoc intentio capituli fuit facere verā
c diuiſionem, ſed turpiter c fecit, quia contra ius fecit, & turpitu-
39 dinem patentem quis allegare non poteſt, cum ei ſit annexa nullitas, vt hic. & an quis poſſit allegare tupitudinem ſuam, vide plene per Bart. tam de turpitudine patenti, q̄ latenti. ff. de
40 iureiur. l. alias. † Illud certum eſt, ꝙ quis non pōt allegare dolū ſuum, vt no. in l. eleganter, in princ. ff. de dolo, niſi ex dolo ſurgat l. prohi. in vtrunque contrahentem, vt dicit illa lex notabilis cum ſua gl. ff. de ritu nup. l. ſenatus. Capio gl. quæ incipit, hic
41 ergo. & opponitur, † qa proteſtatio rumpit actum, & actus nō rumpit proteſtationem. ꝯ j. quod me. cau. c. prælatum. 31. q. 2. Lotharius. ff. de relig. at ſi quis. §. pleriq;. ff. de acq. hæred. l. ſexta. §. Celſus. Sol. aut non durat proteſtatio, & tunc factum præualet proteſtationi, vt hic. aut proteſtatio durat de facto, & tunc aut eſt factum ſine cauſa, & tunc præualet proteſtatio, vt in ꝯrijs. aut ex iuſta vel neceſſaria cā veniendi ꝯ proteſtationem pp̄ ęquitatem ſuperuenientis caſus, vt erat hic pp̄ ſuper excreſcentes reditus, & tunc proteſtatio non elidit factum, vt hic. Interſerit gl. vnum verbum, ꝙ interdum plus operatur proteſtatio, quam appellatio, & adde, ꝙ omnis proteſtatio debet verificari, niſi ſolo animo verificetur, vt C. de rei vend. l. ſi fundum. ff.
42 de neg. geſt. l. Neſcenn us. † Item adde, ꝙ inhibitio ſuperioris plus operat̄, q̄ ꝓteſtat o creditoris, vt ff. de le. commiſ. l. mulier
43 fundos. † De materia ꝓteſtationis d dic, vt no. Io. Mo. & Io. And.
d in c. generali, de re iud. lib. 6. & Arch. 27. di. c. diaconus, & Bar. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, & l. non ſolum. §. morte. Vltimo ſubdit glo. ꝙ iſta proteſtatio prodeſt quo ad menſam communem. Ego quæro, ſi fructus excreuerint a caſu, puta impetu fluminis illud incrementum perijt, nūquid præcedens ſtatutum reintegretur, & redeat ad primos limites? & vī ꝙ non reintegretur ipſo iure. argu. C. de poſt. hæred. inſti. l. vxoris abortu. 2. reſpon. & ff. de ſer. ruſt. præd. l. Attilicinus. Et no. ꝙ licet forma numeri infringatur, tn̄ corpus præbendarū non minuitur, & ideo ſuper corpus prębendarum non eſt ne-
44 ceſſe aliquid de nouo ſtatuere. † Capio glo. quæ incipit, vñ cis. Et quæro, quid eſt canonia, & quid prębenda? reſpon. canonia eſt ius,

ADDITIONES.

a Vide quinquaginta dicta in iſta materia ad propoſitum ipſius no. relata longe pleniori ſtylo, quam alibi, per do. And. Barb. in c. ꝙ translationem, de offi. dele.

b Vide aliquid per Lud. Rom. in conſi. 17. & vide etiam per Alex. & Mod. in l. j. §. j. ff. ad Trebel.

c Vide ad iſtam gloſ. ſcripta per Iaſ. May. in l. iuſiuran. quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiur.

d Vin. God. An per actum contrarium tollatur, ſcribit Cor. conſi. 161. ſubtilis, litera h. lib. 4. & quando quis non andeat proteſtari propter iſtum metum, ponit Gerar. ſing. 81. & ibi vide pulchras quæſtiones.

BIU Cujas

est ius, qđ prouenit ex electione & receptione in fratrem. præbenda aũt est ius, quod prouenit ex assignatione præbendæ, primum ius est incorporale, ſm corporale, sic prębendę consistunt in corpore, vt ff. de vsufruc. l. 2. † Modo quæro, nunquid impetrans canonicatum debeat facere mentionem de certo numero præbendarum? respon. sic. Item impetrans prębēdam debet facere mentionem de certo numero canonicorum, aliter non valerent literæ tanq̃ subrept tiæ, quia Papa semper videtur loqui, saluis statutis & cõsuetudinib. ecclesiæ, vt ĵ. c. j. de consti. lib. 6. † Nota hic, q̃ ratione incrementi sit noua dispositio, & alteratur numerus prębēdarum. † Quæro ergo, si per alluuionem, vel insulam accreuit magnum terræ spatium, verbi gratia præbenda habebat pro fine fluuium, in illo fluuio nata est insula, vel paulatim retrocessit, & facta est alluuio, vtrum augeatur illa præbenda, an debeat noua fieri. in vsufructu dicimus, q̃ alluuio accrescit. Item in emphyteusi, vt ff. de vsufru. l. item si fundi. De proprietate non est dubium, q̃ ei accrescit, vt Inst. de rerum diui. §. item quod, & §. insula. In feudo accrescit dño, sed non feudatario, quia pro illo incremento non facit seruitium. Quid ergo in præbenda? & videtur q̃ nõ accrescat, quia taxata est, vt ff. de acq. rerum domi. l. in agris. In ꝯrium facit, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. si Titius. Considerandum, q̃ in nostro c. superexcrescentia non accedunt prębendis formãdis. Et ideo in qõne proposita videtur, q̃ magna alluuio pertineat ad capitulum, modica ad præbendam: quia de modicis non curamus. † Et idem videtur dicendum de ęstimo in cõi, q̃ maxime fauore reipublicæ debeat augeri propter excrescentiam, sicut diminui propter discrescentiam † Quæro, vtrum omnis canonicus a debeat habere præbendam? respondeo sic, vbi præbendæ sint distinctę. Sed nunquid omnis habens p̃bendam debeat habere canonicatum? dicit gl. q̃ non. ego supra intellexi hanc gl. de p̃benda non canonicali & dic, vt ŝ. dixi. † Sed Inno. dicit, q̃ si recepto in canonicum est assignatum stallum in choro, q̃ eoipso est in potentia & in iure exercẽdi oẽm actũ spiritualem, puta eligendi, & etiam temporalem, puta consentiendi venditionibus, & eorum tractatibus dãdi vocem, quod forte est verius, si est receptus ad plenitudinem iuris canonicalis, quod in dubio præsumitur, quia totum est vnum ius, licet plura possint, sicut anima vna est, & tñ plures potentias habet, & officium iudicis vnum est, & multa põt, vt ff. de iurisd. om. iudic. l. j. & hæres etiam sine vlla possessione potest omnia, quæ põt heres, vt l. hæreditas, in prin. ff. de peti. hęred. & l. ex facto, in fi. ff. de vulg. substit. omnia prædicta potest, quia non distinguitur vox à voce per potentiam, sed solum per actum suum. † Item verbum plenitudinis est verbum vniuersale, & omnia includit etiam tacite intellectum, vt ff. de acq. re. domi. l. quædam. ff. de contrahen. emptio. l. in modicis. ff. de arbit. l. si cum dies. §. plenum. ff. ad Tertul. l. j. §. si mater. ff. de rei vendi. l. Iulianus. §. fi. Sed p̃ Ber. facit, quia sequeretur, q̃ haberet vocem in collatione præbēdarum, sicut in electione canonicorum, quia præbenda tacite ad illud sequitur, sed hoc videtur impossibile quia nondum est receptus ad ea, quę sunt prębendæ. ff. de acq. re. dom. l. traditio. nam qui non est inuestitus, non potest alium inuestire. & est simile ī vasallo sub expectatione feudi recepto qui non habetur inter pares curiæ, nec habet vocem inter eos in testificando. † Ex hoc sequitur, q̃ canonici sub expectatione prębendę recepti non debent ad electiones vocari, quod dic vt in c. cum qui, de pręb. lib. 6. & Archi. de præb. c. hi qui. Quæro si absenti est collatus canonicatus, & acceptauit prędictis sibi literis, an ante istam electionem habeat ius reale ipsius canoniæ? dicit Cõpo. q̃ sic, qa in spiritualib. non requiritur traditio, sed in profanis sic, ar. C. de sacrosc. ecc. l. fi. & no. ff. de iurciu. l. Labeo. † Quęrit glos. vtrum oĩs canonicus habeat vocem in capitulo? dicit gl. q̃ non, & dẽt intelligi de canonico non recepto ad præbendam, quia non est receptus ad plenam possessionem, vt ŝ. declaraui. Capio glo. quę incipit vĩ. & quęro, nunqd per istud pactum sit commissa simonia? gl. sentit q̃ sic, si alias non erant facturi, vel hic nõ fuit pactio, sed protestatio. Capio gl. quæ incipit, hęc videbatur, & dĩ q̃ diligentia prosit diligẽti, & non aliis, vt C. de alluuio. & palu. l. j. sed ibi fuit diligens in re propria, hic in cõi. vnde nõ compellitur ad cõionem, sed ad diuisionem, & sic non obst. ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. fi centum. † Capio gl. quæ incipit, argm̃. ex qua no. q̃ statuta recipiunt tacitam conditionem. Capio glo. quæ incipit, per hoc. & quæro, nunquid canonicus possit recipi ad vacaturam? & dic q̃ sic in genere, sed nõ in specie ad talem vacaturam, vt no. in l. 3. ff. pro socio. facit c. j. qui succe. tenean. coll. x. Sed remitto te tamen ad cap. detestanda, de concess. præben. lib. 6. & ibi plene per Io. And. in glo. † Capio glos. quæ incipit, hic potest. Quærit gl. vtrum recepti vltra numerum habeant vocem in capitulo? gl. dicit q̃ non, nisi hoc sit de consuetudine. Alij dicunt ꝯrium qa nihil habet cõe vox cum præbenda, siue receptio in canonicum fuerit facta per authoritatem Papæ, siue per capitulum. cõiter glo. seruatur, qa expectantes non sunt plenarie inuestiti. Capio gl. q̃ incipit, sed cum canonici. & quęro, cum sit renunciatum statuto, ergo omnes præbendæ debent esse pares, & sine aliquo priuilegio. Respon. antecedens est falsum, quia antiqui canonici non renunciauerunt suis prębendis. Capio gl. pe. & no. q̃ illud, qđ sit lite pendente, debet cassari. Oppo. qa in p̃sonali actione, vel iudicis officio non ꝯhitur vitium litigiosi, s. ita q̃ res non possit aliter alienari, vt C. de liti. authen. litigiosa. Sol. hoc ideo, quia istud remedium personale vnitum erat reali in canonicatu iam adepto, & ideo sapit naturam realitatis, sicut actio mixta, arg. in l. diuus. ff. de pet. hær. Quæro, quo iure canonicus petat sibi assignari prębēdam, quę de nouo vacat? rñ. officio iudicis, in quo summatim proceditur. sed certe nostrum ca. innuit ꝯrium, quia hic fuit l's contestata. dic vt ĵ. in rub. de offi. iud. per Inno. † Quęro, nunquid Papa vĩ de se reuocare totum negocium, si incip t de eo cognoscere, vel alij delegat ex certa sc'a? & dic, q̃ sic inter easdem personas, non inter al as. Idem ait, quod qñ de eadem re l tigatur coram pluribus iudicibus, ad vnum ipsorũ dẽt remissio fieri, si hoc petat reus, sed si nõ petit, tenet vterq; processus tene menti. † Pone enim, q̃ Perusinus commisit homicidium Florentiæ: est accusatus Perusij, & Florentiæ, põt vbiq; condemnari, nisi de se petat ad vnum remitti, qđ ẽt per procuratorem petere poterit, qa non tangit crimen, nec excusat onem cr minis. Et Ia. But. male determ nauit in qõne de Rauagense, q̃ exceptio banni in illa qõne, qualitercunq; opposita, & qualitercunq; pronunciaretur super ea, in effectu erat absolutoria, & ideo de eneruatione crimin's sub quacunq; figura verborum, imò potius quadam cauillatione non debuit admitti procurator ad opponendum exceptionem banni, nec fuit admissus per curiam, & ita disputãdo determinauit Iac. de Bel. † Modo quæro, quid si ꝯ principalem proceditur Perusij de homicidio, ꝯ mandatorem procedi tur Assisij? Modo principalis petit se remitti ad iudicem Assisij, vel mandator ad iudicem Perusinum, nunqd ista remissio dẽt fieri? vĩ qđ sic, qa vnum est delictũ in substantia, vt no. Cy. C. si reus vel accus. mor. fuc. qa vna est mors, & non plures: sicut si duo inciderent vnam arborem, vna est incisio, & non plures. Item continentia cãę nõ dẽt diuidi. C. de iud. l. nulli. Itẽ per titulum. ff. de quib. reb. ad eundem iudicem eat. In ꝯrium vĩ, qa separata sunt territoria, & tribunalia, & vnum nõ deseruit alteri, nec hẽt al quid cõe cum altero. Sic igitur quęlibet iurisdictio per se discernitur. ff. de iur. om. iud. l. si familia, in gl. & ff. de manumi. l. apud eum. Nisi forte sint ciuitates fęderatę, & tunc debet deferri dignior, arg. ff. de cap. & postli. reuer. l. non dubito. sed in eodem territorio maius tribunal prędualet, vt no. Bar. ff. de custo. reo. l. 2. §. fi. & ex receptis coram vno, tunc alter poterit se fundare, vel ad minicula sumere. † Cõclusiones Collectarij super isto c. sunt, q̃ licet sit ruptus numerus canonicorum, non tñ est ruptus numerus prębendarum, sed debent expectari, quod vacent, quia canonicus põt recipi sub expectatione præbendarum ſm Inn. ideo dicit hic Inn. q̃ in isto c. per statutum erat taxatus numerns non tñ præbendarum, sed etiam canonicorum, aliter canonici non dicerẽtur fregisse numerũ prębendarum, quia quod non mutatur, stare non prohibetur, vt C. de appel. l. præcipimus. vel dic, q̃ ideo hic vtrũque intellgitur mutatum, qa iustitia hoc suadet p̃p fructus, seu reditus excrescentes & hæc vera. † Alia conclusio est, q̃ laicus põt hẽre prębendam. idem tñ non vocabitur ad electiones & sic fit cõuersus, nisi auocaretur de gratia, vt inc. ex eo, de elec. in fi. lib. 6. Quod dicit de prębenda, debet intelligi, q̃ cõuersi laici possunt habere præbendas in ecclesia: sed laici, q̃ non sunt de corpore ecclesiæ, non põt habere præbendas stricto sumpto vocabulo, nec possunt interesse electionibus prędatorum, nec alijs dispositionibus ecclesiasticis. ĵ. de elect. Cumana. Intellige, vt non participent in actu dispositiuo, sed tanq̃ testes, vel tabelliones bene possunt interesse, vt dicam infra de iu. c. decernimus. † Alia conclusio, q̃ canonici sub expectatione non sunt vocãdi ad actus electiuos, vel solẽnes, nisi possessionem fuerint adepti, non per se, sed per illum, cuius authoritate debent adipisci. allego Archi. in c. cum qui, de pręb. lib. 6. Alia conclusio est, q̃ eo tpe, quo quis est receptus in canonicum, debet habere partem de bonis cõibus, & de mensa cõi. & si tractetur de eis alienandis, quia sua interest, debet vocari. ĵ. de præb. c. dilectus, de elect. in Genesi, in fi. † Alia cõclusio est, q̃ si vna præbenda tñ sit supernumeraria, & quatuor, pone, canonici sunt supernumerarij, non diuidatur illa præbẽda, quia esset ꝯius, sed dabit̃, prius recepto in canonicum, nec potest capitulum gratificari quia gratificatio non habet locum post, q̃ alteri ius est quæsitum rõne prioritatis, vt in c. duobus, de rescrip. lib. 6. ad de, si esset dubium, quis primo esset receptus, locus esset gratificationi, arg.

ADDITIO.

2 Et vide dom. Ant. & latissime Inno. in c. proposuit, de concess. præben.

BIU Cujas

ni, arg.ff.de leg.2.l.ſi quis ſeruum.§.inter duos.vel de concor-
64 dia poterit ſopiri iſta qō, vt ff.de vſufruc.l. quoties.† Alia concluſiō eſt, q̄ præbēda adeo habet reſpectum ad canonicatum, quod collata præbenda, quæ conſueuit aſſignari canonico, ēt canonicatus videtur collatus eſſe. 1.q. 3.ſi quis obiecerit. has ſi quidem ſuperius concluſiones examinaueram, ſed ideo recen-
65 ſui, ne fama eorum, a quibus didicimus, ſupprimatur.† Extra no. arg.quod ſi principali Doctori ſunt deputatę ſcholæ magis honorabiles, quod aſſumpto ad principalem lecturam tacite illæ ſcholæ debeantur, & ſi plures ſunt aſſumpti loco eius, debeantur digniori & antiquiori prærogatiua virtutis, & temporis, vt l.j.ff.de albo ſcrib. & l.ſemper.ff.de iure immu. ſaluo ſi in eodem inſtrumento eſſent ſimul, nam tunc primo nominatus cenſetur dignior, vel ſaltem principalior apud mentem loquentis, vt ff.de hære.inſt.qui ſoluendo non erat duos Apollonios, & mortuo primo ſtatim ſuccedit ſecundus in ſchola ſine al a deputatione per eandem legem. Item ſi ſunt duo officia vnita, vł annexa duo ſalaria vni cathedrę, propter annexionem ſufficit alterum noīari, vt leg.& no.in Auth.vt iudices ſi-
66 ne quoquo ſuffra. §.illud.† Sed pone, omnes canonici mortui ſunt, deinde alij creati, nunquid eſt opus ſimul crear præbendas? Rñ.non, quia eadem corpora & limites perſeuerauerunt, ſicut eccleſia non indiget reparatione, licet reparetur prælatus vt l.ſicut, in §.fi.ff.quod cuiuſque vniuer.no. Item ſi duo ſunt præbendarij, & vnus decedit, præbenda mortui alteri non ac-
67 cedit, quia vacat, & reſpicit ſucceſſorem.† Porro quælibet præbenda poteſt dici ager limitatus, & in agris limitatis non habet locum ius accreſcendi, vt ff.de acq.re.do.l.in agris, quia diſtantia corpora non poſſunt ad vnum corpus vniri, niſi amotis terminis diſtinctiuis, vt ff. communia prædio.l. ſi quis duas.

SVMMARIVM.

1 *Cauſę eccleſiarum per conſtitutiones laicorum diffiniri non debent. Libertati eccleſiæ contraria ſemper tendunt ad damnum eccleſiæ.*
2 *Laici debent parere clericis, in eo, quod ſpectat ad iuriſdictionem clericorum.*
3 *Proceſſus, qui fundatur ſuper ſtatuto inualido, eſt nullum ipſo iure.*
4 *Sententia erronea an ſit ipſo iure nulla.*
5 *Proceſſum nullum qui dicit debet probare cauſam, quare ſit nullus.*
6 *Laici non poſſunt etiam in fauorem eccleſiæ, vel clericorum facere ſtatuta diſponentia de reb. vel perſonis eccleſiaſticis.*
7 *Statutum, quod minor 25. ann. non poſſit teſtari ſine authoritate curatoris, non tenet in præiudicium clerici, cui minor ſine curatoris authorit. teſtatus reliquit.*
8 *Statutum prohibens alienari in clericos, ſi principaliter in eorum odium, non valet: ſi vero principaliter fauore reip. ad hoc ne ſuis redditibus fraudetur, valet tanquam rationabile.*
9 *Laicus per ſtatutum municipale ſi ſit tutus contra creditorem præſcriptione triēnij, & factus ſit clericus, an virtute ipſius ſtatuti poterit ſe tueri in curia epiſcopali.*
10 *Statutum æquiparatur ſententię diffinitiuę, quæ per mutationem fori vires non amittit.*
11 *Quæſtio inter duos laicos ſi ſit coram epiſcopo, an epiſcopus debeat ſequi ſtatutum laicorum.*
12 *Laico an poſſit dari eccleſia ad firmam.*
13 *Bona clericorum, ſi clericatus occaſione quæſita, eodem iure cenſentur cum bonis eccleſiæ, ſecus ſi hæreditario iure ſint.*
14 *Statutum laicorum ſuper rebus eccleſiæ, vel clericorum per Papam confirmatum, facta ſpeciali clericorum, vel eccleſiæ mentione, perinde ſeruari debet ac ſtatutum Papale.*
15 *De eo, quod excipi neceſſe eſt, cogitatum non videtur.*
16 *Iudicium ex parte ante citationem, ex parte poſt pronunciationem, in medio diſcuſſionem requirit.*
17 *Actor, ſi vſq; ad finem inſtantiæ ſtetit, quod nihil fecit in cauſa, intelligitur non probaſſe, & reus diffinitiue abſolui debet: ſi autem ſtetit per iudicem valet abſolutoria, tamen appellatur a iudice.*
18 *Præcepti ſententia, lata cauſa non cogita, iuſtificata per clauſulam, & ſi ſenſeris te &c. citato comparente, & contradicente, reſolnitur in ſimplicem comminationem.*
19 *Probationibus hinc inde omnino paribus inſurgit abſolutio vel ab obſeruatione iudicij, vel diffinitiua.*
20 *Reconuentio in duplicibus iudicijs dicitur potius legis, quam rei, quare in his reus nunquam videtur ſe aſtringere ad probandum.*
21 *Iudex, qui habet pronunciare, non poteſt tenere neutralitatem.*
22 *Citari eodem modo quis debet in cauſa appellationis, quo in principali.*
23 *Appellationis nomine continetur & nullitas. & ſententia nulla non valida tur ob non proſecutionem appellationis.*
24 *Sententia contra poſſeſſorem, vel petitorem lata non factis probationibus, quando valeat.*
25 *Vbi qui petat non eſt, nec iudex, etiam facti ex ſe conſcius, condemnare dēt.*
26 *Chriſtus, licet eſſet iudex, & teſtis. non condemnauit adulteram.*
27 *Credulitas vana, an obliget in foro conſcientiæ.*
28 *Reſtituere ex conſcientia, an quis teneatur non petenti, cui ſe non obligauit.*
29 *Teſtis non eſt interrogandus de conſcientia, quæ pōt oriri ēt ex falſis cauſis.*
30 *Reus ſi, videns ſe ſuccumbere, transferat poſſeſſionem in clericum ad hoc ne iudex ſecularis poſſit exequi, Epiſcopi erit vel reſtituere in priſtinum poſſeſſionem, vel eam pendente iudicio, ſequeſtrare.*
31 *Clericus rem litigioſam ſcienter emens ad effectum impediendi executionem iudicis layci, an & qua pœna puniri poſſit.*
32 *Populus Romanus, an poſſit facere legem generalem ſine authoritate Papæ.*
33 *Statutum ſi fiat, quod vendens clericus teneatur ſoluere in communi nomine gabellæ vnam magnam gabellam, puta decem ſolidorum pro libra, an ſit contra eos.*
34 *Ciuitates quotidie ſtatuunt, quod non poſſit vendi non ſubiectis earum iuriſdictioni.*
35 *Statutum ſi inducit præſcriptionem decem annorum, adijciens quod obligatio tollatur ipſo iure, an eccleſia debitrix laici poterit ſe tueri hoc ſtatuto.*
36 *Statutum inter ſubiectos poteſt tollere naturalem obligationem.*

CAP. X.

2 1 ECcleſia Sanctæ. a† Cauſæ eccleſiarū p ꝓſtitutiones laicorum diffiniri non debent. & diuiditur in tres partes. In prima thema, quod tacite ſupponitur. Scda ibi, nos, deciſio qōnis. In tertia ibi, quod ergo, concluſio. Ex prædictis caſus huius decretalis ponitur in glo.non hic, ſed ꝯ.vt li.pend. c. eccleſiæ.tu dic breuiter: pone, ſtatutū populi Romani erat, q̄ ſi reus alienaret poſſeſſionem li.penden. de facto, & ſine vllo iudiciorum ſtrepitu, q̄ recipiens teneatur reſtituere poſſeſſionem agenti. accidit q̄ eccleſia Sanctæ Mariæ egit ꝯ Ioan.de Attegia coram iudice.qui Io. fuit abſolutus, a qua ſnīa fuit appellatum ad ſenatorem; appellatione pendente dictus Ioannes poſſeſſionem, ſuper qua cōueniebatur, tranſtulit in quoddam monaſterium, monaſterium locauit poſſeſſionem alteri. vnde ſenator ad querelam eccleſiæ Sanctæ Mariæ dictam poſſeſſionem eidem eccleſiæ reſtituit, ſeruando ad literam formam dicti ſtatuti. peruenit iſte ſtrepitus ad notitiam Papę, Papa reuocauit ad ſe negocium, quęrebatur, quid iuris. Papa attendens, quod laicis ēt religioſis nulla eſt attributa facultas ſuper perſonis, & reb.eccleſiaſticis, etiam ī eorum fauorem, quod a dicto ſenatore factum fuerat in præiudicium monaſterij non conuenti, nec confeſſi vel conuicti, in irritum reuocauit, ſnīaliter mandans dicto monaſterio poſſeſſionem reſtitui. No.q̄ q̄dam fiunt ꝯ libertatem eccleſiæ, & iſta ſemper tendunt ad dānum eccleſię.quędam ēt fiunt in vtilitatē eccleſiæ, & tñ non valent, vt hic. ſed quare Papa hic omiſit facti narrationem? rñ.quia per rñſionem datur factum intelligi, nec oportet, quod longa facti ſeries occupet membranas. Ibi, & iam religioſis.i. Catholicis &
2 honeſtis, quia non eſt qō de vita & moribus, ſed de ptāte.† Ibi, obſequendi, no.q̄ laici debent parere clericis, ſ.in eo, quod ſpectat ad iuriſdictionem clericorum, & ſic clerici pñt habere iuriſdictionem in laicos. Ibi, authoritas imperandi, no.quod in ſtatuendo requiritur authoritas imperandi, ſine qua ſtatutum
3 eſt ipſo iure nullum.† No.q̄ proceſſus, qui fundatur ſuper ſta-
4 tuto inualido, eſt nullus ipſo iure, quod non reperitur alibi† & q̄ erronea ſnīa ſit ipſo iure nulla, no.ff.de arb.l.quia arbiter. & l.j.C.de erro.calcu.per Cy. alibi no.q̄ datur reſtitutio in integ. ff.ad Treb. l.ſeruo inuito.§.cum prætor.diç, q̄ eſt appellādum. Si tñ index pronunciat ex abrupto, non valet, quia omiſſo medio ordo ſeruari non poteſt.nō dico, quod probatio ſit de ſubſtantia iudicij, vt ff.de eden.l.argentarius.§.cum autem, ſed dico, q̄ media cauſæ debent interuenire ſaltem taliter qualiter, & co ipſo q̄ non eſt probatum ſatisfactum eſt ordini iudiciorum.ff.de arb.l.ſi de meis.§.fi, & appellatio eſt reparatio omiſſarum probat onū. C.de tēp.ap.l.per hanc.ſi eſt neceſſe appella-
5 ri, ergo ſnīa valebat.† Qui dicit proceſſum nullum, debet probare cām, quare ſit nullus, vt no.in l.imperatores.ff. de priuile. cred.ſm Azo.ſed Io.dicit non preſumi ſolennitatem, quia proceſſum eſt in ꝯdictorio iudic.o. Si autem ſit proceſſum de concordia partium, præſumitur de proceſſu, vt no.in l.j. C.de fi.inſtru. & iure haſtæ fiſca.l.b.10. Qīque dr̄ ſententia non valere, qa non eſt conformis libello. C.de fideicō.liber.l.fi. tñ iudex vr̄ condemnaſſe ſm formam petitionis, vt no.in Spe.de reſt.ſpol.
6 §.j.ff.famil. erciſ.l.puto.§.j.† Ibi, commodum & fauorem.hoc ideo dicit, quia prætextu ſtatuti eccleſia Sanctę Mariç erat aſſecuta fauorem, & quia redundabat ſtatutum ad commodum eccleſię, videbatur valere, tñ ꝯrium eſt verum, quia laic non pñt ēt in fauorem eccleſię, vel clericorum facere ſtatuta diſpo-
7 nentia de rebus, vel perſonis eccleſiaſticis.† Sed ecce, q̄ ſtatutum diſponit q̄ minor 25. annis non poſſit facere teſtamētum ſine authoritate curatoris, de iure aūt cōi non requiritur in teſtīs authoritas curatoris, ff.de lib.le.l.Aurelio.§.j. & ibi ſing no. Modo de iſto teſtō eſt qō corā ep̄o, quia in eo fuit factū legatū cuidam clerico: Quæritur nunquid ſit ſtandum ſtatuto, vel

iuri

ADDITIO.

2 Vide omnino & egregie per dominum Alex. in conſi.3.5.vol. Ad eandem materiam, an ſtatutum laicorum ſit ſeruandum contra clericum in foro eccleſiaſtico, vide Are. in conſi.25.
Vin.God. Adde q̄ ſtatutum laicorum valet ſuper reb. eccleſiaſticis reſpectu vtilis dominij competentis laicis. Ray.conſi.175. nu.22.lib.1.

BIU Cujas

iuri cõi? & vr hic expressum, ꝙ statutum non valeat quo ad cle
8 ricum, ẽt si alteri clerico prosit. † Idem vr dm, si statutum pro
hibet alienari in clericum ꝙ non valet statutum, ꝙ est verum,
si principaliter sit factum in odium clerici, sed si in fauorem rei-
publicæ, vt non fraudetur suis reditibus. i. publicis functionib.
bñ valet statutum ſm multos magnos Doc. quia super proprio
territorio fecerunt statutum, ꝙ durat proprium in suo vniuer
sali, sicut patet, qđ de p̃ctibus, & delictis ibidem factis hẽt iurisdi-
cõnem. de hoc alibi dixi. Et p̃ctus facti in damnum, siue frau-
dem fisci non dẽnt fisco nocere, nec minus fauorabilis vr res-
publica q̃ ecclesia, vt C. de sacros. eccles. l. fi. de hoc sunt variæ
op. quas non prosequor. alibi dixi. No. tñ ꝙ istud statutum non
est nudum. i. sine cã. nam, si respublica fraudetur in suis reddi-
9 tibus, non posset se tueri ab hostibus. † Pone, laicus ꝑ statutum
municipale est tutus p̃ creditorem præscriptione triennij, fa-
ctus est clericus, nunquid virtute istius statuti poterit se tueri
in curia episcopali? Io. And. in c. 2. de excep. li. 6. dicit, ꝙ hæc qõ
disputata fuit Bononię, & determinatum, ꝙ non debet ditari
10 de alieno. † Tu dic, ꝙ clericus mutat forum, tñ non perdit, qđ
sibi est quæsitum. s. ius vigore statuti, vt no. ff. de le. j. l. nemo po-
test, vbi est glos. sing. & dico, ꝙ statutum æquiparatur snĩæ diffi-
nitiuæ, quæ non perdit vires suas fori mutatione, vt ff. de iu.
om. iu. l. cum quædam puella. Et est ratio, quia hæc exceptio in
p̃teritum æstimatur. i. antequam esset clericus, ar. ff. si cer. pet. l.
proinde, nisi forte quis diceret ex quolibet p̃ctu nasci non so-
lum obligationem ciuilem, sed canonicam, quæ per statutum
tolli non potest. sed de hoc non habemus aliquem tex. ꝙ istæ
sint duę obligationes, sed hęc est vna vtroque iure cognomi-
nata, & ideo vna præscriptio sufficit, ar. ff. de tut. & ratio. distra.
11 l. j. §. in tutela. quem tex. pondera in ratione sua. † Sed pone, ꝙ
est qõ inter duos laicos coram episcopo, nũquid eps̃ sequitur
statutum laicorum? rñdeo sic. nam & snĩam iudicis laici man-
dabit executioni, vt eleganter no. in l. ex ea. ff. de postu. ibi, in
qua prẽses fuit, qui snĩam dixit. 96. dist. bene quidem. Ibi, quod
ergo, nota tria motiua Papæ. Primum ꝓp iudicis incompeten-
tiam. Secundum ꝓp statuti non valentiam. Tertium propter
12 inordinatum processum. Ibi, reuocantes, no. quod executio a
male facta debet retractari. Ibi, Sententialiter diffinimus, no. re
uocatoriam possessionis esse diffinitiuam, & sentẽtialiter pro-
mulgandam. Cap. ó primam glo. & no. ꝙ laici de spiritualibus
vel temporalibus ecclesiæ, vel clericorum nihil possunt dispo-
nere. Item non potest in eos compromitti per clericos, vel de
rebus ecclesiarum. Ber. ergo nec de causis ecclesiasticis, vt de
13 vsuris, de quib. dubitatur, an sint vsurę. † Querit hic Collecta-
rius, an laico possit dari ecclesia ad firmã ita, ꝙ percipiat obla-
tiones fidelium, vel relicta ecclesię pro anima? & dic quod nõ
14 ſm Host. † Secunda glo. dicit, ꝙ bona ecclesiarum, & clerico-
rum censentur eodem iure, quod verum puto indubitãter in
rebus acquisitis occasione clericatus. Si autem hæreditario iu
re successit, onera hæreditaria implere debet, de hoc in Specu.
de cleri. coniu. vbi videas. Tertia glo. dicit quod si Papa appro-
bat statutum laicorum super rebus clericorum, & ecclesiarũ,
ꝙ statutum est seruandum tanquam statutum Papę. quod in-
telligo si nominatim est facta mẽtio de clericis, & ecclesijs, ali-
ter nõ continentur in generali sermone, ex quo posset eorum
15 libertas infringi. † Nam non vr de eo cogitatum, quod necesse
est excipi, ar. ff. de fideic. liber. l. cum fide. & quia pœnale est sta
tuentibus, & pœnalia requirunt specialem mentionem, vel ex-
pressionem, vt l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iu. Item ge-
neralis locutio non tollit priuilegia specialia, vt sing. no. in l. de
16 curio. C. silẽ. li. 12. † Capio gl. q̃ incipit, Bñ dt, & no. ꝙ citatio est
principium, & fundamentum ordinis ante iudiciarij. Adde.
Item monitio facta parti præsenti, vt dicit glo. cois & notabilis,
C. qũo & qñ iud. l. 2. Iud. cium ex parte ante requirit citationẽ
vt Inst. de pœna teme. li. §. fi. Ex parte post requirit pronunciatio
nem, vt ff. de iu. l. de qua re. In medio requirit discussionem, &
occasione discussionis requirit dilationes, testium productiones, & reliqua, quæ per ordinem ponuntur. ꝯ. de proba. c. qm̃ p̃
falsam. & si iudex non discusserit, aut stetit per partem, & im-
17 putet sibi pars, vt ff. de eden. l. argentarius. §. cum aũt. † Et nota,
ꝙ si actor vsque ad finem instantiæ stetit, ꝙ nihil fecit in cã in-
telligitur non probasse, & imputet sibi, quia sciebat eius pro-
bationes non durare, vnde reus est absoluẽdus non solum ab
obseruatione iudicij, sed diffinitiuę, vt no. per Bar. ff. de iureiu.
l. admonendi. aut stetit per iudicem, quia voluit admittere te-
stes, vel instrumenta, & valet snĩa, tñ potest iuridice appellari.
18 ff. de peculio. l. eo tempore. ꝯ. de app. c. interposita. † Vnum scias
ꝙ snĩa præcepti lata sine causæ cognitione iustificata per clau-
sulam, & si senseris te grauatum. ff. de no. op. nun. l. de pupillo.
b §. meminisse, b citato ꝑparente & ꝺdicente resoluit in simplicẽ
comminationem, vt C. commina. vel epist. l. interlocutio.
19 Item scias, ꝙ si vtraq; pars ꝓbauerit, vna vnum, & altera pars
ꝺrium, non tñ ita ꝙ altera pars p̃ponderet alteri in probãdo, si
quidem reus libellum suum formauit agendo, sicut actor, ab-
soluitur hinc inde vterque ab obseruatione iudicij, vel forte
etiam diffinitiue, quia actor, qui non probauit melius, quam
reus propter parem conflictum probationum nil probasse vr
cum iura partium sint obscura. & cætera dicam infra de pro-
20 ba. ca. licet. Tñ † ẽt illud no. quod in dupl. cib. iudicijs, vbi reus
videtur reagere ex quadam necessitate, nunquam reus vr se
astringere, quia ista est reconuentio legalis potius, quam homi-
nis, & ideo non est voluntaria, qua propter reus absoluitur, vt
21 ff. de iud. in l. in trib. † Porro iudex, qui habet pronunciare, nõ
põt tenere neutralitatem, sed habet se ad alterum declinare,
prout rationabilis animi motus dictat, vel sibi, vel iuris priuile-
gium, vt ff. de manum. l. Iul. Item si plures sunt iudices, vel arbi
tri. & vni sit liquidum de causa, alteri nõ, vnusquisque sequat̃
conscientiam suam, vt dicit lex illa notã. ff. de arb. l. si de meis.
§. fi. & sic satisfacient statuto arctãti ad pronunciandum. nam
debẽt obedire statuto etiam de facto. Opponit gl. quia hic era-
mus in causa appellationis, vnde poterat procedi parte absen-
te. Sol. illud verum, si absens citetur, qui a tunc habet pro p̃sen-
22 te, aliter secus. Ber. † eodem modo quis debet citari in causa ap-
pellationis, sicut in principali, & sic requiritur trina citatio, vel
peremptorium, quod debet venire ad notitiam citati in hoc ca
su ſm Ber. quod est no. dignum, & menti tenendum. Sed op-
ponitur, hic non erat actum de nullitate, sed appellatum, quo-
23 modo ergo reuocatur in irritum. † Rñ. hæc est natura appella-
tionis propter lites abbreuiandas, vt nomine appellationis con
tincatur nullitas, vt sing. no. in l. j. C. quando prouoca. non est
necess. Et tñ si snĩa est nulla, nõ confirmatur per appellationem
non prosecutam, quia non potest transire in rem iudicatam,
vnde nõ inducitur desertio. Fatalia enim nunquam habẽt lo
cum, nisi vbi snĩa potest transire in rem iudicatam lapsu tpis.
Nam nullitas fomentum non recipit, vt ff. de appe. l. si expres-
24 sim. † Oppono, dicitur hic, ꝙ non valuit, quicquid factum fuit
ꝯ monasterium, nullis factis probationibus ꝯ ipsum. imò valet
quia lege cauetur, quod in causa appellationis non probatum
c probabo. c C. de tempo. app. l. per hanc. ff. quod cum eo. l. fi. er-
go licet deficiat probatio, tamen tenet sententia, aliter non fie-
ret mentio de appellatione, sed de nullitate. Sol. lata contra pos-
sessorem, est etiam in possessorio ipso iure nulla, vt hic. lata ꝯ
petitorem valet, si iurisdictio suffragatur. vel dic, ꝙ aut est pro
cessum cum ordine, & tunc valet, licet probatio sit insufficiẽs.
ff. de quæstio. l. maritus. ff. de eden. l. argentarius. §. cum autem.
tex. est no. aut sine ordine, & tunc non valet, vt ff. de re iudi. l. si
cum nulla, & no. in l. prolatam. C. de senten. & inter. om. iud.
Quo ad primum dicit Cassiodorus in libro variarum, quicqd
non discutitur, iustitia non putatur. Quo ad secundum dicit
lex, si forma ordinis non seruetur, ipso iure nihil agitur per iu-
dicem, sed si pars confitetur, valet id, quod agitur per partem,
vt ꝯ. de rest. spol. c. Pisanis. de forma ordinis est, ꝙ dentur dila-
tiones ad liquidãdum negocium, si petant̃, & nota tria, s. citatũ
confessum, vel cõuictum. ex quo datur intelligi, ꝙ sufficit sola
confessio sine alijs adminiculis tam in ciuili, q̃ in criminali. 2.
25 q. 1. nos in quenquam. † Nota, si nemo petat, nemo condem-
nat, ẽt si iudex certus sit, siue habeat expressam & euidentem
scientiam, siue ꝺscientiam tacitam & occultam cordis scien-
tiam, sicut accidit in secretis secretorum, quæ nemo nouit, ni-
si Deus, & ipse, vt no. ff. de pact. l. iurisgentium. §. pactorum. Iu
dex enim debet sequi publicam conscientiam, seu legis præce-
ptũ, non priuatam suam cõscientiam, quia officium suum est
26 publicum, non priuatum. † Vnde licet Christus esset iudex,
d & testis, non tñ condemnauit adulteram, d quia nemo eam
accusabat, nec erat in iudicio vocata, dicens, Mulier quis te ac-
cusat? quęait, domine, nemo. tunc Christus: nec ego te cõdem
no. Vnde, si nemo petat, siue quis non sit citatus, siue non sit p
batum, siue libellus a tota forma peccet in forma, siue peccet
in causa, non est condemnandus. Sed quid si reus dicat, verita
tem nescio, tamen conscientiam habeo? Respond. non fatetur
27 nisi dicat, credo, ꝯ. de rest. spol. cum ad sedem. † Sed nunquid
vana credulitas obliget in foro conscientię? & videt̃ ꝙ sic: quia
iam est in corde suo mæchatus, licet actualiter non teneatur.
28 † Sed nunquid ex conscientia teneatur ꝙs restituere non petẽ-
ti, cui se non obligauit? Respon. sic, si commode possit restitue
re. i. absque suo damno. secus, si incurreret damnum, vt quia p
deret regressum contra suum authorem, quia ordinata cha-
ritas incipit a seipso, & ideo nemo tenetur magis diligere alium
quam se, vt C. de fer. & aqua. l. ꝑses. Sed nunquid teneatur ser-
uare cautelam, quæ hr̃ in l. at qui natura, in §. cum me absen-
te. ff.

ADDITIONES.

a Vide alleg. per do. Alex. & Mod. in l. si pacto, quo pœnam. C. de pactis.
b Vide omnino per do. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. proc. & leg.
c Vide per Fel. ad hoc, in c. ad audientiam, el. 2. j. de rescriptis.
d Vin. God. de muliere adultera habetur in Euang. 10. c. 8. a.

BIU Cujas

te.ff.de neg.gest.respond.non, quia ad illam viam non est obligatus, nisi administrator negociorum absentis. nemo enim te
29 netur esse procurator alterius, vt ff. ad Treb.l.postulante. † Et scias q̃ testis non est interrogandus de coscientia, quæ potest oriri etiam ex falsis causis, quia non pertinet ad testem scire nisi veras causas, vt notabiliter dicit tex.in Auth. de consu. recti
30 feu.§.fi.† Item no. quod per istud c.vĩ inuenta talis cauillatio, q̃ reus, qui videt se succumbere, trãsferat possessionem in clericum, & tunc iudex secularis nõ poterit facere executionem. Sed contra istam iniquitatem succurritur, quia fiet per episcopum repositio possessionis in pristinum statum, & cogetur reus promittere de iterum nõ transferenda possessione in alium ar.ff.de pet.hered.l.diuus. vel deponere possessionem apud sequestrum ita, q̃ ad mandatum iudicis libera possit fieri execu-
31 tio, ar.ff.de dolo.l.si oleum, quia reus facit se non solum suspectum, sed ẽt a possessione alienum, ar.ff.de aliena.iud.mu.cau sa facta.l.j.96.dist. sed cum miles. Sed † an iste clericus puniẽt pena seueriſſima, non dico vltimi supplicij, sed ea, q̃ possit sibi adaptari per similitudinem, siue comparat onem pẽnarum, put no.Inno.ĩ.de acc.c.qualiter? Quæstio stat in hoc, an simplex clericus, qui non est in aliqua prælatura dicatur potentior ita, q̃ habeat locum contra eum ille titulus, ne liceat potentiorib. & determinat Cy.q̃ non. C.de procura.l.qui stipendia, vbi videas. Ibidem ait, q̃ si clericus est coniuncta persona, nõ presumitur fraus, quod intelligitur ex genere personarum. sed ex genere causæ sic, quia efficitur durior cõditio actoris. Ibidem ait, q̃ nobilior præsumptio debet attendi. facit, ff.de excu.tut.l.tutor petitus.§.quæ tutoribus. nam si pœna potest duci sine crimine, nunquam presumam delictum, vt no.ff.pro socio.l.me-
32 rito.† Quæro, nunquid sine authoritate Papæ populus Romanus possit facere legem generalem? respondeo non, primo propter iurisdictionem translatam in Cæsarem, secundo propter imperium translatum de Græcis in Germanos; tertio quia dictum statutum haberetur in contemptu, & non seruaretur. Igitur nec senatus populi Romani, quia in desuetudinem abijt. vnde Roma habet senatorem, sed non habet senatum, sed legem municipalem in ipsa vrbe bene facere posset, nisi esset q̃
33 clericos, † si fiat statutum, quod vendens eis teneatur soluere in communi nom ne gabellæ vnam magnam gabellam, puta decem solidorum pro libra? & videtur quod non, quia lex imponitur subdito. In contrarium videtur, quia in fraudem libertatis, & in præiudicium ecclesiarum. ff.de condit.& demonst. l. hæres meus.§.fi. Pro prima parte facit, quia ecclesia non lædi-
tur in acquisitis, sed certa forma in acquirendis datur. ff.de q̃d. & demonst. l. Titio centum.§.j. ille tamen.§. q̃cludit circa causam lucratiuam, non onerosam. Item ciuitas potest iura fiscalia conseruare, nec tenetur pati quod diminuantur, quia vera
34 & ordinata charitas incipit a seipso, & est de iure nali. † Nam quot die statuunt ciuitates, ne possit vendi non subiectis. ff.de
35 pig.l.in quorum † Sed pone, statutum inducit præscriptionem x.annorum, adijciens, q̃ obligat o tollatur ipso iure, nunquid ecclesia debitrix laici poterit se tueri hoc statuto? & videtur q̃
a non, vt hic, & 96. distin. bene quidem. Preterea agnitio a debiti interrumpit præscriptionem, sed ecclesia in conscientia sua q̃tinua iue agnoscit debitum, ergo nunquam præscr.bit. Preterea, quod quisque iuris in alterum statuerit &c. Item cõtrariorum eadem est disciplina. Item quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Item secundum Iac.But. contractus non præscribũtur, ergo nec obligationes ab eis radicatæ. Ergo impossibile est, q̃ cursu temporis tollat ipso iure. ff.de actio.& obl.l.obligationum fere. §.placet. & nunc intell gis rationem viuam illius §. Item bonafides non rapitur temporis cursu. Item naturalis obligatio est de iure naturali naturæ rationalis, ergo non tollitur per ius municipale. † Barto.dicit, q̃ inter subiectos statu-
36 tum potest tollere naturalem obl gationem, quia & pactum. ff.de vsuca.l.sequitur.§.si viam. ff.de ædil.edic.l. quod si nolit. §. si quid ita. intellige dictum suum in statuto populi, nõ in statuto prætoris, puta episcopi, vel rectoris Marchiæ Anchonitanæ, quia eius sententia non tollit obligationem naturalem. habes sim le, quia facultas abstinendi data a prætore non potest tollere ipso iure existẽtiam sui heredis. ff.de vulg.subst.l. filius, q̃ patri, quia existẽtia sui hæredis est de naturali instinctu, qui non potest ab ossibus separari.

A D D I T I O.

a Vide omnino egregie per dominum Alex.in 5.vol.

S V M M A R I V M.

1 *Actum de sui natura reuocabilem qui facit, siue reuocare teneatur, siue non, põt contra proprium statutum venire. Item & qui irreuocabilem vbi error interuenit, & res nec sententia, nec iuramento, nec transactione decisa est.*

2 *Pœna priuationis a communione, quæ propter contumaciam per constitutionem infertur, intelligitur temporalis.*

3 *Mora purgari potest ad excipiendum, vel liberandum, non ad obligandum, vel agendum.*

4 *Magistri & Doctores faciunt vniuersitatem, & legem sibi ipsis imponunt.*

5 *Magistri societatum possunt contumacem a matricula abolere.*

6 *Commonitio triplex fieri debet in criminalibus.*

7 *Rebellis dicitur, quisquis non paret magistratui.*

8 *Doctor extra collegium constitutus non potest aliquem doctorare.*

9 *Contumacia infamiam non irrogat.*

10 *Monachus propter contumaciam expelli potest a monasterio.*

11 *Pœnæ duratio regulatur a tempore expresso in impositione ipsius pœnæ, si adictum sit, sin minus, vbi ordinarie processum, & diffinitiue pronunciatum sit, perpetua est, vbi vero extra ordinem, & interlocutorie, expirat cũ iurisdictione pronunciantis.*

12 *Relegatio a populo ob delictum iniuncta perpetua est, a iudice vero iniuncta exprirat vna cum ipsius imperio.*

13 *Bannitus elapso tempore banni adhuc se potest excusare, nisi statutum ex tũc habeat pro confesso & conuicto.*

14 *Mora purgari non potest elapso termino a lege ad purgandum præfixo.*

15 *Suspensus a communione videtur suspensus ordine magistrali.*

16 *Bannitus in contumaciam an possit impune offendi positis duobus statutis, altero, quod contumax habeatur pro confesso, altero, quod bannitus pro maleficio possit impune offendi.*
Contumacia an dicatur maleficium.

17 *Culpa commissionis maior est quam omissionis.*

18 *Pœnæ qualitas delicti arguit qualitatem.*
Sententia condemnationis spectari debet, in ea enim ius consistit, & virtus.

19 *Contumacie inferentis confessionem delicti, vel augmentum, eadem pœna est, quæ & ipsius delicti, secus vero est in ea, quæ solum iudicis contemptum inducit.*

20 *Canonica citatio, siue admonitio tunc est legitima, quando est trina.*

21 *Monitio trina aduersarij, an requiratur in restituendo, sicut in priuando.*

22 *Positus ad confinium vsque ad annum, si confinium seruauerit, potest redire sine vlteriori iudicis declaratione, tutius tamen agitur si ea præcedat.*

23 *Tridui terminus a lege præfixus breuis non dicitur, secus si a iudice.*

24 *Dispositio simplex intelligitur perpetua.*

25 *Sententia si perpetuam de præterito causam habeat, perpetuo afficit, si temporalem, & in futurum protensam, vt contumaciam, temporaliter.*

26 *Dictio, in perpetuum, in statuto solam contumaciam puniente interpretatur, id est quandiu contumacia durauerit.*

27 *Tempus indefinite prolatum habet significare decennium, nisi temporis declaratio omissa sit per errorem, vel obliuionem formæ inter partes prius ordinatæ, quia tunc vitiaret.*

28 *Excommunicatio doctoratum non eradicat, sed eius vsum tollit.*

29 *Decreto domini Ducis Mediolani si cauetur, quod omnes banniti euntes in exercitum Mantuæ, in integrum restituantur, & accidat quod bannitus pro furto qui iuit ad exercitum interim committat homicidium, an condemnatio furti debeat cancellari.*

30 *Vsurarius manifestus iuxta c. quanquam, de vsur. fideiussores dedit, ijsque illico effectis non idoneis decessit, vtrum valeat eius testamentum.*
Et quid si dederit ab initio nõ idoneos, qui tamen postea ditiores effecti sint. Et an, si post datos fideiussores aliquas vsuras exegerit, pro ijs dumtaxat cauere debeat, vel pro omnibus.

31 *Quod cessat per paupertatem, per contrarium vires assumit.*

32 *Cautio post factum reconciliat actum.*

33 *Detrusus per sententiam si quis sit in monasterium, an intelligatur detrusus in perpetuum.*

34 *Causa ab homine ex parte ante posita restringit ante causatum, sed causa ex parte post non restringit*

35 *Statutum dicens, quod qui nõ soluit condemnationem, infra mensem cogatur soluere cum quarto pluri, si alio statuto caueatur, quod condemnationes pecuniarię maleficiorum possint computari in apodixijs, excepto crimine adulterij, an istud quartum plus possit computari, & an dicatur pœna adulterij, vel pœna contumaciæ.*

36 *Fideiussores dandi sunt de isto quarto pluri.*

37 *Statuto si caueatur, quod in maleficijs reus debeat ter citari, an sufficiat vnica citatio pro tribus.*

38 *Bannitus in pecunia, si ex forma statuti possit impune offendi, an dicatur condemnatus de crimine capitali.*

C A P. XI.

EX literis. Quædam sunt delicta, in quibus admittitur purgatio & ita loquitur hic: quædam, in quibus non admittitur purgatio, & ita loquitur. ff.de fur.l.qui ea mente. quædam sunt, in quibus peracta pnia admittitur dispensatio, vt infra de iudi.c. at si clerici. quædam, in quibus admittitur pœnarum compensatio. ff.de infam.l.quid ergo.§.pœna grauior. quędam, in quibus admittitur delictorum confusio. ff.solu.matri.l. viro atque
1 vxore, & l. cum mulier, & C.de inoff.testa.l.in arenam. † No.q̃ si facit aliquis actum de sui natura reuocabilem, tenetur reuo-
a care, & tunc potest venire contra statutum a suum, vt hic. Si vero non tenetur reuocare, tunc aut est talis actus, qui de sui natura est reuocabilis, & idem, vt l.qui mortis.ff.de dona. causa mor.

A D D I T I O.

a Vide Barba.consi.40.1.lib. vide etiam Bal.in c.nostri.de elect. & aliquid per Feli. remissiue in c.2.de exceptio.

BIU Cujas

1 Reſcriptum † proprie concernit ius impetrantis & ad ius debet referri. Et ideo verba reſcriptorum recipiunt interpretationẽ legum & canonum, ſecus in verbis priuilegiorum, ne priuilegium reddatur inutile. 2. q. 7. ſicut. ĩ. eod. titu. c. cauſam,
2 per Innocen. & Ber. † Papa interdum reſcribit formaliter. ĩ. eod. cum dilecta. ĩ. de reſtitu. ſpol. Piſanis. vt quando dat ordinem ſubſtantialem. Interdum cauſaliter, vt quando conſiderat radicem cauſæ producentis. ĩ. eo. ſuper literis. Forma eſt obſeruantia ſtatuti ſaltem in ordine. Quandoque Papaliter, vt quando apponit illa verba, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. quæ tamen verba contra ius naturale non valent, vt in clement. paſtor. infra de re iudi. Priuilegia etian ex ſuperuenienti caſu, & contraria æquitate mutantur, vt dicit il-
3 la l. no. ff. de vulg. ſubſtit. l. ex facto, in princip. † Item ab omnibus præceptis vis maior excipitur. ff. de public. l. Cæſar. & omnes leges & reſcripta recipiunt interpretatione naturalem & neceſſariam, vt l. 2. de ordi. iu. ff. de in ius vo. l. quamuis.
4 ff. de excuſ. tuto. l. ſcire oportet. §. ſufficit. † Nunquid collatio beneficij poſſit probari per teſtes? videtur diſtinguendum, aut eſt magnum beneficium, & non poſſit: aut modicum, & tunc poſſit. & ſic diſtinguimus in matrimonio carnali, vt C. de nup. auth. maximis. Idem ergo videtur di-

BIU Cujas

cẽdum in ſpirituali, arg. in l. Deo nobis, de epiſc. & cler. And.
5 de Piſis. † An in collatione beneficij pars ſit citanda? Reſpond.
ſi beneficia, vel reſcripta concedunt ad lites, ſi præſens eſt pars
aduerſa, debet requiri, ſi abſens, debet citari. C. de iudi. l. obſer-
nandum. Si vero cõceditur ad gratiam in alterius ꝓiudicium,
ſi quidem modicum eſt præiudicium, poteſt etiam concedi
incitata parte, vt l. quoties. C. de preci. impe. offe. & l. 2. §. ſi quis
a principe. ff. ne quis in loco publi. cum ſimi. Si autẽ multum
alij nocet, debet requiri, vt l. nam ita diuus. ff. de adop. And. de
6 Pi. † Ex hoc videtur, q̃ legitimatio facta per reſcriptum Comi-
a tis, non citatis agnatis, non valeat, a vel ſaltem debeat reſcindi
tanquam ambitioſa, vt l. fi. de natalib: reſtituendis, per Ia. de
7 Are. † Quædam tamen impetrantur etiam ſine citatione ad-
uerſarij, tamen in proſecutione debent iuſtificari, vt egregie
8 no. ff. de bon. poſſ. li. 3. §. ſi cauſa. † Et no. q̃ reſcriptum nõ valet,
vbicunque prohibetur impetrãs ab interpretando, ſiue prohi-
beatur ratione perſonæ, ſiue ratione rei, ſiue propter turpitudi
nem finalis cauſæ, ſiue quia res impetrata ſit publice, ſiue ali-
quali ratione ſpecifica in lege, ſiue vbicunque, non poteſt con
ſenſu partium roborari, vt C. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur. l.
1. C. qui militare non poſſunt. l. eis. C. de ſacrific. paganorum. l.
ſicut. C. de peti. bon. ſubla. l. 1. Et vbicunque lex vltra procedit
annullando, vt l. præſcriptio, de oper. publicis. C. de aquæ du-
9 ctu. l. omnes, & l. diligenter, lib. xj. † Item ſi reſcriptum ſit ſuſpe
ctum de falſitate, vt infra e. c. ex parte conuen. quo caſu nihil
operantur illa verba, de plenitudine poteſtatis, quia per hoc
magis ſuſpectum præſumitur, quia ſtylus ſcribendi præuarica
tur, arg. illius ſingularis gl. quæ eſt in l. ſi procurator, de cond.
10 ind. † Quæro, nunquid reſcriptum, quo cauetur, q̃ interpreta
b ri non poſſit, recipiat aliquam interpretationem? b & videtur
q̃ ſic. C. de adult. l. ita pudor, & ff. de in ius voc. l. quamuis. re-
ſpondeo, hoc tantum eſt dicere, quantum q̃ non recedatur a
verbis. i. q̃ non liceat offendere verba, vt ff. qui & aqui. l. pro-
ſpexit, & ff. ſol. ma. l. ſi vero. §. de viro. tamen bene recipiunt in-
terpretationem, ſecundum ſubiectam materiam, vt ff. loca. l. ſi
vno, & ff. de vſu. l. ſi ſtipulatus. Item vt aliquid operentur, vt l. 1.
ff. ad municip. & l. ſi quando. ff. de leg. j. Item ſenſum attributũ
verbis ab intellectu & animo ſignificandi recipiunt de neceſſi
tate. ff. de lib. & poſt. l. Gallus, in §. 1. nec dicitur proprie iſta in-
terpretatio, ſed intellectus. Nam quod ĩtellectu caret, nihil eſt,
11 vt ſ. ti. 1. c. fin. An quando impetrãt reſcriptum, aliqui ſunt c ci
c tandi? verba Iac. de Are. ſic dicunt. ff. de adop. l. ita diuus. aut im
petratur reſcriptum ad lites, vt cum delegatur iudex, & tunc
non oportet aduerſarium requiri, ſi non ſit in curia, vt no. ff.
de iudi. l. obſeruandum. ſaluæ enim ſunt except ones contra re
ſcriptum, vt C. ſi ꝯius, vel uti. pub. l. ꝑſcriptione. C. de dila. l. ſi
quando. aut impetrãt ad ius aliquod obtinendum, & tunc aut
nullum lædit, vel parum, & tunc idem, qa non eſt neceſſe vo-
cari aliquẽ, vt C. d̃ preci. impe. offe. l. quoties, & ff. neqd in loco
publico. l. 2. §. ſi quis a principe, & arg. ff. de fideicom. liber. l. er-
go. §. illud. aut multum lædit alium, & tunc ille, qui principali-
ter lęditur, & ꝯ quem nominatim hoc reſcriptum impetratur,
dẽt requiri, vt l. fi. ff. de manu. teſta. Ia. de Are. Hoc non eſt ne-
ceſſe, ſi in reſcripto committitur alicui cauſæ cogn tio. nã cũ
p illum debet fieri citato, non eſt neceſſe, q̃ fiat preſcribẽtem,
quia ſatisfacit, qui p alium committit, vt in regula, qui p alium.
hoc probatur. ff. de in ius voc. l. libertus aduerſus, & p glo. nota
bilem, quæ eſt in l. 3. §. ſiquis cauſa cognita. ff. de bonorum poſ.
12 & facit. l. 1. in fi. ff. de ven. inſpicien. † Vbi dicitur, q̃ illi, qui caſu
vel qui in conſequentiam lędi poſſunt, non ſunt citandi, quia
tractus futuri temporis nõ ſpectat ad iudicem, & quia nondũ
habent aliquod ius in proceſſu cauſæ, arg. ff. de leg. 2. l. ſi ita. §. ſi
ſub conditione, quia nondum habent aliquod ius aptum præ-
ſenti tempori. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine. l. item corũ,
13 & p Cyn. C. de diſtra. pign. l. creditor, † vbi dicitur, quod in exe
cutione ꝯctus nemo citandus eſt, ſi executio eſt conceſſa &
aperta, ſecus, ſi concedenda, vel acquirenda, & illa verba ẽt ad
14 propoſitum trahe. † An epiſcopus mutus poſſit beneficia con-
ferre? & vr̃ q̃ non, quia collatio eſt authoritas & plus, q̃ authо-
ritas, ergo debent interuenire verba, vt l. prima, ff. de autho. tu.
& vbi ſunt neceſſaria verba, non ſunt ſufficientes actus. ff. de
reg. iu. l. vbi non voce. ff. de adop. l. ſi pater naturalis. dic cõtra-
rium, quia poteſt fieri abſenti, ergo non eſt authoritas, vt in c.
15 ſi tibi abſent, de præben. lib. vi. † Quæro, nunquid debeat pu-
niri ille, qui impetrat rem illicitam? & ſi quidem lex vltra pro-
cedit puniendo, punitur. Si autem non procedit vltra impo-
nendo pœnam, videtur q̃ ſatis ſit pœna ipſa nullitas, vt ff. de cõ-
trahen. emp. l. ſenatus, & C. de poſthu. hær. inſt. l. fi. in fi. Nam
vbi lex vltra non procedit, nec nos debemus vltra procedere,
ſed contenti eſſe debemus pœnis. l. contentis, vt ff. de ver. ob. l. ſi
ita ſtipulatio facta. In ꝓriũ vr̃, q̃ eo ipſo, q̃ qs attentat prohibi-
ta, deliquit, ergo dẽt puniri pœna arbitraria, vt no. C. de ſacroſ.
eccl. l. nemo martyres, vbi gl. ſingularis. Sed dicas, q̃ ibi actus
proh ibitus ſapiebat ſacrilegium, ſed vbi non continet in ſe de-
lictum, ſatis eſt pœna ipſa inualiditas, quæ eſt afflictio intentio
16 nis. † Nam naturaliter vnuſquiſq; quod facit, vult valere, & de
oppoſito contriſtatur, vt legitur & no. in l. 2. C. de condi. inſer.
& ff. ad l. Fal. l. in ratione. §. cum quidam, & l. 3. ff. de mili. teſta.
17 † Quæro, qualiter accipitur ſtylus in reſcriptis? Rñd. ſtylus eſt
forma rite, recteq; ſcribendi conſuetudine Romanæ curiæ ap
probata, quod dic, vt in Spe. de reſcr. præſentatione. §. ratione
formæ, in prin. & per totum, & ibi Speculator tractat notabili
ter de quibuſdam formis & intellectibus ipſis appropriat. a
iure, vt ſcias q̃ nulla dictio debet in reſcripto vacare, de ma. &
obe. c. ſolitæ. Item q̃ verbum, iniquitas, ſignificat ordinem iu-
18 diciarium, de iudi. c. exhibita. † Item q̃ verba, ſimpliciter & de
plano, ſignificant abbreuiationem dilationũ, de accu. c. olim,
per Inn. Item quandoque apponitur clauſula, ſine debito. ſ. in
temporalibus aliquando, ſine canonico, ſ. in ſpiritualibus, de
reſt. ſpo. c. ex cõqueſtione. Item verbum, cauſa, in reſcripto cri
minali: l s, in ciuili apponitur ſm ſtylum curiæ, vt ait Spe. per
19 l. cauſas. C. de tranſ. & reſcriptum, quod non eſt ſm ſtylũ Ro-
manæ curiæ, emanans a Romana curia, eſt ſuſpectũ, de ſent.
excom. c. ad hæc, ſecundum Inn. & dr̃ ſtylus quaſi calamus, qa
20 olim ſtylo ſcribebatur. † Vnde per inſtrumentum, quo aliqd
fit, repreſentatur id, quod fit. dicit lex, quod liber eſt ſtylus te-
ſtandi, quod ſignificat teſtamentum in ſcriptis, & licitum, qd̃
iterum non redit, arbitrium, quod ſignificat teſtm̃ nuncupa-
21 tiuum, vt C. ſacroſ. eccl. l. 1. † Item quando in reſcripto eſt
cã implicans ꝯdictionem, vt qñ in cõtentioſis cãæ cognitione
remota, iſtud reſcriptum eſt falſum, vt j. eod. ex parte conuen.
Sunt & nonnullæ alię clauſulę, vt illa, veritati & iuſtitiæ non
præiudicantibus, quæ clauſula etiã tacite vr̃ ineſſe, vt j. de con-
22 fir. vti. vel. inuti. c. bonæ. † Dicitur autem clauſula quandoque
oratio perfecta, quandoq; imperfecta, & tunc eſt quędam mo
dificatio adiacens principali diſpoſito. ff. de leg. 1. l. talis ſcriptu
ra. j. de appe. cap. 2. requiris. Exẽplum in cła, ſi eſt ita, quæ nil ſi
gnificat, niſi iungatur cum præmiſſis, ſed iuncta cum eis facit
ipſam ſignificare. C. ſi ꝯ ius vel vti. publ. l. fi. facit j. de ver. ſig. c.
23 Abbate. † & ſcias, q̃ reſcriptum nil operatur, niſi integrũ pro-
ducatur, vt no. in Spe. de reſcripti præſentatione, in prin. ver.
24 ſed obijcitur, & arg. ff. de leg. l. inciuile. † Integrum autem dici
tur, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat ita, q̃ totum legi-
poſſit de verbo ad verbum. C. de preci. impe. offe. l. fi. & j. de fi.
25 inſt. c. cum contingat. † Item no. q̃ triplex eſt reſcriptum, ſcili-
cet odioſum, quod reſtringitur, ar. ff. de lib. & poſt l. cum qui-
dam. gratioſum, quod ampliatur, arg. cod. ti. l. placet, & mediũ
inter hæc duo, arg. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. fi. quod nec re-
ſtringi, nec ampliari debet niſi quo ad ea, quæ ſunt conſecuti
ua reſcripti, vt no. ff. de procur. l. qui procuratorem dat. quod
26 dic vt no. Inn. j. de præben. c. cum olim. † Pone, princeps dedit
quandam formam procedendi & indulgẽdi ſuper maleficijs
commiſſis in turba, nunquid extenditur ad ea, quæ ſunt com
miſſa, ſed non in turba? & videtur q̃ ſic, quia duo ſunt præce-
pta, ſcilicet q̃ cognoſcat de maleficijs, & quod cognoſcat de
maleficijs in turba, ar. ff. de arbi. l. Celſus, & ff. de leg. 1. l. quidã
teſtamento, in prin. dic contra, quia turba eſt quædam quali-
27 tas, vt l. prætor. §. docere. ff. vi bono. rap. † & ſæpe punitur mi-
tius, vbi multorum ſalus periclitatur, ne forte propter vnũ ho-
micidium multa gens pereat, vt l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis.
Non ob. l. Celſus. ff. de arbi. quia ibi eſt duplex ratio, & conſide
rat o, quarum vna reſpicit debitum, ſcilicet, obligatio, alia ter-
minum, ſc licet miſeratio. ff. de compenſa. l. ſi cum militi. §. 1.
Præterea ſi ibi nõ eſſent duo præcepta, vitiaretur ſnia diffinitiua, & acceſſorium vitiaret principale, & id, quod eſt appoſi-
tum ad differendum, veniret ad perimendum, quod eſt abſur
dum. hanc rõnem ponit glo. in c. nemo poteſt ad impoſſibile
obligari, de re. iu. li. vj. Si aũt ſub vna cõſideratione adijceretur
impoſſibile tps, tunc haberet vitiare, quia ei cohæret. Sed ꝓriũ
j. de do. & contu. c. cum dilecti, vbi etiam ſub vna non vitiat.
Sol. aut dies hẽt præcedentẽ obligationem, vel diſpoſitionẽ de
per ſe ſubſiſtentẽ, & non vitiat, & ita eſt ibi. Nã ſi p̃cedat obło
ad obtẽperandũ præceptis qñcũq;, a qua non liberat tps incon
gruum. ſecus, vbi dilatio nõ haberet ſeorſum præcedentẽ obli
gationem, qa qd̃ vnum eſt, diuidi non poteſt, & tunc intelligis
dictum c. ſimilis conſideratio fit. C. de legi. l. quod fauore, per
28 Pe. & Cy. † Ordo reſcripti eſt ſeruandus. Eſt autem ordo, quan
do principi placet, q̃ ſit ordo, etiam ſi præpoſteret ordinẽ ſoli-
tum,

ADDITIONES

a Vinc. God. Adde q̃ legitimatio facta non citatis his, qnibus, preiudicatur, non valet. Ruy. conſi. 161. nu. 14. lib. 2. niſi habens authoritatem legitimandi hoc poſſit. ibid. nu. 16. & 26.

b Vide Barb. in conſi. 33.

c Vide Barb. in conſi. 43. vbi pulchre loquitur circa hoc, an in reſcripti, vel priuilegij conceſſione pars ſit citanda quo ad impugnandum multa reſcripta.

BIU Cujas

tum, quia ipſe rerum formas poteſt immutare expreſſe & tacitè. Item ſcias, q̃ ſi princeps conceſſit duas literas, & ſecundæ
29 veniunt ad interpretationem primarũ, ſecundæ literæ reſtringũtur ad primas per relationem reſtrictiuam, quia relatiuum requirit antecedens, vt in Auth. de filijs ante dotalia inſtrumẽta nat. s. §. fi. vbi hæc ſingulariter no. facit. ff. de liberatio. leg. l.
30 Aurelius. §. teſtamento. † Sed nunquid reſcriptum vnius principis recipiat interpretationem a reſcripto alterius principis? Reſpondeo ſic, quia ſicut promptũ eſt legesl egibus concordare, vt l. 1. C. d̃ inoffi. don. ita reſcripta reſcriptis, vt ff. de pac. l.
31 reſcriptum. ibi, & repeto &c. Sed nunquid per reſcriptum de ſoluendo creditoribus pro rata, vel de ſtando maiori parti creditorum, tollatur prærogatiua ſiue priuilegium ita, q̃ reducat ad ius commune? Reſpondeo ſic, tamen non tollitur hypothe
32 ca, quam hẽt quis ex propria prouidentia. † Vnde, ſi princeps reſcribit, q̃ omnibus creditoribus mercatorum fugitiuorum ſoluatur pro rata, ceſſabunt priuilegia, tamen creditores hypothecarij prẽferentur chyrographarijs tam ſimplicib. q̃ priuilegiatis, † & hoc eſt quod dicitur, lex ſuum & non tuum tibi de-
33 negat beneficium, vt no. C. qui po. in pig. hab. l. aſſiduis. † Quid
34 ſi inter iſtos creditores vnus eſt clericus? Videtur in eo non habere locum lex ciuilis. ſed contra eſt, quia tibi clerico lex ſuum & non tuum tibi denegat beneficium, ſeu priuilegium, quod facere poteſt, ſed tuam prouidentiam ſuper hypotheca auferre nõ poteſt, nec vult, quia princeps non intelligit tollere iura realiter acquiſita & radicata, vt d. l. reſcriptum, in fi. principij,
35 vbi eſt tex. no. † Adde, q̃ ex reſcriptis pr̃cipis datur actio, vt ff. de pig. act. l. eleganter, in prin. Item reſcripta habent virtutem interpretandi, vt ff. de pecu. leg. l. ſi peculium, §. ſi cui viua vox principis, & ff. de legat. 2. l. vnum ex familia. §. item imperator
36 Marcus, & ff. de legi. l. licet imperator. † Et no. q̃ reſcriptum dr̃ proprie, quando reſcribitur abſenti. Nam cum abſente loquitur, qui ſcribit epiſtolam, vel mittit nuncium, vt ff. de conſtitu. pecu. l. licet, & ff. de acqui. poſ. l. qui abſenti. gratia autem dicitur, ſiue preſenti, ſiue abſenti fiat, vt ff. de iureiu. l. Labeo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio generali ſecundum ius commune obtento obſtat reſcriptum etiam de illo faciens mentionem.*
Clauſule, appellatione remota, & appellatione conceſſa, quid operentur.
a *Species derogat generi, ſiue in eadem diſpoſitione, ſiue in diuerſis.*
3 *Appellatio eſt de iure naturali.*
4 *Dictio, altera, ponitur inter duos.*
5 *Reſtitutio quælibet dicitur indulgentia, ſed non econtra.*
6 *Libere, aduerbium quid ſignificet.*
7 *Ex generali ſed. Apoſtolicæ indulto, q̃ libere appellare liceat, non poterit impetrans appellare in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, ſi ſit verus contumax, ab interlocutoria ſine ſcriptis, vel ſine cauſæ aſſignatione, contra propriam deliberatam, & ſpontaneam confeſſionem, & poſt decem dies.*
8 *Princeps vno verbo non vult totam machinam iuris ſubuertere.*
9 *Præſumitur pro apellante in ipſa appellationis introductione, in fine p̃ ſentẽtia, in medio veritas inquiritur.*
10 *Iudex, ad quem, debet de meritis appellationis diſcutere, & eam introducere, quamuis iudex a quo eam non approbet.*
11 *Species, ſi omnino a genere ſeiuncta ſit, ei derogat, ſi generi coniuncta remanet, & in ſermone ea præmittitur, genus vero ſubſequitur, ſui generis naturam retinet, nu. 16. aut econtra & limitat.*
12 *Genus, ſpecies, & qualitas non poſſunt eſſe ſine ſubſtantia.*
13 *Diſpoſitio coarctatiua non ſuſcipit generis ampliationem.*
14 *Indiuidua de ipſiſmet duntaxat prædicantur.*
15 *Locutio diſcreta dicitur ſpecies indiſcreta dicitur genus.*
17 *Species in aduerſatiuis orationibus derogat generi, item in ſeiunctis ſi vna ad vnam perſonam, alia ad aliam referatur. Si ambæ ad eandem perſonam ſub diuerſis conſiderationibus, vtraque debetur.*
18 *Cauſa certæ quãtitati, vel rei adiecta nõ reſtringit, ſecus ſi incertæ adiciatur.*
19 *Qualitas vbi de neceſſitate ineſt cuilibet de genere non reſtringit. alias ſecus.*
20 *Statutum tribuens iudici liberum arbitrium in omnibus delictis tam procedẽdo, quam condemnando, reſtringitur per aliud ſtatutum in caſu homicidij pgnam capitis imponi mandans, quamuis etiã in homicidio quo ad proceſſum, arbitrium illæſum remaneat.*
21 *Lex vna an deroget alteri ſine clauſula, non obſtante.*
22 *Reſcripti quod nihil iuris confert, ſed in iuris diſpoſitione remanet, impetrãs mentionem facere non tenetur.*
23 *Priuilegij, præſertim in corpore iuris redacti, impetrans debet omnino mentionem facere ſaltem implicite.*
25 *Conceſſio libere appellãdi ex reſcripto ſi detur perſonæ prohibitæ appellare, ius commune reſtituit. ſi perſonæ non prohibitæ, facultatem appellandi in caſibus quibuſcunque, dumtamen non exiſtenter iniuſte, nec euidẽter inuſtè appelletur, & nu. 26.*
26 *Intellectus ad l non eo minus. C. de procurato.*
27 *Clauſula, appellatione remota, non remouet legitimam appellationem.*
28 *Veritati, & iuſtitiæ princeps derogare velle non cenſetur.*
29 *Reſtitutio ad ius commune, & remotio irrationabilis odij, non eſt priuilegiũ,*
30 *Mentio de ſtatuto municipali per omnia idem quod ius commune continẽti, an debeat fieri in reſcripto contrario iuri communi.*
Odium irrationabile eſt, vbi quid prohibetur, quod de iure cõmuni cõceditur.
31 *Ex ſtatuto continente idem quod lex xij. tabula, oritur condictio ex lege.*
32 *Princeps, qui conceſſit mihi immunitatẽ, ſi poſtea generali ſtatuto imponit onera, an intelligatur tollere meum priuilegium.*
33 *Generale ſtatutum, niſi cum derogatoria mentione, nõ tollit priuilegium, nec ſpecialem conſuetudinem non illicitam, nec a iure improbatam.*
34 *Priuilegium tempore prius, cæteris paribus, poſteriori præfertur.*
35 *Compaſſibili non fit mutatio, aut nouatio.*
36 *In literis iuſtitiæ inſpicitur tempus præſentationis, in gratioſis, & beneficialibus tempus datæ, niſi expreſſe conditio adiecta ſit.*
37 *Genus ſpecificatum tantum valet, quantum ſpecies declarata.*
38 *Species declarata in indiuiduis derogat declarandæ, ſecus in diuiduis.*
39 *Prius tempore dicitur quod prius eſt perfectionis ſoliditate.*
40 *Proteſtatio requiritur ad diligentiam oſtendendam, & moram non præſumendam.*
41 *Appellare an poſſit impetrans, cum clauſula, appellatione remota.*
42 *Appellationi in cauſis pecuniarijs renunciari poteſt, in cauſis ſanguinis non poteſt.*
43 *Reſcripta, & iudicia paritatem deſiderant.*
44 *Recurrendum aliquando non eſt ad generalem prouidẽtiam, niſi prius diſcuſſa prouidentia ſpeciali.*

CAP. I.

SIcut Romana. Priuilegio generali ſecũdum ius commune obtento ob
a ſtat reſcriptum a ſpeciale etiam de illo non faciens
1 mentionem. ſecunda pars ibi, inquiſitio. † No. in iſto c. duas clauſulas contrarias. vna eſt, Appellatione cõceſſa, & quid operetur, quod non reperitur alibi, quam hic. Alia eſt, Appellatione remota, & iſta eſt vulgaris formula, quæ vt plurimum apponitur de ſtylo Romanæ curiæ, & aliquando apponitur de inferiorum iudicum conſuetudine habentium tamẽ merum imperium, & nihil operatur, niſi quando appellatur ab interlocutoria, & loquor, quando iſta conſuetudo eſt præſcripta de principis conſcientia, de qua habemus vnicam l. tantum. C. de ſentẽ. & interl. l. cum ſolitum. ibi etiam tractatur de
2 clauſula, Recuſatione remota. dic, vt ibi dixi in lec. † No. q̃ ſpe-
b cies b derogat generi ſiue in eadem diſpoſitione, ſiue in diuerſis, & ſiue in eodem reſcripto, ſiue in plurib. ab eodem emanatis. Caſus ſecundum Ber. in ſuffragio ſic ponitur. Quidam pp culpam ſuam, quia ſæpe deliquerat in appellãdo, priuatus fuit generaliter beneficio appellationis p Papam. Iſte poſtea impetrauit indulgentiam generalem, vt libere ſibi l. ceat appellare. demum quidam alius, tacito de iſta indulgentia, impetrauit cõtra iſtum cum clauſula, Appellatione remota, tandem lata ſententia contra iſtum, qui ſententiam meruit, appellauit. quæritr, vtrum ſuæ appellationi ſit deferendum? & videbatur q̃ ſic ex generali clauſula, & quia eſt primus impetrans. contrarium determinat, quia ſpecialis p̃hibit o derogat p̃ miſſioni generali.
3 † Ibi, ſublato, hæc verba operantur, vt iudex non teneatur appellationi deferre, tamen non eradicant beneficium appellandi, quia appellatio eſt de iure naturali, ſicut quælibet alia defenſio, q̃ dic vt j. de appella. c. vt debitus, & j. eti. c. 1. lib. vj. Ibi, † al
4 tera. hæc dictio, altera, ponit ĩter duos, vt no. C. de furtis. l. ancil
5 læ. † Ib., indultum, male videtur dicere, quia quod de iure cõmuni conceditr, indulgentia nõ vocatur, vt in l. 1. C. de theſau. lib. x. Solu. patet, quia iſte iam erat ab appellando interd. ctus ſecundum Ber. vnde reſtitutio fuit indulgentia, quia omnis reſtitutio eſt indulgent a, licet non omnis indulgentia ſit reſtitutio, vt C. de aboli. l. indulgentia † Ibi, libere, iſtud aduerbiũ, libere, quandoq; ſignificat libertatem ẽt in cã, rõne, ſolennitate, & legibus, vt C. de ſacroſ. eccl. l. 1. & l. generali. & aliquãdo ſignificat voluntatem abſolutam, vt quando nemini præiudicatur, vt ff. ad Tre. l. quia poterat. hic aũt ſumitur in primo modo ſignificandi, nec. n. p̃ hoc concederetur ei appellare in cã momentaneæ poſſeſſionis, nec ſi eſſet verus contumax, quia iuriſdictionem cõtemnit, qui ſe a prætore facit alienũ, nec audiri deſiderat. † Item nec ab interlocutoria ſine ſcriptis, nec cõtra propriam confeſſionem ſcienter & ſpõte factam, nec poſt
7 x. dies, nec etiam ab interlocutoria ſine aſſignatione cauſæ,
8 † quia non vult princeps vno verbo totam machinam iuris ſubuertere. C. de inoffic. teſtamen. l. ſi quando. non obſt. l. 1. ff. de teſta. milit. quia illud indultum non continet alterius detrimentum, alias ſecus, vt. ff. de adminiſtr. tuto. l. impuberi filio
9 centurio. † Ibi, deferri, pondera hoc verbum, & dic pro appellante

ADDITIONES.

a De iſta materia, an per reſcriptum ſpeciale tollatur generale, licet de eo non fiat mentio, & quid in priuilegio. vide Are. in conſ. 76. inci. diligenter viſis.

b Vinc. God. Adde q̃ ſpecies debet idem in ſua ſpecie operari, quod genus in ſuo genere, Cur. conſ. 1. nu. 8.

BIU Cujas

a appellante a ꝓſumitur in introductione appellationis, niſi ſit clauſula appel. re. ſed in medio cauſæ appellationis non præſumimus, ſed veritatem inquirimus. at in finali calculo pro ſententia præſumimus, vt ĵ. de renũcia. c. in præſentia, niſi in actis
10 appareat cõtrarium, vt ĵ. de reſt. ſpol. c. cum ad ſedem. † Ibi, admitt, & quando appellario non debeat admitti, ideſt approbari per iudicem a quo, tamen iudex ad quem, debet diſcutere de meritis appellationis, & eã introducere, vt ff. de appel. recipien.
11 l. ſi cuius. † Ibi, ſpeciale, no. quando ſpecies euellitur de corpore generis, ſ. ꝙ ſeparat ab integritate ſui generis, & tũc derogat generi, nec continetur ſub eius ꝓdicamento, ſicut ſi unus oculus euelleretur de vno corpore, iam non eſt de corpore, ar. ad iſtam doctrinam. ff. de pec. lega. l. cum dñs. §. fi. ff. de auro & ar-
12 gento leg. l. apud. † Vbi etiam probatur, ꝙ neque genus, neque ſpecies, neque qualitas poteſt eſſe ſine ſubſtantia. Interdum vero non euellitur de corpore, ſed remanet ipſi generi iuncta, & tunc non derogat generi, cum diſtinctione tamen. Nam aut ꝓmittitur ſpecies, & ſequitur clauſula generalis, & tunc retinet naturam ſui generis ampliando, vt ſi teſtator dixerit, relinquo Titio talem & talem fundum, & oẽs fundos meos. Aut primo præmittitur genus, poſtea ſequunt̃ ſpecies declaratæ, & tũc reſtringitur genus per ſpecies limitãdo, vt ff. de ver. & rerũ ſig. l. ſi cum fundum. ff. de fundo inſtr. l. quæſitum. §. fi. ff. de ſup. leg. l. ſupellectili. ff. de penu leg. l. nã ꝙ liquide. §. ſi cui. ff. de vino leg.
13 l. fi. §. cui dulcia. † vt tamen ſcias, ꝙ coarctata d. ſpoſitio non ſuſcipit generis ampliationem. ff. de leg. 2. l. hæres meus. §. duæ ſtatuæ Si ponas, ꝙ illud verbum, duæ, ſit verbũ teſtatoris, quia dixit, duas lego ſtatuas, & omne marmor: Nam verba taxatiua diminutionem importãt. ff. ad Trebell. l. Lucius. §. quæ habebat. & non eſt recedẽdum a limitibus diſpoſitionis. ff. de neg. geſt.
14 l. qui alienam. §. libertos. † Item indiuidua non prædicantur niſi de ſeipſis, quia ſunt ſpecies ſpecialiſſima. d. §. duæ ſtatuæ, ſecundum Dy. aliquãdo, qđ videtur limitare, ampliat. ff. de vſuf.
15 l. Proculus. † Et no. ꝙ diſcreta locutio dr̃ ſpecies, indiſcreta dicitur genus, vt ff. ex quib. cau. maio. l. j. ff. de poſt. l. 1. §. deinde. ff. de verb. obligat. l. ſtipulationes commodiſſime, & ff. ſi quis cautio
16 nibus. l. & ſi quis, §. quæſitum. † Et ex prædictis apparet, ꝙ ſpecies antepoſita nõ reſtringit generis prædicatum, ſed poſtpoſita reſtringere conſueuit. nam antepoſita eſt principium ordi-
17 nis, poſtpoſita terminus, vt no. Cy. C. de leg. l. cũ quæſtio. † Ibi, derogat generi. hoc ſine dubio eſt verum, quando orationes ſunt aduerſatiuæ, quia ſpecies, quæ aduerſantur generi, derogant, ſed quando orationes nõ ſunt aduerſatiuæ, ſed ſunt diſſeparatæ & ſolutæ, & tũc ſi quidem referatur vna ad vnam perſonam, & alia ad aliam, ſpecialis oratio derogat generali, vt ff. de ali. lega. l. alimenta. §. baſilicæ, & l. Stichus. ff. de leg. 2. l. legatorũ. §. ſi plures. ff. fam. erc. l. quoties. ff. de vulg. ſubſt. l. cohæredi. §. qui diſcretas, & l. ex facto. §. item quæro. Si autem circa candẽ perſonam proferantur, ſi quidem ſub diuerſis cõſiderationib. & finalib. demõſtrationib. & cauſis, vtrunque debetur, vt ff. de an. lega l. q Maco, & l. ſi ſeruus cõis, de ſtipul. ſeruo. & ibi ꝓ Bar. & ar. per l. tutorem. ff. de his, qui. vt indig. Si autem ſub eadem conſideratione, vel ſub contemplatione al cuius conſideratio
18 nis, iã dictum eſt ſuperius, an ſpecies reſtringat genus, & facit, ff. de probat. l. quinquaginta. ff. de adimen. leg. l. cum centũ. C. de le. l. filia legatorum. † Ecce dictum eſt, an ſpecies reſtringat generis prędicationem: de cã? ſed quid Rñ. aut cã adijcit certæ quantitati, vel rei determinatæ, & nõ reſtringit. ff. de adimẽ. leg. l. Lucius. ff. de leg. 2. l. Lucius. la prima. ſecundum Old. Aut adijcitur quantitati incertæ, & tunc reſtringit. ff. de acq. poſſ. l.
19 his, quæ animo. † Quid de qualitate, an reſtringat? ſi quidem ineſt de neceſſitate cuilibet de genere, non reſtringit, aliter ſic
b ſm Bar. in l. cunctos ꝓpulos, in ſuo cõmento. b † Et prędicta faciunt ad quæſtionem, datum eſt arbitrium poteſtati generale
20 & liberum in oĩb. delictis tam in procedendo, q̃ in condemnãdo, reperitur tñ ſtatutum in homicidio, ꝙ dẽt imponi pœna capitis. nã ſiue hoc ꝓtineatur in eodem ſtatuto, ſiue in alio, pro homicidio dẽt imponi pœna ſpecificata, vt eſt tex. no. ff. de remili. l. qui cũ vno. §. qui poſt deſertionẽ. ibi, dũ dicit, receſſum &c. & non hẽt locum arbitrium in puniendo, ſed bene habet locum in procedendo & diſceptando, & ſic poterit procedi de facto, iudiciorum ordine non ſeruato, tñ veritate inſpecta, qa veritas non eſt de proceſſu, ſed de iuſtitia eius, quia ſtatutũ ſpeciale non loquitur de modo procedendi, ſed de pœna. ergo quantum ad modum procedẽdi ſumus ſub lege arbitrii, quia ſola loquitur. ſed quantum ad pœnam, ſumus ſub ſpeciali cła, vt ff. de pe. l. ſanctio legum. & licet ſint diuerſa ſtatuta, tñ vnũ diſtinguitur per aliud, niſi forte ſtatutum de arbitrio ſit poſtea conditum cum cła, non obſtante aliquo alio ſtatuto in ꝓrium
21 loquente, vt no. C. de teſta. auth hoc inter liberos. † Dicet aliqs, ꝙ vna lex derogat alteri ſine cła, non obſtante, vt in c. 1. de ꝓſt. lib. vj. Rñ. illud verum, qñ loquitur in eodem caſu, vel vtrunq; loquitur gr̃aliter. Sed ſi vnum loquit gr̃aliter, alterũ ſpecifice, tunc genus non trahitur ad ſpeciem niſi per clauſulam, nõ ob-
22 ſtantium. † Nunc capio vnum notabile, videlicet ꝙ qñ ꝓ reſcriptum nihil iuris cõferẽt, ſed relinquitur reſcriptum in diſpoſitione iuris cõis, nõ oportet impetrantem facere mẽtionem de ipſo reſcripto, ſuper quo vide qđ no. ĵ. c. nonnulli, eod. ti. & de
23 capel. mo. in c. ex parte, & ĵ. e. ti. c. cum ordinẽ, † vbi patet, ꝙ de priuilegio redacto in corpore iuris dẽt fieri mẽtio, nec ſufficit, ſi fiat mentio de priuilegiato. i. de ꝓſona, puta de Petro, nõ exprimendo qualitatẽ religionis eius, niſi fiat mẽtio de eius priuilegio, & tenore priuilegij explicite, vel implicite, puta faciendo mentionem ordinis, cui priuilegiũ eſt ꝓceſſum, qa quocunq; ꝓſtet de ꝓſcientia principis ꝓ quæcunq; verba orationis, ſatis ẽ,
24 vt l. certum. ſi cer. pet. † & ſi priuilegium eſt cõceſſum clerico, quia vr̃ ꝓceſſum eccłe, vt no. C. de ſacroſ. eccl. l. qui ſub ꝓtextu, ſufficit, ſiue dicatur, non obſtãte priuilegio ꝓceſſo clerico, ſiue dicatur, non obſtante priuilegio conceſſo eccłæ, ar. ff. de ann. leg. l. annua, in prin. §. 1. Imo. ẽt ſi nõ eſt verus clericus, ſed putat. uus, priu legium ei conceſſum ꝓtẽplatione eccłæ vr̃ ipſi eccłe eſſe collatum, ar. ff. de le. 2. l. peto. §. mater. ſed in ꝓrium facit
25 valde. ff. de vſuca. l. iuſto errore, in prin. † Capio primam glo. & vr̃, ꝙ libera conceſſio appellandi nihil operet, quia de iure cõi hoc eſt, ꝙ quilibet grauatus põt appellare. 2. q. vij. ad Romanã. ff. qui ſat. ſ. cog. l. arbitro. ff. de min. l. ait ꝓtor. §. permittit. vbi appellat ab inordinato proceſſu. Nam cum debuerat primo dari curator, non fuerat datus, valet tñ proceſſus, vbi non requirit litis conte. quia ſtatim ſequitur, ꝙ nõ requiritur ordo iudiciorum, ex quo non requiritur fundamentum totius ordinis iu-
26 diciarii, ideſt conteſtatio litis. † ſed vr̃, ꝙ ibi non poſſit appellari. C. de ꝓcu. l. nõ eo minus. ſed ibi non fuerat ꝓpoſita exceptio ætatis. ſed ſi fuiſſet ꝓpoſita & ꝓ iudicem neglectũ, bene poſſet appellari in caſu dictę l. non eo minus. quam l. nunc intelligis. facit l. intra vtile. C. de appella. l. & in multis. l. qm̃. in quib. legib. cauetur, ꝙ põt appellari ab interlocutoria lata ſuper articulo, q dẽt de neceſſitate ordinis præparatorij litis examinari ſeorſum a principali. Idem, ſi ſit lata ſup principali articulo. De diffinitiua non eſt dubiũ, qa ſufficit, ꝙ legiſlator non vetat appellari, vt eleganter no. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. nec refert, vtrum ſententia ſit lata per verba iuris, an ꝓ verba facti, licet ſecus in teſtib. vt ſingulariter no. ff. de arb. l. diem proferre. §. ſi plures. Sol. fateor, ꝙ iſta cła affirmatiua, vt poſſit appellari libere, nihil ope
27 ratur, † ſicut nec eſt uis ꝓria, ſ. appellatione remota, quia non remouet legitimam appellationem, quia verba debẽt ciuiliter intelligi, ar. ff. de ſer. l. ſi cui. & quia ueritatis inquiſitio, quæ fit in cã appellationis, vt C. de temp. appel. l. 1. per hanc non intelli-
28 gitur tolli. † Nã veritati & iuſtitiæ princeps nõ intelligitur velle derogare, vt ĵ. de confir. vti. vel inuti. c. bonæ. vel diſtingue, aut erat interdicta appellatio, & poſtea princeps permiſit appellare, & tunc oportet appellari ſm ius cõe, vt C. de inof. teſta. l. ſi qñ, in prin. Aut non erat interdicta, & tũc vt aliquid operetur indulgentia, intelligimus, ꝙ poſſit appellari in quibuſcunq; cauſib. dũ tñ appellatio non ſit exiſtenter iniuſta, & apparenter inualida, quia licentia non debet trahi ad occaſionem delinquẽdi, ut l. officium regẽtis. ff. de re mili. & dic, ꝙ gratuita permiſſio ampliat, niſi inueniat præcedentem prohibitionẽ in ſubiecto in ꝓſona, quia tũc reducit ad ius cõe, C. de inof. teſt. l. ſi qñ, in prin. Iſta eſt diſtinctio Berualdi notabilis valde. facit ꝙ no. Iac. de Are. ff. de ope. no. nun. l. 1. §. item nunciatio omnib. & Bar. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. in ſuo commẽto. Opp. ſi prima fuit indulgentia, ergo grat oſa, & tunc priuilegium non tollitur ꝓ reſcriptum, cum ex priuilegio oriatur ius, quod debet ſeruari
29 in quocunque iudicio. † Sol. reſtitutio ad ius cõmune non vocatur priuilegium, vt hic. Item remotio irrationabilis odii non eſt priuilegium. irrationabile autem odium eſt non poſſe, qđ de iure communi poteſt, puta non poſſe appellare, licet qñque propter delictum alicui claudatur iudiciorum copia. ff. qui. ex cau. ma. l. & ſi per prætorẽ. §. ſed & ſi dum decreto, vbi gl. ſing.
30 † Sed nunquid in reſcripto contrario iuri cõi dẽt fieri mentio de ſtatuto municipali qđ ꝓtinet ꝓ oĩa idẽ, ꝙ ius cõe. Io. An. dicit, ꝙ non in c. 1. de conſti. li. vj. Sed Io. de Lign. dicit ꝓriũ, ar. ff. de ſer. vr. præd. l. ſi domus. Itẽ quia prętor qñq; ſtatuit idẽ, quod ius ciuile, & tñ eſt ius prætorium, quia dat nouum remedium, & interdum ſtatuit idem, ſed non per idem remedium, ſed ꝓ diuerſum, vt ꝓ bonorũ poſſeſſionẽ, vt Inſti. de bo. poſ. §. quos
31 autem. † Item oritur condictio ex l. ex ſtatuto, qđ idẽ ꝓtinet, qđ l. xij. tab. & tñ ex l. xij. tab. non datur ꝓdictio ex l. ff. de cond. ex lege. l. 1. Sed pro Io. An. facit, quia tale ſtatutũ eſt ſuperfluũ, vt hic no. & quia princeps ſcit effectum ſtatuti, tamen non curamus

---

ADDITIONES.

a Vide gl. or. in l. qui reſtituere, quam ibi commendat Ang. dicens alibi ita bene nõ reperiri. ff. de rei ven. & Phili. de Peruſio in rub. de appel.

b Vide omnino Barba. conſi. 6. vol. 2. & uide etiam eundem Barba. hic, & latius in Ioannina ſua, ver. & inducit.

BIU Cujas

mus de modo ſciendi, arg. ff. de teſta. mil. l. qui iure. & ſi poteſtas iurat ſeruare ſtatuta, tenetur hoc tanquam ſtatutum ſeruare, aliter eſt periurus, & punitur pœna ſtatuti, & ſic iſtud eſt ſtatutum ſecundum quid, & ſecundum aliud eſt ius commune. 2 a † Pone, princeps conceſſit mihi immunitatem, poſtea generali ſtatuto imponit onera, an intelligatur tollere meū priuilegium? reſpondeo non. tex. eſt cum gl. C. de ſilen. C. de decurionibus, lib. xij. † Et conclude, q̄ generale ſtatutum non tollit 33 priuilegia, niſi de ipſis fiat mentio derogatoria. Item non tollit ſpeciales conſuetudines, niſi eſſent inductæ cōtra ius. Item 34 q̄ eſſent illicitæ, vt l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. vio. † Item priuilegiū non tollit priuilegium quo ad ordinem prælationis. Nam primum priuilegium præfertur poſteriori, cæteris alijs paribus, vt C. qui po. in pign. ha. l. aſſiduis. §. exceptis. & habes ſimile in legatis, vtrum vnum legatum tollat aliud. Nam aut poſterius legatum venit ad diminuendum, aut ad ampliandum, aut ſtat per ſe, q̄ dic. vt ff. de condi. & dem. l. non ad ea. In contractib. dic, vt ff. ſi cer. pet. l. lecta. ff. loca. l. in operis. ff. de verb. ob. l. qui vſum 35 fructum. ff. de acq. poſſ. l. ſi quis ante. † Et d. c. q̄ a compaſſibili non fit mutatio, nec nouatio, ſed ab incompaſſibili ſic, vt ff. loca. l. cum plures. §. dicta, & ſolēniter no. ff. de prætor. ſtipu. l. Valerianus. Capio aliam glo. magnam, quæ ſic incipit. ī. co. & iſta gl. primo ponit duas concordantias, ſ. q̄ ſpecialis prouiſio derogat generali. ſiue indefinitæ, vt ī. co. tit. c. paſtoralis, & ī. de offi. deleg. c. ſtuduiſt. Secūdo tractat materiam quadruplicē, prima pars eſt de reſcrip. ad iuſtitiam in cauſa principali. ſecūda pars in cauſa appellationis. tertia tractat de priuilegijs, quarta tractat de literis ad eccleſiaſtica beneficia impetratis. ſecunda ibi, in literis. tertia ibi ſuper priuilegijs. quarta ibi, in beneficiis, & eſt 36 gl. magiſtralis. † Quæro ergo quatuor principaliter, primo, q̄d reſcriptum alteri derogat, & vſque quo in cauſa principali? Secundo, quid in cauſa appellationis? tertio, quid in priuilegijs? quarto, quid in literis beneficialibus? & in omnibus iſtis cadit diſtinctio, vt pater in gl. Et conclude, q̄ in literis de iuſtitia inſpicit preſentatio, q̄ nec actu, nec habitu iudex habet iuriſdictionē efficace ad p̄ſentationē, quia tacita ineſt conditio, ſi literæ præſentantur. ſed in gratioſis, & benefic alibus inſpicitur tempus datæ literarum, quia in illo inſtanti eſt ius quæſitum, niſi inſit alia conditio, vt cōditio acceptationis, vel electionis, de reſcrip. c. tibi, & ī. de præbend. c. eum cui, de conceſ. præbendæ. c. ſi ſoli, li. vj. ff. de leg. 1. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de here. inſti. l. Cornelius, & l. iā dubitari. & vide ī. de præben. cū dudum, & c. quamuis, lib. 6. & q̄ no. 25. q. 2. in ſumma, & infra de reg. iu. ca. gēni, & plenius per Bar. ī l. quæſitum. §. vltimo. ff. de fun. inſtru. 37 † In gl. ibi, ſpecificatio, no. q̄ genus ſpecificatum tantum valet, quātum ſpecies declarata. ſed antequam ſit declaratum, habet in ſe obſcuritatem. ff. de leg. 2. l. Meuius. §. duob. ff. qui & a qui. 38 l. ſi optio. ff. de leg. 1. cum incertis. † tamen lex dicit, q̄ quando legatur vni ſpecies declarata, & alij ſpecies declaranda, declarata non derogat declarādæ. ta dicit illa lex notabilis. ff. de leg. 1. ſi domino Stichus. Caue tibi, quia illa. l. loquitur in re diuiſibili, vt ſi impetraretur a principe fundus vel caſtrum, ſecus in p̄benda, quæ eſt indiuiſibilis. Vnde in præbenda potior eſt ſpe- 39 cies præbendæ, quam generalitas declaranda, † quia prēualet id, quod de poſſe nihil exiget declarandum, arg. ff. de pig. l. potior, & l. qui balneum. No. enim q̄ illud eſt prius tempore, q̄d eſt prius ſoliditate p̄fectionis. In glo. ibi, ſecuta citatione, no. q̄ præſentatio reſcripti non inducit præuentionem, niſi ſecuta 40 citatione. † In gl. ibi, proteſtatus, nota proteſtationē requiri ad diligentiam oſtēdendam, & morā non præſumendam ſic. C. de an. excep. l. vt perfectius, & ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. ſi is qui prætori, & C. de his, qui per metum iudicis non appellauerunt. l. fi. hę proteſtationes debent fieri in publico, nō clam, vt dicit iſta gl. & dictis legibus comprobatur. Ibi, vſque ad annum. nota, quando impetrans eſt expectandus per annum, q̄d 41 dic, vt ī. co. tit. c. plerunque. † Extra quæro, nunquid ego, q̄ impetraui cum clauſula, Appel. remota, poſſim appellare? vī q̄ 42 non, quia me aſtrinxi. † Item quia appellationi renunciari pōt in cauſis pecuniarijs, vt C. de temp. appel. l. fi. in fi. ſecus in cauſa ſanguinis, vel ſtatus, vt ff. de appel. l. non tantum, & no. ff. de pac. l. pactum inter, vbi eſt gl. ſolennis. & ideo in cauſis ſānguinis non debet apponi vulgaris clauſula, Appellatione remota. Preterea, qui impetrat reſcriptum, tenetur ſtare reſcripto, 43 vt C. de li. cā. l. cum precum. † Solu. dico, q̄ reſcripta, & iudicia paritatem deſiderant. & ideo, quicquid licet aduerſario meo, licet & mihi. C. de fructi. & litis exp. l. fi. & C. de proximis ſacrorum ſcriniorum. l. ſacr. s, li. xij. & ī. de mutu. pet. c. prudētia, niſi de iure ſingulari, vel odio ſpeciali ꝯrium ſtatuatur, vt ff. de leg. 1. l. fi. & ratio ibi redditur, quia tutor præſumitur decepiſſe, & ſupplantaſſe puellam, non econtra. Ille tex. eſt multum notabilis. 44 † Item extra no. q̄ aliquando ad generalem prouidentiam non eſt recurrendum, niſi prius diſcuſſa prouidentia ſpeciali, dicit illa l. vnica in iure, C. de pig. l. quamuis.

ADDITIO.

a Vide omnino Feli. hic circa iſtud dictum.
Vinc. God. Adde tu Gozz. conſ. 90. nu. 19. qui dicit q̄ princeps per viam legis generalis poteſt etiam iuri quæſito præiudicium inferre.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum cauſæ cognitionem prohibens eſt nullum.*
2 *Papæ mandato, ſi quis ſoluere cogi debeat, iſque ob infortunium, puta maris, nequeat, ſatiſdando ſatisfiet.*
3 *Clauſula, ſi ita eſt, in reſcriptis ſubintelligitur natura, non tamen facit cōditionem, vt commiſſio propterea ſuſpendatur.*
4 *Sententiæ, an iuramento quæ conditiones vel inſint, vel incidant.*
5 *Reſcriptum ſi duo copulatiue exprimat, an vtrūq; probari neceſſario debeat.*
6 *Copula poſita inter duo extrema, quorum ex iuris diſpoſitione, non eſt cōcurſus, alterius exiſtentia contenta eſt.*
7 *Copula poſita in libello, vel ꝓpoſitionibus, an requirat probationem vtriuſq; copulati.*
8 *Qualitas popoſita ad intētionem, quæ ex ipſius qualitatis defectu ceſſaret, neceſſario probanda eſt. ſecus ſi dumtaxat ad duplicationem effectus.*
9 *Vbi duo copulatiue in reſcripto continentur, ſi de iure vtrumq; verū eſſe requiratur, vtrumque probari conuenit, ſi de iure quodlibet per ſe ſufficit, ſufficiet alterius probatio. & nu. 5.*
10 *Niſi alterum veniret ad informationem alterius.*
11 *Item niſi quis ſe ſponte aſtrinxerit ad duo probanda, quorum vnum facit trā ſire alterū in aliā ſpeciē, vel formā vel iudicis motum, vel illud qualificat.*
12 *Aſſumere non poteſt quis nouam formam probandi.*
13 *Forma ea non dicitur, quæ nec ineſt nec informare poteſt.*
14 *Qualitas illa probanda eſt, per quam actio vel exceptio vires aſſumit.*
15 *Probanda ſunt ea quæ ſunt edenda, & quæ ſint edēda ad intentionē fundādā.*
16 *Intentantem poſſeſſorium qualificatum, vel iuſtificatū dominio aduerſarius, ſi de conſenſu admiſſus, probet ſe dominū, ſuperat exceptione dolo facis &c. ſibi actu, & habitu competenti.*
17 *Copulatiua probatio non requiritur, vbi iuris diſpoſitio eſt conſenta de altero extremorum.*
18 *Mens potius inſpicienda eſt, quam verborum copula.*
19 *Papa ſi mandet ſententiam confirmari, intelligetur cauſa cognita.*
20 *Ex mandato Papę iudex confirmare debet ſententiam, ſi inuenerit confirmādam: ſin minus infirmabit.*
21 *Executio iudici commiſſa, ſi aperta eſt ex ſententia in rem iudicatā trāſacta, retardanda non eſt. Sin minus, procedi ad eam debet cauſa cognita.*
22 *Cauſam an quis perdat ex præſumpta falſitate.*
23 *Poſſeſſio in colorate data an poſſit reuocari ſine ordinario proceſſu.*
24 *Statutum ſi ſit, q̄ reformationes debeant præciſe ſeruari, quomodo debeat intelligi præciſe.*
25 *Dictio præciſe, non excludit legitimas defenſiones.*
26 *Verba præciſa diſtinctionem, & determinationem legalem recipiunt.*

CAP. II.

1 EX parte. † Reſcriptum cauſæ cognitionem prohibens nullum eſt. vel ſic. In reſcriptis intelligitur clauſula, ſi eſt ita & ſi cauſę cognitionem vetat, eſt de falſitate a ſuſpectum. vel ſic, clauſula non diſcuſſa veritate reddit reſcriptum falſum. h. d. ſecunda pars ibi, verum. Caſus. quidam clericus, G. nomine, impetrauit literas ad epiſcopum Conuentrenſem contra quendam alium nomine F. ſuper præbenda de nouale ſub hac forma, vt ſi conſtaret ipſum F. de periurio eſſe conuictum, vel perpetuo illi renunc aſſe prębendę remoueretur ab eadem, & adiudicaretur ipſi G. quo F. conuicto de periurio dicta præbenda fuit data dicto G. F. appellauit, & impetrauit līras a Papa, q̄ abſque cāę cognitione dicta prębenda reſtitueret eidē per Cantuariē ſem Archiepiſcopum. Conuentrenſis ep̄ ſignificauit hoc papę. Papa reſcribit, q̄ non credit ſic prębiſe līras emanaſſe. Itē q̄ ſubintelligatur clā, ſi eſt ita, vī mandat eidem archiep̄o, vt inſpiciat dictas līras, & ſi inuenerit ſm prędictum modum ei ſeri pſiſſe, & non facta mentione priorum literarum, ſnīam ep̄i cō 2 firmet, & ad preſentiam Papę dirigat impetrantem. † Pone, Papa mandat aliquem cogi ad ſoluendum. Iſte propter infortunium maris non poteſt ſoluere, ſed vult ſatisdare. dico ſufficere. ff. de re iudi. l. 4. §. ait prętor, tex. valde notabilis. Ibide Noualibus, proprium nomen loci. Ibi, cognoſcēs, ſcilicet epiſcopus. Ibi, legitimæ, quod ad ordinem iuris ex forma reſcripti. Ibi, cōſtaret, ex forma reſcripti. ibi, & perpetuo, ponitur, & pro vel, q̄ alterum ſufficit. Ibi, eo cognito, ſ. per iudicem. & ibi, & probato, ſ. per partem. Et no. quem non remouēdum ſine cauſę cognitione. Ibi, abiudicaſſet. i. abſtuliſſet. Et no. q̄ clarius alibi nō reperitur, q̄ propter periurium clericus a beneficio remouea- tur. Ibi, prębiſe, no. quid ſignificat dictio, prębisè. Ibi, hęc conditio, per iſtam ſubauditam conditionem non excuſatur impetrans a ſuſpicione falſitatis. Ibi, ſcripſerimus, ſubaudi & ipſe proceſſit ſecundum eundem modum. Ibi, literarum, nec de proceſſu habito p caſdē, ī. de ſen. & re iud. c. inter monaſter. ū.

Ibi,

ADDITIO.

a Vide Bal. conſi. 44. inci. do. Bailardinus, primo volu. *Bald. ſuper ī. Decret.*

BIU Cujas

ff.de in ius voc.l.ſed ſi hac.§.patronum.Eſt enim feudum aliud paternum,quod recta linea & non inflexa deſcendit in poſteros,puta a patre in filium. & ſi ego d.xi ſuperius, quod vbi de conſenſu res agitur, ibi valet reſcriptum, licet non fiat mentio de rei qualitate.† Nimirum, quia & iuriſdictio prorogari poteſt,& per ſolutionem partis prorogatur, vt no.in l.1.ff.de annuis lega.& eſt valde notabile, & etiam compromitti non facta mentione de ordine, quia compromiſſum fit ex cõſenſu:tñ interdum p cõpromiſſum datur qualisqualis iuriſdictio quæ poſtea homologationem laudi inexpugnabile robur aſſumit vt C.de arbi.l.pen. ff. co.l.2. de re iudic.l.ait prætor. dicit Barto quod cõpromittere in arbitrũ non eſt ꝓtractus, ſed cõpromittere in arbitratorem eſt contractus tranſactionis, vel finis, ſicut refutatio,vt ipſe no.ff.de ope.no.nun.l.1.§. & poſt operis. arbitratus proprie non eſt pactum,ſed ei ſimilis,quia aliquãdo ſuccedit pro mera abſolutoria, aliquando pro mera condemnatoria,& tale aliquid eſſe cenſetur per ſimilitudinen,quale adaptatur.ff.de iureinr.l. tutor.§.1.& etiam in feudis poteſt prorogari iuriſdictio abſque dominorum præiudicio,vt no.in c.1.§.præterea,ſi de feu.de prohibita alienatione feudi p Federicum. nã & tranſigi poteſt bona fide,vt in c. ſi vaſallus de ſuo, ſi de feudo fuerit controuer.† vel dic,quòd de,vel ſuper iure tertij nũquam poteſt compromitti in illius præiudicium,vt ff de vſufr. leg.l.is qui.nam qui in arbitrum ſponte compromittit, eſt in culpa.ff.de euic.l.ſi dictum, §. ſi compromittere. ff. de mino.§. minores.Item qui non habet plenam & inſolidum rei adminiſtrationem,non poteſt compromittere niſi in ſui præiudicũ.† hinc eſt,quod compromittenti non datur regreſſus ex ſtipulatione.Idem de prorogante dico,vt nõ habeat regreſſum de euic. niſi probet ſententiam iuſtam,quod non poteſt ſufficere in sẽtẽtia arbitri,quia eſt uilis & abiecta, nec habetur pro veritate, quare non tranſit in rem iudicatam.C.de arbi.l.1.ſed videtur, quod quis poſſit compromittere ſuper eo,quod tãgit ius alterius,vt ff.ad Tre.l.cum hæreditas ex fideicom.dum ibi textus dicit, quod compromittere eſt in adminiſtratione, ſi compromittit bona fide,& eſt res valde notabilis. Sed reſpõdeo, quod hæres ante reſtitutam hæreditatem habet plenum dominium,& plenam adminiſtrationem,& ideo compromittere poteſt,ar. C.de tranſac.l.præſes.† Modo iterum reuertor ad c.noſtrum,dicitur hic quod reſcriptum in forma communi obtentum non derogat priuilegio quia plus poteſt homo priuilegiatus, quam homo ſimplex,vt ff.de leg.2.l.cum patronus. Pone ergo,Papa contulit beneficium curatum cum clauſula reſidentiæ & promotionis ad ordines,nunquid epiſcopus poterit diſpenſare? & videtur quod non, quia mandatum Papæ eſt reſeruandum, vt ſupra eodem, ſi quando. & infra de reſtitutione ſpoliato.cap. Piſanis.† nam ſacris apicibus nihil eſt addendum, vel detrahẽdum,vel interpretandum,vel gloſſandum, vt C. de leg. l. fina. nam & ſi teſtator mandat reſidentiam, debet fieri, quantum requirit materia, vel forma diſpoſitionis,vt ff. de manumiſ. teſta.l.Mæuia.ff.de leg.3.l.qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. ſeruo ad cuſtodiam templi.† Preterea & ſi hoc tacite ineſſet, tamen expreſſio multum operaretur, quia magis aſtringit expreſſum,[a] quam tacitum, vt ff. de arbi.l.Celſus. quaſi bis repetita iuſſio ſemel facta de lege, & iterum facta a miniſtro legis. Sed contrarium determinat Archi.tali ratione, priuilegium epiſcoporum eſt,quod poſſint diſpenſare, ergo tali priuilegio non derogatur per reſcriptum,quod exprimit ius commune,† quia vox priuilegiata potior eſt uoce ſimplici,vt no.ff.de hæred.inſtit.l. teſtamento domini. † Epiſcopus igitur poterit diſpenſare ex cauſa, cauſam autem voco rationem naturalem, vel ciuilem,vt in cap. 1. §. item ſi delator, quæ fuit prima cauſa benefic.amit.leues enim occaſiones non ſunt ad ſtatutum iuris trahendæ, vt in cap. Obertus de Horto §. ſi quis inqui.ex q. cau.feu.amit.col.10.occaſio enim dicitur leuis ratio, quæ mouet affectum, ſed non tribuit effectum. Concludo ergo cum Archidiacono,quod diſpenſatio ſublata non eſt per illam notabilem l.ſi hominem. ff. mand. hoc tenet Archid. in cap. licet canon.in fi.de elec.lib. 6. † Ad illud autem brocardum, quod expreſſio debet aliquid operari, reſpondeo, verum eſt, ſi iuris ratio patitur:ſecus, ſi non patitur, vt quia ineſt de neceſſitate & in quolibet contingenti illius generis. Si iudex dicit, aſſigno tibi terminum legis ad petendum apoſtolos:iſte terminus non eſt terminus iudicis,ſed legis. Refert enim legem, ſed nõ ſtatuit de nouo diem,vt in clementina ſecunda, de appellatio. & ſic iſta expreſſio relatiua legis ſimpliciter nihil operatur, ſed expreſſio diſpoſitiua bene operatur in dicta l. Celſus, & hoc ideo,quia arbiter poterat minuere, nec lex ſuppleret in arbitro,licet ſuppleat in iudice, vt ff. de arbitris. l. diem proferre. §.ſtari.quia etiam iniquum arbitrium tenet. Vel dic, quod ẽt arbitrium, non dico arbitramentum,recipit tacitam ſuppletionem temporis.ſententia vero iudicis ſuppletur in omiſſis, quæ tacite inſunt, vt l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iu.& facit ad iſtud brocardum,quod no.per Cy.in l.2.C.ſi penden.appella.mors ĩterue.† Vtrum expreſſa ademptio bonorum in deportatione,vel relegatione aliquid operetur necne. & communiter dicimus,quod in relegatione operatur, quia voluntaria,in deportatione autem & damnatione in metallum non operatur,quia neceſſaria,vt ff.de capi.dimi.l.tutelas. §. ſi libertate, & C.de ſent.paſſ.l.fi.quicquid dicat gl.in l.ſi qua militi.§.1.ff. ex q. cau.maio.quæ dicit,ꝙ in deportato poſſunt reſeruari bona.Nã illud non eſt verum,niſi fieret per principem,vel niſi fieret militi condemnato de militari delicto.† Præmitte ad euidentiam, ꝙ Ciſtercien.ſunt priuilegiati,ne ſoluant decimas poſſeſſionũ ante generale concilium acquiſitarum. Item ſunt priuilegiati, quod p literas non poſſunt trahi ad iudicem, niſi fiat mentio de ordine ipſorum.Ciſtercienſes ergo non poſſunt conueniri per reſcriptum,in quo non fit mentio ipſorum. Caſus, impetratum fuit contra quendam abbatem, vel priorem ordinis Ciſterc.en.ſuper decimis, vel alijs, quæ ſedes apoſtolica eorum ordini indulſit,nec fuit facta mentio ordinis in reſcripto, tandem fuerunt citat. vigore reſcripti,quæritur,vtrum teneantur reſpondere?reſpondetur, ꝙ non. No. ꝙ ſuppreſſio dignitatis, vel ordinis vitiat reſcriptum.† Opponit & imo videtur, quòd poſſit conueniri per tale reſcriptum, licet non faciat mentionem de priuilegio,quia intelligitur conceſſum, ſaluo priuilegio,vt C.de emãcipa.liber.l.nec auus,& ẽt ſaluo iure communi,vt ff.de vulg.ſubſti.l.ex facto,in prin. Sol. hic duplex eſt priuilegium,peremptorium, quod reſpicit decimas, & excluſorium litis & diſceptationis, quod reſpicit vocationem in ius, propter primum non vitiatur reſcriptum, quia non eſt excluſorium iudicij,ſed actionis, quia exceptio perẽptoria reſpicit merita cauſæ,non merita iuriſdictionis, ſed pp ſecundum vitiatur reſcriptum,quia priuilegium [b] eſt ꝓhibitorium,vel confutatorium precum,ne in ius trahatur,arg.ff.iudi.ſol.l. vir bonus,ſecundum Inn.† Sed pone, ꝙ trahuntur ſup rebus, ſuper quibus non habent priuilegium, nũquid efficax eſt reſcriptũ? reſpondeo ſic,quia in eo in quo non ſunt priuilegiati,dẽnt vti iure communi,vt infra de deci.cap.nup. ſecundum Ber. Vlterius opponitur,quod imo dẽnt comparere. [c] Nam quilibet citatus coram iudice,qui hẽt aliquam iuriſdictionem, dẽt comparere allegaturus ſuum priuilegium, vt ff. de iudi.l. ſi quis ex aliena,& ff.ſi quis vocatus in ius non ierit.l.ex quacunque.Sol. concedo,& ideo ſi citatus non comparet, tenet ſententia contra eum,vt ĵ.de appe.ſi duobus,ſecundum Ber.† Ex quo ſequitur talis concluſio,quòd ſi in reſcripto non fit mentio de priuilegio aduerſarij,reſcriptum eſt inualidum, ſi compareatur,& excipiatur.alioquin eſt efficax.& dic quod ſpeciale ẽ in Ciſtercien.& alijs habentibus ſpeciale priuilegium fori conceſſum ipſi religioni & hoc fauore religionis, ar. ff. de vſufr.locum,in princ.Et ex hoc concluditur, ꝙ non ſolum in Ciſterciẽſibus, ſed etiam in ſimilibus eſt idem obſeruãdum, arg. de neg.geſt. l.ex facto,ſecundum Ber.† Diſtingue, aut conuentus p literas non includit in literis,& hoc conſtat, & non tenetur comparere,vt ĵ. de priui.c.fi.C.de manda.principum.l.1. de iuriſ.omn.iu.l.in priuatorum.aut includitur in literis, & hoc conſtat, ꝙ includatur, tñ poteſt declinare, & tunc tenetur comparere & excipere.nam ſi non excipiat, ius excipiendi pdit. ff. de iudi.l. ſed & ſi ſuſceperit,in prin.aut eſt dubium,vtrum includatur, necne,& tũc aut oportet ipſum probare aliquam qualitatem, qua probata non includitur,vt quando eſt exẽptus,& tunc tenetur comparere,& docere:aut nihil eſt ab eo probandum coram eo,vt quia clericus citatur a iudice ſeculari, coram quo non oportet probare de clericatu,& tũc proceſſus non tenet, ſiue compareat,ſiue nõ.infra de iudi.c.at ſi clerici,& error iudicis ſecularis non facit proceſſum valere,vt C. ſi a nõ compe. iudi.l.prima.Ex his apparet, ꝙ aliud eſt dicere, nõ includor, & aliud eſt dicere,ſum exemptus, vel habeo declinatoriam fori.† Itẽ ex prædictis habes duas concluſiones.prima eſt,quòd impetratio facta contra priuilegium fori ſuppreſſa dignitate, vel ordine,non valet,quod eſt verum,ſi ita dicat tenor priuilegij, alioquin valet,ſed obſtat exceptio declinatoria fori.† Nam qñ in iure reperit hoc verbum,non valeat, & nihil vltra cauetur, intelligitur per ſententiam, quia cum ſuper hoc debeat cognoſci, ergo & pronunciari,arg.C.de preci.impera. offeren.l. vniuerſa.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Nota quod expreſſum dicitur,quod neceſſario ſequitur ex verbi natura,Ruy.conſi.132.nume.4.lib.2.& conſi.64.num.9.lib.1. & conſi.108.nu.16. lib.2.& conſi.159.nu.10.lib.3.Item expreſſum dicitur,quod venit tanquam antecedens neceſſarium,Ruy.conſi.23.nu.10.lib.5.& dicitur illud,quod ex verbis reſultat.Ruyn.conſi.122.num.11.lib.2.

b Vinc.God.Priuilegium eſt prohibitorium,vel confutatorium precum, ne in ius trahatur.Et adde ꝙ poteſt fieri ſine citatione alicuius,& ſine clauſula,non obſtante,Dec.in conſ.169.col.2.ver.ſecundo ſimiliter.

c Vide Barba conſi.1.vol.1.& Alex.conſi.1.vol.5.& Anto. de Prato in conſi.Barb ad ſi.5.col.volum.1.

BIU Cujas

32 vniuerſa. † Tamen ad vnum aduerte, ꝙ iuriſdictio, quæ eſt inualida ope. exceptionis, lata pro exceptione ſententie, efficitur nulla ipſo iure, vt ĵ. de offi. dele. c. ſignificantibus & ff. de fidei.
33 l. ſi plures, in prin. per Pe. & Bart. † Si autem impetratio facta ſit contra priuilegium cauſæ principalis, tale reſcriptum bene tenet, quia nemo agens tenetur facere mentionem de iure aduerſarij, argu. ff. de libe. agno. l. 1. in prin. ne tanquam fatuus impetret contra ipſum, vt C. de lib. cauſa l. cum precum, C. de reuo. dona. l. cum ꝓfitearis. † Et vt liqueat dictus articulus, an de
34 priuilegio aduerſarij mentio ſit fienda, diſtingue, aut impetratur reſcriptum, ſecundum ius commune in vim iuſtitiæ cõtra priuilegiatos, aut in vim indulgentiæ ſiue priuilegij. Si in vim iuſtitiæ, aut impetrat contra Ciſtercienſes, vel alios religioſos, & tunc neceſſe eſt, ꝙ de ordine faciat mentionem, non de priuilegio, quia litera dicit, ordinis, non dicit, priuilegij. aut impetratur ꝺ alios priuilegiatos, vt pone exemplum ĵ. de priuil. c. ex parte, el primo, & tũc nõ eſt neceſſe, quod de priuilegio faciat mentionem, & eſt ratio, quia per reſcriptum nihil detrahitur priuilegio. nam erit iuxta priuilegium pronuntiandum, & reſcriptum eſt ęquale ad iuſtitiam, & non claudicat, aliter ſequeretur, ꝙ de qualibet peremptoria eſſet fienda mentio in reſcri-
35 pto, quod eſt falſum, † quia de peremptoria non poteſt diſputari in litis ingreſſu, ſed ſolum vna cum principali, vt in l. 1. C. de ordine iudiciorum, & ſic nõ poſſet ꝓnuntiare ſe iudicem, vel non iudicem, quod debet ante omnem aliam ꝓnuntiationem fieri, vt no. ff. qui ſatiſd. cog. l. arbitro. Item ideo nõ debet fieri mentio de peremptoria, quia aut fieret mentio ad coadunandam peremptoriam, & contradiceret ſibiipſi, aut ad excludendam, & tunc alia ratione eſſet reſcriptum nullum, ꝙ perimere ius videretur alterius, vt C. de preci. impe. offe. l. reſcripta. Si vero reſcriptum impetratur in vim indulgentiæ, tunc neceſſe eſt, quod de priuilegio faciat mentionem in reſcripto, quia dicat, non obſtante tali priuilegio, alias ei non derogaretur ĵ. eo. c. conſtitutus, & ĵ. de re iud. c. inter monaſterium, ſecundũ Compoſt. quod intelligo, ſi iſtud priuilegium non eſt in corpore iuris clauſum, alias faciendo mentionem de ordine in-
a telligeret obſtatiuo priuilegio a derogare, arg. ff. de excu. tuto. l.
36 idem Vlpianus, & ff. de re iudi. l. quidam conſulebat, ſecũdum Hoſtien. † Et prædicta faciunt ad quęſtionem. impetraui in feudum caſtrum tanquam emptum per quendam monachum Ciſtercienſis ordinis, non expreſſo aliter, ꝙ illud caſtrum erat acquiſitum ordini, nunquid valet impetratio. & videtur ꝙ ſic, quia ex quo per monachum de neceſſitate acquiritur monaſterio, & quod ineſt neceſſario & non cõtingenter, non oportet exprimi, quia ſatis eſt demonſtratum, quid, & quale quantumque ſit, vt C. de iu. delib. l. cum al quis. ff. de ꝺi. & demon. l. filio. 19. q. 1. c. ſtatutum. vnde ſententiam principis non fefellit. imo plenarie intruſit. ſic igitur voluntas principis adeſt, &
37 poteſtas ſubeſt. † Sed quid dices, impetraui in feudum rem, quam tenebam in emphyteuſim, & feci mẽtionem, quod res erat emphyteutica, non tñ expreſſi quantitatem cenſus. & videtur dicendum, quod incerta ſit interpretatio, & ideo inualida, † quia certitudo conſiſtit in ſubſtantia, quantitate, & qualitate. Nam iſtæ tres diſtinctiones ſimul iunctæ faciunt rem certam. aliter dicitur incerta & informis. ff. de verbo. obli. l. vbi autem. & incertitudo tanquam captioſa frangitur, vt ff. de tranſac. l. cum Aquiliana. niſi forte ſeruitium eſſet æquiualens, vel maius, quam eſſet cenſus annuus. hoc quoque committitur iudicis arbitrio, ar. ff. de tranſac. l. cum hi. §. modus, & ff. de annuis lega. l. Mæuia. §. fin. ſed certe lex dicit expreſſe, ꝙ fundi tẽplorum emphyteutici non poſſunt concedi dempto canone
39 conſueto. † Sed qnid dices, impetraui iudices ſuper re feudali non facta mentione feudi, an valeat reſcriptum? Reſpondeo ſic, ſi impetraui in forma meræ iuſtitiæ, coram quibus poterit opponi exceptio declinatoria veniens ex natura feudi, vt ĵ. de iudi. c. cæterum, quia feuda proprios habent iudices, ſ. dominum, pares curtis, & arbitros. † Dominus enim iudicat inter
40 pares curtis, partes autem iudicant feudatarium, & dominum, arbitri iudicant, vbi deficiunt pares. his omnibus deficiẽtibus, a iuriſdictione iudicat ordinarius loci, vt dicam in ca. cęterum ĵ. de iudi. & hoc in omni feudo, ſiue ſit nouum feudum, ſiue
41 recta linea deſcẽſum, ſiue ꝓobliquum. i. tranſuerſale, † & ſi cõceſſum ſit tibi & lineæ, ſemper intelligitur de linea recta, & nõ de obliqua, quia obliqua linea eſt anfracta, non in directum producta. arg. ff. ſi ager vec. vel emphy. pe. l. 1. §. qui in ꝓpetuum.
42 ff. de vulg. ſubſti. l. qui liberis. §. hæc verba. † Vt ſcias, impetrans ſuper feudo non habet neceſſe facere mentionem de conſuetudinibus feudorum, quæ in reſcripto non comprehenduntur, quia certæ ſunt. & quod certum eſt, expreſſione non indiget, vt l. 1. in fine. ff. de dote prælega. Sed ſi eſſet conſuetudo certi loci exorbitans a generali conſuetudine recti feudi tali conſuetudini non derogatur per reſcriptum, imo nec per priuilegium non faciens mentionem de ipſa, quia conſuetudo æqui paratur pacto, & hæc probantur. ĵ. de decimis. c. ex multiplici, coniunctis his, quæ no. C. de decretis decurionum, in rubrica.
43 ff. de reg. iu. l. nec ex prætorio. † Sed ecce reſcriptũ nõ derogat his, que concernunt cauſas cauſæ, ſed nunquid det iuriſdictionem implicitam ad derogandum? reſpondeo ſic, quia dat cauſæ cognitionem, ergo & poteſtatem pronunciãdi. Vnde licet reſcriptum non deroget pacto, vel conſuetudini per ſe, poteſt tamen derogare ſententia mediante, quia valet ſententia contra priuilegium lata non expreſſo errore iuris in ſententia. ſi enim eſſet error expreſſus, ñ valeret ꝓp vitiũ, & vituperationẽ pronunciationis, argu. ff. de excu. tuto. l. qui teſtamento. & C. de iur. & fac. igno. l. 1. ibi enim bene valet ſententia, ſed de iure ſpeciali reſeruatur exceptio poſt ſententiam, ſic. C. quando ꝓ-
44 uoc. non eſt neceſſ. l. ueteraneus. † Quæro, nunquid certa ſcien
b tia principis firmet gratiam, quæ alias eſſet b nulla? & videtur quod ſic, vt ff. de excu. tut. l. idẽ. C. de teſta. l. ſicut certi, & l. ſi cũ vel in vtero. ſic quod de certa ſcientia plene & clare fiat mẽtio in literis, valet reſcriptum, alias non, quia non tranſit in vigorem literarum. Nam Papa non vtitur in literis ſua ſcientia, niſi formaliter ſeu cauſaliter faciat mentionem de ipſa, quia extra literas nihil ſubintelligi poteſt, ar. ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. 1. ibi, dum dicit, ex verbis concipi poſſit, & C. de fide inſtru. l.
45 contractus. † Quærit hic Collectarius, Papa conceſſit mihi beneficium cum clauſula, vt deberem facere reſidentiam, nunquid poterit diœceſanus ſuper reſidentiam diſpenſare? & vñ quod non, quia fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi, vt ĵ. eo. c. cum dilecta. ff. mand. l. dil. gẽter. ff. de verb. obli. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de manu. teſta. l. Mæuia. ff. de leg. 3. l. qui
46 concubinam. §. vxori. † Archi. dicit, ꝙ ex cauſa ſuperuenienti poteſt diſpenſare, nec facit contra mandatum Papę a quo mãdato nouitas cauſæ ſemper videtur excepta, ar. optimum. ff. man. l. & hominẽ, & ff. de ſol. l. ſi cum Cornelius, allego Arch. qui ita no. in ca. licet canon, in fi. de elec. lib. 6. Et ratio eſt, quia poſſe diſpenſare, priuilegium eſt epiſcoporum, cui priuilegio non intelligitur derogatum per reſcriptum, dumtamen iſta di-
47 ſpenſatio fiat cum cauſæ cognitione, † quia quod deeſt reſcripto, ſuppletur a lege, ar. ff. de re iud. l. 4. §. ſi quis condemnatus. Præterea cauſa de reſidentia ineſt de iure communi in beneficialibus curatis, ſiue habeant curam ſpiritualem, ſiue temporalem alicuius plebis, uel populi cum alicuius proteſtatis, vel iuriſdictionis exercitio, ergo expreſſio non auget mandatum.
48 † Sed nunquid priuilegio de decimis non præſtandis poteſt renũciari? & videtur quod non, quia eſt cẽceſſum ordini, arg. ĵ. de fo. compet. c. ſi diligenti. Et ideo vnus abbas Ciſtercien. vel prior ꝙuentus ſup decimis videtur non poſſe renũciare huic priuilegio. In contrarium videtur. C. de his, qui ſpõte munera ſuſcipiunt. l. j. lib. 10. dic quod in ꝑiudicium eccleſiæ non tenet renunciatio, ſed in præiudicium perſonæ ipſius renunciantis tenet. Non ob. c. ſi diligenti, allegatum, quia ibi non poteſt valere renunciatio, quin præiudicaret dignitati ordinis clericalis. Nam qui tangit vnum clericum, tangit clericatum, ſicut qui tangit auriculam, tangit totum corpus, & propter colligãtiam mẽbrorum totum corpus ſentit tactum, vt no. ff. de fur. l. vulgaris, in prin. Item ſcriptum eſt, nolite tãgere Chriſtos meos, & in ꝓphetis meis nolite malignari, vt no. in Auth. de non alie. §. 1. vel aliter ad c. ſi diligenti, reſponde, quod ibi fieret præiudicium alterius iuriſdictioni, & non tenet conſenſus, vt no. Io.
49 Mona. in c. accuſatus, de hære. lib. 6. † Denuo oppono, nam dicitur hic, quod impetratio ad certam ſpeciem non derogat priu. leg. o communi ordinis Ciſtercien. certe imo videtur, ꝙ deroget, quia ſpecies derogat generi, vt ĵ. eo. c. 1. & de offi. de-
50 leg. c. ſtuduiſti. † Solu. illa regula non habet locum in priu. legiis, quia priuilegium eo, quod continet ius ſingulare, ſemper habetur loco ſpeciei ſpecialiſſimæ, vt no. ff. de legi. l. ius ſingulare, & ideo non tollitur nedum per reſcriptum, ſed nec per ꝺſtitutionem generalem, ſequentem, vt ſing. no. in l. decurionibus. C. de ſilentiarijs, lib. 12. † Regulariter autem ſpecies, quæ
51 euellitur de corpore ſui generis, minuit genus, ſ. ei detrahendo, & aliter diſponẽdo, quam ſit diſpoſitum de genere, & hoc quando præcedit genus, & ſequitur ſpecies reſtrictiua, vt ff. de leg. 3. l. hæres meus. §. duæ ſtatuæ. vel translatiua, vt ff. de alimen. lega. l. alimenta. §. baſilicæ, & l. Stichus. Sed ſi præcedat ſpecies, & copulatiue ſubijciatur genus, hic non euellitur ſpecies de corpore generis, ſed ex abundanti exprimitur, vt ff. de

ſupel-

ADDITIONES.

a Vide Alex. conſi. 77. 2. vol. item vide alium caſum, quem ponit Ioan. de Ana. in conſil. 14. quod ſi epiſcopus fecerat conſtitutionem, vt non poſſit aliquis ad beneficia ordinari, niſi ſeruata certa ſolennitate, ſi ipſe epiſcopus poſtea ordinat, non ſeruata illa ſolennitate, videtur diſpenſare, & derogare tali conſtitutioni quantum ad validitatem illius actus. vide quæ ibi allegat ad propoſitum Doctor Bal. hic, & bene no. iſtum caſum.

b Vide Fel. in c. cum inter priorem, vbi latiſſime. ĵ. de excep.

BIU Cujas

ſupel.leg l.legata ſupellectili. & hæc diſtinctio, quid præcedat, vel quid ſequatur, habet locum in ſpecie, non in genere, & in indiuiduo, quia indiuiduum ampliationē non recipit, vt d.§. duę ſtatuę, & ar.ff.de vſuca.l.rerum mixtura. habet enim ſines proprios.ff.de lega.2.l.Meuius.§.duobus, & no.ff.de lega.i. l legato general ter, quibus finibus circunſcribitur. Sed opponitur, & videtur, quod ſpecies non deroget generi. nam appello genus id, quod continet plus, ſpeciem vero voco partem illius pluris.† Vnde dicit lex, ꝙ ſi teſtator legat uni fundum, alij vſumfructum eiuſdem fundi, quod legatarius fundi concurrit in eodem vſufructu tanquam coniunctus, & ſic ei non derogat ſpecies expreſſa, ſed coniūctio facit partem, vt ff.de vſufruc.leg.1.ſi alij. niſi teſtator dixiſſet expreſſe, quod legabat totum vſumfructum, vel hoc probatur ex aliquibus coniecturis vt ibi patet.† Sol. fundus non eſt genus, ſed eſt quoddam integrale & materiatum, quod intellectu diſtinguit in duas qualitates, ſcilicet proprietatem, & vſumfructum. quia ergo in eadē integritate corporali vterque legatarius concurrit, cuius integritatis, id eſt fundi nomine vterque continetur, merito concurſu legatarius fundi facit partē legatario vſusfructus formalis. Idem eſſet, ſi vni legaretur domus, alij vſusfructus ipſius, vt ff. de vſufruc.leg. l.Sempronio, & facit quod no.ff. de lega.tertio.l. Iulianus.† Quid ſi adijciatur adiectiuum ſubſtantiuo? Reſpondeo, aut eſt interpoſita copula,[a] & habet ampliare, aut nō eſt interpoſita, & habet reſtringere, vt ff. de lega. 3.l. ea tñ adiectio. & inter adiectiuū & ſubſtantiuū nō cadit punctus, ꝙ hēat ꝙ copula, q.i dic, vt ff.de verb.ob.l.alienationis, §.fi.† Adde, dicit Io. Mona. ꝙ qñque verba ſunt gñalia, & tamen effectu ſunt ſingularia, vt quia non poſſunt comprehendere niſi vnum indiuiduum, vt ipſe no.in c.ſi abſenti, de præben.lib.6. & ideo ſtatutum, cum non poteſt comprehēdere niſi vnam perſonam, ſiue quod ſumitur ex aliquo, & non ex vniuerſo, non valet, qa ſtatutum debet eſſe generale verbis & effectu, ſeu adaptatione, vt ff.qui & a quibus.l.priuatus. quod teneas menti, quia quotidie occurrunt.

52

53

54

55

a

ADDITIO

a Vide latiſſime per Felin.in c.2.in 7.col.cum ſeq.ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Præſumitur quis memor eorum, quæ fecit.*
2 *Natura nominis collectiui quæ ſit.*
3 *Præceptum ſtrictius eſt mandato.*
4 *Authoritas capituli abſorbetur per creationem epiſcopi.*
5 *Papa ſi mandauit mihi conferri præbendam tanti reditus, licet non ſit probatus reditus ad vnguem, iudex æſtimabit illud.*
6 *Præſumitur conuentualis ſcire ea, quæ fiunt in conuentu.*
7 *Ex diſpenſatione poteſt quis in vna, & eadem eccleſia habere dignitatem, canonicatum, & præbendam.*
8 *Reſtituti ad famam ſi impetrant dignitatem, non oportet, quod faciant mētionem de defectu antiquo, nec de reſtitutione in integrum.*
9 *Reſcripta & literæ Papæ edenda ſunt integraliter cum die.*
Secus in alijs inſtrumentis, niſi ad inſtruendam falſi accuſationem, vel niſi quis vtatur extra iudicium.
10 *Repreſaliis conceſſis contra Peruſinos, tempore quo Titius erat de numero Peruſinorum, ſi poſtea fiat hoſtis, & deſinat eſſe ciuis, an poſſit capi pro re preſaliis.*
11 *Conditio quando retro fingat, vel non &*
Prius tempore dicitur quod prius eſt diuiſione.
12 *Literæ non vitiantur eo, quod impetratus ſit alterius generis quam cōfratres.*
13 *Collatio ſi ſpectat ad epiſcopum tantum, & ſede vacante ſcribatur capitulo, vt recipiant aliquem in canonicum, tales literæ valent, & ſi vacante ſede executæ non ſint, epiſcopus poſtea creatus exequi tenetur.*
14 *Licitum eſt arguere de re ad perſonam.*
15 *Papæ mandatum capitulo ſede vacante directum transfertur in epiſcopum poſtea creatum iuris interpretatione. & nu.22.*
16 *Epiſcopus, & Capitulum ſunt quodammodo vnum corpus.*
17 *Capitulum, an poſſit epiſcopo creato exequi mandatum, quod pertinet ad epiſcopum.*
18 *Priuilegium non porrigitur ad eum, ad quem verba priuilegij nō porrigūtur.*
19 *Militibus, qui præeſt non propterea habet priuilegium militum.*
20 *Sede vacante in capitulo eſt plena eccleſia, ipſum enim eſt caput, & membra.*
21 *Collatori an debeat ſcribi, quando ſcribitur ad collationem.*
22 *In collatione ad epiſcopum pertinente capitulum, ſede vacante, non ſuccedit.*
23 *Ex proteſtatibus appropriatis, & omnino ſeparatis, non fit deuolutio, vel ſubrogatio.*
24 *Mandatum, quod dirigitur vniuerſis an poſſit, ſolus epiſcopus implere.*
25 *Generis natura diuiſa, genus non eſt, ſed differentia.*
26 *Mandatum Papę directum capitulo, an, & quando quemlibet capituli ſingulariter reſpiciat.*
27 *Iudicium inchoatum a pupillo cum authoritate tutoris poteſt ſolus tutor perficere.*
28 *Relatio ad factum indiuidua eſt, & ea de re ad partem trahi nequit.*
29 *Vniuerſitatis debitum ſinguli ſoluere non compelluntur, coguntur tamen pro ſoluendo collectam facere.*
30 *Capitulum an poterit inueſtire aliquem abſēte epiſcopo, ſi in reſcripto nō de tur, quod epiſcopus & capitulum inueſtiant.*
31 *Mora capituli eius ad epiſcopum deuoluit poteſtatem, quæ ex Epiſcopi ſubſequuta mora ad capitulum non redit.*
32 *Mens loquentis præualet ſermoni.*
33 *Literæ ſede plena, vel uacante, eccleſiæ, vel capitulo directæ, an & quādo valeant, ipſarūque implementum ad capitulum, vel ad epiſcopum pertineat, diſtin. magiſtra.*
34 *Literæ Papę de recipiendo aliquem in canonicum, epiſcopo directæ, ꝑ ipſum vel eius ſucceſſorem adimpleri debēt, non autem per capitulum, etiam ſede vacante vel per Vicarium, quamuis generalem.*
35 *Mandatum dignitati non expirat morte perſonæ tunc in dignitate conſtitutę.*
36 *Dignitas iudici ante ſententiam aucta, maiorem tribuit ſentētiæ authoritatē.*

CAP. VII.

TAm te, & infra. No. ꝙ hic non eſt mutatio pſonarū, ſed intellus, ar.ff.de ꝓh.emp.l.cum ſeruo, quia intelligitur ēps tacite ex natura rei mandatæ. Mandatum factum capitulo ſede vacante epiſcopus de nouo creatus adimplere tenet. hoc dicit ſecundum Inno. Vel ſic. ſi collatio præbendarū ꝓtinet ad epiſcopum, & ſede vacante ſcribatur capitulo pro receptione alicuius canonicum, epiſcopus poſtea creatus tenetur prouidere, & valet reſcriptum. Primo ponitur mandatum Papę, & eius tenor. ſecundo allegatoria excuſatio capituli. tertio prætenſa excuſatio epiſcopi. quarto reprehēſio Papæ. quinto remotio cuiuſdam tacitæ oppoſitionis. ſecunda ibi, ipſi vero. tertia ibi, cum itaq;. quarta ibi, quod nullatenus. quinta ibi, ꝑ eo. Caſus, quidam P. quondam Iudæus ad fidē conuerſus ecclesia Tornacēſi vacante impetrauit literas ad decanum & capitulum, quod ipſum reciperent in canonicū, & ꝑbēdam eidē conferre deberent, tandem ante quam mandatum eſſet adimpletum, archidiaconus dictæ eccleſiæ creatus eſt ēps. modo dictus petebat ſe recipi in canonicum & ꝑbendam ſibi conferri, capitulum obijciebat, quod non poterat recipere, quia non ꝓtinebat ad ipſum receptio, ſed ad epiſcopum. Epiſcopus vero dicebat, quod non tenebat recipere, nec conferre, quia mandatum non erat directum ei, cum nō eſſet nominatus in reſcripto, & quia tempore datæ non erat epiſcopus, & data eſt fundamētum literarum. Papa dicit epiſcopum teneri, nec poſſe ignorantiam ſimulare, cum tempore datæ literarum eſſet vnus de capitulo, & tempus datæ literarum ſit diligenter attendēdum. Deinde rñdet tacite oppoſitioni, quia poſſet quis dicere, iſte impetrās originaliter eſt de gente Iudæorv, vnde epiſcopus vī hīe iuſtam cauſam indignationis. ad hoc reſpondetur, ꝙ ex quo ꝙ uerſus eſt ad fidem, non debent indignari epiſcopus, vel canonici, ſi recipiatur in confratrem, & præbenda ſibi conferatur. h.d. Et eſt rō, qa nemo oritur Chriſtianus, ſed ꝑ baptiſmum fit. aliter ſequeret, ꝙ nemo poſſet hīe eccleſiaſticum beneficium.

1 † Ibi, Si bene a meminimus, præſumitur quis memor eorum,
a quæ fecit. ſic. C. de contrah. & commit. ſtip. l. magnam, & tamē quandoq; quis ignorat factum proprium, ad ſuum tñ damnū non alterius. l. is qui vſumfructum. ff. quib. mo. vſusfr. amit. & interdum nec ad ſuum, nec alterius. ff. de acq. poſſ. l. peregre.
2 Ibi, te, qui tūc eras archidiaconus, nūc ēps. Ibi, decano, de archidiacono non fuit nominatim expreſſum, & ideo prima facie videbatur omiſſum, ar. ff. de le. 2. l. Celſus. §. quod alicuius. ſed hoc nōn obſtat, quia licet non nominatim, tamen inter cæteros, ſicut dicimus in ſimili, ꝙ quidam non nominantur, tñ inter cæteros includūtur. ff. de lib. & poſth. l. Titius. nam natura nominis collectiui eſt ſua indiuidua qñq; ſimul, qñq; ſcorſum per ſe ſignificare, vt l. ſi chorus. ff. de leg. 3. & quandoque ſignificat complexiue, quādoq; diſtributiue, vt l. ciuibus. ff. de
3 re. dub. ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. C. de Iudæ. l. 1. † Ibi, mandatum dedimus, & præceptum. hæc verba geminata ſignificāt præciſam intētionem Papæ. i. præcipiendo mandamus, quia ſtrictius eſt præceptum, q̄ mandatum, vt no. ff. de off. præſi. l. ſæpe. Ibi, de gente. no. ꝙ nomen gentis ſignificat originem. Ibi, ipſi vero, ſcilicet decanus, & capit. Ibi, quia donatio, iſta allegatio erat

ADDITIO.

a Vide vnam gl. quæ docet modeſtiam loquendi in ſimilibus verbis, quam ibi multum notat Decius in l. lecta, alias in l. ſeq. ff. ſi cer. pet. & ibi adde iſtum tex. in iſtis verbis, ſi bene me minimus. item in quibus præſumatur, vel toleret obliuio, vide per Barb. conſi. 32. col. pen. vo l. 1. & conſi. 25. col. 2. eo. vol. quanto autem tempore inducatur obliuio, vide remiſſiue 1a. in l. 1. col. fi. C. de ſer. fug. Ité adde, ꝙ in Papa nō præſumitur memoria, ſed bene præſumitur obliuio, ca. ex parte, el primo, de of. de le. quod no. ad iſtum tex. qui videtur contra in iſtis verbis. ſed eſt propter multitudinem cauſarum, ſecundum Barb. ibi, quia vt plurimum quis creatur Papa in ſenectute.
Vinc. God. Adde ꝙ obliuio cauſatur veriſimiliter ex curſu x. ann. Soz. in conſil. 38. pro deciſione. ver. ſecundo probatur, circa fi. lib. 1. Dec. conſi. 440. nu. 2. Boe. in ſuis qq. q. 73. nu. 6. Et nota ꝙ obliuio præſumitur in officiali propter multitudinem cauſarum & negotiorum. Ale. conſ. 214. lib. 2. Et licet præſumatur in certis caſibus, iſtud tamen non habet locum, quando quis iurauit. Mar. Ant. Baue. in ſuo trac. de vir. iur. 14. caſu.

BIU Cujas

erat vera, quia ex quo translatum eſt mandatum ad epiſcopū creatum, ergo capitulum eſt liberatum à mādato, ar. ff. de adi.
4 le. l. translatio. † Ibi, ad te. ſ. ſolum, & ideo non poterat adimpleri per capitulum, vt infra ne ſede vacante, cap. 1. lib. 6. & quia p creationem epiſcopi abſorpta eſt in hoc authoritas capituli, qa capitulum, quod fungebatur ſede vacante loco epiſcopi, nūc deſiit fungi, argu. optimum. ff. de fideicom. li. l. Lucius, & C. de inoffi. teſta. l. fi. in fi. vbi mutatio appellatiui vitiat ſubſtantiuū, ff. quib. mo. vſusfruct. ami. l. ſi cui. Ibi, inde receperas non tanquam epiſcopus, quia non eras, nec tanquam archidiaconus, quia de archidiacono nō erat facta mentio, ſed de capitulo, & decano, argum. ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui plures. C. fam. erciſ. l. quoties. Ibi, ſi datam. i. mentem Papæ, in qua conſideratur tempus datæ, quia tunc oritur & initiatur gratia formaliter, ar.
5 ff. de reb. dub. l. ſi cognatis. † Si Papa mandauit mihi conferri prebendam tanti reditus, licet non ſit probatus reditus in iudicio ad vnguem, tamē iudex æſtimabit illud. ff. de le. 2. l. ſi quod ex Pamphila, & quod ibi per Bart. Si rex conceſſit mihi vltimā excidentiam, oportet me probare de tempore. ff. ad Treb. l. eū,
6 qui nouiſſimus. † Ibi, de capitulo, propter quod præſumit ſcire, maxime quia erat archidiaconus. nam præſumitur conuentualis ſcire ea, quæ fiunt in conuentu, vt in Auth. de mona. c. cogitandum, & no. ĩ. de teſti. c. veniens. C. de repudijs. l. conſen
7 ſu, & quod no. ff. de reg. iu. l. non poteſt dolo. † Ibi, canonicus, no. quod quis poteſt habere in vna eccleſia dignitatem, canonicatum, & prebēdam, quod verum eſt ex diſpenſatione, vt in c. 1. de conſue. lib. 6. Ibi, nec ceſſes, quia eras tunc canonicus, nec eras tunc epiſcopus conſecratus, ſupple, nec confirmatus, quia ſola cofirmatio dat poteſtatem conſecrandi, vt ĩ. de elec.
8 c. tranſmiſſum. † Ibi, extiterit, ſ. quōdam, tamen illud fermentū fuit purgatum p baptiſmum, & ideo de eo non debet fieri mētio. Et eſt bene notandum, quod reſtituti a ad famam, ſi impe-
a trant dignitatem, non oportet quod faciant mentionem de defectu antiquo, nec de reſtitutione in integrum, quia beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. tene menti. Inanis gloria & memoria præteriti non corrumpit
9 ſtatutum de præſenti. † Ibi, ſi datam, no. reſcripta & literas Papæ edendas integraliter cum die. ſecus in alijs public inſtrumentis, quia dies non debet edi niſi ad inſtruendam falſi accuſationem, & tunc ita demum, ſi petens edi offerat ſe paratum inſcribere ad pēnam talionis. C. de fide inſtru. l. fi. quod dic, vt dicam ĩ. de proba. c. j. quod no. ĩ. de re iud. in c. abbate, in nouella, vbi omnino vide. Si quis extra iudicium vtetur inſtrumēto, vt in proteſtationibus, debet ſolenniter edere cum die & conſule. ff. depoſiti. l. ſi quis inficiatus, & no. ff. de oper. no. nū. in ru
10 brica per Bar. quod eſt no. † Item collige arg. ad quæſtionem, conceſſę ſunt repreſaliæ contra Peruſinos, & tunc Titius erat de numero Peruſinorum, poſtea eſt factus hoſtis & deſiit eſſe ciuis. ff. de capi. dimi. l. amiſſione. §. qui deficiunt. demum captus eſt pro repræſaliis. quæritur, vtrum potuerit capi? & videtur quod ſic, attento initio & data repræſaliarum, vt hic, & ff. de reb. dub. l. ſi cognatis. In contrarium vī, quia eſt ſortitus aduerſatiuum ſtatum, & quia finita eſt cauſa finalis ante, quam exiſteret conditio capturæ, quia ſententia non verificatur, niſi capitur prius, vt ff. de acq. re. do. l. in laqueū. nec trahitur retro, vt no. ĩ. de app. c. præterea requiſiti. facit quod no. in c. 1. ne ſe.
11 vac. lib. 6. in nouel. & ĩ. e. ti. & lib. c. ex parte † Conditio tūc fingit retro, qñ in ipſius implemento nō requiritur factum nouū ꝓtrahentis, vel diſponentis: alias non, quia ex pluribus debentibus concurrere ſubſtantialiter non ſufficit alterum præuenire in tempore, quia illud dicitur prius in tempore, qđ eſt prius in ceſſione diei, & quod eſt perfecte conſumatum ff. de leg. 1. l. quæſitum. §. præſenti. quod eſt verius, quia conditio neceſſario ſubintellecta ex natura rei, ſcilicet ſi capiatur, non poteſt verificari ante, quam capiatur, tanquam conditio mixta retro non fingit, vt ff. qui po. in pign. ha. l. potior, & l. qui balneum, &
12 l. 1. §. ſerui. ff. ad Silla. † Redeo ad notabilia, & no. primo, quod literæ non vitientur eo, quod impetrans ſit alterius gentis, quā confratres, ſiue alij canonici. vt hic, & ĩ. e. c. ſi proponēte. Nam omnes gentes Dei ſunt, cuius eſt terra, & plenitudo eius, facit ff. de leg. 3. fideicommiſſa, in prin. & in Auth. de quæſtore, poſt
13 princ. & ĩ. de iudi. c. cum deputati. † Secūdo no. caſum peregrinum, qui non eſt alibi, quod ſi collatio ſpectat ad epiſcopum tantum, & ſede vacan. ſcribatur capitulo, vt recipiant aliquem in canonicum & confratrem ipſorum, quod tales literæ valēt & ſi non ſunt exęcutæ vacan. ſe. eps de nouo creatus teneatur
b adimplere mandatum. Sed contra hoc b oppo. nam mandatū debet adimpleri authoritate mandantis, ff. de of. eius, cui man. eſt iuriſdi. l. 1. in §. fi. & in forma ita, quod nec recedatur a perſona. vnde non eſt ſolum conſiderandum, quod ſcribitur, ſed cui mandatum dirigitur, & in quem, vt ff. de cond. & demon. l. qui hæredi, in prin. Item vnus pro alio non tenetur implere mandatum, nec poteſt, quia perſonalis commiſſio eſt. ff. de le-
gatis 2. l. ſi alterius, & l. 1. in fi. ff. de leg. 3. quia vbi eſt certa perſona pro forma, non debet recedi a perſona, ar. ff. de curato. furio. l. cum in bonis. ff. de ſtatu libe. l. ſeruus ſi hæredi. ibi, duo
14 ſunt enim &c. & eſt notabilis. hoc probo, † quia licitum eſt arguere de re ad perſonam. ſed res, quæ non eſt in rerum natura, non includitur in diſpoſitione volūtatis, ergo nec perſona, arg. ff. de contrahen. emp. l. Rutulia, & l. in lege, & argu. ff. de te
15 ſta. tut. l. ſi quis in te. † Sol. aut loquimur quantum ad verba, aut quantum ad mentem: primo caſu certum eſt, quod non continetur epiſcopus, maxime nondum creatus. aut loquimur q̃tum ad mentem, & interpretationem iuris, & tunc mandatū factum capitulo transfertur in epiſcopum tanquam in ſucceſſorem ordinis & honoris, arg. ff. de fideic. lib. l. cum quaſi, in prin. & ff. de leg. 3. l. a patre, vel domino. nam, vt ait Inn. quando ſcribitur capitulo ſuper eo, quod pertinet ad epiſcopum, & epiſcopatus vacat, videtur ſcriptum capitulo tanquam vices gerenti. nec enim alij magis aperte ſcribi poterat, vel con-
16 gruētius mandari. † Item epiſcopus & capitulum ſunt quodā modo vnum corpus, vt no. Io. Mo. ĩ c. 1. ne ſe. vac. li. 6. ſed iſtud eſt verum, quando inter eos eſt aliqua iuris communio, ſed hic nulla eſt, ar. ff. de iſti. ſeruo. l. ſi cum duorum. Item ſede vacante capitulum eſt, ſicut mulier prægnans, quia epiſcopum parere ſperatur eligendo. Concludo igitur, quod mens latior eſt, quam verba. Item ꝙ hic eſt quędam fictio, ut C. de impu. & ali. ſub. l. fin. vel verius interpretatioſummi Pontificis ut ff.
17 de ver. ſig. l. Neratius, & l. 3. de inof. te. † No. tñ, ꝙ creato epiſcopo capitulum non poſſet exequi iſtud mandatum, quia ſuperueniente ver. tate, fictio ceſſat, vt ff. de lib. & poſthu. l. filio quē, & cum poſſumus veritatem amplecti, non debemus inhærere fictioni, vt ff. de condi. & demon. l. Iulianus ait, ſi hæredi, in ratione literæ, ibi, nam dicit, nō quaſi dederit, quia hæc eſſet fictio, ſed quaſi per hæredem ſtet, & hęc eſt veritas, & ideo amplectenda. † De vno opponitur, ad quem caſum verba priuilegii nō porriguntur, nec ipſum priuilegium porrigitur, vt ff. de
19 teſta. mili. quod conſtitutum, & ibi gl. † No. ꝙ qui præeſt militibus, non habet propterea priuilegium militum. Sol. in c. noſtro hoc eſt ſtatutum, ne gratia Papæ vitietur, ar. ff. de fundo in
20 ſtru. l. fundus, qui locatus. † & quia ſede va. plena eccleſia eſt in capitulo, nam ipſum capitulum tunc eſt caput, & membra, ſed poſtea reparato paſtore, capiti debetur, quod eſt capitis, & membris quod eſt membrorum, & plerunque plus eſt in ſenſu, quam in voce, vt ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. plerunque.
c Duo enim ſunt ſenſus, ſ. ſenſus c intellectus, & ſenſus corporis. primum ratione concipitur, ſecundum auditu ſentitur, & ſen per prævalet intellectus, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta, & de leg. 3. l. cum filio. & qñque ex pluribus ſufficit vnum ſignificari verbis, verbi gratia, ſi princeps ſignificat ſe ſcire, videtur etiam vltra procedere obſtantiis derogādo, vt ſingulariter no. ff. de excu. tut. l. idem Vlpianus, arg. contra ĩ. eod. c. quamuis, lib. 6. vbi Papa preſumitur ſcire factum proprium, & tamen nō derogat gratiæ mediane, ſed ratio eſt per l. reſcripta. C. de preci. imper. of. & quod no. ff. de li. & poſth. l. Gallus.
21 §. & quid ſi tantum, quia ius erat alteri quęſitum. † Vlterius opponitur, quando ſcribitur ad collationem, debet ſcribi collatori. non enim intendit Papa conferre poteſtatem de nouo in conferendo, ſed neceſſitate conceſſam a iure. Sed ita eſt, ꝙ
22 hic Papa ſcribebat non collatori, ut cōferret, † quia in collatione, quę pertinebat ad ſolum epiſcopum, ſede vacante non ſuccedit capitulum, quia conferre eſt donare, & capitulum non ſuccedit in donando, ut in c. 1. ne ſede vacante, lib. 6. & ar. ff. de pact. l. contra iuris. §. fin. & quia quę ſunt ſeparata in poteſtate, non debent coniungi in executione poteſtatis, & quia ex diuerſo capite edicti, ſiue ſtatuti nō procedit ius accreſcendi. ff.
23 de bonorum poſ. l. ſed cum patrono. † Nam d ex poteſtatibus
d appropriatis & penitus ſeparatis nulla fit deuolutio, nec ſubrogatio. ff. qui. mo. vſusfru. amit. l. ſi ſub conditione, & non dēt vnus tangere officium alterius, vt l. 2. C. de exec. & apparitorib. lib. 12.

ADDITIONES.

a Vide And. de Iſer. in tit. quæ fuit prima cauſa beneficij amit. in vſi. & uide extenſe de iſto dicto Bal. hic, quæ ſcripſi in conſilio per me edito in fauorem nobilium de Folpartis, & ſuper teſtamento quondam bonæ memoriæ magnifici militis Do. Ardeghi de Folpartis, & de reſtitutione facta per principem hæredibus ſuis &c. Franc. Pa.

b Vide Barb. in conſi. 44. col. 3. in prin. uol. ſecundo, aliquid per Iaſ. in l. non ſolum, pen. col. ff. ſol. ma.

c Vinc. God. Duo ſunt ſenſus, ſcilicet ſenſus intellectus, & ſenſus corporis. Addę quod ſenſus corporis humani ſunt quinque, de quib. in Spec. de teſte, §. nunc tractandum, ver. officium. & ſe. gl. in l. quod meo. §. uenditorem, de acq. poſ. Sę ſus quot modis capiatur, Bal. tradit in l. etiam. C. de iure do. poſt princ. & ſenſus per quem inſtrumenti repugnatio euitetur, ut ſemper amplectēdus ſit, ponit Ruy. conſi. 24. nu. 5. lib. 1.

d Ex poteſtatibus appropriatis & penitus ſeparatis nulla fit deuolutio, nec ſubrogatio. ſic alibi in ſimili habemus, quod ex ſeparatis non fit bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino.

BIU Cujas

lib.12. Tunc vltra, ſi ad capitulum non pertinebat iure ꝓprio, ergo nihil poterit niſi authoritate Papæ, vt j. eodem, c. cū aliq bus, libro ſexto. quia qui mandatam iuriſdictionem exequit, proprium nihil habet, ſed authoritas Papæ non deuoluitur ad epiſcopum, quia maior non deuoluitur ad minorem, & quia nulla iuris communio eſt inter eos. & ex differentibus genere non fit trāſitus. ergo male dicit litera. Solue, vt ſupra, quia hic
24 eſt ſpeciale inſpecta mente, ſm Inn. & Hoſt.† Tertio no. ꝙ mā datū, quod dirigitur vniuerſis, poteſt vnus ſolus, puta eps ſolus implere. & facit. ff. ad leg. Fal. l. qui fundū. §. ſi tu ex parte, & ff. de leg. 1. l. ſi duobus. §. hæres. ff. de hære. inſt. l. quod loco. §. iam mortuo, & c. fi. de teſta. lib. 6. Sed ꝺ hoc oppo. quia qñ ſcribitur vniuerſis, ſcribitur vniuerſitati, ſed vnus ſolus non eſt vniuerſus, nec vniuerſitas, nec cōgregatio, vt ff. de vſu ca. l. rerum mix tura, & no. in l. ſunt. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. no. & aliud quo ad eſſentiam, & quo ad efficiētiā, qa in appellone & deſignat one eſt diuerſitas. ff. de vſufr. l. quid ergo. §. ſed quod dicit. vñ aliud eſt dicere, lego vſumfructum gregis, aliud eſt dicere, lego vſū fructum decē ouium, & aliud ſunt ſinguli, & aliud vniuerſi. & quod debetur vniuerſis, non debetur ſingulis, vt l. in tantū. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diui. ff. de ſer. ruſt. præd. l. per fundū
25 ff. cōia præd. l. receptum, † quia natura generis diuiſa non eſt genus, ſed eſt differētia. j. de elec. c. in Geneſi, ver. obl. l. ſcire debemus. Sol. hic eps non tenetur implere mandatum de ſimplici natura verborum, ſed de natura intellectus, & interpretationis ſumptæ ex ipſius natura, quæ eſt optima verborum interpres. ff. de ver. ob. l. in illa ſtipulatione. §. Sabinus. Item non eſt nouum, ꝙ vnus nominetur, & alius intelligatur, qui incluſus eſt in litera. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa, §. plerunque. hinc eſt, quod nomen proprium aliquando ſonat in appellatiuo. ff. de no. ope. nun. l. 1. §. nunciatio, per Bart. Item facit. ff. de le. 2. l. cum pater. §. donationis. Quarto no. ꝙ id quod quis debet face re, tenetur facere ipſe ſolus, ſi poteſt, & ſic ambulatorium eſt mandatum & poteſtas, & mouetur motu intellectus, facit. ff. de
26 ſtip. ſer. ſi ſeruus cōis Meuij, & caſtrenſis peculij, in fi.† Itē dicit gl. collige argumentum, vt dixi, quod ſi aliquid mandat capitu lo cuilibet de capitulo, cui poteſt ſm ſubiacentem materiam mandatum. adaptari. i. ei qui illud facere poteſt, intelligitur eſſe mandatum. hoc non placet Inn. & Compo. niſi dirigatur man datum tanq̄ ſingularibus. Tale eſt mandatum de recipiēdo inueſtitum a Papa. nam tunc quil bet poteſt ſingulariter recipere talem, ar. ff. de acq. poſſ. l. prædia, & ff. ſi cer. pet. l. eius qui, in fi. ff. commodati. l. 3. §. hæres. ibi, certe reſtitutio rei commodatæ
a in facto conſiſtit, & ideo ille, qui habet facultatem a reſtituēdi, poteſt & debet reſtituere etiam alijs inuitis, ſicut dicimus econ tra. ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem. itē ſicut dicitur, iſti ſunt duo rei debendi, ita dicere poſſumus, iſti ſunt plures rei obe-diendi, etiam ſi capitulum ꝺdicat, qa iuſſio confertur in inuitum, quia hæc receptio cōſiſtit in facto, nec tribuit ius. facit de immu. ecc. c. decet, lib. 6. ſecus ſi mandarē capitulo, vt talem eligeret, quia tunc quilibet inſolidum non eliget, cum ex tali rreceptione ius queratur, nec debet ſic fieri. j. de elec. c. quia pp, & c. in Geneſi, & 63. di. c. 1. & 2. Item electio pertinet ad ius, receptio ad factum ſm Io. An. & eſt differentia, quia receptio ſolius facti nemini præiudicat, & ideo facilius fieri poteſt, & quia non eſt data ei certa forma a iure, quam oportet ſequi, & quia eſt negotium omnium, ipſo geſtu debet haberi ratum, arg. ff. de contrah. emp. l. fiſtulas. §. ſi fundum, & ff. de neg. geſt. l. Pomponius ſcribit, & ff. quemadmo. ſer. amit. l. quæſitum. ibidem dici-
27 tur, ꝙ naturaliter fit, repræſentat hominis factum. † In executione ergo quilibet videtur aſſumptus, vt facilior ſit exe. quod eſt no. ergo, quod vnus cepit, alter perficere poteſt, dicit lex, qđ
b iudicium inchoatū a pupillo cum b authoritate tutoris poteſt perficere ſolus tutor. ff. de cuic. l. ſi ideo, ver. vt puta, nec eſt ali-
28 bi.† Item vbicunque fit relatio ad factum continet indiuiduū, & iō nō habet locum relatio ad partem, vt ff. de vſu, & ha. l. vſus pars. Item non refert a quo fiat, ſed propter quid, & qualiter
29 fiat. ff. de verb. ob. l. cum ſeruus. † Sed nunquid ſi mandatur ciuitati, quilibet de ciuitate poteſt capi pro debito? reſpondeo, tota ciuitas, & vnum capitulum eſt vnus reus debendi, & nō plures rei, & ideo ſinguli ad ſoluendum non compelluntur, tñ cogent facere collectam, vt no. in l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſ. vni.
30 no. & l. 4. §. actor, de re iud. per Bart.† Sed quid ſi mandatum eſt epō, & capitulo, ꝙ inueſtiant aliquem, nunquid capitulum abſente epō poterit inueſtire? arg. ꝙ non, vt ff. de arb. l. ſicut, ſed eo præſente & contradicente ſic, vt no. in c. 1. ne ſe. va. lib. 6. No. per hoc, ꝙ procedit in inueſtitura, quæ dicitur collatio, ſed in illa, quæ eſt poſſeſſionis traditio iam prouiſo abſenti alterius non impedit inueſtituram. Io. An. item facit. ff. man. l. creditor, in §. duobus. ff. de cura. furio. l. conſilio. §. fi. ff. de of. ꝺ-
31 ſu. l. 1. ff. de exer. l. 2. §. ſi plures. ff. de arb. l. Pedius.† Pone, capitu lum fuit in mora, & ideo fuit deuoluta poteſtas capituli ad epiſcopum, deinde eps eſt in mora, vtrum de nouo deuoluat ad capitulum? Rñdeo non, qa per moram epi non purgatur mora capituli, & quia ius accreſcendi ſemel abolitum nūquā reſurgit. ff. quib. mo. vſuſ. amit. l. ſi cum in annos, verſi. neque enim. Item opponitue, mandatum fuit directum decano, & eccleſiæ. i. capitulo, ergo mediam vocem habet decanus, mediam capitulum. i. capitulum integrum, vel maior pars, adeo quod decanus cum media parte capituli nihil poſſet ordinare, vt ff. de vſufru. accreſ. l. ſi quis Titio, & conſueuit notari. C. de epi. & cle. auth. cauſa, quæ ſit cum monacho. Tunc arguo ſic. iſta forma non eſt de iure cōi, ſed de ſpeciali mandato, er-
32 go in ea non ſuccedit epiſcopus.† Sol. verum eſt ex natura ſermonis, ſed mens loquentis præualet, vt ff. de ver. ſig. l. quiſquis
33 mihi, & l. nepos Proculo, & l. Neratius. ff. de re iudi. † Et cōclude in iſta materia, quod aut ſede vacante ſunt directæ literæ ipſi eccleſiæ, ſeu capitulo, & ſi receptio pertinebat ad eos, valent literæ, & tenentur adimplere mandatum quandocunque ſed ſi non pertinebat ad eos, ſed ad epm, & in literis non eſt facta mentio vacationis, eps creatus, ad quem ſolum tunc pertinet de iure, implebit mandatum: ſed ſi Papa ignorabat ſedem vacare, literę non valerent, quia ſubreptitiæ, vel quia ineptæ, cum non poſſint adaptari ei, cui ſcribitur, & quod nullum eſt interpretationem non recipit, quia quod caret eſſentia, caret intellectu, vt C. de proba. l. cum precibus, & ff. de vſufru. leg. l. cum plures, in fi. Si autem ſedes non vacat tempore datæ literarum, aut ſcribitur eccleſiæ, & intelligitur ſcribi epiſcopo, qa ei ſoli poteſt adaptari mandatum, ex quo ad eum ſolum pertinet receptio. Si vero ſcribitur capitulo, non ualent literæ.
34 † ſi autē expreſſe ſcribitur epiſcopo, ipſe tenetur adimplere, & ſi moritur interim, expectatur ſucceſſor, qui implebit, ut ff. de acq. poſſ. l. fundi. §. item ſi amicus. & no. ff. de iuriſdi. om. iud. l. & quia. Capitulum enim non poſſet implere mandatū, qđ nō eſt
11 man. l. ſi auiam. † Ibi, deſtinare, & eſt ratio, quia verbum, ſi nõ poterit, importat conditionem, de cuius exiſtentia iudex debet eſſe certus, aliter non tenet proceſſus, vt no. Bar. ff. de cond. & demon. l. multum intereſt. Ius etiam facto explicari poteſt, ſed factum poteſtatiuum non poteſt explicari facto. oportet enim ſcire ea, quæ ſunt fundamenti. Ibi, excuſari, no. non excuſari eum, qui prætendit excuſationem, quam re vera non
12 habet. † Ibi, noluerint, no. q; verbum, nolo, ſignificat liberum arbitrium. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. quamquam. ff. de hęr. inſt. l. Cornelius, & l. iam dubitari, ff. de lega. j. l. ſi ita legatum. §.
13 illi ſi volet. Hor prima gloſſa eſt recitata. † Capio glo. ſuper verbo, infamẽ, & quæro, nunquid infamia ſuperueniens iudici poſt li. conteſta. ſuſpendat proceſſum? glo. dicit q; ſic, tamen ſi reſtituatur ad famam, redit ad eum iuriſdictio in eo ſtatu. Sed contra hoc opponitur. ff. de condi. & demonſt. l. intercidit, vbi irritum factum per reſtitutionem non reconuale ſcit, ſed illa lex intelligitur indulgentia, non reſtitutione plena, vt ff. de manu. teſt. l. Ariſto, quia in indulgentia remanent reliquię condemnationis, & infamiæ. Quæro, an valeat proceſſus, ſi non eſt appoſita exceptio infamiæ poſt litem conteſtat. reſpondeo
14 ſic, vt ff. de procu. l. filiusfamilias. §. veterani. † Quæro, an ordinario poſſit opponi exceptio, q; eſt homicidia, vel adulter? reſpondeo, non ſecundum Innoc. quia authoritas ordinarij officij non excluditur per ſolam infamiam facti ſuperuenientem officio iam radico: ſed ſi eſſet ad officium promouendus & non promotus, bene repelletur propter infamiam facti, vt d. l.
15 Caſſius. † Degradatus g autem ab officio ſemper repellitur, vt
g d. §. miles, & l. iudices. C. de dignitatibus, libro 12. nec poteſt de nouo aſſumi ad idem officium, vel aliud publicæ authoritatis, vt no. in Auth. de armis. §. fi. colla. 6. Reliquas glo. vt iacent, ex-
16 pone per te ipſum. † Extra opponitur. hic dicitur, q; clauſula de impotentia non includit voluntatem, contra. C. de hær. inſt. l. cum proponas. Sol. aliud eſt in ſubſtitutionibus, quę ſunt fauorabiles, aliud in reſcriptis, quæ debent reſtringi, & facit. C. de inſt. & ſubſt. l. fi. Item ſi hęredibus ex perpetua voluntate adeũdi ſtatim ſequitur impotentia adeundi, vt C. de repu. hære. l. ſicut. ſecus in reſcriptis, quia nolens fieri iudex cogitur. ff. de iuriſdic. om. iud. l. eum qui. arg. ff. ad Treb. l. facta. §. ſi quis, & C.
17 ad Treb. l. non iuſtam. † Quæro, an per potentiam pendentis conditionis innouetur obligatio pura? reſpondeo non, ſed interdum

ADDITIONES.

a Vide Pan. in c. prudentiam, col. 4. de off. deleg. & in conſi. 33. col. 3. in 2. dub. vol. 2.
b Quilibet præſumitur meritus, ni ſi probetur offenſa, vide Ia. in l. j. C. de ſer. fug. & Bedam in homilia ſuper illo Lucæ, Eſtote miſericordes.
c Adde Bar. & ibi plene ſcribentes in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & poſth.
d Vin. God. Adde q; infamis poteſt ſe allegare infamem ad excuſandum ſe ab one re, Bar. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiur.
e Verba præceptiua directa in alicuius fauorem ſapere conſilium, & non mandatum, vide omnino Decium in l. age cum Geminiano, C. de tranſac. & vide apoſtillam, quam ſcripſi ſuper Pan. in c. quanto, in 4. col. j. de conſue. & vide etiam aliquid per Fel. in c. ſi pro debilitate, prima col. j. de offi. dele. & adde etiam quæ ſcripſi ſuper Pau. de Caſt. in l. Pau. ff. quod iuſſu. Franciſcus Parona.
f Iudex debet eligere ſapientiorem. Addo ſingulare dictum Ang. in l. plagij. C. ad l. plag. de plagiar. q; iudex, qui conſuluit Doctorem, qui non erat de peritioribus ciuitatis, non excuſatur, & extollit Iaſ. May. in l. iuris ignorantia, in vlt. col. C. qui admitti, dicęs ſe alibi non legiſſe, & tu poteris addere iſta verba Bal. hic.
g Vin. God. Degradatio ex quibus cauſis fiat, & de eius forma, ponit Ang. in tract. malef. in ver. & caput a ſpatulis. col. 5. & ſeq. & Dec. in c. at ſi clerici. col. 34. de iud. & ibid. col. ſeq. ponit duplicem degradationem, realem ſcilicet & verbalẽ.

BIU Cujas

terdum ſuſpenditur interim, ſi ſint eiuſdem generis, vt duo ꝯctus circa idem ita, ꝙ vltimus ſit ꝯctus ſtipłonis. Nam per nullum alium ꝯctum fit nouatio ipſo iure, niſi per ꝯctum [a] ſtipłonis, vt C. ſi cer.pet. l. ſi ex precio, ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus, & ff. pro ſocio. l. duo. dico ergo, ꝙ in ſuſpēſo retinetur interim, ſed exiſtente conditione fit perfecta nouatio, vt ff. ſi cer.peta. l. pecuniam. nec ob. ff. de cond. & dem. l. nam ad ea, vbi ſunt eiuſdem generis, & tñ non fit nouatio. ibi enim vtraq; erat vltima voluntas, & ſic in eodem gñe diſpoſitionis. Solu. ibi erat implicita diſpoſitio ad vlteriorem prouidentiam, vt ibi no. ſi aūt nō ſunt eiuſdem generis, & vltima voluntas & ꝯctus, pendente conditione non fit ſuſpenſio, vt l. pure, in prin. ff. de exceptio.
18 doli.† Quæro, vtrum ex poſſibili de facto ſequatur neceſſariū de iure? h c volet intellectus extra capitulum. Reſpondeo, vī ꝙ ſic. nam ſi teſtator inſtituit in primo teſtamento hæredem pure, in ſecundo teſtamento ſub conditione poſſibili, neceſſario ſequitur, ꝙ primum teſtamentum eſt ſublatum, vt ff. de iniuſto teſtamen. l. cum in ſecundo. dicit ibi glo. dummodo ſit poſſibile in conditionis euentu adiri hæreditatem de iure ciuili. non enim ſufficit, ſi poſſit bono. poſ. peti. & verum dicit, ſi talis bonorum poſſeſſio ſit apta reſcindi per querimoniam, ſeu impugnationem filij præteriti, vt ff. de lib. & poſth. l. ſi filius, ꝙ in poteſtate, coniuncta. l. filio præterito, de iniuſto teſtamen. declaro, quia ſi præteritus. j. annum non irritat teſtamentum, poteſt inſtitutus elapſo anno petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, ſi dubium erat de ſtatu, i. an præteritus eſſet filius, necne, vt ff. ad Carbonia. l. ſi impubes. §. quæſitum, ꝙ tex. non eſt alibi. Tamen conſtito poſtea, ꝙ eſt filius, & ꝙ dicit
19 nullum. illa bonorum poſſeſſio ſecūdum tab. euaneſcit.† Porro ius dicendi nullum eſt perpetuum, quia ciuile remedium eſt. C. de iu. delibe. l. ſuum hæredem. & ſuus hæres illud tranſmittit etiam nondum agnitum propter exiſtentiam ſui hæredis ab inteſtato, C. de poſth. hær. inſt. l. vxoris abortum.†
20 Exiſtētia enim ſui hæredis parit nullitatem. ergo precedit eam, ſicut cauſa præcedit effectum et am concretum ſibi in eodem inſtā ti, de lib. & poſth. l. in ſuis. Nunc intelligis illam legem. Item dicta gl. quę eſt in d. l. cum in ſecundo, quæ eſt no. valde, non intelligitur, niſi in ſecundo teſtamento ſint inſtituti venientes ab inteſtato, quia tunc primum teſtamentum rumpitur omni no. ff. de contratab. l. ſi duabus. §. prius. vel ibi loquitur in defectum teſtium, non in defectum præteritionis, quia ibi loquit in filio emancipato præterito, cuius præteritio non reddit teſtamentum nullum iure veteri, vt ff. de iniuſto teſta. l. poſthumus, ver. idem & circa. Et fauore venientium ab inteſtato etiā ſtatuitur aliud, ꝙ ſecundum teſtamentum carens debito numero teſtium rumpit primum, licet iſtud vltimum non dicat proprie teſtamentum, ſed generali & innominato vocabulo dicatur vltima voluntas, nec ſuccedit ex ea hæres ſecundus tāquam ex teſtamento, vt C. de teſtam. l. hac conſultiſſima. §. pen.
21 ff. de iniuſto teſta. l. 2.† Adde, ꝙ ſubſtitut. o vulgaris expreſſa poteſt fieri filio præterito, qa non dicitur præteritus, cum ſit prælatus, & habet ius anteferri. vnde non eſt paſſus iniuriam, ſed tacitam prouidentiam. ff. de lib. & poſth. l. Gallus, in prin. & ſecus eſſet in tacita vulgari, quæ vitiatur propter præteritionem.
22 l. ſi quis eum. §. fi. & l. 2. §. prius, de vulg. ſubſt. † vel dic, ꝙ ſemp præteritus iniuriam patitur, ideſt non plenam prouidentiam patris, quia præteritus non habet ſecundum tab. Item non habet beneficium legis de edicto diui Adria. tol. & ideo etiam expreſſa vulgaris non poteſt fieri filio præterito. ff. de liber. &
23 poſthu. l. Gallus. §. in omnibus, & ita tenet Accur.† Ex quibus ꝯcluditur, ꝙ interdum ex poſſibili interim ſequit neceſſarium propter incompatibilitatem actuum. Item ex duobus poſſibilib. aliquando ſequitur neceſſarium, vt in illa propoſitione prolata in vno & eodem contractu, ſiue nauis ex Aſia venerit, ſine non, promitto, ita, ꝙ vnus actus verbi determinet complexiue totam orationem, nam obligatio eſt pura, vt ff. de condi. indeb. l. Iulianus. §. j. ſecus, ſi diceretur ſic, promitto, ſi nauis ex Aſia venerit. Item promitto, ſi non venerit, quia ſunt duo verba, & quodlibet regit ſuam orationem conditionaliter, nō eſt obligatio pura, quia quælibet oratio habet ſuum determinabile, argumento. ff. de hær. inſt. l. liber homo. §. ſi Titius. Sed contra prius dicta de l. Iulianus, videtur obſtare. ff. quando dies legati cedat. l. huiuſmodi. Sol. aliud eſt in contractu, aliud in vltima voluntate, quia verba conditionalia de futuro indiſtincte ſuſpendunt, quia non cedit dies conditione pendente, cū non
24 tranſmittatur ad hęredem.† vnde ſi teſtator dicit, Lego, ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit, futuri temporis oratio ſp conditionem ſapit, licet neceſſe ſit alterum futurum, quia tñ tūc pro tunc non eſt certum, conditio eſt primo ad tranſmiſſionē, qđ ēt in ꝯctibus non tranſmiſſibilib. hret locū. ff. qñ dies vſuf. legati cedat. l. j. in fi. qui tex. nō eſt alibi. Qua pp in vltima voluntate oīs incertitudo ꝑdōnem ſapit. ſufficit hoc dixiſſe, q̄tum ptinet ad legiſtas, qa puri canoniſtæ non pñt hoc ſtudere.

ADDITIO.

c Vide diffuſe ſcripta per Alex. & Ia. May. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet.

SVMMARIVM.

1 *Facti quæſtio probationibus dirimi debet, eaſque hincinde recipit, ſecus iuris quæſtio.*
Dubitatio quemadmodum & error, duplex datur, facti. ſ. & iuris.
2 *Statutum, ꝙ cauſæ dubiæ compromittantur, intelligitur etiam ſi inter imperitos verſetur dubium.*
3 *Teſtes deponere debent de rebus ſenſatis, non de animi conſcientia.*
4 *Quæſtio iuris per leges dirimitur.*
5 *Iudices, qui cognoſcunt ex delatione, an ſint ordinarij, vel delegati.*
6 *Iudices ſimul procedentes, an poſſint vnus alteri deferre, & an ab eorum delatione poſſit appellari, nu. 8. & 23.*
7 *Poteſtas, & capitaneus vbi ex eodem delicto procedūt, vnus alteri deferre poteſt, inhibere non poteſt, niſi præueniens, & tunc non vt inferiori, ſed vt exercitij iuriſdictionis turbatori.*
9 *Iudices diuerſorum reſcriptorum non faciunt vnum corpus.*
10 *Numerus maior ibi præualet, vbi ex plurium cumulo vnum corpus reſultat & nu. 21.*
11 *Tertius arbiter a partibus eligitur, electus vero a primis arbitris dicitur bonus vir aſcitus ad ſedandam eorum diſcordiam.*
12 *Papa eſt iudex iudicum.*
13 *Conſenſus ceſſat oppreſſione durante.*
14 *Iure cogente quod fit, metu factum non dicitur.*
15 *Viarum Dei principium eſt veritas, & conſcientia.*
16 *Imperium eſt patronus eccleſiæ.*
17 *Omnes Reges, qui unguntur ab eccleſia ſunt quodammodo eius vaſalli.*
18 *Ius non poteſt mutari conſenſu iudicum.*
19 *Dubia res fit per affirmationem concertantium.*
20 *Dubitans de iuriſdictione delegati, an poſſit citare partes.*
21 *Maior pars numeri tunc præualet, cum maiorem partem quotæ efficit.*
22 *Concordiæ maioris partis iudicum vtriuſq; reſcripti ſtandū eſt iuxta co. opi.*
23 *Iudices an poſſint inuicem deferre inuitis impetrantibus.*
24 *Actus deferendi eſt voluntariæ iuriſdictionis, propterea q; per iudices poteſt quocunque tempore, & loco expediri.*
25 *Qnæſtio, cuius nam reſcripti iudices præualere debeant, ad iudices ne ipſos, an vero ad partes pertineat.*
26 *Plures iudices ordinarij ſi procedunt criminaliter, & dant diuerſas ſententias ſuper facto principali, ſtatur primę ſententiæ.*

CAP. XIIII.

PAſtoralis. In quæſtione reuocationis reſcriptorum recurritur ad arbitros, ſi iudices ipſorum reſcriptorum ſibi non deferunt, nec inuicem concordant. hoc primo. Secundo dicit, ꝙ per generalem clauſulam poſitam in reſcripto, videlicet quoſdam alios, & quibuſdam alijs rebus, delegatus ante expreſſionem perſonarum, vel rerum in eos iuriſdictionem non exercet. Tertio dicit, ꝙ valet etiam ſpeciale reſcriptum, quod ante expreſſionem prædictam conueniendus per clauſulam generalem eo tacito impetrauit, & ſunt duæ partes principales. ſecunda ibi, quoniam autem. & illa ſecunda pars ſubdiuiditur in duas quęſtiones, & reſponſiones. ſecunda ſecundæ ibi, nos igitur. Caſus, quęritur, quando eſt concertatio de reuocatione literarum, vtrum iudices primæ datæ, vel primæ præſentationis, an ſecundæ debeāt anteferri? & an per ſecūdas literas ſint literę primę reuocatæ? Papa reſpondet, ꝙ niſi poſteriores iudices deferant prioribus, vel econtra, ꝙ vtrique cognoſcant, cuius ſit iuriſdictio. Inſtat quærens, quid ſi non concordant in vnam ſententiam interlocutoriam ſuper iuriſdictione? reſpondetur, ꝙ debent eligi arbitri a partibus, quamuis ſint plures iudices numero dati in vno reſcripto, quam in altero. hoc dicit vſque ibi, quoniam autem. Expediam primo iſtam primam partem. In tex. ibi, de reuocatione, quia primus impetrans reſcriptum fecit citari aduerſarium coram iudicib. & ſecundus impetrans fecit econtra citari primum coram alijs iudicibus a ſe impetratis vigore ſuarum literarum, vnde occurrit qō ſuper reuocatione reſcripti, & per ꝑns ſuper iuriſdōne, videlicet
1 quorum ſit iuriſdictio.† Ibi, ambigitur, ad intelligentiam huius verbi ſcias, ꝙ qñ eſt qō facti, quæ probationibus mediantibus dēt dirimi, vt ff. de ſta. ho. l. Aretuſa, in fi. cum l. ſe. & ff. de pe. le. l. vxori, qō facti recipit probationes hinc inde, ſed qō iuris non. textus eſt ibi valde notabilis. Sane vbicunque cadit error, ibi pōt cadere dubitatio. Et ſic duplex eſt error, ſ. iuris, & fa
2 cti. & ita duplex eſt dubitatio, de qua loquitur litera nra ſm Inno.† Et facit ad ſtatutum, quo cauetur, ꝙ cāę dubię [a] dēant cōpromitti.

ADDITIO.

a Vide Doct. nouiſſimos in rub. ff. de re. du.
Vin. God. Adde ꝙ dubium dicitur, quod poteſt pluribus modis intelligi. Corn. conſil. 30. litera b. lib. 3. & no. ꝙ dubius iudex excuſatur quando ſecundum ſuam conſcientiam iudicat. Dec. conſi. 176. nu. 6. lib. j. & Soc. iun. conſi. 93. lib. 2. vbi plura cumulat.

BIU Cujas

promitti. Nam dubium intelligitur, ſiue eſt inter peritos, ſiue inter imperitos, dumtamen imperitia non fingatur, nec ſit ſu-
3 pina, vt no. ff. de tranſact. l. poſt rem. † Teſtes aũt hũt deponere de rebus ſenſatis, non de conſcientia animi, vt in c. j. §. fi. de con-
4 ſue. recti feudi, col. 10. facit c. cum cãm. j. de teſtib. † Quædam eſt quæſtio iuris, quæ dirimitur per ll. vel conſtitut ones, quæ põt eſſe dubia pp obſcuritatem legis, vel conſtitutionis, vel pp diuerſas opin. Doctorum, vel pp imperitiam ſm Inno. Inſt. de obl. q̃ ex quaſi maleficio, in prin. vel quia forte eſt exuagans, vt ff. de ori. iu. l. 2. §. deinde. ff. de re iud. l. cum prolat. s. Quedam eſt qõ, quę a prin. eſt facti, ſed in fine eſt iuris, vt queſt o de ꝓſuetu-
dine, quoniam an ſit conſuetudo inducta factis & temporib. indiget probationibus facti, ſed poſtquam hoc eſt probatum, ſi dicitur conſuetudinem non valere, iſta eſt quæſtio iuris, vt in c. j. de conſti. lib. 6. & l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. vio. Et no. ꝙ hic aſſumo ius pro iure legis, vel conſuetudinis, vt Inſt. de iure naturali. §. ex non ſcripto. alibi ſumitur pro iure obligationis prouenientis ex contractu, vel quaſi, vt Inſti. de ob. §. ſequens, & l.
a fi. ff. de iureiu. Item pactum dicitur duobus modis, a ſcilicet pactum nudum, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus, ne peteret. Item ſtipulatio, ex qua nõ reſultat ius. etiam facit. ff. de tutori. & cur. da. ab his. l. tutor ſi petitus. ff. de excuſ. tuto. l. qui teſtamento, in prin. & ff. de ver. ob. l. quidam cum filiũ. Ibi, debeant, ſcilicet de articulo reuocationis. ſiue de iuribus reſcriptorum. Ibi, reuocare, ſcilicet per ſecundas. Ibi, poſteriores, i. poſteriorum litera-
rum iudices. Ibi, deferendum, ſcilicet in cognoſcendo, cuius ſit iuriſdictio. nam ſi certum eſſet, cuius ſit iuriſdictio in prin-
5 cipali cauſa, non poſſent ſibi deferre. † Quæritur ſm Innocen. an iſti cognoſcentes ex delatione ſint ordinarij, an delegati? & dicit, ꝙ ſunt ordinarij, licet ad vnam ſpeciem, ſiue articulum tantum, quia hũt iuriſdictionem a canone, ſecundum Innoc. nam aliud eſt delegare, aliud deferre. Ego dico, ꝙ ſunt analo-
gi, & magis accedunt delegatis, quia eorum iuriſdictio ſubſe-
6 cutiua eſt delegationis, arg. C. de iud. l. pen. in fi. † No. hic ratione dubitationis poſſunt iudices ſimul procedentes deferre vnus alteri. Idem puto in ordinarijs, qui præſunt vni & eidem territorio inſolidum. ſecus, ſi vnus pręſidet vni territorio, alter
7 alteri, vt j. dicam. † Si poteſtas, & capitaneus procedunt ex eodem delicto, ꝙ vnus poſſit deferre alteri, quia non debet per vtrumq; procedi, arg. ff. de vſuf. l. quoties. de leg. 2. l. ſi quis ſeruum. §. inter duos. Inhibere autem vnus alteri nõ põt, quia par in parem non habet imperium, niſi præueniret, quia tunc põt inhibere alteri non tanquam inferiori, ſed tanquam turbatori exercitij iuriſdictionis, vt colligi poteſt hic ex dictis Inno. Ibi cognoſcant, ſ. cuius ſit iuriſdictio. & hæc authoritas eſt eis attributa p iſtud capitulum, & non priſco iure. Ibi, in vnam ſen-
8 tentiam, ſcilicet interlocutoriam, cuius ſit iuriſdictio. † Sed po-
ne, ꝙ cõcordant, & pronunciant, cuius ſit iuriſdictio, nunqd ab iſta interlocutoria poſſit appellari? & videtur ꝙ nõ ratione ꝓcurſus. Item a forma iuris non põt appellar. Item ſi non põt appellari a declaratione, q̃n vnus defert alteri, nec hic. in ꝓriũ facit glo. quæ eſt, ne filius pro patre, auth. habita. ibi, quamuis plures, ſcilicet numero. Nam illi iudices vnius reſcripti ꝙ vno reputantur a Papa, & ſi vnus ſolus eſſet in alio reſcripto, ſimiliter repræſentat Papam. vnde ex virtute repreſentatiua tantum valet vnus, quantum mille, vt ff. de cond. & dem. l. cui fundus,
9 in fi. hanc rationem notabiliter aſſignat hic glo. † Item iſti iudi-
ces diuerſorum reſcriptorum non faciũt vnum corpus, ideo
b non præualet numerus. b † tunc enim præualet maior nume-
10 rus, quando reſultat vnum corpus ex pluribus, vt vnum collegium, vel vnum corpus creditorum, quaſi vnus aceruus corũ ex iuris diſpoſitione, quia ius debet eos facere corpus, ideſt cõgregationem & cumulum, vt ff. de pac. l. maiorem, & l. ſi plu-
11 res, & l. fi. C. qui bo. ce. poſſunt. † Ibi, a partibus, no. ꝙ tertius arbiter eſt a partibus eligendus, & iſte eſt verus arbiter, argu. ff. q̃ ſatiſda. cog. l. arbitro, quia lex ita eum vocat arbitrum. ideſt adiectum cũ hac adiectione. ſ. tertius. quæ adiectio ſignificat, ꝙ eſt adiectus de neceſſitate. Sed quandoq; tertius eligitur a primis duobus arbitris, & tunc tertius arbiter non eſt ꝓprie coarbiter, neq; collega, ſed eſt quidam bonus vir ſuperpoſitus ad ſedandam diſcordiam arbitrorum potius, quam litigatorum, cuius authoritati debent acquieſcere primi arbitri, & litigatores, vt no. ff. de arbi. l. item ſi vnus. §. principaliter, & no. in l. q̃d ſi forte. §. j. de ſolu. per Iac. de Are. & facit, ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. tutor, ſi petitus. ff. de excuſ. tut. l. qui teſtamento, in princip. Et no. ꝙ iſta faciunt ad quæſtionem preſentis ſchiſmatis orti ex dubitatione potentum cooperante lucifero, qui eſt princeps ſuperbiæ, & monarcha ſuperborum. huic morbo, qui per ſuperbiam natus eſt, ſola humilitas poteſt mederi de facili, ſ. vt poſſit deferre vn° alteri, & hoc eſt ptãtis, nõ neceſſitatis vt hic patet in verbo, duxerint. Item non cogunt renunciare, quia nemo cogitur renunciare iuri ſuo. Item quia ordinata charitas incipit a ſeipſo. Item quia ſemel acceptauit de conſen-
ſu ſuorum eligentium. Item quia eſt ius publicum. Item Papa eſt iudiciorum vigor & iuris publici tutela. C. de iudi. l. nullus. Item eſſet iſte modus poſterior peior priore, & caderet mun-
12 dus in Scyllam cupiens vitare Charybdim. † Item Papa c eſt iu-
c dex iudicum, vt C. de decu. l. j. vnde nemini ſubalternatur, niſi ſe ſubmittat ex iuſta cauſa. ff. de iuriſd. om. iudi. l. eſt receptum.
13 † Item quia durante oppreſſione ceſſat conſenſus, vnde ad ius ordinarium recurrendum eſt, ideſt ad concilium, & deinde ſi ad concilium eſſet quaſi impoſſibile, in ſubſidium ad arbitros communiter eligendos, quorum authoritati, vel maiori parti
14 ipſorum pareatur. † Ad hoc quidem, ſcilicet ad arbitros eligendos poſſunt cogi per ſubditos, ideſt per principes, quorum intereſt non conſtare in dubio ſtatus ſui, præſertim ſpiritualis. nec dicitur factum metu, quod fit iurẽ cogente, vt l. 4. ff. quod metus cã. Item concilium forte poſſet congregare Cardinales, ſi eſſent duæ partes omnium concordes, ſicut Doctores in materia huius capituli. hic tñ perfunctorie tango. remaneat. n.
15 hoc tantum negocium ei, qui eſt veritas, & vita. † Porro princi-
pium viarum Dei eſt veritas, & cõſcientia nam veritas eſt ſtrata ampla, per q̃ oẽs tranſeunt: conſcientia aũt eſt ſemita arcta nimis, quia via eſt, quæ ducit ad vitam æternam. Sed in materia ſchiſmatis veritas ſepulta iacet vſque nunc. Surgat igitur
16 Imperator, mò tota ſedes imperii. † Nam imperium eſt patro-
nus eccleſiæ, quia dotauit eccleſiam. Quandocunque Imperator facit aliquid in perpetuum valiturum, ipſa ſedes imperia-
17 lis cum perſona Imperatoris concurrit. † Item omnes reges, qui vngũtur ab eccleſia, ſunt quodammodo eius vaſalli, quia iurant Papæ fidelitatem, vt j. de iureiu. c. intellecto, & maxime reges Franciæ. j. de ſo. compe. c. quod clericis. Ad hoc pertinet requirere iſtos duos ſedentes in ſolio, ꝙ ſibi inuicem deferant. & ſi nol nt hoc facere, ꝙ conuocent concilium, & ſi nolunt ꝓ uocare, ꝙ compromittant, ne eccleſia vim & deformationem patiatur. & ſi nolunt infirmitati mundi adhibere remedium voluntarie, compellantur gladio manuali adhibito. Quòd autem cedant iuri ſuo, cogi nequaquam poſſunt, vt dictum eſt,
d & ar. ff. de aut. tut. l. tutor pupillo. Schiſma d eſt vnum monſtrũ in natura, ſicut qñ vnum corpus hẽt duo capita, & ſi nõ poteſt aliter fieri, vtrumq; amputandum eſt, qa vtrumq; fœtet. In tanta materia ego ſum nimis modica formica. Et ſciendum eſt, ꝙ via, q̃que dr̃ prælatus, qui debet nobis dare exemplum, vnde viæ Syon lugent eo, ꝙ non ſit, qui veniat ad ſolẽnitatem. Item via dr̃ lex diuina, per quam incedere debemus. vnde, Beati immaculati in via. Item diuinum pręceptum, vel bona operatio. vnde, Iuſtum deduxit dñs per vias rectas. item iter rectitudinis, vt ibi, ſi declinauerit greſſus meos de via. Item latitudo primæ
l bertatis. vnde Intrate per anguſtam portam, qa lata eſt & ſpatioſa via. ſ. liberi arbitrij, quæ ducit ad perditionem. Item via dr̃ mundus, vnde, Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit. Item via dr̃ verus prædicator, qui viam ſapientiæ docet, & facit; ꝙ intellectus ſapientiæ ad eor venit. In omnib. iſtis vijs deprauatum eſt cor ſchiſmaticorum. Qui autem ſint ſchiſmatici, ſub mundo lis eſt, donec Deus illuminet abſcondita tenebrarum. Modo redeo ad glo. & præmitto, ꝙ duplex poteſt eſſe dubium. primo an reſcriptum valeat, primo alio circũſcripto. ſecundo de concertatione reſcriptorum quod præualeat. prima materia non eſt hic, ſed j. eo. c. ex literis. ſecunda materia eſt hic, & videtur, ꝙ non poſſit eſſe dubium, quia aut ſecundæ literæ non faciunt mentionem de primis, & tunc præualent primæ, aut faciunt mentionem, & pręualent ſecundæ, vt ſ. eo. c. cæterum. Solu. iſta diſtinctio non eſt perfecta, quia illæ literæ præualent, quæ ſunt primo pręſentatæ, & ſecuta citatio ex eis, vt j. de app. c. vt debitus. Porro data officij non inducit prioritatem iudicij, ſed citatio ſm Inn. & iõ iudex nondum cępto per citationem, adhuc cadit dubitatio, quę pręualeant, quę interim pendet, ſed poſtquam eſt facta pręſentatio, & emanata citatio, & ita ꝙ citatio valeat. C, ne de ſtatu defun. l. ſi pr̃, & no. j. de app. vt debitus. dẽt enim eis ineſſe iuris validitas, vt aliquid iuris operetur, vt no. C. de litis ꝓte. auth. offerat. alterę ſunt lr̃ę inanes ope exceptionis, non ipſo iure ſm Inno. Iſta deniq; iuriſdõ licet poſſit elidi, tñ põt progari ſm Inn. & nõ dẽt formari exceptio ex hoc capite, qd̃ alię lr̃ę non valent, ſed alię quę pręoccupauerũt, ꝑualent ſm Inn. Sed ꝓ iſtud obijcitur. nam in iſto c. certum eſt, ꝙ vtręque erant pręſentatę, & tamen poteſt eſſe dubium. Item oppo-
nitur,

ADDITIONES.

a Vide repetentes, max. Ias. May. ibi latius, in rub. ff. de verb. oblig.
b Vide pulchre per Lud. Rom. in conſi. 99. inci. viſo propoſitæ quæſtionis themate circa id, quod quæritur, quod voces &c.
c Papa eſt iudex iudicum. Adde Inno. in c. 1. & ibi plene Mod. ſ. de conſt.
d Schiſma quid ſit, adde eundem Bal. in conſi. ſuo, quod diuinum appellamus, poſito poſt rub. C. ſi quis ali. teſt. prohi.
Vin. God. De huiuſmodi materia vide Pau. Gril. in ſuo tract. de hære. q. 2. nu. 6. lib. 4. tract. 8. Et Prax. in tract. directo. elect. q. 2. nu. j. lib. 4. tracta.

BIU Cujas

nitur, ꝙ non potuerit emanare citatio, quia dubius de iuriſdictione non poteſt citare, vt ff.de eo, qui pro tutore.l.quero, & ff.de cond.& demon.l.multum intereſt. Solu.dicunt quidam, ꝙ hic poteſt eſſe dubium in facto, quia forte ſecundę literę nō eduntur, licet quondam fuerint præſentatæ, ar.C.de fi.in ſt.l.fi. Item quæſtio temporis eſt quæſtio facti, & poteſt de tempore dubitari, puta ſi concurrunt in data, & in citatione, & eſt quęſtio puncti. ꝙ autem quæſtio temporis ſit quæſtio facti, patet. ff.de neg.geſt.l.eum actum, & ff.ad Trebel.l. eum qui nouiſſimus, & ff.de ſta.hom.l. Aretuſa. Scias tamen, ꝙ ſi in literis fiat mentio reuocationis, ſemper iſtæ literæ præſumuntur poſteriores, vt no.C.de codic.l.l.cum proponas. Sed iſtud dictum, ꝙ hic eſſet dubium in facto, non placet gl, quia Papa non dat reſponſum ad quæſtionem facti, ſed committit iudici, vt l.j.§.ca-
18 lumniatoribus.ff.ad Turpi.& C.de fideiu.l.voluntatis.† & ideo alij dicunt, ꝙ hic erat quæſtio iuris. ſed certe, cum ius ſit cer-
a tum, [a] non pōt mutari conſenſu iudicum, vt l.j.§.ſi.ff.de ferijs.
19 † Hor iſtæ ſunt truffæ, quia per negationem & affirmationem concertantium fit res dubia, vt C. quibus ad libertatem proclamare non licet.l.fi.& no. C. de procu.l.j. Item ſi ſecundæ literæ ſunt impetratæ per ſurreptionem, licet de primis literis faciant talem qualem mentionem, ſi hoc obijciatur contra ſecundas literas, ſtatim ſub iudicibus lis eſt. Oppo.glo. de c.cum contingat.j.eo.Sol.vt in gl.Item opponitur de c.dilectus filius.
20 Sol.vt in gl.† Modo reuertor ſuperius, & quero, nunquid dubitans de iuriſdictione delegati poſſit citare partes? & videtur ꝙ non, quia dubitat, an ſit iudex. In contrarium, quia ratione dubij habet iuriſdictionem ſuper iſto articulo, an ſua ſit iuriſdictio, vt ff.de iudi.l. ſi quis ex aliena. ſed ibi loquitur in iudice ordinario, qui habet iuriſdictionem vniuerſalem. Sol.ſi literæ ſunt preſentatæ, poteſt citare, alias non. Non obſt.l.2.ſecundo reſpon.ff.de iud.vbi non requiritur iudicis ſcientia, quia ibi loquitur, quando prorogatur ordinaria iuriſdictio, vbi non defi-
b cit ſcientia fundamenti. Illud eſt notandum, [b] ꝙ ſi iudex ſcit factum, licet erret in iure, valet citatio, quia, vt dixi, habet ſcientiam fundamenti, vt dicit illa lex ſingularis, ff.de cond.& dem. l.multum intereſt. Ecce procurator ad vnam cauſam citatus, ad aliam tamen non tenetur comparere, vt ff.de adminiſt.tu.l. ſi duo. Sed quid ſi dubitet, an ſit procurator? Reſpōdeo, idem, ſecus in iudice, cui ratione dubij lex dat poteſtatem, ga iudex non grauatur per neceſſitatem cauendi de rato, ſed procurator dubius non eſt idoneus ſine cautione, nec tenetur preſtita
21 cautione ſe obligare, ar.ff.de in litem iur.l.videamus.† Denuo oppo.& imò videtur, ꝙ ſtetur maiori parti, vt l.quod maior.ff. ad munic.& ff.de re iud.l.duo ex tribus. Sol.maior pars numeri, ſi facit maiorem partem quotæ, prævalet, ſed ſi non redigitur ad intellectum quotæ partis, ſed ſunt duo integralia, non prævalet, vt hic.vel dic ꝙ maiori parti tunc ſtatur, quando in maiori parte includitur minor pars iuris artificio repræſentata, alias non, niſi lex hoc, quod ſingular.ter intereſt, maiori parti committat, & qui procurat ꝯ alium, quandoque procurat
22 contra ſeipſum.ff.de adm.tut.l.cum heredem. † Quid ergo ſi ſunt tres iudices delegati in primis literis, & quinque in ſecundis, & de illis quinque duo accedunt illis tribus in deferendo, vel concordando? quidam dicunt, ꝙ iſte acceſſus facit maiorē partem. Alij dicunt contrarium, quia non ſunt de eodem corpore literarum, & quia cum agatur de iuriſdictione fienda, ꝙ oēs tangit, debet ab omnibus comprobari, vt l.fi.C.de auc.preſta.& arg.ff.de arbi.l.ſicut.ff.de ſer.ruſt.prędl.per fundum. Sed ſi maior pars vtriuſque reſcripti concordat, puta duo ex tribus ſimul cum tribus ex quinque, ſtandum eſt concordiæ ſecundum Innoc.& communem opin. Docto. licet quidam contra.
23 † Quæro, vtrum iudices poſſint inuicem deferre inuitis impetrantibus? & certum eſt, ꝙ nō, ſi iudices ſint ſuſpecti, alioquin videtur ꝙ poſſint, quia litera noſtra non requirit conſenſum partium niſi in electione arbitrorum, & ideo partes debēt habere ratum & firmum, quia nihil eis nocet, arg.ff.de aqua plu.
c arc.l.2.§.inde Neratius, quia non poſſunt iniuriam [c] dici feciſſe, qui iuris formam ad vnguem obſeruant, & legi obediunt. & ideo a tali delatione non poteſt appellari, quia non tangit
24 ius partium in aliquo ſecundum Inno.† Et quia hoc eſt voluntariæ iuriſdictionis, non præciſæ, & poteſt expediri quolibet tempore & loco etiam a non ſedentibus pro tribunali.ff.de interrog.actio.l. voluit.§.fi.nec eſt in hoc neceſſarius conſenſus, vel ſcientia litigatorum, licet honeſtius ſit hoc facere de conſcientia partium ſm Ber.& puto, quod partes poſſunt compelli ad conſentiendum, vt no.de admini.tut.l.cum hæreditas, & quod nota in l.itinere, de ſer.ruſt.præd. ff.mandati. l.ſi fideiuſſor. §. quedam, & hoc ad maiorem roboris firmitatem, vt l. ſi ego. §.j. ff.de iu.do.quod eſt notandum, & non intereſt partiū, vtrum iudicem habeant Petrum, vel Bernardum, vel Inno. Itē iuriſdictio non tangit intereſſe iudicum, niſi competat ratione dignitatis, & ideo iudex, qui excludit, nō appellat, ſm Inno. qđ no. Et tſi interlocutoria ſuper iuriſdictione non poteſt ferri parte non citata, & perēptorie, de offi.deleg.c.ꝑſuluit, per Inn.
25 † Quero, nunquid iſta concertatio, qui ſint iudices, pertineat ad ipſos iudices, an ad litigantes? & videtur ꝙ non pertineat ad iudices, quia eorum non intereſt. Item quia non debent ſe ingerere, vt ff.de procur.l. quę omnia. niſi ergo litigatores excipiant, non pertinet ad iudicem declinare iuriſdictionē ſuam. In ꝓrium vī, quia pōt defendere honorem ſuum, nec dicitur ingerere, quia non ingerit ſe ꝯ dōm. Item quia nō incipit cum iam ingeſtus ſit, ſed proſequitur alterius factum. Sol. niſi excipiatur, non poſſunt ſe pronunciare non iudices, vel deferre, vt ſentit hic Inn.& facit.ff.de iud.l.ſed & ſi ſuſceperit, & ff.de mu ne.& hono.l.munerum, §.iudicandi. Et licet Inno. videatur dicere, ꝙ nec partium intereſt declinare forum, ſi poteſt. vñ qui opponit declinatoriam fori, non habet probare de intereſſe, vt ff. mand.l.ſi fideiuſſor.§.quædam, quia reorum eſt fugere. ff. de iudi.l.ſi quis intentione. ff. de verbo.obl.l.inter ſtipulantem.
26 §.j.† Sed pone, ꝙ plures ordinarij iudices procedunt criminaliter, & dant diuerſas ſententias in negocio principali, quærit quid iuris? & vī, ꝙ prima ſententia valeat, & non ſecūda, vt C. quando prouo.non eſt neceſſe.l.lege, ſed ibi loquit, qñ ſnīę feruntur ſuper eodem libello, non qñ ſuper diuerſis. Item qñ ex eadem inſtantia, non qñ ex diuerſa. Bī dic, ꝙ primę ſnīę ſtandum, quia & ſi de delicto eiuſdem hominis ſępius queri poſſit ante ſnīam, ſecus tñ eſt lata ſnīa, vt no. in c.per hoc, de her. lib.6.vbi eſt glo.no.valde, quia illa imponit finem liti, ar. C.de aſſer. tol.l.j.in fi.& C.de iudi.ſimili.& j.de re iud.c.inter monaſterium, & ff.de noxa.l.ſi quis multis, quia occupantis per ſententiam melior eſt conditio. nihil enim reſtat fiedum, quia ſopitum eſt, & materia iudicij eſt abolita. Querit gloſ. ecce ꝙ arbitri iudicant primos eſſe iudices, qui non ſunt, nunquid per hāc pronunciationem acquirent iuriſdictionem? Rñdet gl. ꝙ ſic. No. ꝙ per arbitros iuriſdictio dat, vel coadiuuatur, & iſtud eſt notandum, etiam ſi iſta iuriſdictio eſſet meri, vel mixti imperij, quia Imperator, & lex poteſt delegare etiam indelegabilia. C.qui pro ſua iuriſdictione.l.penultima.

ADDITIONES.

a Vin God. Ius, quia certum, non poteſt mutari conſenſu iudicum. ſicut ius naturale & diuinum, quod in diſpoſitione ad pias cauſas attenditur. Ruy. conſ. 78.nu.18.lib.3.

b Vide Fran. de Are.conſi.68.& Barb.conſi.44.

c Qui iuris formam ad vnguem obſeruat, non dicitur iniuriam facere. Sic alibi no. in l.ſerui electione.ff.de leg.j.quod nemini iniuriam facit, qui vtitur iure ſuo. imo alibi tex.in l.fi.C.de compēſat.dicit, ꝙ iudex debet vti ſtricto iuris rigore in admittendis, vel reijciendis exceptionibus, & ibi Baldus multum no.

SVMMARIVM.

1 *Declaratione indigens, ante quam declaretur, non meretur executionem.*
2 *Delegatus ſub clauſula generali pōt, ante ſpecificationem, in totum delegare.*
3 *Delegatione facta ſub clauſula generali, an iuriſdictio inſpetificatis perpetuata intelligatur etiam in non ſpecificatis.*
4 *Vniuerſali iudicio delegato, iuriſdictio in vna re perpetuata, cenſetur & in omnibus alijs eiuſdem iudicij rebus nominatim non exceptis perpetuata.*
5 *Idem etiam delegato generali iudicio.*
6 *Sotus multitudine cauſarum omnino inuicem ſeparatarum delegata, quia ſeparatorum ſeparatum eſt iudicium, & ſeparata ratio.*
7 *Cumulare non cogitur, qui de pluribus rebus habet actionem.*
8 *Declaratio retro non fingit, vbi obſtaculum impediens ſuperuenit.*
9 *Iuriſdictio poteſt eſſe abſque exercitio.*

Quoniam autem. Caſus, Papa conceſſit literas cum illa clauſula generali, i.in certa reſpectu perſonarum, & quoſdam alios. vel reſpectu rerum, & quibuſdam alijs rebus. queritur, an vigore dictarum literarum iudices habeant ante ſpecificationem poteſtatem procedendi? & in fine determinat ꝙ non, licet iuriſdictio ſit conceſſa in nube. Secundo queritur ſi de dicta clauſula gñali, in ſecundis lr̄is ꝓceſſis in ſpecie oporteat fieri mentionē? & rñ detur ꝙ non, quia ſpecies derogat gñi quantum ad ea, quę ſpecialiter exprimuntur. In tex.ibi, talis, puta Petrus contra Ioannem. Ibi, alios, nō nominatos, ſed poſtea nominādos. Ibi, alijs, ſcilicet reb. Ibi, ſe habere, videbatur, ꝙ hoc ſi eſſet certa clauſula pro relatione ad acta, vt ff. de re iudic.l. ait prętor, in fine, & de re iudicata, l.in ſumma. C. de err. aduo. l. fina. ſed hoc non
a eſt vetum, quia indefinita [a] iuncta ſigno particulari parit incertitudinem,

ADDITIO.

a Vin.God. Quod indefinita æquipollet vniuerſali ex interpretatione, vbi eſt idēritas rationis. Ruy. conſi. 75.nu.6.& 9.lib.3.& æquipollet vniuerſali collectiue potius quam diſtributiue. Ruy. conſi. 43.nu.7.lib.j.& conſi.120.nu.4.& 9.lib.2. In materia tamen probationis prolata ab homine, non æquipollet vniuerſali. vide eundem Ruy. conn. 45.nu.3.lib.j.

BIU Cujas

certitudinem, donec declaretur. Et eſt iſta litera in argũ, q̃ valeat iſta commiſſio circa Titiũ & aliquos alios, quos tibi Seius nominauerit, & idem in reb. vt mitte Titium in poſſeſſionem talis fundi, & aliarum rerum, quas tibi Seius demonſtrabit. In tex. ibi, poteſtatem, hęc quęſtio determinabitur j. ſ. quod non habet poteſtatem exercitij, quia non eſt apta ad procedendum in caſu. tñ iuriſdictionem habet cauſalem & in habitu, licet nõ formalem in actu. & ſi vis rationem, conſidera, quod iuriſdictio datur a delegante, ſed ſpecificatum, ſiue demonſtratio, fit a litigante, exercitium aũt procedit ab vtroque coniunctim. In tex. ibi, ſpeciales literæ, puta Caius, qui poterat ſpecificare, interim ſpãliter impetrauit ꝰ primum impetrantem. Ex hoc no. q̃ incertitudo non ligat manus poſtea ſpecifice impetrantis.

1 † No. quod omne declarandum ante, quam ſit declaratum & incertum & non liquidum, non meretur executionem. ff. de verborum oblig. l. hoc iure. C. de compen. l. fi. & hic in fi. quia eſt potius in potentia, quam in actu. Item no. q̃ eſt aliquando iuriſdictio initiata, non tamen plene formata, quia res, vel perſonæ non ſunt adhuc ſpecificatæ, quandoque eſt plene formata per ſpecificationem, quæ poteſt fieri etiam parte abſente &

2 non citata ſecundum Ioã. And. † Sed an delegatus poteſt ante ſpecificationem ſubdelegare in totum. Reſpondeo ſic, quia ſubdelegare non eſt procedere ſecundum Bern. & omnes, q̃

3 eſt notabile. † Sed an perpetuata iuriſdictione ſuper ſpecificatis intelligatur perpetuata etiam ſuper non ſpecificatis? videtur q̃ ſic, quia ſuper eadem cauſa complexiue ſe habent. l. j. ex quibus reb. ad eundem iudicem eatur. ſecus, ſi ſint omni modo cauſæ ſeparatæ. de excep. rei iudic. l. cum quæritur. Inno. ſuper

4 hoc dicit pulchra verba, & Cy. C. mand. l. mandatum. † Conſidera, q̃ interdum delegatur iudicium vniuerſale, vt petitionis hæreditatis. tunc perpetuatum ſuper vna re eſt perpetuatum ſuper omnibus rebus eiuſdem hæreditatis, & acceſſorijs tam præſentibus, q̃ futuris, quia propter naturam vniuerſalis iudicij omnia veniunt etiam minima repetita, quia vna actio eſt inſpecto iure, quod metimur ex perſona agentis, vt ff. de petitio. hereditã. l. licet minimam, & ff. ſi pars hæred. petatur. l. 1. in princip. Et tunc verificatur regula, quę dicit, quod omnia veniunt in iudicium, ſcilicet vniuerſale, niſi ſint nominatim ex-

5 cepta, vt ff. de iudicijs. l. ſolemus. † Interdum delegatur iudiciũ generale, vt negotiorum geſtorum, vel tutelæ. nam tunc cum pro qualibet eius ſpecie ſit neceſſe eundem iudicem adiri, vt l. 1. & 2. ex qui. reb. ad eundem iu. ca. perpetuatum in vno capitulo perpetuatur in omnibus, ne cauſæ continent a diuidatur,

6 vt C. de iudicijs. l. nulli. † Interdum delegatur multitudo diuerſarum cauſarum, quę ſe inuicem & iuris diſpoſitione non cõtingunt, & tunc quia prorſus ſeparatorum ſeparatum eſt iudicium, vt no. C. de temp. app. l. per hanc, & ff. de excep. rei iudic. l. ſed ſi ante, perpetuatio iuriſdictionis in vno non inducit perpetuationem iuriſdictionis in altero, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio, vt C. de dona. inter virum & vxo. l. ſi maritus, ff. de mino. l. Papinianus exuli. ff. de calumniatoribus. l. hæc actio.

7 † Et no. ſecundum Inn. quod qui habet actionem de pluribus rebus, non cogitur cumulare, ſed poteſt de vna re agere, & de

a alia ſuperſedere, a vide omnino Bart. ff. de ver. ob. l. ſcire debemus. non ob. ff. de act. emp. l. nõ eſt nouum, quia ibi ſunt actiones eiuſdem generis, & formæ, & ſuper eadem re vna eſt cuictio, & non plures, licet purgetur plurib. modis, vel ibi cogitur cumulare non preciſe, ſed cauſatiue, ſi vult conſequi integrã effectum vtriuſque iudicij, & hęc vera. ante enim aditam hereditatem nõ poteſt cumulare hereditariam actionem, quæ hæreditati data eſt, ſed heredi ante aditam hereditatem non competit, ſed adita hæreditate poteſt edere vnam actionem p formali concluſione ambarum actionum dicendo, & ad hoc propono actionem ex empto, quia vna eſt actio in genere, licet duę in ſpecie, & ſic ſufficit in libello generalis expreſſio actionis. & expone literam ibi, Mouere poteſt, non dicit q̃ neceſſe habeat, & ſic non facit contra Inno. Eſt igitur actio diffiniens quoddã mere intelligibile, ſed actio diffinita eſt in materia ſua,

8 vt actio ex empto, & ceterę ſpeciales. † Deinde no. ſecundum Inn. quod tantum valet expreſſio facta in iudicio, quantũ expreſſio facta in reſcripto, & eſt bene notandum. Sed hoc verũ eſt poſt ſpecificationem & re integra, alias ſecus, quia plus operatur expreſſio, quam clauſula generalis, & ſic patet quod declaratio non fingit retro quando integrum ſuperuenit obſta-

9 culum, quod habet eam impedire. † Itẽ quod qui demonſtrat, non dat. Item q̃ iuriſdictio poteſt eſſe abſq; exercitio. ff. de ſta. ho. l. qui furere. ſed interdum eſt exercitiũ abſque natura & radicabili iuriſdictione. ff. de offic. preto. l. Barbarius. Ibi, exercitium in poſſeſſione fundatur, imo in publica vtilitate ſaltẽ aptitudine. Nouellator tangit hic plura puncta, quę nõ proſequor, quia eſſet nimis longum.

ADDITIO.

a Vide pulchre per Io. de Imo. in c. inter dilectos, de fide inſtru.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas ſpecierum reſtringit qualitatem generis.*
2 *Dictio, vel, poſita ſubiunctiue inducit ſimilitudinem.*
3 *Generalis locutio non comprehendit ea, quæ ſpecialiter debent deſignari.*
4 *Vbi deficit id ad quod debet fieri comparatio, deficit & comparandum.*
5 *Papa quicquid facit, poteſt dici gratia.*
6 *Viles perſonæ quæ dicantur.*
7 *Clauſula, quidam alij, in reſcripto non comprehendit pauperem, viduã, ſcholarem, legum Doctorem, Baronem, militem expeditioni vacantem, itẽ nec patronum ſi actio famoſa ſit. nu. 10.*
8 *Paupertas repentina eſt caſus fortuitus.*
9 *Legum Doctores funguntur ſacerdotio, & ſunt perſonę egregiæ.*
10 *Furioſi, an includantur nomine perſonarum.*
11 *Multitudo effrenata quæ ſit, & ſtatutum de multitudine, quomodo intelligitur.*
12 *Clauſula, quidam alij, in reſcripto non comprehendit collegia.*
13 *Interpretatio reſtrictiua eſt terminus ad intra, extenſiua ad extra, ſimilitudinaria termino ad intra adhæret.*
14 *Similitudo eſt quædam paritas, & inter excedentia, & exceſſa locum non habet.*
15 *Ciuilibus cauſis delegatis, generalis clauſula non comprehendit criminales, aut mixtas.*
16 *Clauſula, & quidã alij, in reſcripto contra priuilegiatum, uel in dignitate cõſtitutam perſonam obtento, non cõprehendit dignores, & magis notabiles.*
17 *Senex, an iuuenis, idoneior ſit ad teſtificandum.*

CAP. XV.

SEdes Apoſt. Per clam, Quidam alij, & res alię, poſitã in reſcripto nõ continẽt effrenata multitudo, nec perſonę maiores, nec includuntur res maiores expreſſis, ſed pares, vel minores, niſi malitioſe fiat exꝓſſio. Et duo facit. primo premittit conſtitutionis cauſam. ſecundo conſtitutionem. ibi, nos igitur. Item ſecunda ſubdiuiditur in quatuor: nam primo prouidet circa perſonas, ſecundo circa multitudinem perſonarũ, tertio circa res, quarto circa fraudulentam expreſſionem. ſecunda ibi, ſed nec liceat. tertia ibi, nec ſuper maioribus. quarta

1 ibi, ſi quis vero. † No. quod qualitas ſpecierum reſtringit generis qualitatem. ff. de vino lega. l. fi. §. qui dulcia. Item copula in-

a ducit paritatem, C. de ſen. a & interl. om. iud. l. cum ſolutum.

2 † Item dictio, vel, poſita ſubiunctiue inducit ſimilitudinem, vt no. C. de ſer. fug. l. ſi fugitiui ſerui, & coęqualitatem, vel quaſi,

3 vt l. j. ff. de reb. dub. † Generalis locutio non comprehendit ea, quæ ſpãliter debent deſignari ff. de ritu nup. l. generali, in prin. Genus non deducitur ad actum ſpecificum niſi per expreſſionem ſpecierum. C. de iudic. l. licet ff. de arb. l. de reb. Caſus. Statuit Papa, q̃ clauſula, Quidam alij, non includit maiores perſonas, nec effrenatum numerum perſonarum. Item q̃ clauſula, Quibuſdam alijs reb. vel negocijs, non includat maiora, vel grauiora negocia, ſed paria, vel leuiora. Item q̃ expreſſio perſonarum, facta colore quæſito, & non animo procedendi vitiet clauſulam generalem, ne impetranti patrocinetur dolus,

4 vel confictio cauſę, vel perſonæ. † eſt & alia ratio, quia ex quo

b deficit, ad quod fit comparatio, b merito deficit comparandũ, vt ff. de cond. & dem. l. in teſtamento. Idem puto, ſi exprimat, & dolo malo agat, quia magis delinquit, qui dolo impetrat tãtum, arg. l. j. C. de plus petitio. & nõ debet prodeſſe lis confecta, vt ff. de tranſac. l. cum hi. §. cum lis, & ff. de excu. tut. l. athetæ. §. amplius. ibi tex. & ar. ff. de nox. l. non ſolum. In tex. ibi, ſedes. nõ eſt vis, vtrum ſedes ſcribat, vel Pontifex. vnde hic ponitur, nomen ſedis large. Ibi, liberalem. opp. q̃ non ſit liberalitas, ſed iuſtitię exhibitio, arg. ff. de leg. 3. l. ſi mulier. §. ſi rem. nam ex debito officij Papa tenẽt cauſas delegare ſuadente equitate. † Sol. dicit gl. quicquid Papa facit, poteſt dici gratia, quia vniuerſę viæ domini miſericordia, & veritas. vnde quod emanat a principe, beneficiũ eſt preſertim ratione ſupremę authoritatis. A Ioue principium muſę. i. ſapien. Iouis omnia plena, & ipſe debet exigere rationem a ſeipſo, quia ratio debet reddi a capite. Ber. hic in gl. omnia plena ſunt ſapientia Dei. Ibi, gratia, no. quod delegatio appellatur gratia largo modo, tamen ſtricto ſumpto vocabulo aliud eſt reſcriptum gratię, aliud iuſtitiæ. Ibi, malitijs,

c no. quod malitijs hominum eſt obuiandum. c † Ibi, minores

6 & viliores, quæ dicuntur perſonę viles, habes. C. de inceſ. nup. l. humilem. & inſignis perſona delinquendo fit vilis, quia omnem honorem reatus excludit, vt l. ſenatores. ff. de ritu nu. & l. j. C. vbi

ADDITIONES.

a Vin. God. De dictione, vel, vide Alexand. conſi. 77. lib. 4. & in l. 2. §. ſi publico, de adult. per Bar. in l. ſi quis ita. ff. de aur. & argen. leg. per Fel. in c. inter cæteras, colum. 7. de reſcrip. & aliquando ponit ve, pro ideſt, vt per gl. in l. hi, qui ad ciuilia, C. de app.

b Quando deficit id, ad quod fit comparatio, deficit etiam comparandum. Vide Barb. in rub. infra de iu. dum allegat l. in teſtamento, hic allegata.

c Adde tex. & ibi Barb. hoc bene declarantem, in l. in fundo. ff. de rei vend.

BIU Cujas

j.C. vbi ſenatores, vel clariſſimi. tamen ſi finita eſt adminiſtratio, cum dignitas duret, bene durat priuilegium dignitatis, qa honoraria dignitate potitur. ff. de ſolu. l. quod ſi forte. l. j. C. vbi ſenatores, vel cla. & l. fi. ſm Inno. quia et ſine adminiſtrationis gradu dignitas retinet, ſi bona gratia adminiſtratio eſt finita.

7 † Sed nunquid per iſtam clam, Quidam alij, includantur pauperes, qui pp paupertatē ſe defendere non poſſunt? dic ꝙ non, quia paupertas excuſat. ff. de proc. l. Titius. & nota, ꝙ inopia repentina dr̄ caſus fortuitus, vt ff. de admi. tut. l. ſi res pupillaris. licet qñque purgetur per verbera, & verba, eo. tit. l. ob fœnus, & tunc in clauſula indifferenti bene includitur pauper, qa paupertas nocet, quæ captioſe prouenit. l. pen. ff. de iure do. Sed nū quid includantur viduæ? dic ꝙ non, quia hñt priuilegium fori, vt l. j. C. qñ imperator inter pupillos & viduas, & c. ſignificātibus, de offi. dele. per Inn. Sed nunquid includūtur ſcholares, qui hñt priuilegium auth. habita. dic ꝙ non, ar. ſ. eo. c. cum ordinem. † Sed nunquid includantur legū Doctores? dic ꝙ non, quia funguntur ſacerdotio, vt l. j. in prin. ff. de iuſti. & iu. & qa ſunt perſonę egregie, vt ff. de iureiu. l. ad egregias perſonas. Itē barones non includuntur in ſimplici clauſula, & iſtud nomē, baro, eſt nomē ptātis & excellentię, vt no. in cle. j. de baptiſmo.

10 † Milites ēt expeditioni vacantes, ff. de teſti. l. 3. §. pe. † Sed an nomine perſonarum includañ furioſi? nam furioſus non dr̄ perſona, & quod ab eo fit, caſu fortuito dicitur fieri, non ab homine, & dico ꝙ propter factum ſuum non includ. tur. l. fi. in fi. ff. de admi. tut. Item ſi ſit actio famoſa, non includitur patronus vt l. non dēt. ff. de dolo. Item no. hic, ꝙ maius includit minus, ſed non eō, tamen qui excludit minus, excludit maius, vt ff. de

11 ſena. l. qui indignus. † Ibi, multitudinem effrenatam, id eſt vltra 40. homines etiam de eodem facto nō pt fieri accuſatio in eodem libello. Item no. ar. ad ſtatutum, quod loquitur de multitudine hominum, intellige ſingulorum, ſed vniuerſitas, & collegiū loco vnius perſonæ funguntur, vt ff. de fideiuſſ. mortuo,

12 & l. metum. §. animaduertendum, ff. quod met. cauſa. † Tamen quantum ad præſentem tractatum non puto, ꝙ ſub clauſula, Quidam alij, intelligantur collegia, ſed tantum ſingulares perſonę. Nam cum vera prædicatio ſit de rebus naturalibus, & non fictis, & collegium non natura, ſed artificio hominū conſtet, merito non continetur appellatione perſonæ, niſi per interpretationem extenſiuam, quæ non habet locum in reſcri-

13 ptis, quia ſtricti iuris ſunt, vt hic patet. † Et vnum ſcias, ꝙ interpretatio reſtrictiua eſt terminus ad intra, ſed interpretatio extenſiua eſt terminus ad extra, ſed interpretatio ſimilitudinaria accedit magis termino ad intra, quam termino ad extra. C.

14 de reuocan. dona. l. his ſolis, & l. fina. C. de indi. vidu. † Et no. ꝙ

a ſimilitudo a eſt quædam parilitas, & non habet locum inter ex-

15 cedentia & exceſſa. ff. de iuriſdict. omn. iudi. l. ſi familia. † Item ſi delegantur quædam cauſæ ciuiles, in generali clauſula non intelliguntur criminales, vel mixtæ, ſicut in mandato procuratoris, vt in c. 2. de proc. in cle. Et prædicta faciunt ad qōnem de eo, qui in ſe ſuſcepit periculum latronū, addita clauſula generali, ꝙ non intelligitur iſta clauſula de ſimilibus, puta caſibus, qui de cœlo deſcendunt, quibus humanæ vires non poſſunt reſiſtere. ff. de dam. infec. l. flum num. §. ſeruus. ff. de ꝑhen. emp. l. fiſtulas. §. frumenta. Ibi, perſonas, idem in rebus, cum ſit eadem ratio, ar. ff. de vul. ſub. l. qui plures liberos, in prin. Et no. ex clauſula ſpeciali generalem & confuſam interpretari. Ibi, non, vt velit. No. ꝙ iſtā negatiua, quia venit ad elidendum reſcriptum, debet probari per negantem, tamen poteſt probari per coniecturas, arg. ff. de lega. j. licet imperator. Glo. quærit, de qua maioritate intelligitur litera? Reſpondeo, non de qualibet minima, vel media, puta ſi expreſſi bouem, & volo agere de equo, ſed de ea, quæ pertinet ad aliam ſpeciem iuriſdictionis, puta ſi impetraui ſuper decem, & quibuſdam alijs quantitatibus, non potero experiri de cauſa mixti imperij, puta vltra trecentos aureos, vt no. ff. de iuriſ. om. iud. l. imperium, quia baſſa iuriſdictio altam non includit, quia termini ſunt valde diſtantes. Item cauſa dicitur magis ardua ratione ſcandali ſecundū Inn. ꝙ no. Item ſeruus, qñque dicitur minor & precioſior. ff. de offic. preſid. l. fina. puta cum ex eo pendet ſtatus, & euerſio patrimonij. ſic & ciuis vtiliſſimus ciuitati, dicitur precioſior alijs,

16 quod no. † Item ſi impetrauit ꝯ Titium militem, & quoſdam alios, non includitur tribunus militum. ff. de teſtamen. mili. l. ꝙ conſtitutum. Item ſi impetrauit ꝯ Titium legum Doctorem, & quoſdam alios, non includitur Doctor in Theologia, qa dignior. digniores igitur vocantur perſonæ magis notabiles, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis ſm Inn. arg. ff. de teſti. l. fi. in fi. arg. ff. de rei ven. l. in fundo. Item qui nominat laicas perſonas, non poteſt cauſas extendere ad clericos ſm Inno. Item nec perſonā maiorem potentia, vel diuitijs ſm Innoc. Sed quod de diuitijs dicit, non puto verum, niſi ſit perſona nobilis, ſeu ſpectabilis reputata, quod ſæpe ex diuitijs ſurgit, facultates æquiparantur dignitati. ff. de adminiſtratione tutorum. l. tutor ſecundum dignitatem. per ſe diuitiæ non faciunt quem melioris famæ. vñ in tutoribus magis attenditur vita, quam diuitię, vt ff. de ſuſpe. tut. l. ſuſpectum tutorem, in princip. & ff. de teſtib. l. teſtium, in prin. & l. in teſtibus. & prædicta faciunt etiam ad quæſtionem teſtium, qui dicant magis idonei. Itē ad tabelliones, quis dicat magis idoneus, ad diſcretionem iudicis pertinet. ff. de eden. l. ſi

b quis ex argentarijs. §. quid ergo. Tamen no. ꝙ vbi quærimus b de ſimplici iuſtitia, non curamus merita perſonarum, vt ff. de

17 leg. 2. l. cum pater. §. rogo. † Et an dicatur magis in teſtificando idoneus ſenex, q̄ iuuenis, no. in l. cum quid ff. ſi cer. peta. Quærit gl. qualiter probetur, ꝙ quis non velit vti? Et reſpondet, ꝙ eo ipſo, ꝙ primo deſcendit ad æquales, vel minores, niſi aliqua rō excuſet, vt quia copiam illius habere non poſſit, vt ar. ff. de admi. tut. l. cum plures. §. fi. Et no. valde iſtam glo.

ADDITIONES

a Similitudo eſt quædam parilitas. Sæpe allego iſta verba Bal. hic, & habeo multa aggregata ad hoc in vno conſi. D. Themeni de Curte, cuius conſilium habeo originale.

Vinc. God. Adde, ꝙ ſimilitudo duplex eſt, quo ad formam, & quo ad effectum, Ruy. conſi. 20. nu. 19. lib. 2.

b Vbi quærimus de ſimplici iuſtitia, non curamus merita perſonarum. ſic etiam alibi dicit elegans tex. in c. tenore, infra de foro competen. quod ita ſumus viduis & pauperibus in iuſtitia debitores, quod aliis iniuſtitiam facere non debemus. pondera tamen, quia contra iſta verba Bal. hic faciunt ea omnia, quæ cumulauit d. Iaſ. in auth. iubemus, in 3. colnm. C. de iu. videlicet quod propter magnam legalitatem perſonarum licitum eſt re cedere a regu. iuris, vide ibi ſcripta plene per Iaſ.

SVMMARIVM.

1 *Citatus per primas literas, ſi citatur per ſecundas, conſequitur declinatoriā vtriuſque fori.*

2 *Impetrare, an poſſit quis duplices literas ſuper eodem.*

3 *Vbi duo propter vnum, vtrobique tantum vnum.*

4 *Imperator quare non poſſit quod alicui conceſſit feudum ei adimere, & alteri conferre, quemadmodum iudices poteſt.*

5 *Imperator non poteſt illud, quod abſurdum eſt poſſe.*

6 *Imperator conceſſit mihi in feudum caſtrum ſancti Pauli cum ſuo territorio, poſtea conceſſit tibi caſtrum S. Ioannis cum ſua diœceſi. quæritur ad quem pertineat villa diœceſis ſancti Ioannis, ſita in territorio ſancti Pauli.*

7 *Impetrans renunciando primis literis, an poſſit facere conualeſcere ſecundas.*

8 *Citatio facta vigore reſcripti, cuius commodo actor poſtea priuatus fuit, an præſcriptionem interrumpat.*

9 *Impetrans ſecundas literas, an teneatur facere mentionem prioris reſcripti receptione eiuſdibilis.*

10 *Duo ſe gerunt pro Papa, impetraui ab eis caſtrum in feudum, & iurqui vtrique fidelitatem pro ſe & ſucceſſoribus canonice intrantibus, vtrum in omnem euentum habeo feudum.*

11 *Ligium iuramentum poteſt tantum vni præſtari.*

CAP. XVI.

EX tenore. Qui ꝯ vnū ſuper eodem negotio impetrat ad diuerſos diuerſa reſcripta, & eis vtitur, perdit commodum eorūdem. ſcda pars ibi, Nos igitur. Caſus. Nicolaus ſacerdos de Colleualis impetrauit literas ad certos ordines ꝯ Abbatem Becco, & fecit eū citari coram ipſis, qui Abbas comparuit, & iudices acceptauerunt comparitionem ſuā, & fecerunt abbati magnū honorem, vnde dictus ſacerdos cepit dubitare de ipſis iudicib. & ſtatim impetrauit alios iudices, & fecit abbatem citari vigore ſecundarum literarum. Demum abbas facit citari dictum ſacerdotem ad proſecutionem litis, qui ſacerdos obiecit, ꝙ habebat dictas ſecūdas literas, quarum authoritate dictus abbas erat ēt citatus. Papa attendens, ꝙ iſte ſacerdos fuit in dolo impetrando duo reſcripta, & faciendo citari aduerſarium ſuper vtroq; conſiderans, ꝙ fraus & dolus alicui prodeſſe non debet, decreuit predictum ſacerdotem carere commodo literarum, ſeu vtriuſque reſcripti. Ibi, qui ſ. iudices. Ibi, aduerſus, ſ. abbatem. Ibi, eis, ſ. primis. Ibi, litigare, dubitans de primis iudicib. qui fecerant abbati honorem, quando comparuit coram eis, ſed iſta cauſa eſt nimis ſupina. Ibi, reuocare. ratio, quia in eis nō fiebat mentio de primis, & ideo dicebat Abbas non teneri rñdere coram ſecundis. Ibi, duas commiſſiones. i. duo reſcripta ſuper eadem cauſa ad diuerſos iudices. Ibi, quia fraus & dolus, no. tex. concordat. ff. de neg. geſt. l. ſiue hereditaria, & C. de leg. & ꝓſtit.

1 l. non dubium. ff. de ſur. l. itaque fullo. † Ibi, vtriuſq;, no. ꝙ citatus per primas literas, ſi citatur per ſecundas, conſequitur declinatoriam vtriuſque fori. Et gl. innuit, ꝙ etiam ſine exceptione ſit tutus reus ipſo iure ab vtroque foro. & iſtud eſt verum mediante officio iudicis, ꝙ ſuccedit in locum deficientis exceptionis, vt ff. de pet. hæred. l. plane, & l. fin. Nam hic nondum erat ſtatutum de priuatione impetrantis. & exceptiones debēt fundari ſuper iure diſpoſito, non ſuper iure diſponendo. i. ſtatuendo de nouo. & hic apparebat de calumnia impetrantis, ideo Papa ſupplet ex officio, ar. ff. de bon. lib. l. qui cum maior. §. ſi patris. & facit pro glo. quia primis literis videtur renunciatum, ar. ff. de mino. l. ſi filius. Secundæ autem ſunt nullæ, quia

non

BIU Cujas

non fecerunt mentionem de primis obſtantib. Item eſſent neceſſariæ duæ exceptiones, vna coram primis, alia coram ſecundis, qua duo ſunt fori. Doctores cõiter tenent, q̃ ſit neceſſe opponere declinatoriam fori, & reſcripti. No. q̃ ſecundę literæ, quæ non faciunt mentionem de primis, non tollunt primas.

2 † Quero, nunqd quis poſſit impetrare ſuper eodẽ duplices literas? gl. dicit, q̃ ad cautelam põt, ſed non in fraudem, & apparet fraus ex proceſſibus duplicatis: ſecus, ſi non procedit, niſi ex vnis literis quas ſolas præſentauit, ſed ſi præſentauit ambas, caret vtrarumq; commodo, quia præparauit ſe, ar. ff. de inoff. teſta. l. quemadmodum. C. de tranſac. l. ſi qs maior. & per hoc ſoluantur opiniones ꝯriæ, quia quidam dicunt, q̃ punitur coipſo, q̃ impetrauit, alij q̃ nõ punitur, niſi ipſis vtatur, ar. ff. de in ius voc. l. quamuis. Porro in ſinu impetrantis eſt reſcriptũ ante, q̃ præſentetur, vt no. Inn. ꝯ. de reſti. ſpol. c. ex conqueſtione.

3 † Nota ergo, q̃ põt bis quis impetrare vnum & idem in forma, & data. Item poſſunt de vna impetratione fieri duo inſtrã, quia licet duę ſint ſcripturæ, vna tñ eſt realitas. ff. de teſta. l. vnũ, quia vnum eſt intellectuale, vt no. ff. de teſta. l. j. & eſt arg. q̃ debitor de eadem ſolutione poſſit habere duo inſtrumenta, ſed in hoc eſt cauendum, ne poſſit dicere ſe bis ſoluiſſe, vt dicit illa gl. fin. C. de diſcuſſio. l. ne caſu, lib. 10. & ideo ſic debet concipi ſcriptura, vt teſtificetur de eadem hora & puncto, vel ponantur illa verba cõputatiua, omni alia refutatione. Item no. q̃ vbi duo propter vnum, vtrobiq; tñ vnum: vnde ſi ſunt duę ſcripturæ propter vnum ꝯctum, vtrobique tñ eſt tñ vnum, id eſt vnus ꝯctus. † Sed quare ſi imperator concedit per literas ſuas feudũ,

4 non mihi illud adimere, & alij conferre põt, vt in c. j. de natura feudi & ſecus, ſi concedit mihi iudices. rñdeo, feudum nõ eſt ſibi apertum, vt in c. 1. qui ſucceſſores teneantur, col. 10. Item qui tenetur me iuuare, non tenetur me ſubiugare, vt ff. de ritu nup. l. proxime. Item quia imperator & quicunque dominus ſubmittit ſe iudicio parium tacite ex natura feudi, vt c. j. §. fin. de milite vaſ. qui contumax eſt, ergo non poteſt pœnitere, vt ff. de iuriſ. om. iud. l. eſt receptum, & hæc lex eſt anomala, quæ maior eſt, quam ſit iuriſdictio principis. Item qui ſtipulat feudum, ſtipulatur patientiam domini, & ſic factum, cum ſit ſpecies ſeruitutis, ar. ff. de verbo. obliga. l. 2. §. quedam partis, in gl. ordinaria, ergo obligatur ex neceſſario vinculo, Inſtitu. de ob. in princi. Alij dicunt ꝯr. um, dummodo principes faciant plenam mentionem de ſcientia, & qualitate ſcientię, quia de hac poteſtate, quam tu vocas anomalam, non reperitur. l. cautum, nec opinione Doctorum, ſed integrale nomen eſt inuentione noſtra. Item per feudum acquiritur ius ad rem, & in re, & ius quod quæritur in re, eſt ius vtilis dominij, quod ex cõſenſu &

5 traditione naſcitur, quę ſunt de iure gen. † Item imperator nõ poteſt id, quod abſurdum eſt poſſe, vt ff. de verb. ſignifi. l. nepos Proculo. Sed per reſcriptum iuſtitiæ ſolum exercitium demãdatur, & delegatus non ſua, ſed eius, qui mandauit, iuriſdictione vtitur, vt ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdictio. l. 1. §. qui

6 mandatam. † Sed pone, imperator conceſſit mihi in feudum caſtrum ſancti Pauli cum ſuo territorio, deinde conceſſit tibi caſtrum finitimum ſancti Ioannis cum ſua diœceſi: accidit, q̃ quedam villa eſt de territorio ſancti Pauli & diœceſi ſancti Ioannis. quæritur, ad quem pertineat dicta villa? Conſidera, an territorium ſit magis vniuerſale, quam diœceſis, vel eꝯ, quia minus vniuerſale detrahit magis vniuerſali. Econtra videtur q̃ prior tempore potior ſit in iure, & hæc vera, ne reſcriptum trahatur ad iniuriam alterius, ar. ff. de vulg. ſubſtitu. l. ex facto, in princ. & quod no. in l. ſi qua loca. C. de fundis & ſaltibus rei dominicæ, lib. 11. & C. de ſilentiarijs. l. decurionibus, li. 11. Nõ obſt. ff. de vſufru. leg. l. ſi alij. quia ibi teſtator de re propria diſponendo nemini facit iniuriam. deinde diſtingue, vt in gl. aurea, quæ eſt hic. Demum opponitur, q̃ iſte, qui cõmiſit iſtam fraudem duplicandi iudicij, perdat cauſas cauſæ, vt C. de aſſer. tol. l. j. in fi. Sol. ſpeciale fauore libertatis. vel ibi loquitur lite conteſtata, hic in exordio litis, prima vera. ergo, ſi ageretur de libertate, priuaretur funditus iure ſuo. Idem in præiudiciali de perſonis, vt Inſt. de act. §. ꝑiudiciales, quicquid dicat Cy. fm Pet. C. de iud. l. nulli. Op. q̃ cogatur perſiſtere in prima lite, vt C. quo modo & qñ, in auth. qui ſemel. Solu. ibi petebatur procedi, hic

7 autem declinabatur forum. † Quæro, an poſſit impetrans renunciando primis literis facere ſecundas conualeſcere. & põt argui quòd ſic per ea, quę no. ff. de vi & vi arma. l. cum fundũ. §. fi. ff. de acqui. poſſ. l. naturaliter. §. nihil cõe. Item oppo. de l. in criminali. C. de iuriſdic. om. iudic. Solu. aliud eſt examen vetitum, vbi perditur litis ſubſtantia, aliud declinabile forum, vbi

8 perditur litis inſtantia. † Quæro, pone, per citationem fuit præſcriptio interrupta: poſtea autem priuatur actor commodo literarum, nunquid illa interruptio aboletur? Reſpon. ſic, quia hic dicit, q̃ caret commodo literarum. & hcc propter dolum finitur inſtantia cum ſuis effectibus, ſecus, ſi finiretur ſolo temporis curſu. Nã tũc durat ciuilis & perfecta interruptio, vt l. cũ lite mortua. ff. iudic. ſol. per Bar. quia iam factum eſt, quod fieri non reſtat, arg. ff. de contrahen. emp. l. cum manu ſata. §. j. In gl. cum iam forte deficiente cauſa, quæ ſortita eſt ſuum finẽ, non ceſſat effectus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l. patre fu

9 rioſo. † Quæro generaliter, nunquid ſi primę literę poſſunt per exceptionem elidi, ſit neceſſe, q̃ in ſecundis fiat mentio de literis inualidis? dicit Ber. q̃ non, quod eſt verum, ſi apud impetrantem eſt ius elidendi, ſecus, ſi apud aduerſarium, vt hic. Argumentum ꝯ, q̃ debeat expectari reſciſſio literarum ad hoc, vt ſecundæ ſint efficaces. C. qui tuto. da. poſſ. l. curatorem, in verbo, remoto. Nam etiam ſi princeps ex certa ſcientia idem conceſſiſſet, valet ergo. ar. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. tñ ſi dolo tacuit ſibi imputet. Nam & ſi princeps ſciret animi qualitatẽ, id eſt eum dolo facere, nunq̃ conceſſiſſet literas, licet negocium de ſe ſuadeat concedi. Nã vitio perſonę, non vitio negocij hoc

10 contingit. eo. tit. c. ſuper literis. ꝯ. † Pone, impetraui a duob. qui

a gerunt ſe pro Papa, a vnum caſtrum in feudum, & iuraui vtrique fidelitatem pro ſe & ſucceſſorib. canonice intrantib. an in omnem euentum habeo feudum? vr̃ q̃ ſic, quia alterum caput eſt verum de neceſſitate. In ꝯrium vr̃, q̃ ex neutro capite, quia vir duplex animo inconſtãs eſt in omnib. vijs, vt in Prouer. &

11 tranſumptiue Iac. j. c. & quia ligium iurm non põt præſtari nĩ ſi vni. ſ. vero Papę, quem debeo nominare in iudicio, & probare. Sol. iſtud iurm habet tacitam conditionem, ſi ſit Papa, quia iſtud verbum, canonice, toti ordini eſt cõe, & totum ſubformat, arg. ꝯ. de ap. c. ſcio requiris. quia vna pars gñalis, vel ſubiũctiua totam orationem qualificat, vt ff. de iu. & fac. ign. l. regula. §. fi. & ꝯ. c. c. cauſam, quæ, & ibi no. Et ideo in omnem euentum, nec non medio tempore ſum ſecurus. ſed non dr̃ hoc factum dolo, ſed ad cautelam per glo. notabilem, quæ eſt hic, & pro ipſo feudo non teneor iurare fidelitatem alicui alteri domino, & baroni, vel ciuitati, ex quo iuraui Papæ, quia feudũ

b ligium b eſt, quod plures dominos pares ſimul habere nõ poteſt. Et no. quod nõ cogitur quis habere alium dominum, nec econtra vaſallum, arg. ff. de contrah. emp. l. cum ſeruo.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Pro Papa Quando Papæ verbis adhibeatur fides, Ruy. conſi. 116. nu. 6. li. 5. Et q̃ non creditur de reb. a ſe geſtis in materia val de præiudiciali, Ruy conſi. 3. nume. 11. lib. 5. Et de reb. ante Papatum geſtis, an credatur, Ruy. conſi. 215. nu. 24. lib. 1.

b Vinc. God. Adde quod feudum ligium non tranſit ad fœminas. Ruy. conſil. 39. nu. 8. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pauperem ſe fingens impetrando nihil agit.*
2 *Clauſula iſta, ſi dignus exiſteret ad obtinendum, tacite intelligitur in literis.*
3 *Literę Papę debent emanare cum magna moderatione & moderamine inculpatę ſcripturæ.*
4 *Pro vno nummo non ſoluto quis cadit a magna emphyteuſi, & nu. 7.*
5 *Dictũ teſtis, vel inſtrumentum ſi eſt falſum in vno minimo, an totũ vitietur.*
6 *Scripturam teſtamenti propria falſitas, etiam modica, omnino vitiat, ficta autem falſitas in ea duntaxat parte, in qua fingitur.*
7 *De modico quando ſit curandum, vel non, diſtinguitur, nu. 11.*
8 *Notarius ob falſitatem in uno nummo, an vituperari debeat.*
9 *Modica ingratitudine non priuatur quis feudo.*
10 *Modicum interuallum temporis non inducit diuerſitatem actuum.*
12 *Laudũ arbitratoris pro modica læſione ad arbitriũ boni uiri reduci nõ petitur.*
13 *Modica quantitas in materia iudicialis læſionis quæ ſit.*
14 *Statuto quod extrahenti ſanguinem in palatio manus amputetur, nõ punitur modicum ſanguinem eliciens percutiendo quem in naſo.*
15 *Expenſa modica facta in re, ex qua quis fructum, vel vtilitatem capit, non eſt curanda.*
16 *Præbenda concedi non poteſt niſi clericis, vel clericatum aſſumpturis.*
17 *Reſcriptum ad prębendam obtentum per laycum aſſerentem ſe clericum, etiã ſub expectatione, non valet. Secus ſi non dixerit ſe clericum, & poſt impetrationem clericus efficiatur.*
18 *Ordinatus ad titulum ſui patrimonij ſufficientis, an teneatur in reſcripto ad beneficium facere de illo titulo mentionem.*
19 *Literæ obreptitiæ ad beneficia ſunt nullę.*
20 *Conditionis defectus, ſi ex parte ante ineſt, impedit literas ne producantur ineſſe, ſi ex parte poſt exceptionem parit ad elidendum.*
21 *Exceptione tutus in dolo eſſe non dicitur.*
22 *Papa ſi ſcienter ſcribat pro indigno, an valeat reſcriptum.*
23 *Mandato Papę, qđ impuberi de beneficio curato prouideatur, an ſit parendũ.*
24 *Mandato principis contra ius naturale impune non paretur. & quid ſi mandatum ſit contra ius poſitiuum.*
25 *Sufficiens beneficium vel ſufficiens, qualiter dicatur.*
26 *Clauſula, Non obſtantibus exceptionibus, quas exceptiones remoueat.*
27 *Clauſulæ nimis generales ſunt captioſæ.*

CAP. XVII.

CVm adeo. Qui impetrãdo ſe facit indignũ, non conſequitur commodũ literarum, vt qa mendax. Pone, Rex Francię ſcripſit Papę, p me beneficiando, acceſſi ad curiam. Interim rex deceſſit, Papa hoc ignorans m. hi conceſſit, videtur, q̃ non

non valet, quia vbi deficit contemplatio, deficit contemplatū. ff. de ꝓh.em.l.arborib. dico valere, quia hæc fuit contemplatio impulſiua.ff. pro ſo.l. ſocium, qui. Impetrans & beneficiandus non debet tacere ſeipſum iam beneficiatum, ar.ff.de ꝓh.emp l.
1 cum ſeruum. §. fi. † Qui fingit ſe pauperem impetrando, nihil reportat, niſi uentum. C.de mendicantib.validis.lib. 11.l.j. Non valet reſcriptum impetratum ad beneficium obtinendum de beneficio impetrantis, quod tunc tpis obtinebat, non faciens mentionem. ſecūda pars ibi, cum ſit literarum. Caſus, quidam clericus, P. nomine, impetrauit literas a dño Papa, vt præpoſitus & clerici de Glangoſſa reciperent eum in fratrem. & ſociū, non facta mentione, q̄ ipſe P. hr̄et ſufficientem præbendam in eccleſia Modicenſi, nec ēt q̄ eſſet clericus, Præpoſitus oſtēdit iſtas literas Archiep̄o Mediolanenſi. Archiep̄s fuit admiratus, q̄ Papa ſcripſiſſet pro dicto P. cum eſſet canonicatus & p̄bendatus in eccleſia Modicenſi. Papa dicit, q̄ literæ ſuæ ſemper ſunt cum moderamine intelligendę & ſcribendę, & q̄ nō debet admirari, cum in literis non fiat mentio, q̄ eſſet canonicus Modicenſis, nec q̄ eſſet clericus. † Pręterea in literis intelligitur tacita conditio, ſi dignus exiſteret ad obtinendum illud beneficium, quod impetrauerat. Et ideo cōcludit, q̄ literę ſunt
2 ſub reptitiæ, q̄ impetrauit tacita veritate, & ideo eſt indignus.
3 † Ibi, moderentur, no. q̄ literæ Papę debent emanare cum magna moderatione, & cum moderamine inculpatę ſcripturæ, & tñ qñque Papa obliuiſcitur eius, quod fecit, quia homo eſt, & ſępe patitur lethargum. nō ob. C.de ꝓh.& commit. ſtip. l. magnam, vbi non eſt licitum obliuiſci, quia ibi loquitur in debitore qui ad id implendum erat obligatus. No. hic, q̄ literæ dominorum non ſunt calumniandę. Ibi, ſufficientem, quid ſi eſſet inſufficiens? dicit gl. q̄ idem. Vnde iſta dictio, ſufficientem, ſupponit pro facti narratione, non pro iuris diſpōne. Et ſic no.
4 q̄ de modicis eſt curandum, vt ff.de dam. infec. l. ſi proprietarius, & Inſti.de rer.diui.§.gallinarum. † Nā certum eſt, q̄ vnus nūmus eſt modicum quid, tñ pro vno nūmo ſoluto nō cadit quis a magna emphyteuſi, vt no. C. de ſacroſ.eccl.auth.qui res
a iam dictas. Item ex paruo a defectu incidit quis in magnam pę-
5 nā ꝓctus, qa non ſeruat formā ꝓctus, quę ex integritate conſiſtit, vt ff.fam.erc.l.hæredes.§.idem iuris. † Item ſi dictum teſtis, vel inſtrm eſt falſum in vno minimo, totum vitiatur. 9. diſt. c. vult. adde 9.diſ. ad ſacras. 3.q.9.dura, & c.nihilominus. Vel dic hoc verum in teſte. Sed in inſtro, aut eſt falſum multum, & totum vitiatur: aut parum, & tunc vtile per inutile non vitiatur, ne per paruam rem maiori rei quantitate & authoritate prę-
6 iudicetur, arg. ff.de in integ.reſti.l.ſcio. † In ſcriptura tñ teſtamenti, vbi euidētior debet eſſe probatio, & ceſſare omnis ſuſpicio, dicit Ber. hic, q̄ nullum debet eſſe vitium falſitatis. dic, vt no. in l.edicto, in prin. C.de edic. diui Adr.toll. Et hoc, qñ eſt proprie falſum, ideſt mutatio veritatis: ſecus ſi improprie, i. ficte, qa non nocet in alia parte, in qua ceſſat fictio. ff.de fal.l. filio.§. ſequens quæſtio. † Sed alibi dr̄, q̄ de modico non eſt curandū,
7 b vt ff.de mino.l.ſi ſine.§.j. ff.de ꝓh.emp.l. res bona fide. Ibi, gl. di
8 cit, q̄ per vnum nūmum non ſolutum tota res perditur, & ꝓctus reſcinditur, & eſt bene notabile. † Eꝓ. ff.de dolo.l. ſi oleū. §.fi. cum l.ſeq. quia qui parum transgreditur, non vituperatur, vt ff.de condi. & demon. l. quamuis. & ideo propter falſitatem in vno nūmo, notarius non debet vituperari, q̄ eſt verū ex iuſtitia diſpoſitionis, ſed de iuſtitia rigoris bene veniret vituperā
9 dus, vt ff. de his qui no.infam. l. quid ergo.§.pœna grauior, & ff.de pœnis.l.reſpiciendum.§. furta. † Item habemus, q̄ propter modicam ingratitudinem non priuatur quis feudo, nec exhæredat filius, niſi propter magnam cauſam, vt in 10. col. Et ideo ad vltimas curationes requiritur morbus proportionatus, qa non pro qualibet febricula recurrendum eſt ad apothecam,
10 ſeu ſcamoneam. † Item dicit lex, modicum interuallum temporis non inducit actuum diuerſitatem, ſed identitatem, & ſic de modico tempore non curamus, vt ff. ſi quis cau.l. & ſi poſt tres. de loca. cap. potuit. ff. de ri.nup. l. plerique. quia modicum interuallum quædam continuatio eſt, vt no. de act. & oblig. ff. l. pen. arg. ꝓ. ff. de ver. ob. l.j. §. cum adijcit, in fi. hoc tenet Archi-
11 diac. in c. vltimo. de offi. deleg. li. 6. † Sol. ſuper iſto brocardo dicit, q̄ aut agimus de iure cōi, aut de beneficijs, quæ ſunt cōtra ius cōe. primo caſu curamus de modicis, ſecundo caſu nō curamus, vt ff.de in integ.reſtitu.l.ſcio, ſecundum Dy. Vel dic, q̄ aut loqmur de mendacio, & veritate, & tunc curamus de modico mendacio, quia vitiat, vt hic, præſertim in lucro captando: aut loquimur in iuris remedijs, & contra ius cōe non dat̄ remedium pro modica re, qa pro tam parua re non indiget qs
12 ſubſidio extraordinario, † & ideo pro parua læſione nō poteſt peti laudum arbitratoris reduci ad arbitrium boni viri. Præterea hoc videtur ei a partibus tacite conceſſum, vt poſſit lædere in modica quantitate propter execrandas lites, vt no. ff. de arbit. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex, & l.ſi de meis.§. recepiſſe. quia maius eſt commodum pacis & concordiæ, ad quod fuerunt inuenta arbitramentalia compromiſſa, quam ſit iſtud paruum damnum, ſicut dicimus malum eſt perdere cappam,
13 ſed melius eſt ſeruare vitam. † hoc caſu dicitur parua quantitas comparatiue: nam ſi eſſet quæſtio de mille modijs frumenti, & læderet in 10. modijs, dicitur parua quātitas, vt no. in d.l.ſi
14 ꝓprietarius, in gl. ordinaria: † aut loqu mur de vitio corporis. & tunc paruum vitium non nocet, vt infra de corpore vit. ca. Thomas, & ff.de ędil.edic. l.cui dens abeſt. & iō ſi ſtatutum dicat, q̄ ſi quis extraxerit ſanguinem alicui in palatio, puniatur pęna manus, non intelligitur de illo, qui percuſſit quem in naſo, vnde aliquantulum ſanguinis exiuit, quia eſſet nimis dura interpretatio, & ſtatuta debent humane intelligi, & quia ge-
15 nus pęnę corporalis hoc indicat, argu. ff.de ſica. l.in lege. † Itē de modicis expenſis non eſt curandum, ſi percipit fructum, vel alicuius vſus vtilitatem maxime gratuitā: ſecus, ſi nullam. ff. commodati. l.in commodato, §.j. ff.de pign. act. l. ſi neceſſarijs, & l.cum his. §.fi. Ibi, Attendiſſes, quod debet fieri. ſ. eodē. c.
16 ad aures. † Ibi, nec clericus ei, qui non eſt clericus, non poteſt prębenda concedi, niſi dicatur in literis, q̄ intendit clericari, & tunc antequam executores aſſignent præbēdam, debet aſſumere clericatum ſm Colle. & ponitur hic clericus proprie,
17 non pro ſimplici ſcholari. † Si quis aſſerit ſe clericum, & non eſt, non valent literæ etiam ſub expectatione, quia ſunt ſubreptitię, quę non poſſunt conualeſcere, argu. in l.& ſi conditionalis. ff.de auth.tuto. Si autem non dixit ſe clericum, conualeſcūt, ſi facit ſe clericum legitimis temporibus ordinari, vt no. in c.ſi eo tempore, de reſcr. li. 6. & in c.ſi pauper, de præben. eo. li. Non ob. ff. de excu. tut. l. cum ex oratione, vbi inſpicitur vitium, licet ille actus poſſit poſtea legitimo tempore & nouo ſtatu iterari, quia ibi loquitur in actu, qui non recipit ſuſpenſionem temporis, qui nunquam conualeſcit. ff. de auth.tuto. l.obligari. §.tutor. nam ibi authoritas non recipit diem, vel cō-
18 ditionem & ideo poſterior conſenſus non valet. † Sed nunqd ordinatus ad titulum ſui patr monij ſufficientis teneatur de iſto titulo facere mentionem? Rñdeo non, quia licet ſit titulatus, non tñ eſt beneficiatus. ff.de condi. & dem. l. mea res. C. loca. l. qui rem propriam. ff.de acq.poſſ. l. 3. §. ex pluribus, & tamē de modico beneficio debet fieri mentio, vt no. j. eo. c. ſuper literis, in gl. ex hoc patet. Ibi, conditio, hæc conditio ita concipitur ſi dignus non ſit idoneus: nam naturaliter quis eſt dignus, ſed
19 tamen non eſt idoneus ſm Io. And. † No. diligenter, q̄ literæ obreptitiæ ad beneficia ſunt nullæ. Nam ratio eſt, quia deficit tacita conditio, quia qui mentitur ſe facit indignum, vt ff. de fideiuſſ. l. ſi dubitetur. §. ita demum, & ff. ad leg. Fal. l. hæreditatem. §. fi. C.de non nu. pec. auth. ꝓ. qui propriam. † vnde tacitæ
20 conditionis defectus impedit literas, ne producantur in eſſe: nam idem operatur tacita conditio, quod expreſſa, vt no. ff.de pac. l. item quia. & hoc verum, qñ tacita conditio eſt ex parte ante rem productam in eſſe, ſed ſi ex parte poſt, quia proceſſit origo, opus eſt exceptione, vt C.de preci. impe. offer. l. vniuerſa. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem, & l. ita demum. ff.de arbi. Hæc tamen exceptio impedit periurium, quia impedit pœ-
21 nam committi, ſed periurium eſt pęna, vt ff.de ope.libe. l. ſi libertus ita. nam non eſt in dolo, qui eſt exceptione tutus, vt ff. ſi cer. peta. l. lecta. §. dicebam, & ff.de libe.cau. l. vel obligatus. §.
22 j. † Quæro, quid ſi Papa ſcienter ſcribat pro indigno? Reſpondeo, ſi conſtat de certa ſcientia, non poteſt pronunciari reſcriptum non valere, tamen eſſet expectanda ſecunda iuſſio, vt ſ. eo. ca. ſi qñ. † Quid ſi Papa mandat prouideri impuberi de be-
23 neficio curato, facta mentione in literis de impubertate, obtēperandum eſt literis, de æta. & qualita. c. eam te, per Inno. Ego dico, q̄ aut eſt proximus pubertati, & tunc obtemperandum eſt literis: aut non eſt doli capax, & tunc expectanda eſt ſecunda iuſſio. & ſi eſſet infans, non eſſet procedendum ad executionem literarum propter naturalem incapacitatem conſilij. idem, ſi eſſet furioſus, vel prodigus, cui per ſententiam eſſet bonis interdictum, quia ei gubernacula tradenda non ſunt. C.de
24 ſen. paſſ. l. in quæſtione teſtamenti. † Item ad pleniorem doctrinam iſtius materiæ diſtingue, aut princeps mandat ꝓrium iuri naturali, quo caſu impune non paretur. x. diſt. non licet. Aut mandat ꝓrium iuri poſitiuo ſcripto & conſuetudinario, & ſi nulli obeſt, ei obtemperetur, vt ff. ne quid in loco publico, l. ſecunda.

ADDITIONES.

a Adde in materia omnino ſingulare dictum Salyce. quod ſæpe ſoleo in actu practico magni facere, in l. pacta conuenta, de contrahen. emptio. quam legit poſt §. quinimo. vbi dicit, quod propter vnumquodque capitulum, licet minimum, non obſeruatum, ſi non reſpiciat ſubſtantialia contractus, repellitur quis ab agendo, quod fixum cordi tene, quia valde vtile & quotidianum.

b Vide ad iſta d icta Bal. hic Barb. in conſi. 36. in fi. in 2. vol. & in conſi. 4. in 14. col. & ſe. in 1. vol. cum his quæ ſcripſi ſuper Iaſ. in l. ſi quis maior. circa prin. 5. volu. C. de tranſac. & ſcripſi etiam alia ſuper Iaſ. in auth. qui rem. in 5. col. circa med. C. de ſacroſan. eccl. Fran. Dur.

BIU Cujas

cunda.§.ſi quis a principe,& ff. de fluminib.l.quominus. Si vero alicui obeſt, ſed parum, ei obtemperetur.C.de precib.imperat.differen.l. quoties. Si aũt multum lædit, aut exprimitur in reſcripto, non obſtantib. &c. & ſtatim valet,nec eſt expectanda iuſſio,ſeu ſm mandatum.Si aũt non eſt dicta clauſula,ſunt tũc expectandæ ſecũdæ literę,vt no.Arch.25.q.2. reſcripta,ſm Col lecta.Ego puto,ſi dicta clauſula ſit appoſita, vbi Papa non cõſueuit diſpenſare,q̃ ſecunda iuſſio ſit expectanda,quia pp importunitatem feciſſe vr, niſi appareat,q̃ proprio motu fecerit, vt quia fecit gratiam abſenti & ignoranti, & hoc ipſum ſuis literis ſpecificauit.c. ſi motu proprio, de præb.lib.6.ff.de iureiu.

25 l.Labeo.ff.de leg.2,l.cum pater. §.ſurdo.† Quæro, aliquis dixit ſe inſufficiens beneficium obtinere,qualiter intelligatur? colligo ſol.ex quo no. q̃ beneficium aliq̃ dr ſufficiens plebeo,& tñ non diceretur ſufficiens nobili.ff.de don.l.filius.Item debet eſſe beneficium ſufficiens ſibi & miniſtris ei neceſſarijs.ff. de iudi.l.non aliter. Item ſi eſt perſona nobilis, non dicitur ſufficiẽs niſi poſſit tenere vnam equitaturam,quia non debet pedes viſitare poderia,vt no.ff. mandati.l.idemque. §.idem Labeo.per ſonæ etiam multum literatæ, ſeu multũ diſciplinatę pinguiora beneficia debẽt habere,vt no.ff. pro ſocio.l. ſoc.etas.§.ſocietas,& arg.ff.de excu.tuto. l. ſed reprobari.§.valde tamen, & ff,

26 de don. l. Aquilius Regulus.† Quæro,Papa mandat,q̃ aliquis recipiatur in canonicum,non obſtantib.exception.b. quib.rñdeo, q̃ propterea nõ ſunt remote legitimę exceptiones.ſ.ſcriptæ in iure;nam illæ,de quib. eſt diſputatio inter Doctores,benę ſunt remotæ,quia nimis ſunt ſcrupuloſæ, arg.ff.de leg.j.l.ſi ſeruus venditus,C.de adult. l. ita pudor. vnde de apicibus iuris non erit diſputandum,arg. ff. mandati.l.ſi fideiuſſor,§.quædã. Item ſi excipiens ſit ſuſpectus de calumnia, non debet audiri per hanc clauſulam, argum. ff.de excu.tut.l.athletæ.§.amplius, quanquam alias audiretur, vt ĩ.de prob.c.licet cauſam,in verbo,tramite deuiare &c.Prædicta vero intellige, ſi dicta clauſula ſit in finibus generalitatis: ſed ſi pręcedit clauſula ſpecialis, & ſequitur generalis, tunc de ſimilibus expreſſis eſt intelligen-

27 dum. ff.ſi quis cautio. l. ſed ſi quis. §. quęſitum.† Clauſulæ nimis generales captioſæ ſunt.§.de tranſac.l.cum Aquiliana.ff.q̃ vi aut clam.l.j.in prin.ff.de iniur.l.prætor.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ſi non eſt legitima,proceſſus eſt nullus ipſo iure.*
2 *Citatus veniſſe non dicitur,niſi etiam id faciat,ad quod eſt citatus.*
3 *Ordo iuris ſeruari debet etiam ſuper incidentibus.*
4 *Clauſula,quantum de iure poteritis,reſpicit totũ proceſſum,& quid operetur.*
5 *Ordo ſcripturę ſeruandus eſt,ſi rationi congruit.*
6 *Præpoſterationis error ſtatim corrigi poteſt,non autem ex interuallo.*
7 *Præpoſteratio,an vitiet libellum.*
8 *Interpretari quomodo debeant priuilegia, diſpenſationes,verba generalia,& dicta teſtium. & nu.9.10.11.*
12 *Teſtes ſi diſcordent,quia vnus dicit ante guerram,alter dicit poſt, vtrũ vnus eorum ſit neceſſario falſus.*
13 *Clauſula,quantum de iure poteritis,in reſcripto,quid operetur.*
14 *Libellus,dico ſententiam nullam,& ſi qua eſt,appello,an ſit præpoſterus.*
15 *Nullitas coram ſuperiore ventilanda inducitur per ſimplicem querelam,nec ei iuriſdictionem defert,nec prioris iudicis iuriſdictionem ſuſpendit.*

CAP. XVIII.

Auſam,quæ. Ordo reſcripti recipit interpretationem ab ordine præfixo de iure communi, & verba præpoſita,vel poſt poſita idẽ ſignificant, & ordo ſenſus & intellectus magis ſeruandus eſt, quam abuſiuus ordo verborum. Caſus, vertente controuerſia inter duas eccleſias ſuper poſſeſſionib. de Anabia, Papa reſcripſit,q̃ ſi alterutrapartium citata legitime præſentiam iudicum adire, vel in iudicio parere contempſerit, iudices deberent partis præſentis probationes recipere, & quantum de iure poſſunt in cauſæ cognitione ad deciſionẽ procedere minime tardarent,qui iudices lite non conteſta.receperunt teſtes. Papa reſcribit, q̃ in his, in quibus eſt legitime proceſſum,ſeruetur proceſſus,ſed in eo, in quo non eſt ſeruatus ordo iudiciorum, Papa decreuit illud irritum,mandans tã in principali, quam in incidentibus per eoſdem iudices ap.remota,fore canonice procedendum. Ibi, ſuper poſſeſſionibus, iſtud vocabulum importat poſſeſſionem, detentationem, & dominium.præſertim in actione vniuerſali,vt ff.de petitio.hæredi. l. item veniunt.Ibi, q̃ ſi alterutra.non dicit,vtraque parte

a abſente non poteſt procedi,vt no. C.de a iud.l. properandum.

1 † Ibi,legitime,quia ſi citatio non eſt legitima,proceſſus eſt nullus ipſo iure,vt no.C.de accu.l.2.& l.abſentẽ,quia non patet in greſſus ad iudicium niſi per citationem, vt Inſti. de pę.temere

2 liti.§.fi.Ibi,adire,ſ. perſonaliter,† Ibi parere,ſ.per procuratorẽ, dicẽt,q̃ non ſufficit venire, ſi non facit id, ad q̃ eſt citatus, vt ff.de fide.c.liber.l.non tm.§. ſiue. Nam pro abſente haberi dẽt, qui non facit id,ad q̃ venit,vt ff.de excuſ.tut. l. ſcire oportet.§. ſufficit. Ibi, ſi legitime, ideſt quatenus legitime:nam q̃ eſt factum cum ordine, non vitiatur pp id, q̃ eſt factum ſine ordine,vt C.qũo & qñ iud.l.ſi vt pponis,& no. ff.de re iud.l.cum q̃

3 rebatur,per Bart.† Ibi,ſuper incidentib.in quibus etiam debet ſeruari ordo iuris,quod dico,vt ff.de teſta.l.ſi quæratur,p Bar. de mino.l. intra vtile. No. hic,q̃ Papa non intelligitur ſcribere

4 contra ſolitum ordinem iudiciorum.† No. q̃ clauſula,quantum de iure poteritis, reſpicit totum proceſſum,quia & ſi nõ apponeretur, tacite ineſſet. No. q̃ verba reſcriptorum ſunt ſane interpretanda, & ſic de iure cõi. No. q̃ facta & actitata per iudices imperitos errantes in intellectu reſcripti reuocantur in irritum, & ſic bona fides, quę ex iuris imperitia oritur,non prodeſt.Quæro, quę fuit ratio dubitandi in iſto c. Sol.qa clauſula,quantum de iure poteritis,ſequebatur poſt illud verbum, probatione.ſed iſtud non obſtat, quia ſermo debet intelligi ſeruatis temporibus congruis: non eſt enim procedendum præcipiti via,ſed prius priora. Sed opponitur, quia non eſt recedendum a ſitu verborum. Nam vbi ſunt ſituata, ibi operantur.

5 † Itẽ ſeruandus eſt ordo ſcripturę,de conſe.diſt.2. c.in Chriſto pater.Solu. illud eſt verum, ſi rationi congruit.maior eſt enim ordo orationis,quam ſcripturę.ff.de hęre.inſti.l.talem,in prin.

6 † Et error præpoſterationis poteſt corrigi,dummodo corrigat ſtatim, vt ff. de ver.ob.l.j.§. cum adijcit,ver. alias non,vt C.de hæred.act, vt debitum. tamen non omnis præpoſteratio vitiat, vt ff. de euicti.l.ſi mancipium. §.j. vbi de hoc, & C. communi diuidundo.l.pen.& interdum præpoſteratur conſtructus verborum propter habẽdum ſanum intellectum ſcripturę, vt no.

7 ff.de contrah.emp.l. cum venderes.† hoc facit pro ſuſtentatione libelli,Peto cogi,& condemnari. Sed Bar. dicit, q̃ iſte libellus proced t,quia ad iuſtitiam debet referri.ff. de re iu.l. ſi cum nulla, quia agens non ederet actionem, nec aptam concluſionem,non ergo nocet præpoſteratio.vt ff.de peculio legato. l.q̃ dam,ſed omiſſio concluſionis. de hoc dixi in l. 1. C.de exe.rei iu. Porro cõpulſio venit officio iudicis mercenario,quod nõ

8 ſubſiſtit ſine principali.† Quæro, qualiter ſunt interpretanda priuilegia? Reſpondeo,vt tale quid operentur,vt l.1. ff. ad munici.niſi ſuperueniat caſus non cogitatus, vt l.ex facto, in prin.

9 ff.de vulg.ſubſtitutio.† Quæro, qualiter ſunt interpretandę diſpenſationes? Reſpondeo, ſtricte ſecundum Inno.quia iuri cõria, etiam ſi fauorabilia, ſint ſtricte interpretantur,vt no.in l.fi. ff.de condi.indeb.& ita, q̃ duę diſpenſationes non concurrãt,

10 vt l.j. C.de dot.promiſſio.† Quęro, qualr interpretantur verba generalia? Reſpondeo iuxta rationem recti ſermonis. ff.de auro & arg.lega.l. Plautius,& ita.q̃ interpretatio non ſit captioſa, vel fraudulenta.ff.de tranſactio. l. cum Aquiliana. ff. de pact.l.

11 tres fratres. † Quæro, qualiter interpretantur dicta teſtiũ? Reſpondeo ad bonum intellectum,vt non cauillãdo ſm Io.And. & Inno. quod arbitrio iudicis relinquo, conſiderata qualitate teſtium,& ita intelligo ca.cum tu fili. ĩ. de teſtibus,ſaluoquod obſcura debent interpretari contra illum, cui incumbit neceſ-

12 ſitas clare probandi,vt ĩ.de prob.cum in preſentia.† Quæro de teſtibus,quorum vnus dicit ante guerram,alter poſt guerram, vtrum neceſſario vnus eorum ſit falſus teſtis? quidam dicunt q̃ non,quia poteſt intelligi de medio tempore.ff.ſolu.mat.l.inſulam.ff, ſi cer.pet.l.2,ver.veluti. ſed iſtud eſt refugiũ miſerorũ,

13 † Quæro, quid operetur cl'a, quantum de iure poteritis? dicit Inn.q̃ iſta comminatio non eſt peremptoria, niſi emanauerit in tertia dilatione.ego addo, vel niſi ſtet in arbitrio iudicis, ſed ſi dicat,procedemus ad ſententiam, peremptoria eſt, vt no.in

14 l.ſi apparitor.C.de cohortalibus, in lib.12.† Quæritur de iſto libello,dico ſententiam nullam,& ſi qua eſt,appello, an ſit præpoſterus? & videtur quod ſic,quia cauſa appellationis principalis eſt quæſtio, ſed cauſa nullitatis venit per modum inciden-

15 tię,vt no.C.quando prouo.non eſt neceſſ.l.j.† & eſt ratio, quia nullitas non defert iuriſdictionem ſuperiori.Nam ſi defert,interim innouatum reuocaretur per viam attentati, quod eſt falſum,vt l.vltima. C. de ord. iudic.Sed iſta ratio non concludit. nam ſæpe de incidentibus cognoſcitur, vt C.de ordi. iudic.l.1. & hoc quando incidit ex parte actoris,ſed ſi ex parte rei peremptoriam opponentis, actor debet prius probare, deinde reus, vt ff.de rei vendi.l.officium,& C. de exceptio.l. ſi quidem.Dicit aliquis,nonne nullitas coram ſuperiore ventilatur, vt C.de accuſa.l.abſentem? reſpondeo,ſic per viam ſimplicis querelæ, quæ non ſuſpendit iuriſdictionem primi iudicis. & ideo poteſt ſuam ſententiam exequi,niſi nullitas appareat ex proceſſibus,nam qui petit executionem, debet producere proceſſum cauſę, & ex eo patebit nullitas, vt in noſtro c. & ſic nihil veniret probandum ab ipſo, qui nullitatem allegat, vt ff.de re iud.l. ſi cum nulla,& l.4,§.condemnatum,& ibi per Bar.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde q̃ citatus comparere non debet ſi citatio eſt nulla.Ruy.conſi. 150.nu.7.lib.5,Et citatio,quæ nulla eſt,per comparitionem validatur.Ruy.cõſi.117.nu.5.lib.5.

SVM-

Baldus super j. Decretalium.

SVMMARIVM.

1 *Allegans numerum, vel iuramentum, vel confirmationem, probar debet.*
2 *Tempus probari debet per eum qui excipit.*
3 *Assignare, significat iuris effectum, cum executionis tractatus.*
4 *Papa mandante quem recipi in canonicum, & ei præbendam conferri, si qua vacat, an, præbenda nondum vacante, debeat recipi in canonicum.*
5 *Canonia est res incorporalis, præbenda vero corporalis.*
6 *Inuestitus de canonicatu & præbenda, an propter delictum possit diuestiri sola præbenda.*
7 *Restitutus ad canonicatum, an uideatur restitutus ad præbendam.*
8 *Restitutus ad bona, si ad sanam mentem restitutus non fuerit, administrare non poterit.*
9 *Canonia potest esse sine præbenda, & reditibus.*
10 *Ad possessionem probandam non est necesse probare fructuum perceptionẽ, & ex duobus aduersarijs quis dicatur melius possessionem probasse.*
Rescriptum super canonicatu & præbenda in ecclesia vltra numerum impetratum non valet, si de numero iuramento firmato & confirmatione sedis Apostolicæ roborato non facit mentionem.
11 *Rescripto gratiæ subreptitio, an opus sit obijcere exceptionem veritatis tacitæ.*
12 *Exceptio facti, vel intentionis exclusiua per sententiam in contrarium latam vel euanescit, vel omnino velatur.*
13 *Exceptio gratiæ, & literarum peremptoria, potest vsque ad sententiam opponi, solarum vero literarum ante litem contestatam.*
14 *An iuramento super determinato numero, se. Apost. confirmatione roborato possint renunciare canonici.*
15 *A iuramento per canonicos præstito de non recipiendo canonicos vltra numerum ordinarium, intelligitur excepta Papæ voluntas. Idem in iuramento fidelitatis, vt exceptum intelligatur ius Papæ, vel Imperatoris.*
16 *Prælatus si iurat non alienare Romano Pontifice inconsulto, si impetrat, quod alienare possit, non est necesse, quod de tali iuramento faciat mentionem.*
17 *Iurauí soluere intra mensem, si impetro a Papa maiorem terminum, debeo de ipso contractu facere mentionem, alias impetratio non valet.*
18 *Tutor est obligatus per iuramentum, ac si iurasset sub certa specie, & nõ potest absolui a iuramento inuito adulto.*
19 *Inobstantibus rescripto inspicitur tempus datæ.*
20 *Principium spectandum est, vbi lex assistit, vel resistit actui.*
Tempus datę, an inspiciatur, an tempus vacationis.
21 *Papa familiaribus cuiusdam Episcopi concessit priuilegium, ꝙ præferantur cæteris paríb Titius ante priuilegium impetrauerat, & posi effectus est familiaris Episcopi, demum vacauit præbenda. inspiciendum ne erit tempus datæ, an vero tempus vacationis.*
22 *Qualitas adiecta verbo substantiuo, requiritur secundum tempus verbi.*
23 *Committens in legem, beneficium legis perdit. idem in iuramento, contractu, & decreto.*
24 *Decanus cum capitulo licet non possint statuere de non recipiendo canonicos vltra certum numerum, nihilominus tenentur iuramentum, superinde interpositum seruare.*
25 *Iurans non petere, an excludatur a litis contestatione.*
26 *Electus, vel præbendatus non legitime, potest quandocunque de eo constiterit, remoueri.*
27 *Papa si mandat conferri præbendam, si qua vacabit, vtrũ possit conferri prę benda præsentialiter vacans.*
28 *Præsens efficitur futurum contumaciæ.*
29 *Præbenda si vni, vacans alteri vacatura, collata fuerit, nec verbum vacans, vacaturam, nec econuerso continebit.*
30 *Numerus præbendarum iuramento firmatus, vel a sede Apostolica confirmatus, non potest augeri, vel restringi per capitulum.*
31 *Omittens exceptionem de numero iuramento firmato, an sit periurus.*
32 *Clausula generalis, non obstantibus consuetudinib vel constitutionibus iuramento firmati s, an tollat statutum iuratum & confirmatum, de certo, & determinato numero canonicorum.*
33 *Mentio vacationis includit mentionem numeri, non autem iuramenti, aut cõfirmationis.*
34 *Vbi determinatus est numerus canonicorum, sed non prębẽdarum, literę Papæ, ꝙ prouideatur si vacat, vel vacabit prębenda, an valeant.*
35 *Gratia potest fieri præsenti sine literis, nisi requiratur clausula obstantium, vel adsit alius impetrator.*
36 *Magna priuilegia requirunt scripturam.*
37 *Ordo in rescriptis debet seruari.*
38 *Numerus præbendarum si non est taxatus, an per executores facientes recipi aliquem in canonicum prouideri possit.*
39 *Permutatio excludit expectantem, item vnio fauore ecclesiæ facta.*
40 *Papa mandante mihi prouideri, vel pensionem dari, non debetur pensio, licet canonicorum iuramento ea comprehensa non sit.*
41 *Exceptio peremptoria, vbi ius agendi oritur ex rescripto, debet opponi ante litis contestationem, secus si ante rescriptum competebat.*
42 *Exceptio inimicitiarum capitalium ligat manus iudicis, etiam si non appelletur.*
43 *Exceptio inimicitiarum debet ante omnes proponi.*
44 *Inimicitia vbi de ea excipitur, debet esse manifesta, non .n. præsumitur, quia est contra ius naturale.*

CAP. XX.

CONstitutus. Non valet rescriptum super canonicatu & præbenda in ecclesia vltra numerum impetratum, si de numero iuramento firmando & confirmatione sedis Apost. robo rato non facit mentionem. Et tria facit, primo ponitur tenor mandati Apostolici, & petitio impetrantis. Secundò ponit allegatio partis aduersę. i. capituli ibi, verum &c. Tertio ponitur diffinitionis commissio ibi, discretioni Casus. quidam P. clericus impetrauit a summo Pontifice Celestino, ꝙ reciperetur in canonicum & fratrem in ecclesia Biturícensi, & præbenda cõferret eidem, si qua tunc ibi vacaret, alioquin de proximo vacatura, contra quod rescriptum canonici opposuerunt de certo numero iuramento firmato, & per Romanum Pontificem confirmato, de quo in literis non fiebat mentio. Vnde literę vi debantur impetratæ tacita veritate, Papa mandat decerni irritum & inane, quicquid factum est occasione literarum ipsarum, si statutum numeri tempore datæ vigebat, alioquin prouideatur impetranti de prębenda, si qua vacat, appellatione remota. Ibi, præcipiendo mandauit, tam primæ quam secundæ literæ laborant eodem morbo, & sume ar. quòd secunda iussio non dat robur literis nullis & subreptitijs. Ibi, ac circũueniisse, i. decepisse re, & consilio, vel saltem re, si forte impetrans
1 ignorabat. Ibi, constiterit, no. ꝙ qui allegat numerum, vel iuramentum, vel confirmationem, debet hoc probare. & est ar. ꝙ minor non præsumatur iurasse, nisi de hoc fiat mentio in in-
2 strumento. ff. de verb. ob. l. sciendum. † Ibi, antequam, nota a tẽ-
a pus probandum per eum, qui excipit. facit. C. de probat. l. matrem tuam. Ibi, irritum, ipso iure, vt l. j. ff. de iniusto testamẽto.
3 † Ibi, assignari, istud verbum, assignari, significat iuris effectũ cum executionis tractatu. assignare aliquando ponitur pro tradere. ff. de contrahen. emp. l. qui officij. §. fin. aliquando pro iure imperfecto. ff. de aqua quot. & esti. l. j. §. fi. aliquando pro custodia. ff. nau. caupones stabu. l. j. §. fi. licet executor sciat voluntatem domini, seu mandatoris, tamen nisi procedat ad executionem, res est imperfecta, vt ff. de dote præle. l. Theopompus. & creditur ei de executione, si iurat se executum esse, & ꝙ hęc ei nihil acquirit, aĺs secus, vt no. Bart. ff. de iu. fis. l. deferre. §. idẽ decreuerunt. No. ꝙ dixi in summario. Item no. ꝙ literæ surre-
4 ptitiæ de gratia sunt ipso iure nullæ. † Prima glos. quærit, pone, Papa mandauit quendam recipi in canonicum & fratrem, & sibi conferri præbendam, si qua vacat. Modo quęritur, si nondum vacat præbenda, an saltem debeat recipi in canonicum. dicunt quidam ꝙ non, quia vnum est mandatum, ꝙ nõ potest esse pro parte purum, & pro parte conditionale, quia indiuiduum est quo ad cessionem dici, licet habeat duas virtutes. Contrarium est verum, quia sunt duo mandata, quorum vnũ repræsentatur, aliud differtur. ff. de testamentaria tute. l. quęro. §. Lucius. nec est nouum, ꝙ præstatio diuidatur temporibus. ff. quando dies lega. ce. l. nec semel. §. si de habitatione, & l. nec refert. sicut testator legat mihi fructum frumenti & vini, non suspenditur pręstatio frumenti propter vinum, ꝙ non est adhuc natum. ff. de ver. ob. l. inter stipulantem. §. sacram, & l. interdũ. Item separatorum separata est origo naturalis, vt no. ff. de dolo. l. hæredibus, & essentia. ff. de seruit. vrb. præd. l. si domus, &
5 origo ciuilis. ff. de tute. & ratio. distrah. §. in tutela. l. j. † Item ca-
b nonia b est omnino res incorporalis, sed præbenda corporea est res omnino corporalis, vt Instit. de rebus corpo. & incorpo. Item canonia est ad officium, præbenda vero ad beneficium, quod etiam impuberi post infantiam conferri potest, nisi tali beneficio officiũ sit annexum. c. si eo tempore, de reseri. lib. 6. in nouella. item ex canonia surgunt actus pro fructibus eius, vel legere, & psalmizare, & reliqua, sed ex prębẽda surgunt fructus naturales & fruibiles natura, vt frumenti, & vini percept o. Et ideo per electionem probatur possessio canonicalis.
6 sed per locare non probatur possessio præbendalis. † Sed nunquid inuestitus de canonicatu & præbenda propter delictum possit diuestiri de sola prębenda? arg. ꝙ non. ff. de lib. & posth. l. si ita. §. regula, propter causæ coniunctionem. Si quis sit priuatus canonia, nullos actus canonicales facere potest, quia priuatio habitus habet inducere priuationem actuum, & quia cum capite fortunas perdit. ff. de secun. tab. l. qui ex liberis. §. testamento, & res tacite sequuntur. ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. si libertate. C. si pendente appellatione mors interuenerit. l. 3. & remotus ab actu perdit stipendia, de excus. tut. l. Nesennius, &
7 l. j. C. de re milit. li. 12. † Sed an rest. rutus ad canoniam videatur restitutus

ADDITIONES.

a Vide alleg. per d. And. Barba. in repet. rub. C. qui admi. & ibi etiam Balzarinus in ver. verbum, assignari, quid importet.

b Vinc. God. Canonia & prębenda, an idem sint, Card. in cle. 2. de iudi. & plene in cle. fi. 15. q. de præb. Et quando præbenda possit esse sine canonia. Abb. in c. cum M. de constit. Rota in decis. 454. quidam. in nouis.

BIU Cujas

reſtitutus ad præbendā? & vr̄ ꝙ nō, quia licet impetret quis remiſſionem culpę, non tn̄ hēt reſtōnem gratiæ. Sed ꝯrium credo, niſi præbenda ſit interim alteri aſſignata, vt in c. q̄uis, e. tit.
8 lib. 6. † Et reſtitutus ad bona, ſi ad ſanam mentē non ſit reſtitutus, non poteſt adminiſtrare. C. de ſent. paſ. l. in quæſtione teſtī. non eſt in ptāte humana, ſed diuina reſtituere aliquem ad bonos mores, vel ſanam mentem. Item ſi teſtator legat mihi duas res, quarum vna eſt in commercio, ſiue diſpoſitionib. hominum, altera non eſt, ſed eſſe ſperatur, non differtur certum pp incertum, quia diuerſa diſpoſita ſunt & nulla catena rationis
9 coniungunt, ad hoc. ff. quorum legatorum l. j. §. ſi duę res. † Ex his patet, ꝙ canonia pōt eſſe ſine præbenda, & ſine reditib. ſicut poſſumus hr̄e proprietatē fundi ſterilis. Quinimo ēt vſumfructum iuris, licet non habeam commoditatem facti. hoc manifeſtum eſt, quia locus ēt ſterilis poſſidetur, vt ff. de reb. eorū. l. ſi fundus, ſic. ff. de vſufru. l. arborib. §. de illo, vbi eſt tex. valde notabilis. & fiſtulę poſſunt eſſe ſine aqua, & tacite accedunt, licet non interſit. ff. de ꝯh. emp. l. ſi aquæductus, cum l. ſeq. Etiā ſurgit ex hoc, ꝙ canonia pōt eſſe ſine reditib. ſecundum Bern. ſicut hæreditas ſine corporib. quia corpora ſunt accidentia incorporalium, non propria eorum eſſentia, vt l. hæreditas ēt. ff.
10 de pet. hęr. † Item ex prædictis apparet, ꝙ ad probandū poſſeſſionem non eſt neceſſe probare fructuum perceptionē, dummodo probentur aliqui actus poſſeſſiui, q̄q̄ duob. aduerſarijs probantib. ille intelligatur melius probaſſe, q probat actus magis efficaces, & magis principales, vt no. C. fi. reg. in l. ſi quis ſuper. Demū hic vides, ꝙ non tenet impetratio, niſi fiat iuramen
11 ti mentio. † Quæro, nunquid teneat ipſo iure, an oporteat excipi de tacita veritate? & dic ſiue excipitur, ſiue non, ipſo iure non tenet, quia exceptio non firmat id, quod eſt ipſo iure
12 nullum, arg. ff. de app. l. ſi expreſſim † dr̄ enim hęc exceptio facti, ſiue intentionis, ſ. excluſiua, quia fruſtra laborat, qui agit, niſi forte in ꝯdictorio & examinatorio iudicio ſit quæſitū de hac exceptione, & ſit pronunciatum ꝯ excipientem. nam exceptio facti tollitur hoc modo. caſus eſt notabilis. C. de fide inſtr. l. fin. §. vlti. quamuis igitur vſque ad ſententiam ſit exceptio peremptoria intentionis, ideſt propoſiti agentis, quia omne agēs habet propoſitum vincendi, vt ff. ad legem Falc. l. in ratione. §. cum quidam. tamen ſententia in contrarium lata annihilatur exceptio ipſo iure, quia iſta non eſt exceptio naturalis, ſed in-
uenta ex naturali ingenio, tamen eſt de iure ciuili, & ideo per ſententiam tolli poteſt, vel ſaltem ita velari, ac ſi non eſſet in rerum natura, arg. eorum, quę no. ff. de ꝓd. inde. l. ſi non sortē.
58 † Item nemo poteſt ſibi adiudicare territorium alienum.l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſer.ven.ff.de bo.auth. iudic. poſſ.l. cū vnus. §.is
59 qui. † Quæro, inquiſitio [a] vtrum ſit remedium ordinarium?
a Inn.tangit hic,q̄ ſic,& tamen ceſſat ſuperueniente cauſa & accuſatore re integra:ſed ſi inquiſitio eſſet iam liquidata, nō ceſſaret inquiſitio,ar.C.de abo.l.2. & C. de compen.l.fi. Bar.dicebat,q̄ inquiſitio neceſſaria ex forma ſtatuti eſt remedium ordinarium.Ego dico,q̄ inquiſitio,quæ fit contra iuris ciuilis regulas in caſibus ſpecialibus eſt extraordinariū remedium,quia fit officio iudicis,ſed illa, quæ fit ſecundū iuris canonici regulas,
60 eſt remedium ordinarium,quia regulare. † Eſt autem inquiſitio proceſſus,qui pro motu iudicis ordinarij fit contra diffamatos.C.de offi.recto,prouin.l.iuſtiſſimos.delegatus enim non inquirit,motu ꝓprio.ſ.ſed iuxta mandatum delegantis, vt ĵ.de iudi.c.exhibita. Et adde,quod dicam.ĵ.de iureiur.ca.ad noſtram,
61 el 2.† Et no. q̄ ſi iudex inquirens errat in loco,vel menſe delicti, non tamen debemus dimittere compertum facinus impunitū, Idem,ſi non appoſuit locum,vel tempus in inquiſitione,tamē in ꝓbationibus eſt probatum, quia propter hoc non debet dimittere maleficium impunitum.Ita intelligitur illa gl.ſing.que eſt In ſti.de pub.iud.in prin.ſi tamen ab initio opponeret defectus iſtarum circunſtantiarum,nō ꝓcederet inquiſitio, vt no. Iac.Bu.In ſti.de act.in prin.& Bar.ff.de accuſ.l.l bellorum.Exceptiones vero quo ad circunſtantias non declaratæ poſſunt de-
62 clarari in probationibus.c.præſentium,in fi.de teſt.lib.6.† Et iudex,qui non inquirit contra notorios diffamatos,vel denūciatos a cuſtodibus territoriorū, dēt puniri ſimilitudine ſuplicij, vt C.ne ſanctum baptiſma.l.fi.in fi.Et econtra ſi fingit cauſam, vbi non eſt,debet puniri.C. de excu.tuto.l.ſeueriter.ff.de cuſto. reo.l.diuus.Nam nimia improbitas debet ſubiacere legum ſe-
63 ueritati.C.ſi contra ius,vel vti.pub.l.& ſi legibus. † Pone, quod quis eſt proſecutus confictam appellationem, quam nūquam interpoſuit,& in diſceptatorio examine reportauit victoriam coram ordinario,vel delegato, nunquid valet ſententia? dicit hic Io.An.quod ſic.vnde non oportet,q̄ qui vincit in cauſa appellationis,oſtendat ꝓceſſum primę cauſę,quod eſt no.dignū.
64 adde quod no.Inn. ĵ. de fi.inſtru. c. G. ꝓpetuus. † Quæro,dicit glo.q̄ non valet reſcriptum cōtra rem iudicatam impetratum, de qua non eſt facta mentio, & ego dico,q̄ non valet,etiam ſi
65 ſit facta mentio,vt C.ſen.reſcin.non poſ.l.fi. † Quid ergo,ſi iudex delegatus pronunciauit contra primam ſententiam,nunquid ſecunda ſententia valet?dic q̄ ſi fuit exceptum de prima ſententia in modum peremptorii,& de ea liquet, non valet,vt C.quando ꝓuo.non eſt neceſſ.l.1.quia eſt ita patens calumnia, & iniquitas,quod velari non poteſt, euidens.i.notoria calumnia in ꝓceſſoribus,res etiam ſemel deciſa reddit contrariam ſententiam nullam.nam talis ſententia non poteſt haberi ꝓ veritate, ergo non tranſit in rem iudicatam, non ob.ff. de excep. rei iudic.l.duobus,quia ibi quis venit contra ſententiam ꝓ ſe latam,litem de nouo mouendo,& ideo ſibi imputet. Sed quæſtio noſtra quærit,quando quis venit contra ſententiam latam ꝓ aduerſario.vnde nō eſt quid imputēt victori, qui ꝓ primam ſententiam, obtinuit, & ideo nimirum, ſi prima ſententia, quæ pro veritate habetur, præiudicat poſteriori, maxime lata ab eodem iudice & ex eadem inſtantia. ſucceſſor enim poſſet habere ꝓbabilem ignorantiam de prima ſententia, & tunc ꝓpter dubium ſecunda ſententia valeret, vt ff. de cond.in de.l. eleganter.§. ſi poſt.Item eo ipſo,q̄ quis excipit, rem dubiam facit,quia ſubiicit ſe diſcrimini ꝓbationum,vt no.Inn.in c.ſtatuimus,de offi.delega.dico igit̄, q̄ d.l. 1. C. quando ꝓuo.non eſt neceſſ. habet locum, ſiue primus libellus de nouo offerat̄,ſiue de nouo libellet̄,vt ſit litium finis,vt ĵ.de re iud. c.inter mona-
66 ſterium.de hoc no.Io.An.hic in nouel. † Quid ſi dominus in ꝓpria ꝑſona ſuccumbit,& in ꝑſona procuratoris obtinuit? reſpon. in corpore ſunt duæ ꝑſonæ, ſed repreſentatione vna eſt, & ideo idem,quod in vna ꝑſona iuris eſt.de hoc no. in d.l.1.C. quando ꝓuo.non eſt neceſſ.& ar.ff.de pa.l.ſi plures,& tamen interdum habet quis ꝓ alium,quod ꝓ ſe habere non poteſt.ff.de contrata.l.ſi poſt mortem.§. fi.ff.de bo.auth. iud.poſ.l.cū vnus, ff.de fruc.& li.expen.l.fin.C. de tem. in ꝓpe.reſt.l.petendæ.ſed ibi eſt alia rō, ſ.equitatis, & æqualitatis ſeruandæ. Quæro,dicit gl.q̄ quis tenet̄ facere mētionem etiam de modico beneficio. Pone,magiſter cantus hēt ſtipendiū in eccla, quia docet cātare, impetrat præbendam, nunquid teneatur facere mētionem de ſtipendio?rñ.non, quia ſtipendium non eſt beneficium eccleſiaſticū, cum non ſit deputatum alicui iuri ſpūali,puta canoniæ,vel ordini, ſed eſt mere profanum. ff. de don. l. Aquilius
67 Regulus.† Sed ecce,eſt qō de cōfinib. & teſtes variant, nunqd in iſto dubio iudex teneatur ꝓnunciare ſuam eſſe iuriſdictionem? Rñ ſic, ſi de hoc quæritur incidenter, quia hoc eſt ſpe-
68 ciale in iuriſdictione,vt ff.de indic.l.ſi quis ex aliena.† Et cōclude,aut conſtat de iuriſdictione,aut conſtat de non iuriſdictione,quia notorie quis citat̄ extra iuriſdictionem,vt ſi iudex,qui eſt vltra mare, citet me:aut eſt dubium de iuriſdictione,vel territorio.Primo caſu debeo comparere non expectata alia interlocutoria ſuper iuriſdictione, & ſi non compareo,debeo mulctari.Secundo caſu non tenеor comparere coram iudice, qui non eſt meus nec re,nec geſtu,i.quia nūquam ſe geſſit ꝓ iudice meo.tenementi iſtum modum, qui tribuit tibi intellectum, Tertio caſu tenеor comparere,tū non poſſum mulctari,niſi lata interlocutoria ſup iuriſdictione, contra q̄ pendet exceptio, ita intelligit,quod no.fi.ſi quis in ius voc.nō ierit.l. ex quacunque.ff.iudi.ſol.l.vir bonus,& hoc ꝓ Bar.An ꝓpter vitium ꝓnūciationis ſentētia reddat nulla?dic q̄ ſic,ſi iudex expreſſe errat in ſtatuto legis,vel ratione eius,tex.eſt notabilis.C.de excu.tut.l.q teſtamēto.Et adde,quod no.ff.de peti.hær.l.ſi putas, & ff.de tut,
69 & cu. da. ab his. l.tutor ſi petitus, ibi tex.no.† Sed nunquid falſus [b] ꝓcurator ꝓnunciatus verus ꝓ interlocutoriam efficiat̄ verus ꝓcu.dicit Iac.de Are.q̄ non, in l. 1. §. item Pomponius.C. quod falſo tu.auth.ar.contra C. de fide inſtr. l. fi.in fi.Idem dico in fund.tus falſo prælato, qui prælatus non eſt datiuus, ſed electiuus, vel aliter ꝓ canonicum ingreſſum aſſumendus.c.1. de reg.iu.li.6.Et no.q̄ tutor dubius poteſt legitimari ꝓ decretū iudicis.Itē dubius ꝓcurator p̄ſtita cautione rati.ff.de dam.inf. l.inter quos.§.alieno.Sed falſus ꝓcurator apparenter & exiſtēter nō pōt ꝓ decretum iudicis legitimari, quia debet conſtitui
70 a dño,vel quaſi domino ſm Iac.de Are.† Quæro,nunquid falſi tutoris authoritas poſſit conualeſcere, ſi adultus factus maior habeat ratum?& videtur q̄ ſic.l.ſi tutor,in quibus cauſis in integrū reſtit.non eſt neceſſa. In ĵrium vī, qa reſcindit ꝓ edictū p̄toris.ergo ſubſiſtere non pōt,ſi intereſt.d.l. 1. qd falſo tutore.

ADDITIONES.

a Vide omnino Pan.in rub.infra de iu.verſi.an autem proceſſus &c.& ibi late ſcripta per Mod.& adde eundem Pan.conſilio 25.& latius Cal.conſi.51.& in titu. de accuſ.

b Vinc.God.Falſus procurator tripliciter dicitur,ſ.proprie,propriiſſime,& improprie.Bal.in l.falſus.col.1.C.de fur.Iaſ.in l.ſi procuratori falſo, col. 4. in prin.ff. de cond.ob cau.& quot modis dicatur,declarat Pet. de Anch.in c.noſtro. colu. pen.ver.vlt.circa materiam.de procur.

SVMMARIVM.

1 *Abbas ex officio ſuæ prælationis tenetur ſuæ cogregationis negotia ꝓcurare,niſi conuentus & abbatis negotia eſſent omnino diſcreta.*
2 *Abbatis nomine continetur eccleſia,& econuerſo.*
3 *Officij nomine factum præſumitur,quod citra ius & nomen officij fieri non poterat.*
4 *Mandati præcedentis, vigore agere præſumitur, qui proprio iure non poteſt. alias præſumitur proprio iure.*
5 *Plures ſi admittuntur ad communionem officij publici,et ſimul delinquūt in officio,quilibet tenetur pro parte.*
6 *Reſpondere non dicitur,qui reſpondet,ſed non legitime.*
7 *Prælatus,ſicut & tutor,ad plenitudinem adminiſtrationis vocari dicitur.*
8 *Prælatus ſine capitulo agit,& defendit niſi cauſa ſit ardua vel de magnis rebus,vel capitulum ex iuſta cauſ. contradicat.*
9 *Patrem eſſe legitimum adminiſtratorem,quomodo intelligendum.*
10 *Conſenſus patris requiritur,vbi lis conteſtatur in pertinentibus ad filiū pleno iure.*
11 *Negocium commune prelati & capituli,per quem expediatur & nu.23.*
12 *Filiusfamilias de peculio,ſibi per patrem conceſſo,poteſt eſſe in iudicio.*
13 *Inſtrumentum ſi dicit,talis abbas & conuentus, tractatibus præcedētibus, vendidit,ſi non apparet alio modo de tractantibus, iſta verba nocent perſonis contrahentibus,ſed non eccleſiæ.*
14 *Inſtrumentum ſi dicit,donauit pro bonis & legitimis meritis,probat merita, ſi interuenit inſinuatio.*
15 *Bona capituli aſſimilantur caſtrenſi peculio.*
16 *Capitulum ſi agit,vel reſpondet,& prælatus ex interuallo conſentiat,an iudicium conualeſcat.*
17 *Commune,meum eſt participatione.*
18 *Ratificatio patris non conualidat proceſſum ſolius filij.*
19 *Conſenſus ex interuallo ſuperueniens quibus caſibus tribuat validitatem.*
20 *Authoritas ex interuallo adhibita nunquam tribuit validitatem.*
21 *Permutatio facta per prælatum,& capitulum,tractatu præhabito,an valeat ſi Epiſcopus poſtea ratificet,vices ſuas interponendo.*
22 *Verba,vices ſuas,poſſunt ſignificare tam conſenſum,quam authoritatem.*
23 *Capitulum vertente inter ipſum & prælatum queſtione,an habeat legitimā perſonam ſtandi in iudicio.*
24 *Reſtitutio in integrum quandoque datur maiori,item minori etiam adulto in poſſeſſorio.*

BIU Cujas

25 *Prælatus in cauſa communi agere poteſt etiam nomine prioratuũ, & eccleſia rum ſubiacentium, in bonis vero diuiſis quilibet per ſe agit.*
26 *Prælatus cur conueniri poſſit ſine eccleſia, ſed non econtra.*
27 *Eccleſia in prælato paſſiue eſt, non actiue.*
28 *Capitulum an habeat plenam adminiſtrationem, & legitimam perſonam de per ſe in bonis proprijs, et an poſſint capitulares eſſe teſtes in cauſa capituli.*
29 *Abbas poteſt concedere monacho adminiſtrationem certarum poſſeſſionũ, pro quibus poterit agere, & conueniri.*
30 *Conſenſus capituli requiri non debet, ſi canonicus contra ſuum capitulũ, vel alium eiuſdem capituli canonicum agere velit.*
31 *Authoritas patris requiritur, quãdo eſt quęſtio inter duos fratres de peculio, quia vnusquiſque prætendit ſibi aſſignatum a patre.*
32 *Vacante eccleſia, an poſſit aliquid nouari.*
33 *Authoritatem quis præſtare debeat in iudicio, ſi collegium non conuenitur, ſed vnus ſolus de collegio.*
34 *Indiuiſa bona ſimul habentium, an poſſit vnus ſine alio agere.*
35 *Appellatio abbatis contra vtilitatem eccleſiæ interpoſita non tenet.*
36 *Procurator conſtitutus ad cauſas abſentiæ, non tenetur appellare.*
37 *Appellatione pendente quæ innouari poſſint, vel non.*

CAP. XXI.

1 DOceri.† In cauſa monaſterij conuenitur abbas per reſcriptum, in quo nulla ſit mentio de conuentu, nec per hoc poterit appellari, niſi alia cauſa rationabilis appellare permittat, quia Abbas ex officio ſuæ prælationis tenetur ſuæ congregationis negocia procurare, niſi abbatis & conuentus negocia eſſent omnino diſcreta. Et ſunt duæ partes. In prima duplex eſt quæſtio. In ſecunda ſolutio ibi, ſuper quo, expreſſo capite intelliguntur expreſſa membra eius indiuiſa, tamen aliud eſt iuramentum capitis, aliud membrorum, cũ duo iuramenta ſint, alterum prioris, alterum conuentus, vt in c. præſentium, de teſti. lib. 6. Si vero cauſa principaliter & ſpecialiter tãgit prelatum ſuo proprio nomine, non includitur conuentus. Io. And. Ibi in nouel. & vide omnino Cyn. de procu. l. nec tutores, in 4. q. Qui ſubmittit caput, ſubmittit bona. ff. de precario. l. ſi adoptauero. ff. de ſecun. tab. l. ex literis. §. 1. Caput vero põt agere p mẽbris ſuis, de offic. ordi. c. conquerente, per Inn. membra regulãtur a capite, vt Inſti. de ſatiſd. §. fi. Eccleſia eſt in prelato, ſicut ſpiritus appropriatus in corpore ſuo. Caſus. Aliquis impetrauit literas appellationem remota contra abbatem, nulla facta mentione de ipſius conuentu, modo iſte abbas conueniebatur ſuper cauſa communi ipſius & conuentus, quærebatur, vtrum teneretur reſpondere? & nũquid dicendo ſe grauatum poterat appellare? reſpond. q̃ tenetur reſpondere. & ratio, quare tenetur reſpondere, eſt quia negocia ſuæ congregationis cogitur procurare. Hæc ratio vera eſt, niſi abbatis, & conuentus negocia eſſent omnino diſcreta, aut agit de rebus & iuribus eccleſiæ, & cauſa eſt eccleſiæ: aut de rebus & iuribus perſonæ, & cauſa eſt perſonæ, non eccleſiæ, puta ſi principaliter agitur de eius p
a latura, de ope, no. nunc. ff. l. de pupillo. §. fi. per Bar. Baronia a habet membra, ſicut eccleſia, vt no. Inno. de foro compe. c. verũ,
2 † In tex. ibi, nulla mentione, ſ. expreſſa, ineſt tamen tacite, quia nomine abbatis comprehenditur eccleſia, vt ff. de an. leg. l. annua. §. 1. in verbo, tẽplo. & nomine eccleſiæ continetur abbas, & conuentus. dicit lex, q̃ etiam minus legitimus tutor repræſentat pupillum. C. in quib. cau. in inte. reſti. nõ eſt neceſ. l. ſi tu-
3 tor. ff. de le. 2. l. peto. §. mater.† Et illud, quod nõ poteſt fieri citra nomen, & ius officij, præſumitur factum eo nomine, quo fieri poteſt, & ad nomẽ ſequitur effectus, vt ſi dico, p curator, ſequitur procuratorio nomine, vt no. ff. de p̃cu. l. qua ratione, & ſic
4 nomen tuum operi tuo nomen imponit.† Omnis, qui facit aliquid, quod non poteſt facere in propria virtute, p̃ſumitur facere in virtute p̃cedentis mandati, Cy. C. de procu. l. quod quis. Et econtra, quod poteſt facere iure ſuo, & non alieno, videtur
b facere b iure ſuo p̃prio, Cy. C. de ap. l. 1. tamen non mutat rei naturam, vt Inſtit. de adop. vltimo reſponſo. Vnde licet abbas dicat, tali monacho noſtro &c. non facit eum monachum,
5 qui p̃feſſus non eſt, tex. eſt no.† Quod ſi plures admittuntur ad communionem officij publici, & ſimul delinquunt in officio, quilibet tenet pro parte, vt no. Bar. ff. de publ. l. hoc edicto, quod eſt notabile, Bar. Pro mõſtro eſt hic, vt maior ſit filius, q̃ pater, & monachus maior, q̃ ſit ſuus abbas, vt Inſti. de adop. §. minorem. Ibi, & eoſdem, id eſt datos de cauſis cõmunibus. Ibi, querelantibus, de ordinario erat minus dubium, ſed de legato poterat dubitari, quia perſona, quæ non exprimitur, non ſubintelligit. ff. de verb. oblig. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, in fi. Ibi, ac licet, ſecunda quæſtio. Ibi, poſſint. ſ. abbates. idem de cæteris prælatis tam regularibus, q̃ irregularibus. Item nec capitulum poteſt p̃pter hoc appellare, quia reſcriptum extendit ſe ad
6 capitulum. Ibi, rationalibus, vide j. eo. in clem. 1.† Ibi, legitime, omnis qui tenetur reſpondere, tenetur legitime reſpondere. C.
7 qui dare tu. poſſ. l. in vniuerſis,† Ibi, cum ex officio, ſcilicet prãturæ, & plenum eſt officium, ſicut officium tutoris, qui vocat in plenitudine adminiſtrationis. C. de epiſ. & cle. l. orphanotrophos. ff. de appellatio. l. cum in vna. §. tutor. Inſtitutio. de curato. §. interdum. ff. de adminiſt. tut. l. inter bonorum. Ibi, diſcreta. i. diuiſa quo ad ius adminiſtrandi, & realiter. ff. de adminiſtrat. tut. l. inter tutores. ff. de ſolu. l. q̃ ſi forte. §. 1. & l. quæro. Nã curæ diuiſæ non poſſunt p̃miſceri, vt no. in l. 2. C. de curatori. & exactori. lib. 12. Venio ad gl. magnam, & primo quæro, nunquid, ſi conuenitur Abbas, poſſit nominare congregationem in iudicio ad differendum p̃ceſſum in tempus, quo congregatio conſentiat? dicit glo. q̃ conuentus bene poteſt nominare p̃latum, quia non poteſt eſſe in iudicio ſine abbatis licentia. prudenter ergo facit, qui abbatem conuenit: Sed imprudẽter, qui ſolum conuentum ipſius, quia ſolus conuentus & ſolum capitulum non habet legitimam adminiſtrationem, quia eſt apud p̃latum, ſicut nec filius familias. æquiparat ergo glo. conuẽtum filioſa. & p̃latum patri ſa. qui ſolus eſt adminiſtrator legitimus,
8 vt l. 1. C. de bonis maternis.† Aduerte, in quantum glo. dicit, q̃ prudenter agit, qui abbatem conuenit, ſtatim dicit contrariũ, quia p̃latus ſine capitulo nihil agit: ſed hoc nõ eſt verum, quia imo agit, & defendit, niſi capitulum habeat iuſtam cauſam cõtradicendi, vt quia p̃latus eſſet ſuſpectus, vel minus idoneus. Nam capitulum cauſæ ſuæ adeſſe non p̃hibetur, arg. ff. de p̃curatori. l. filius. §. milites. ff. de iureiur. l. ſed ſi vnus. §. filio. vel niſi negocium eſſet arduum, ſicut eſt, quando quæritur de ſtatu & libertate monaſterij. Item de magnis reb. quod ſcilicet de rebus relinquit arb. trio iudicis, argumen. ff. de excuſ. tuto. l. propter litem, arg. ff. p ſocio. l. idemque. & ſi vnus maior & pater abbas haberet ſub ſe multos filios abbates, & eſſet quæſtio grauis, vel de ſtatu, requireret eius conſenſus in iudicio, ſicut in alienationibus. j. de iudic. cap. deputati, p Innoc. argum. ff. ad Maced. l.
9 filium habeo.† Quod autẽ dicitur de patre, quod eſt legitimus adminiſtrator, intelligit in rebus, in quibus habet vſumfructũ, non in his, quæ p̃tinent ad filium pleno iure, vt no. C. de bo.
10 quæ lib. auth. excipitur, & ff. commo. l. 3. §. ſi filio.† licet tamen non ſit legitimus adminiſtrator, requiritur tamen conſenſus eius tempore litis conteſtatæ, quia tunc radicat iudicium. ff. ſolu. ma. l. cum dotem. §. eo autem tempore. in conteſtatione litis incipit iudicium ſubſtantiari p actum trium pſonarum, in Auth.
11 de litig. §. omnem.† Quærit denuo glo. p quem commune negocium p̃lati & cap̃ituli expediatur? & dicit, quod p ſyndicũ conſtitutum a p̃lato & capitulo, & tutius eſt hoc, quam per ſolum p̃latum, argum. ff. ſolu. matr. l. 2. §. quod ſi in patris, & ff. de procu. l. filius. §. ſed & filia, & in cap. p̃ſentium, de teſt. li. 6. Et prudenter facit p̃latus, ſi non vult ſuſcipere iud cium niſi de conſenſu capituli. & prudentius, ſi p ſyndicum communiter conſt. tutum, & hoc quando bona non ſunt diſcreta, ſed
12 ſi ſunt diſcreta, quilibet de p ſe procuret factum ſuum.† nam & filius fa. poteſt eſſe in iud. cio de peculio ſibi conceſſo per patrem. ff. ſi cert. pet. l. cum filius. ff. de mi. l. denique. §. ſed vtrũ. C. qui bo. ce. poſ. l. pe. & l. cum filius. ff. de verb. ob. l. pleniſſime, p Bar. vide quod no. Inſti. de actio. §. pœnales. Dicit Inno. quod archiepiſcopus poteſt intentare & defendere iura primitiæ pro ſuo intereſſe, de dila. c. expoſuit, in nouel. vniuerſitas non facit actorem, ſed ſyndicum, quia eſt domina!, & non requiritq̃ iudex interponat decretum, dicit Innoc. de procur. c. conſulti. quod eſt no. Si inſtrumentum dicit, Talis communitas fecit talem p̃curatorem, valet inſtrumentum, licet aliqui ſint excõmunicati, de procu. c. conſulti, per Innoc. Mirum eſt, quomodo procu. ita generalis valet, niſi intelligatur, quando vniuerſitas eſt parua, vel certi habent totius communitatis arbitrium & poteſtatem, vt Bononiæ, dicit glo. in Auth. de defen. ciuitatum. §. interim. No. q̃ olim dabatur proc. in certis caſibus, ſed hodie dominus conſtituit, maxime ſi eſt impeditus, Inſti. per quos agere poſſumus. Florentini per eorum ſtatuta dant procuratores corpori creditorum contra fallitos debitores ad ſimilitudinem. l. hoſtile, de qua fit ibi mentio, & ſic eſt reperire procuratores datiuos in l. Qui indiſcretum procuratorem cõſtituit, eius contumaciam ſibi imputare debet, vt lite non con
13 teſta. c. 1. per Innocen.† Si inſtrumentum dicit, Talis abbas & conuentus p̃cedentibus tractatibus vendidit, & nõ apparet alio modo de tractatib. iſta verba nocent perſonis p̃hentib. ſed non eccl̃e. ff. de caſtr. pec. l. ſi forte, p Bart. & ibi declarat. l. optimam, de p̃hen. & commit. ſtip. & glo. que eſt. C. de colla. l. ſi do-
14 c natione.† Si inſtrumentũ dicit, Donat c p bonis & ſuis meritis

---

a Vinc. God. Baronia dicitur quid vniuerſale, & poteſt relinqui vni filio tantum. Bal. in authen. ceſſante, colum. vlt. verſic. & quod ſucceſſio. C. de legit. hæred.

b Adde regulam l. & magis. ff. de ſol. & adde etiam, quod voluit Bar. in l. 2. per illũ. tex. C. pro ſoc.

c Vide plene ſcripta per Mod. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.

BIU Cujas

tis, probat merita, si interuenit insinuatio. l. 1. C. de prædi. cur. lib. 10. alias non, nisi æquiualentia merita nominẽtur specialiter, & expresse, quia tunc statur confessioni, vt non requiratur insinuatio, de donat. l. Aquilius, per Bar. nec ex aliquo interdicto præsumitur fraus seu simulatio verborum. ff. de probatio. l. qui testamentum, in gl. Quamquam si vera esset æquiparatio gl. ꝙ prælatus esset similis patrifa. si in iudicio conuentum esset capitulum, foret necessarius consensus prælati, vt in c. vlt. de iudic. lib. 6. Sed ista æquiparatio nõ est omnino bona, quia in bonis deputatis soli capitulo non requiritur consensus prælati, ut
15 in fine istius c.† Assimilo bona conuentus castrensi peculio, in quo non est necessaria authoritas patris, vt ff. de cast. pec. l. miles præcipua, in §. 1. p Bar. Demum glo. ponit doctrinam, ꝙ si ad solum prælatum, solus prælatus sufficit, si ad solum capitulum, sufficit solum capitulum, si ad vtrunque, vterque. & subdit ꝙ vacante sede non currit præscriptio, s. in bonis communi-
16 nibus, vel solius plati. † Demum quærit, si capitulum agit vel respondet, & prælatus ex interuallo cõsentit, vtrum iudicium conualescat? & videt quod non, vt l. obligari. §. fi. de auto. tuto. Contrarium determinat gl. quia prælatus habet plenius ius cõsentiendi, quam tutor, qui est procurator, quasi in rem suam, vt probat illa lex notabilis. ff. vsufr. quemad. caueat. l. 1. in fi.
17 & ideo conualescit iudicium, quod est no. dignum.† & est rõ, quod commune est, meum est participatione, non dico insolidum, vt ff. de ritu nup. l. illud. vnde cum sit causa propria, meri-
18 to potest ratificare causam.† Alij ꝺicunt. nam pater, qui habet vsumfructum, participat cum filio, vt ff. de vsufr. lega. l. si alij, & tñ ratificando non cõualidat ꝓcessum solius filij, vt no. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. necessitate, nisi quãdo abest ex causa ne-
19 cessaria. C. de ꝓ c. l. exigendi, tex. no. valde.† Aduerte, quædam sunt in potentia conualescentiæ, & ista conualescunt p superuenientem consensum, quædam autem non sunt in potentia conualescendi, & ista non conualescunt, vt l. receptum, ff. cõmunia præd. Ibi mors media impediuit accessum cõsensus posterioris, & quia fictio retro est quidam discursus, vbi requirit
20 medium habile, de seru. rust. præd. l. tria ꝓdia.† Dico, ꝙ ea, quæ requiruntur ꝓ authoritate, nunquam conualescunt, quia authoritas non recipit interuallum, neque diem, & quia in ea cõsistit fundamentum & substantia originis, & sine initio nihil fit: sed ea, quæ requiruntur ꝓ validitate confirmatoria actus, bene possunt subsequi & fingunt retro, vt C. ad Maced. l. fin. & infra de iure patro. ca. cura, & ea quæ non fingunt retro, ratificari non possunt, vt l. bonorum. ff. rem ra. hab. & l. fi. eod. tit. & no. ff. de leg. 1. l. talis scriptura, s. quando non valent a principio.
21 † Quæstio fuit de facto, prælatus cum capitulo fecit præcedentibus tractatibus ꝓmutationem cum Seio, demum eps ratifica uit, & vices suas interposuit, quæritꝫ, an valeat permutatio? dicit Inn. ꝙ non, quia eps debet authorari, & sic a principio. Porro consensus ꝓtinet ad illum, cuius interest, authoritas autem ad magistratum, vel officialem, sed eꝝ non interest, quia tunc in re sua non potest interponere authoritatem. l. 1. & l. obligari. §. tutor. ff. de aut. tut. Ergo consensus epꝫ est authoritas. s. qñ nõ valeret a principio ꝓprie loquendo. mo est decretum, nõ authoritas. Nam decretum est interlocutoria quæ debet seruari p iudicem, sed authoritas spectat ad tutorem, curatorem, platum, nec est interlocutoria, vt ff. de autho. tut. l. inter, & ibi no. Item requiritur ab initio de consuetu. cum cõsuetudinis sit, de reb. eccl. non alie. ca. dudum, li. 6. & no. in l. instar. C. de iure fisci. li. 10. C. qui ꝓ sua iurisd. l. 1. C. de peda. iudi. l. 1. Sed vꝫ, ꝙ si durat consensus ꝓmutantium, quod valeat decretum, vt ex nunc, nõ vt trahatur retro, vt l. obseruare, in fi. ff. de offi. ꝓcon. & legati.
22 † Illa aũt verba, vices suas, qñque supponũt ꝓ authoritate, quãdoque ꝓ consensu, quia sunt significationis communis, & exponunt ſm materiam subiacentem, & ſm ꝙ iuris ratio patiꝫ. Procedo vlterius sup gl. nam platus solus non potest alienare, ergo nec rem in iudicio deducere, vt ff. de iure deli. l. ait ptor, glo. concedit hoc, sed male dicit, quia administrator, qui non potest alienare simpliciter, tamen potest alienare p figuram iudicij, quia est alienatio necessaria, quæ non fit p eum, sed p ministrum legis, i. p iudicem. ff. de sta. li. l. statuli. a cæteris. §. Quintus. tex. notabilis, vt no. C. de his, qui. vt indi. l. Polla. non ob. l. ait ptor. quia ibi actio non competebat, nec ei erat formata, i. applicata deliberatione pendente.
23 † Quærit demum gl. quid si quæstio est inter platum, & capitulum? dicit glo. ꝙ capitulum indiget authoritate curatoris ad litem. Ista glo. supponit, ꝙ capitulũ sungaꝫ vice minoris, alias non daretur curator nec psonæ, nec liti, vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. si autem patre recusante. Cõpostel. dicit, ꝙ capitulum habet legitimam psonam, & non indiget curatore. j. de elec. c. cum ecclesia Vulterana, de cã pos. c. cum
24 olim, de resti. spo. c. 1. & de resti. in inte. c. cũ veniſſet, in fi.† Nã & maiores qñq; hñt restitutionem in integ. & tñ nemo dixerit eos indigere curatore. ff. de in inte. re. l. fi. Itẽ in possessorio iudicio minor restituit in integ. & tñ non indiget curatore, si est adultus ita, ꝙ possit iurare, vt C. qui legi. pso. l. momentaneę, & plene no. in l. 1. C. si de momen. pos. Item facit c. vltimum. de iudi. l. b. 6. & adde quod no. Spe. in tit. de actore, in ver. Item etiã obijcit plato. Et no. ꝙ Collecta. reprehendit gl. quæ dicit, ꝙ pla-
25 tus sine conuentu agere non põt in cõi, quinimo ẽt prioratuũ, & ecclesiarum subiacentium nomine agere põt, de offi. ordi. c. psenti, lib. 6. & p Archi. idem ait, ꝙ qñ bona sunt diuisa, quilibet p se aget, vt no. in c. 2. de pac. lib. 6. & p Arch. 68. di. c. fi. & ita curia seruat ſm eũ. & facit optime. 7. q. 1. qa frater, vbi coadiutor p se agit, multo fortius platus, facit. C. quomodo & qñ iu-
26 dex. l. si pres quasi desertã. & est rõ, quia bonis separatis cap'm redigitur ad instar filij militis, vel emãcipati.† Sed quæro, quare ecclesia non conuenit sine prelato, sed prelatus a sine eccle-
a sia sic? Rñ, quia ecclesia est loco filij, platus vero loco patris. 68.
27 di. quorum dies.† Item ecclesia est in prelato, passiuè, sed non actiuè. idem ait, ꝙ platus solus non potest agere ꝓ eo, quod ptinet ad sacristiam, vel infirmariam, quia nihil habent commu-
28 ne cum plato, ar. j. c. si pp tua, de rescrip. lib. 6.† Item ait, quòd capitulum in ꝓprijs bonis capituli habet plenam administrationem, & legitimam psonam de p se. de hoc no. ī c. statutum, sup verbo, status, de rescrip. li. 6. p Arch. & sicut cohors militũ facit ꝓ curatorem vere & ꝓprie loquendo, ita & cohors capituli. ff. de proc. l. filius. §. sed & milites. tex. valde notabilis. Sed an capitulares possint esse testes in causa capituli? dic ꝙ sic, qa testificant vt singul'. Item & prælatus, si est vnus de singulis, ni si iudicium sit formatum in solo plato. d. cap. psentium. de test. li. 6. p Inno. Pone, dicit Inn. platus cum capitulo &c. neminem de capitulo nominando, an valet? & videtur ꝙ sic, quia solus platus potest, nisi reprobẽt instrumentum de falso, vt quia ꝓbetur quod ibi non interfuit maior pars capituli. nam quod falsum est, interpretatione iuuari non potest. Illud no. quod etiã sine articulis ꝓbationes testium valent. eod. ca. in nouella, quia in causa falsi acerrima fit indagatio, non debet committi examinatio testium. no. tex. ea. dist. Inno. Item ait, quod capitulũ non indiget curatore secũdum Compostel. de hoc p Arch. de in inte. restitu. cap. 2. de hoc no. in Spe. de syndico, circa fi. † Itẽ
29 ait, quòd Abbas potest concedere monacho administrationẽ certarum possessionum, pro quibus poterit agere, & conueniri, vt j. qui cleri. vel vouen. c. in sinuante, de præben. c. dilectus.
30 † Item ait, quòd canonicus contra capitulum, vel alium canonicum potest agere ꝓ præbenda sine consensu capituli, quia non interest capituli, vtrum pbenda pertineat ad vnum canonicum magis, quam ad alium. Sed si esset quæstio inter canonicos diuersarum ecclesiarum, tunc requireretꝫ consensus capituli, quia tractaꝫ de preiudicio eius, & de separatione pben-
31 dę ab ecclesia, & dicit, qđ ita seruat. Curia.† Pone, qđ est qstio inter duos fratres de peculio, quia vnusquisque ptendit sibi soli assignatum a patre, nunquid in tali iudicio est necessaria patris authoritas? videtur ꝙ non, quia non interest patris, quis obtineat. Contrarium est verum, quia patria potestas eis officit, & simul poterit authorari vtrique. ff. de auth. tut. l. accipientis.
32 † Item ait, cum quæritur, nunquid ecclesia vacante aliquid possit innouari? & distinguit, quòd aut agit de his quę expediũtur ecclesia vacante, vt in electione, & ꝓ secutione ipsius, & in his non est necessarius consensus plati, quia prelatus non est in ecclesia vacante, sicut nec heres in hereditate iacente. C. de cap. l. nec nos. Aut sunt alia, quę nõ possunt expediri sede vac. sicut sunt alienationes rerum ecclesię, & tunc nihil est innouandum. Aut non loquimur de alienationibus, sed de administratione. & tunc aut bona sedis vacantis & capituli sunt communia, & nihil est innouandum. Aut sunt discreta, & tunc nõ curaꝫ sedis vacatio quantum ad bona capituli, quia separatorum separata est ratio, argum. ad hoc. ff. de acquir. hered. l. duo fratres, & ff. de in integ. restitu. l. abstinendi, & ff. de actio. emp.
33 l. non est nouum.† Deinde sc as, quando non conuenitur collegium, sed vnus de collegio, quis debeat ei authoritatem prę-stare in iudicio. Nam de hoc habes meliorem glos. quę sit in iure ciuili, in Authen. apud quos oporteat monachos causam dicere, in glo. no. ꝙ monachus, collat. 6. & ibi etiam tractat gl. de exemptis, qui eo ipso, ꝙ sunt exempti, non habent psidem, nisi Papam, vel imperatorẽ in temporalibus, qui est iudex iudicum, vt legitur & no. C. de decu. l. si quis decurio. li. 10.† Ex-
34 tra quęro, quid de fratribus habentibus bona indiuisa, vtrum vnus possit agere sine alio? dic, ꝙ sic, vt ff. de iudi. l. nõ idcirco, & C. de dec. licet indiuisa, li. 10 Et no. ꝙ separatio in facto cõsistit, vt C. si vnus ex plu. ap. l. 1.† Denuo no. ꝙ non tenet appellatio Abbatis ĩterposita ꝙ vtilitatẽ eccle, Ber. ĩ suffragio, vtile est
35 enim

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde, quod prælatus æquiparatur tutori & procuratori. Barthol. Soc. consi. 45. inci. circa primam partem huius conclusionis, lib. 1. & cons. 213. cum in præsenti. ver. simile uide. lib. 2. Marian. Soc. consi. 15. incip. visis, ver. hæc autem conclusio. & consi. 32. ex his. ver. probatum. lib. 1.

BIU Cujas

enim eccleſiæ, ꝙ defendat̃, & ſi Abbas appellat, ne defendat, nulla eſt appellatio ipſo iure, nec dicitur innouari aliquid interim, quia non pendet. nam nuda vox diſpergitur ſtatim in aere, ſicut fumus, & nihil remanet. & ille ti. nil nouari appellatione pendente, intelligitur de appellatione valida, & appellatio habet tres particulas. prima ad impetrandum, & ꝺicendum. ſecunda ad reddendas cās appellationis ab interlocutoria. tertia ad proſequendum negocium principale lata ſnīa pro appellante ab interlocutoria. Secundo procurator non plus pōt, q̃ hēt in mandatis, vt ĵ. de ap. c. Nicolao. Tertio caſu eſt plenius
36 procurandum, vt ff. de procu. l. qui procuratorem dat. † Adde, ꝙ procurator conſtitutus ad cās abſentiæ, non tenetur appel-
37 lare, tex. eſt no. ff. de neg. geſt. l. liberto, §. fi. † Vnde cōſidera, ꝙ quædam ſunt quæ non poſſunt tractari, niſi appellatione pendente, & illa poſſunt innouari, ſicut ſunt illa, quæ fiunt ad iuſtificandum, vel impugnandum appellationem, vt C. de app. l. eos, & C. de temp. appel. l. per hanc. Quædam ſunt, quæ appellatione penden. non poſſunt tractari, nec attentari, & iſta ſi vẽtilentur, vel fiant interim, retractantur per viam attentati. Quędam ſunt, quæ attentari quidem poſſunt, ſed pendent ex futura victoria, & iſta interim non retractantur per viam attentati, ſed retrahuntur in fine litis per viam iudicati. ff. de adm. tut. l. chirographis. §. j. & hoc inter partes, ſed ius interim quæſitum tertię perſonæ non retractatur, arg. ff. de infa. l. furti. §. 1. in gl. c. cum M. Ferra. de conſt. ff. mand. l. creditor, in princ. quia ꝺ illā non extenditur vigor iudicij. ff. de infami. l. Lucius. Quædam ſunt, quæ inducunt litis, pendentiam tam in cā principali, quā appellationis, vt ſequeſtrationes, & fructuum deſcriptiones, & iſta poſſunt innouari appel. pẽdente. l. poſtquam. §. imperator, ff. vt legatorum nomine caueatur, & ibi per Dy. & alios.

SVMMARIVM.

1 *Contra ordinem facta per iniuriam fieri dicuntur.*
2 *Monachus non habet proprium, ſi tamē ex induſtria aliquid lucretur, poteſt ſoluere debita. & ſi habet adminiſtrationem, contrahens in caſu permiſſo obligat ſucceſſorem.*
3 *Monialis poteſt facere procuratorem in negocio ſuæ electionis.*
4 *Principale, & principaliter fieri, quid dicatur.*
5 *Principales, complices, ſequaces, adhærentes, qui ſint.*
6 *Multitudo hominum ſi facit ſibi vnū caput, omnes dicentur principales, vnuſquiſque tamen pro ſe tenetur, non pro alio.*
7 *Iudex delegatus æquiparatur nuncio, non efficitur dominus litis, nec mandati fines excedere debet.*
8 *Mandati fines qui dicantur.*
9 *Ordo iuris vbi in reſcripto ſeruari mandatur tranſit in formam reſcripti.*
10 *Obreptio quid ſit, & quomodo a ſubreptione differat.*
11 *Falſum facere, & falſum in petitione proponere differunt, & ea de re Bar. opi. confutatur.*
12 *Falſum reſcriptum eſt nullum defectu ſubſtantiæ, falſo autem impetratū infirmatur vitioſa qualitate.*
13 *Ordo in reſcriptis ſeruari debet, niſi verba ante, & poſtpoſita idem ſapiāt, nec ſint de ſubſtantia formæ.*
14 *Verba ſummarie, & de plano, in reſcripto, an ſint de forma.*
15 *Ordo quid ſit, & quotuplex.*
16 *Ordo ſi a Papa præfigitur, præſumitur de ſubſtantia, & etiam ille, qui non læditur, appellat ob non ſeruatum ordinem.*
17 *Singuli compelluntur ſoluere debita communitatis non tanquam ſinguli, ſed tanquam vniuerſi.*
18 *Proceſſus factus contra formam mandati, an poſſit per partes ratificari.*
19 *Ratificatio ad ſui eſſe validum, quæ requirat.*
20 *Ratificatio a ſciente, quid agatur, facta, eſt potens inducere actum qui tunc explicari poteſt.*
21 *Prorogari non poteſt quod iam conſumptum eſt.*
22 *Generalis, & confuſa mentio priorum literarum, in ſecundis literis an ſufficiat.*
23 *Papa, vel Imperator vbi vult obſtantium tenorē haberi de verbo ad verbum pro ſcripto, nihil obſtans reſcripto officit.*
24 *Verba ſpecialia quæ dicantur, & quæ generalia.*

CAP. XXII.

1 CVm dilecta. † No. ꝙ illud, ꝙ fit contra ordinem, dicitur per iniuriam fieri. ff. de minori. l, ait prætor, §. permittitur. & præſumitur dolus in iudice, qui authoritatem ſuam interponit contra authoritatem legis, vt no. in l. 1. C. de fi. inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. x. Proceſſus factus per literas ſubreptitias irritatur, factus contra formam reſcripti irritus nunciatur. Et quatuor facit, tangit queſtionem, caſſat proceſſum ſecundorū iudicum. Ibi, deprehēdimus, irritum decernit proceſſum priorum iudicum. Ibi, dictus inſuper committit cauſam, & mādat
2 reſtitui ſpoliatū. Ibi, ideoq;. † Ecce monachus non habet proprium, tamen ſi aliquid lucratur ex induſtria poteſt ex eo ſoluere debita vt no. in c. 1. ĵ. de obli. ad ratioci. in nouel. ſm Inno. in additione gl. quæ incipit, ratiocinijs, quod tene menti. Item ſi hēt adminiſtrationem, & ꝺhit In caſu permiſſo, obligat ſucceſſorem adminiſtrationis, vt ĵ. de ſol. c. 1. item qui pro præcipiti ſemita tutam vel certam deſerit viam, ſibi periculum parat, & ſæpe incidit in latrones. Caſus. Vacante monaſterio monialium Heſien. eccleſiæ in Saxonia, duæ fuerunt electæ in diſcordia, ſ. cuſtos, & vna alia monialis. Commiſſa fuit cauſa per primum reſcriptum ſcholaſtico Hildenſen. & coniudicibus, quibus fuit mandatum, vt ad eccleſiam perſonaliter accederent, & perſonæ idoneæ interim adminiſtrationem committerent, cui fieret reſignatio ſubtractorum, qui formam mandati apoſtolici trāſponentes, reſignatione ſubtractorum non facta, de aljjs articulis cognouerunt. iſte proceſſus declaratur nullus, qa contra formam mandati. Secundi iudices fuerunt abbas Rhemenſis, & ſocij, in quo ſecundo reſcripto non fiebat mētio de primis literis, & ſic erat ſubreptitium. Patiebatur etiam aliū defectum, quia ibi erat ſimilis clauſula de reſignatione ſubtractorum, quæ fuit appoſita obreptitiè præter conſcientiam Papæ, vel cancellarij. Papa mandat caſſari ꝓceſſum eorum, quia ſubreptitium fuit reſcriptum, committ. tq; cauſam mandādo ſic decerni, & tandem ad vlteriora procedi ſeruata forma iuris, & forma reſcripti de reſignatione ſubtractorum. Ibi, ꝓcurator
3 monialis, nota monialem poſſe facere procuratorem in negocio ſuæ electionis, de hoc ĵ. de re iudi. c. cum I. & A, de priuile. cum olim. ad hoc etiam poteſt compelli, vt in c. indēnitatibus. §. ſed cum eas, de elec. lib. 6. quia propria eſt cauſa iſte articulus electionis, ſic & procurator in articulo ſuæ procurationis defendendo poteſt facere procuratorem ante li. conteſt. ff. de no. ope. nun. l. 1. in fi. per Bar. hēt ergo monachus proprium officij geſtione, nō dominij acquiſitione, vel annexitate diuitiarum, argu. ff. de excu. tut. l. ſed reprobari. §. 1. C. de mune. patrimo. l. ꝓfeſſio, lib. 10. Non eſt ambitioſus, qui electionem ſuam iure ꝓſequitur, etiam fœmina poteſt proſequi electionem ſuam, vt hic habes. Ibi, ad abbatem &c. Hi fuerunt ſecundi iudices, vt patet p inferiora. Item ibi, præter conſcientiam, & ſic videtur, ꝙ nō eſt neceſſe ꝙ fieret reſignatio ſubtractorum, quia in iſta clauſula reſcriptum erat falſum, & falſa forma non eſt forma. Ibi, irritandum, ſ. ratione ſubreptionis. Ibi, ſup ſcholaſticū &c. Iſti fuerunt primi iudices Ibi, principaliter. i. p prius, & ſic non
4 erat prætermittendum, vel poſtponendum. † principaliter a di-
a citur fieri illud, q̃ ordinatur ad ſe & per ſe primum, deinde ad ſequentia, ſed quod p ſe non ſtat, non dicitur principaliter. ff. de iuriſd. om. iud. l. & quia. Illud dī principale, quod princi-
5 paliter profertur. ff. de ſtip. ſer. l. ſi ſeruus communis. † Itē principalis dicitur, cuius gratia reliqui faciunt. ff. de ſeruo corrup. l. in hac. iſti alij ſi ſocietatem præſtant, dicūtur complices, ſi famulatum, dicuntur ſequaces, ſi aſſiſtunt p proprio intereſſe,
6 dicunt adhærentes. † Si multitudo hominum facit ſibi vnum caput, ſiue capitaneum, omnes dicuntur principales, tamen vnuſquiſque tenetur pro ſe, & non pro alio, vt no. in l. prætor. ff. vi bo. rap. ſed nonne vnus alteri præſtat opem, ergo tenetur de opere? reſpon. actus principalis includit in ſe opem de neceſſitate, opes confunduntur, nec punitur quis totiplici pęna, quot ſunt perſonæ delinquentes ſimul, quia vnum eſt ſtructū, ff. de fur. l. qui ſeruo. §. fi. ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi familia. ff. de fideiuſ. l. generaliter, extenſa regula de contractibus ad delicta, vt ff. de iudi. l. omnem. Ibi, perſonaliter, ideo debent per ſe accedere, non per ſubſtitutum. C. de cadu. tol. l. 1. §. ne autem. Adde, q̃ no. in c. 1. de elec. lib. 6. Quid ſi ambæ partes ſunt in cōcordia, ꝙ non vadat perſonaliter? videtur, quòd non teneatur accedere, arg. ff. de arbi. l. arbiter ita. vbi dicitur, ꝙ non tenet factū vtraque parte contradicente. Ibi, perſonæ idoneæ, iſta erat forma primi reſcripti. Ibi, committerent, tanquam coſtodi, non tā quā abbatiſſæ. Et no. li. pendente apponi cuſtodem. Ibi, ad opus, quia moniales non habent proprium, ſed quod habent, eſt monaſterij. Ibi, reſignatio, iſta eſt alia clauſula. Ibi, tranſponentes, no. ꝙ forma mandati non debet tranſponi, quia eo ipſo, ꝙ eſt
7 de forma, eſt de ſubſtantia. † Et no. ꝙ iudex delegatus æquiparatur nuncio, quia nunquam fit dominus litis, & in nullo debet excedere vires mandati. ĵ. de offi. deleg. ſi pro debilitate. ff.
8 de ver. obl. qui Rome. §. Callimachus, in fi. † fines mandati dicuntur non ſolum vltima extremitas, ſed a principio vſque ad finem. ff. de exerci. l. 1. §. ſi plures. ff. mand. l. diligenter, cum ſi. ſi
9 mile in l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Ibi, ac iuris ordinem, duplex erat defectus, ſ. formæ mādati, & ordinis a iure dati, qui ſi mandatur in reſcripto ſeruari, & non ſeruatur, non eſt ne-

ADDITIO.

a Principaliter quid dicatur fieri, vide Moder. Sen. in l. ſi quis nec cauſam, & ibi etiam aliquid per Iaſ. ff. ſi cer. pet.
Vinc. God. Adde ꝙ principale poteſt ſtare ſine acceſſorio, non autem econtra, Maria. Soc. conſil. 3. circa ver. & nota glo. lib. 1.

BIU Cujas

a eſt neceſſaria appellatio, quia iſte ordo a tranſiuit ad formã reſcripti, vt hic, & ar. ff. de arb. l. Celſus, vbi durius agitur cum miniſtro legis, q̃ cũ ipſa lege inanimata, & ſic non ob. C. de appel. l. 1. vbi ordo dat eſſe rei, ſi ordo non ſeruatur, ipſo iure non valet, quod agitur. l. 1. §. 1. de conſt. pec. Ibi, reſtitutis, illud eſt mandatum nouum, quia ſupra non dixit. quod deberet fieri reſtitutio ſubtractorum monialibus, ſed ꝙ fieret reſignatio ſubtractorum cuſtodi. Item ibi de rebus capituli, hic de rebus monialium, ideſt ad vſum earũ. ff. de manum. l. 4. & l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo, quæ eſt lex notabilis ad hoc. No. ꝙ dixi in ſummario, ex quo ſequitur, ꝙ maior eſt defectus ordinis ſubſtantialis, q̃ mendacij. † Item no. ꝙ aliud eſt facere fieri reſcriptum pẽr obreptiones, ideſt per fabricã, & aliud impetrare per ſubreptionẽ. Nam obrepere eſt fieri facere falſam ſcripturam, & qui hoc facit, litem perdit, & tenetur crimine falſi, vt ff. de falſis. l. ſi quis obrepſerit, & ff. de iure fiſci. l. in fraudem. §. quoties. ſed qui impetrat per ſubreptionem, non tenetur crimine falſi, nec perdit cauſam, & ſi non excipiatur, valebit proceſſus, vt
11 ſ̃. eo. c. ſuper literis. † Et ideo falſum dicebat Bar. ꝙ petens falsũ debitum, & ſub hoc prætextu faciens citari aduerſariũ, teneatur crimine falſi. nam iſtud non eſt falſum, nec quaſi falsũ quo ad ſpeciem delicti, quia aliud eſt falſum facere, & aliud eſt falſum in petitione proponere, & quia ſi falſum, eſſet nullũ, hoc patet per l. cum putarem. ff. fami. erc. & ff. de pecu. l. eo tẽpore.
12 ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus, & l. 1. de cõdi. inde. † porro aliud eſt reſcriptum falſum, quod non eſt impetratum, aliud falſo impetratum, id eſt per mendacium obtentum a reſcribẽte, vt c. ſuper literis. ſ̃. eo. nam in primo deficit ſubſtantia, in ſecundo qualitas vitium eſt. ſic. C. arbi. tutelæ. l. cum interdictæ.
13 ff. de neg. geſt. l. Pomponius ſcribit. † Deinde no. ordinem ſeruandum, quod eſt verum, quando verba præpoſita, & poſtpoſita non ſonant idem, vel ſunt de ſubſtantia formæ, vt patet de ſtipulatione. ſed ſi idem ſapiunt, nec ſunt de ſubſtantia formę, non curamus de ordine verborum, vt ff. de pec. leg. l. quidam, ff. de ſol. nec enim ordo. Iſta eſt via brocardica, de qua hic ſatis
14 per Ber. † Ecce forma dẽt præciſe ſeruari. ſed nunquid illa verba, ſummarie & de plano, ſunt de forma? Reſpondeo, nõ ſunt de forma neceſſitatis ſubſtantialis, ſed de poteſtate arbitrij, qa abundans cautela ſeruandi ordinis nõ nocet, ſecundum Inn. ad hoc lex notabilis. C. quõ & quando iu. l. j. ĩ. de iudi. c. nouit. poteſtatis igitur eſt non neceſſitatis, ſi Papa aliquid notabiliter adijcit ordini ſolito cauſarũ, illud bene eſt de forma, vt hic, ſed ſi detrahit, nõ eſt de ſubſtantia formæ, quia quod formiter fit,
15 includit etiam rudem & generalem materiam. † Ordo proprie non eſt ordo, ſi põt prætermitti. ordo enim proprie eſt ductio alicuius rei ad ſubſtantiã ſuam ſecundum prius & poſterius. dixit quidam philoſophus, ꝙ nihil conſtat ſine ordinis compoſitione. & eſt duplex ordo. ſ. permanens, & ordo coniunctionis
16 formæ & materię, & ordo tranſiens. Et no. vbi Papa præfigit ordinem, talis ordo ſemper preſumitur de ſubſtantia, vt hic, & ĩ. de reſti. ſpo. c. Piſanis. & adde quod dixi. C. de ſen. & ĩterl. om. iud. l. prolatam. Et ꝙ etiam ille, qui nõ læditur, appellat, ſi ordo non ſeruatur. ff. de mino. l. ait ꝓtor. §. permittitur. licet Richar. Malum. dicat ꝙ ibi loquitur de appellatione dubitatiue, non aſſertiue, quia qui non grauatur, non appellat, ſecundum eum. Ego dico, ꝙ etiam tenet appellatio eius, qui ſe putauit grauari, licet non grauatur, & requiritur ſententia ſuper appellatione, ff. de au. & arg. leg. l. Titiæ amitæ, nec reperitur alibi. Item no. diuerſos proceſſus diuerſis rationibus impugnari, quia vtraq; pars impetrauit ſibi iudices diuerſis temporibus, & vtrique ꝓceſſerunt ſecundum omnes, ſed perperam. Item no. monialem & monachũ quædam petere poſſe, vel quia eſt ſpoliatus, vel quia petit nomine collegij, quod intellige cum mãdato. ff. de proc. l. filius. §. milites. vel quia de his, quæ diuiduntur inter monachos, petit partem ſuam, vt l. j. in fi. ff. de colle. illici. vel cũ tranſit ad aliud monaſterium cum licentia, vt ĩ. de cleri. coniu
17 ga. c. qđ a te. † Deinde hic dicit Ber. quod ſingnli compellũtur ſoluere debita communitatis non tãquam ſinguli, ſed tanquã vniuerſi faciẽdo collectam, vt no. in l. quibus. ff. quod cuiuſq; vni. no. & per Bar. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. grauabuntur ergo ſin. quia non poteſt aliter cena duci, ſed ſimiliter ſoluetur de eo, quod ab vniuerſitate colligitur, & bene ſeruant hoc datia-
18 rij, qui pro debito villæ capiũt beſtias hominum de uilla. † Sed nunquid proceſſus factus contra formam mandati poſſit per partes ratificari? & videtur ꝙ ſic. l. 3. C. communia vtriuſ. iud. dic non poſſe ratificari, quod nõ eſt, vt no. C. de rei vend. l. mater, † qa ratificatio requirit tria. ſ. ratificantẽ, actũ ratificationis,
19 & rem ratificabilem, quia ratificatio eſt quædam informatio, quæ requirit informabile. i. debet inuenire informandum, qa nullum exiſtit etiam in facti cauſa, vt ff. de leg. 3. l. Lucius. §. collegio. Porro ratificatio requirit duo extrema, & altero dificiente non habet in ſe conſenſum. ad hoc facit quod no. ff. de ver. ob. l. triticum, & C. de inſt. & ſubſt. l. pe. de le. 2. l. cum pr̃. §. uicos, quia per ſe non ſubſiſtit. qđ per ſe intelligi nõ põt. ff. de fideiu. l. heres a debitore, & fuit qõ de facto. nã fuit factum ꝓmiſſum inter eccleſiam ex vna parte, & quatuor fratres ex altera, arbiter diuiſit inter eos & eccleſiam. Item inter ſeſe fuit emologatum, & dicebatur nõ valere quo ad inter ſeſe, quia inter ſeſe
20 non compromiſerunt. † In ꝓrium faciebat, quia ẽt proxenetę, ſiue mediatoris factum poteſt approbari, nec requiritur aliud compromiſſum, vbi eſt uoluntas & conſenſus per ſe valens efficere, & ſic valet vt pactum, non vt cõpromiſſum. l. 1. §. & poſt operis, de no. ope. nun. ff. de arbi. l. ſi de meis. §. recepiſſe. Itẽ arbitria redduntur ex conſenſu. ff. de ap. l. ex conſenſu. iudiciorum autem authoritas dependet a forma mandati. actus igitur, qui põt induci in illo inſtanti, ſeu ſubito, inducitur per ratificationem, licet alius actus non precedat, & ſic ratifico, quod nõ eſt, dũtamen poſſim producere ipſum in eſſe, & ſciam id, qđ ago. ff. de dona. l. ex hac ſcriptura, & ſic ratificatio ponetur incœpti-
21 ue, ſecus, ſi tunc non poſſit explicari. † Item prorogatio nõ hẽt hic locum, quia non prorogatur, quod conſumptum eſt. ff. de preca. l. ſed ſi manente, & quia de perſona ad perſonam nõ fit prorogatio mandati. ĩ. de offi. deleg. c. P. & G. attamen ex qualitate facti præſumitur conſenſus, arg. ff. de proba. l. Procula. ff.
22 de auth. tut. l. impuberes, quę eſt lex nota. † Collec. quærit, vtrũ ſufficiat, ꝙ in ſecundis literis fiat mentio de primis literis generaliter & confuſe. & dicit ꝙ non, ſi vnicę literę precedunt, alle. c. ex literis. ĩ. de do. & cõtu. & de confir. vti. vel inut. c. bonæ. ſed ſi plures præcedunt, ſufficit cla gñalis nõ obſtantium, niſi eſſet al. qua cla notabilis, & ſpecialis, de qua oportet notabiliter & ſpecialiter facere mentionẽ, vt hic, & no. ſupra c. 1. in gl. magna, ver. ſi aũt primũ. & ſubdit, ꝙ ubi primæ literæ nõ reuocantur, ſed iudex adijcitur iudici, non oportet facere mentionem de proceſſu habito coram primo, de offi. deleg. c. corã, qa intelligit adiunctus continuatè, & in eodem ſtatu, in quo cauſam inuenit, & poſt li. conteſt. non põt hoc peti, ꝙ iudex adijciatur
23 iudici. 3. q. 3. c. offeratur, ſm eum. † Item ait, ꝙ vbi Papa vult, ꝙ tenor obſtantium habeatur pro ſcripto de verbo ad verbũ, ꝙ nulla obſtantia officiat reſcripto, quia cõtra libertatem plenitudinis ptãtis Papę nihil ſtatui põt, Papa denique non ſolum hẽt plenam ptãtem vt tutor, ſed ſummam, ſiue ſupremam, vt dixi ſ̃. rex pacificus. non ob. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. vbi diſtinguitur, an aliquid ſit ſpecificatum necne, quia illa diſtinctio non hẽt locum in iſta materia, qm̃ Papa non põt imponere ſibi legem ſm Colle. Idem ergo in Imperatore, ꝙ nihil poteſt ita conceſſiſſe, quod ꝟrio imperio nõ poſſit reuocare. Sed aliud eſt concedere, & aliud transferre, tñ hoc non decet principem, vt no. de conſang. & affin. c. ꝙ dilecto. in nouel.
24 † Quæro, quę dicantur verba ſpecialia? reſpon. ea, quæ certum ſigificant, licet multa contineant, vt ff. de lib. & poſt. l. Titius, in prin. Item ea quæ non poſſunt niſi vnum caſum continere, vt ff. de fun. inſtr. l. fundus, qui locatus. Generalia autem verba dicuntur illa, quæ prædicantur de pluribus differentibus gradu, vel ſpecie, vt eſt nomen liberorum, vt d. l. Titius, in gl. ff. de lib. & poſth. Item generale eſt, quod obſcurum eſt, quia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, vel ratione. ff. de pac. l.
b veteribus. cõfuſum b vero eſt, quod intelligi non poteſt. ff. de verb. obl. l. triticum, de iure fiſci. l. ita fidei.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Ordo enim eſt modus agendi, quo omiſſo nihil recte agitur. Bald. in trac. ſchiſm. col. 4. hinc eſt ꝙ ordo ſucceſſionis in materia ſuccedendi, facit diſpoſitionem intelligi ordine ſucceſſiuo. Cur. in conſ. 5. nu. 18.

b Vinc. God. Confuſum. Vide quomodo & qualiter confuſio & commixtio differant, glo. in l. Pomponius. §. plumbum. ff. de rei vend. & adde ꝙ confuſio non fit vigore ſucceſſionis, quando creditori competit actio hypothecaria. Goz. conſi. 94. nu. 47.

SVMMARIVM.

1 *Tempus multum, quod dicatur.*
2 *Terminus banni ſi labatur, & in illo tempore vltimo poteſtas non venit ad banchum, bannitus debet ſe præſentare, & petere præſentiam iudicis, & ſi eam habere non poteſt, debet proteſtari.*
3 *De iure poſitiuo non poteſt præciſa ratio reddi*
4 *Conueniri quis nõ dicitur ex ſola reſcripti præſentatione, niſi ſecuta citatione.*
5 *Præſentia habetur pro citatione, debet tamen etiam monitio adhiberi.*
6 *Præſens non citatus tenetur libellum recipere, non tamen reſpondere, niſi dato termino ad deliberandum.*
7 *Termini lapſus in eo, qui actum, quem poterat expedire omiſerit, quãdo inducat doli præſumptionem*
8 *Tempus non currit ei, qui copiam iudicis habere non potuit.*
9 *Tempus ignoranti non currit. fallit quibusdam caſibus.*
10 *Statuto, ꝙ relinqui non poſſit forenſi, bannito, vel concubinæ, quamuis cõcubinatus, vel indignitas adſit tempore conditi teſtamenti, nihilominus ſi tempore mortis ceſſauerit, valet teſtamentum.*
11 *Quod ad ſtatum veritatis reducitur perinde eſt, ac ſi a principio verũ fuiſſet.*
12 *Lata culpa in contractibus æquiparatur dolo.*
13 *Copiam iudicis quando dicatur quis habere.*

BIU Cujas

14 *Excuſatio leuis excuſat a dolo & lata culpa in non veniendo.*
15 *Per temporis appoſiti lapſum, an, & quando mora, vel periurium probetur.*
16 *Annus, intra quem debet impetrans literas ad beneficia preſentare, quando incipiat currere, & quid in literis gratioſis, & nu. 20.*
17 *Et an finiatur dilatio vbi appareat prius impetrantem nolle procedere.*
18 *Reſcripta ambo ſi ſint ad vniuerſitatem cauſarum, & ex vtroq; citatio emanauerit ad diuerſa capitula non connexa, an dilatio annalis auferat nihilominus ſecundi reſcripti commoditatem.*
19 *Vnico actu non tollitur priuilegium ad plura conceſſum, niſi ſuper illo tãtũ.*
20 *Compromiſſum an duret, donec viuunt compromittentes.*
21 *Annus quotuplex in iure reperiatur.*

C A P. XXIII.

a PLerumque. a Valet ſecundum reſcriptum, licet non faciat mentionem de primo, quo vti noluit impetrans intra annum. Et duo facit, primo tangit impetrantium malitiam. Secundo adhibet medicinam ibi, cum igitur. Caſus. Titius impetrauit literas contra Seium, deinde eꝯ Seius contra Titium nõ facta mentione de prioribus literis, demum Seius cõueniebat Titium per ſecundas literas, obijciebat Titius de inualiditate ſecundarum literarum, quia non fecerat mentionem de primis: replicabatur, ꝙ Titius nunquam fuerat vſus literis ſuis, dicit Papa, ꝙ quia malitijs hominum non eſt indulgendum, & negligentia ſua cuilibet eſt nociua, ꝙ ſi iſte Titius primus impetrans infra annum poſtquam copiam iudicum habuerit, ex malitia, vel negligentia poſtpoſuerit vti, ꝙ vigore ſecundarum literarum poteſt conueniri, licet in ſecundis non ſit facta commemoratio de primis. hoc dicit. † Ibi, multo tempore, multum
1 tempus dicitur tẽpus anni, ſic in Auth. de hær. & Fal. §. ſi quis autem non implens. & iſte annus eſt vtilis a princip. quia non incipit currere, niſi ei, qui de iure & de facto potuit experiri, vt no. de temp. in inte. reſti. l. ſuperuacuam & ideo ei, qui non habet copiam iudicis, nõ incipit currere, dummodo proteſtetur ſecundum Ber. ſimile. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. ſi quis ip
2 ſi prætori. † No. ergo. optimum argu. ꝙ ſi labitur terminus anni, & in illo tempore vltimo poteſtas non venit ad banchum, ꝙ debet ſe præſentare bannitus ad banchum, & requirere præſentiam iudicis, & ſi eam nõ poteſt habere, proteſtari oportet apud tribunal, aliter terminus laberetur, & ſi cauſa eſt capitalis non poteſt ad proteſtandum cõſtitui procurator, quia nec ad comparendum, & proteſtatio ſuccedit loco comparitionis. Et annus iſte olim ſtatuebatur in edicto prætorum, vt Inſtit. de ꝓpetuis & tempora libus actio. in princi. & quorumcunque magiſtratuum, vt ff. de calumniatoribus. l. annus. aliquãdo ſtatuę-
3 bantur ſex menſes, vt. ff. de ædi. edic. l. cum ſex. † Item in diuerſis figuris cauſarum diuerſa ſtatuuntur tempora, & nõ poteſt dari perfecta regula, quia ſunt de iure poſitiuo, de quo rõ præciſa reddi non poteſt, vt ff. de poſtu. l. prima. §. primo. Tempus anni ſtatuitur vaſallo in recognitione feudi, vt in capitulo primo, quo tempo. miles, colla. x. poſtquam iſtud tẽpus præterijt, irreparabile eſt, niſi lex vltra procedat dando reparationem, vt in emphyteuta eccleſiæ, quia cum eccleſia benignius agitur, vt extra de loca. c. potuit. Vel dic, ꝙ iſtud capitulum eſt generale in omni emphyteuta, & conductore, quia poteſt æquitas ca-
4 non eis mitigare rigorem iuris ciuilis in quolibet foro † Ibi, ceperint conueniri, ſcilicet per citationem. nam per reſcripti præſentationem non dicitur quis conueniri, niſi ſequatur citatio,
5 vt no. ſupra eodẽ capit. ſi autem aliquis. † Sed quid ſi fit præſentatio reſcripti pſente aduerſario? Reſpõdeo, præſentia habetur pro citatione. ff. de re iud. l. de vnoquoq;, quia præſens non eſt citãdus per epiſtolam, vt no. Innoc. infra de præbend. c. graue, tamen monendus, vt C. quomodo & quando iudex. l. ſecũda.
6 Archid. ſiue de facto, ſiue fortuito reperiatur coram iudice, non tenetur recipere libellum. Ego dico, ꝙ tenetur recipere, ſed non reſpondere, quia debet habere ſpatium ad deliberandum, vt in authentica. offeratur, de litis cõteſta. C. de hoc notat Archid. v. quæſtione ſecunda, uocatio. niſi ſit talis, qui habeat ius declinandi forum, vt ff. de iudic. l. ſecunda. §. legatis, & §. ſi dubitetur. Ibi, non valere, ſcilicet tãquam ſubreptitias. Ibi, indulgendum, no. ꝙ maleficijs hominum eſt obuiandũ. concordantiæ ſunt ĩ gl. & facit. ff. de aqua plu. arcen. l. ſecũda. §. idẽ Ne
7 ratius. & iſtud verum in iudicijs, in quibus præſumitur dolus & malitia ex termini curſu, & ideo poſt terminum quis non debet audiri, vt hic. Aliquando tamen non præſumitur malitia, quando aduerſarij non intereſt, vt l. mancipiorum. ff. de optio. lega. quæ lex eſt ad hoc ſingularis. Item & hoc pendet ab arbitrio iudicis ſecundum Innocen. quod eſt no. dignum, & maxime ad excuſationem ſyndicorum, qui non denunciãt maleficia. Ibi, copia iudicum, quid ſi in principio habuit copiam, ſed non poſtea? reſpondeo, nocet ei negligentia in principio, quia non purgatur temporis curſu, arg. ff. de officio pfi. l. ſenatũſconſulto. Non obſtat de legatis ſecundo. l. Titia Seio, in §. vſuras. quia ibi mora irregularis, quæ ſicut irregulariter committitur, ita regulariter purgatur ſuperueniente caſu, a
8 quo incipere non poteſt. † No. ergo ꝙ non currit tempus ei, q
9 copiam iudicis habere non potuit, † dicit lex, ꝙ non læditur tẽporis curſu, qui negligens non fuit, vt in Auth. de appellatio. poſt princip. colla. 8. C. qui petant tutores. l. cum a matribus. C. de appellatio. l. præſes. quãdoque tamẽ currit tempus ignoranti ſcilicet ad ſuum commodum, vt ff. de infamibus. l. genero. Vel ſaltem ſi non patitur incommodum, quia ſua nõ intereſt, vt in c. ſtatutum. de prebend. lib. 6. vel quia eſt tempus, quod naturaliter & irreparabiliter labitur, vt tempus ętatis, b vt ff. de minor. l. 3. §. minorem, & ff. de lega. 1. ſi cui legetur. nõ enim poteſt ætas hominum ingenio reparari, quia, vt ait Virgilius, Breue & irreparabile tempus Omnibus eſt vitæ. contra hoc nulla virtus patrocinari poteſt, ſed famam extendere factis, hoc virtutis opus. Ibi, conuenire, no. aliquid conualeſcere temporis curſu coadiuuante, ſic. C. de his, qui a non domino manumittũtur, l. finali, & no. in l. 1. C. qui admitti ad bon. poſ. poſſunt. nam per præſcriptionem multa conualeſcunt, ut legitur & no. ff. de cõdictio. indeb. l. indebitũ. §. ſed & ſi numi. ff. de vſuca. l. cum vir prædium. ff. de dona. cauſa mort. l. ſi alienam. nec eſt nouum, quod quædam conualeſcant, vt ff. de teſtamen. milita. l. neque
10 enim. verſi. ſed ſi mortis, & no. eo. titu. l. miles ita. §. mulier. † Et ideo, ſi ſtatutum dictaret, ꝙ non poſſet relinqui bannito, forẽ ſi, vel concubinæ, & erat concubina, vel indignus tempore teſtamenti, & non mortis, conualeſcit relictum, quod eſt no. dignum. dic, vt l. prima. §. exigit. ff. de ſecun. tab. Ibi, habeatur, ẽt ſi ſecundus impetrans ex certa ſcientia ſuppreſſit veritatem,
11 † quia quod reducitur ad ſtatum ueritatis, perinde eſt, ac ſi ab ipſo principio eſſet verum. nam hæc eſt ratio quare factum fal ſi procuratoris ratihabitione ꝙualeſcit, ſcilicet quia repræſentatur verum, quod ab initio non fuit verum. ff. qui ſatiſda. cogantur. l. Iulianus. ff. de fur. l. ſi vendidero. §. Titius. vel dic, ꝙ propter dolum ſecundi impetrantis primæ literæ non abſorbẽtur propter lapſum anni, quia ſecundæ ſunt perpetuo inutile. & eſt ratio, quia primus impetrans eſt in culpa, ſecũdus in dolo,
12 & dolus præpõderat culpę, vt no. ff. ſol. matrimo. l. ſi mora † In cõtractibus lata culpa, quæ eſt ſcire debere, ęquiparatur dolo, ideſt ſcientiæ, cui non eſt amicus error. l. quod te. ff. ſi cer. pe. In delictis ſecus. idem in iudicijs, vbi dolus purgatur. ff. de condi. ſine cauſa. l. auunculo. ff. de contrahen. emptio. l. domum. ff. de abigeis. l. prima, in fi. Gl. 1. iſtius capituli expedita eſt per notabi
13 le. † Gl. ſecunda q̃rit, quãdo quis dicatur habere copiam iudicis? dic, ꝙ quando habet copiam iudicis competentibus horis. nam qui non venit competenti hora, non dicitur veniſſe, ut l.
14 prima. §. quid ergo. ff. quando appel. ſit. † Quæro, quare negligẽtia nocet? rñ. quia ęquiparatur latę culpę ſecundum Ber, dicit Accur. ꝙ q̃libet leuis excuſatio excuſat a dolo, & lata culpa in non veniendo, vt no. in l. prima. §. fi. ff. ſi quis ius dicenti nõ ob-
15 tem. † dicit Inn. ꝙ vbi eſt appoſitum tempus, mora & periurĩ probantur per lapſum temporis. ſed ſi non eſt appoſitum tempus, debet precedere monitio, vt ipſe no. infra de prebend. c. extirpandæ, & poſt monitionem requiritur aliquod tempus modicum, vt ff. de mi. l. Aemilius, quæ gl. non eſt alibi. In cap. autem noſtro, quia præcedit canonis diſpoſitio, & ſubditur termini aſſignatio, negligentia probatur ſolo temporis curſu. Tamẽ ſcias, ꝙ in delictis, quæ dicuntur, ſed ex altera parte negantur punienda, debet admitti excuſatio probabilis, vt ff. de re mili. l. tertia. §. ſi ad diem, & idem, vbi agitur de punienda contumacia, vt hic, & infra de appel. ca. cum parati. & dictum Inn. debet intelligi in actibus inſtantaneis, non in habentibus tempus commenſuratum ex natura rei, vt ff. de verb. obl. l. continuus. §. illud. quia ibi non eſt neceſſaria alia monitio. Iſtud eſt verum ad obligationem purificandã, ſed ad moram inducendam eſt neceſſaria requiſitio poſt tempus obligationis purificatæ. de hoc no. ff. de verb. obl. l. ſi ex legati cauſa. ff. quando di. le. ce. l. ſemel. §. in habitatione. & adde quod no. Bart. ff. de ver. obl. l. in illa ſtipulatione, ſi calendis, & l. hoc iure, facit. ff. de prob. l. quinquaginta. Sed nimirum. in eodem enim contractu poſſunt aſſignari plures dilationes ſucceſſiuæ. ff. ſi cer. pe. l.
16 lecta. † Quæro, quando incipit currere iſte annus? gl. dicit, ꝙ a tempore præſentationis literarum, non declarat primarum, vel ſecundarum. Glo. dicit a tempore ſecundi reſcripti. In ſumma illius ti. dicit, ꝙ ante præſentationem ſecundi reſcripti non incipit annus, ſed ſtatim poſt impetrationẽ ſecundam, & præ-

ſentatio-

ADDITIONES

a Limita iſtum tex. vt per Ioan. vide Ioan. An. & Io. de Ana. in cap. quia fruſtra, de vſur. limita etiam iſtum tex. per Fel. in cap. cæterum; in ver. prima reſtrictio, ſupra eod.

b Iuxta illud, Senex collige tempus, & illud ſerua.
Vinc. God. Adde quando tempus currat etiam impedito, Ruy. conſ. 27. num. 8. lib. 4. & ibid. nu. 9. & omne tempus, quo ad initium præſumitur vtile præſertim quo ad hoc, vt non incipiat currere contra ignorantem. Ruy. conſil. 54. nu. 4. lib. 5.

BIU Cujas

ſentationem eius incipit annus. Itaque ſuper ſecundis literis procedendum non eſt pendente dilatione anni, ſed ea finita ſic, quia iam abſorptum eſt primum reſcriptum per ſm incõ-
17 patibile & præiudiciale.† Sed nunquid finitur dilatio anni nõ ſolum per curſum temporis, ſed etiam qualitercunque appareat, ꝙ prius impetrans nõ intendat procedere? rñ. ſic, ar.ff.de ſta.homi.l.Aretuſa, & quod no. ff. de acqui.hær.l.quamdiu, & ff.de iudi.l.ſed & ſi ſuſceperit, & ff.de in inte.reſt.l. fin. & dicit Inn.ꝙ cum primus impetrans ſtatim ꝓſentat ſuas literas, habeat annum ad proſequendum, & excludendum ſm impetrãtem, ſed ſi non præſentat, cum primum poteſt, tunc etiam intra annum poteſt effectualiter conueniri, quia melior eſt conditio occupantis, vbi in ſecundis literis nõ fit commemoratio de primis literis, vel fit, non tamen plene, ſed ſubreptitie, quia non dicitur editum, quod non eſt ſufficienter editum. ff. de eden.l.vbi exigitur. & ff.ad exhiben.l.Iulianus, §.quantũ, & ita intelligitur capitulum, vt debitus. j. de ap. & argu. ff. ad Tertul.
18 l.2. §. ſi mater.† Sed pone, ꝙ primũ reſcriptũ erat ad vniuerſitatem cauſarum, & ſm ſimiliter, & ex vtroque manuerat citatio ſuper diuerſis capitulis non connexis. Nunqd lapſus anni auferat commodum totius reſcripti? & videtur ꝙ non, quia vbi plures effectus, ibi plures cauſæ, vt ff. de exce.rei iu. l. ſingulis.
19 † Et quia ꝓ vnum actum non tollitur priuilegiũ ad plura conceſſum niſi ſuper illo tantum, vt ff.de excu.tut.l.voluntaria.nã quandoque beneficium, vel reſcriptum conceditur in actu iterabili, vel ſucceſſiuo, & tunc non tollitur ꝓ vnum actum contrarium inſtantaneum niſi quo ad vnũ vnicum actum, tamen quandoque non eſt iterabile, vel multiplicabile, & tũc tollitur per vnum actum, qui per totum ipſum conſumitur, vt C.de pactis inter empto.l.commiſſoriæ, & l.2.C. de iure dominij impe
20 trando.† Quæro, cum impetratum eſt vnũ reſcriptum, durat, donec viuit mandans, quid in compromiſſum, nunquid durat, donec viuunt compromittẽtes? Reſpon. ſic, niſi ſit lis in iudicio deducta coram arbitris ſuper litis cõteſtatione, vel quaſi: nam licet in iudicijs finita inſtãtia non ſit finita iuriſdictio etiã coram iudice delegato, tamen in arbitro ſecus, quia deſertum eſt cõpromiſſum, vt ff.de ar. l.ſed & ſi cõpromiſſum &.l.item ſi. nam coram arbitro nõ contrahitur eremodicium, quin ſoluatur compromiſſum. & ſi arbitri habent poteſtatem ꝓrogandi, tamen vltra triẽnium prorogare non poſſunt, vt C. de iudi. l.properandum, in prin. Quæro, nunquid, quod hic dicitur de anno, habeat locum in literis gratioſis? reſpondeo nõ, quia nõ reperitur hoc iure cautum, ſecundum Io. And. Iſta ratio non ꝓfirmat ꝓ l.in vẽditione. §. de tempore. ff. de bo. auth.iud.poſ.
21 † Extra no. ꝙ reperit duplex annus, ſ. edictalis. & decretalis primus ſtatuit a lege mortua, ſcdus a iudice, vt ff.de ſucce.edic.l.j. §.decretalis. reperitur etiam conuentionalis, q̃ pacto ſtatuitur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus a principe eſt maior quolibet ordinario.*
2 *Delegato Papæ debent obedire epiſcopi, & alij prælati in executione cauſę ſibi commiſſæ.*
3 *Credulitatem an inducat dictum vnius diſcreti viri.*
4 *Non eſſe, & non apparere, paria ſunt.*
5 *Iudex vnus an poſſit alium cogere ad oſtendendum de ſua iuriſdictione.*
6 *Executor an poſſit petere copiam reſcripti.*
7 *Per famam an inducatur ſcientia.*
8 *Teſtis de fama facit rem dubiam quo ad præparatoria iudicij.*
9 *Executio ſententiæ diffinitiuę, vel excommunicationis differri non debet, niſi incontinenti probetur exceptio.*
10 *Executor dubius de iuriſdictione mandantium, an partes citare debeat ad diſceptandum de ea re.*
11 *Reuocatiua iuriſdictionis probatur per ſcripturas.*
12 *Omnis ſcriptura in qua fit mentio priuationis, præſumitur poſterior.*
13 *Scire eſt rem probabiliter cognoſcere.*
14 *Ordinarius ſi cum ordinario contendat, quæ forma ſeruari debeat.*
15 *Obedientiam præcipitem præſtare, vel ancipiti via gratificari nemo cogitur.*
16 *Ordinarius non habet neceſſe de ſua iuriſdictione docere.*
17 *Ordinarius ordinario nihil poteſt mandare.*

CAP. XXIIII.

1 a CVm contingat.† Premitte ad euidẽtiam, ꝙ delegatus a principe a eſt maior quolibet ordinario, vt ff. de mino. l. minor autem magiſtratus, & ideo in executione commiſſorum ſibi ordinarius debet ei parere. Secũdo dicas, ꝙ hæc decretalis inſtruit ordinarium, quid facere debeat, cum a diuerſis delegatis recipiat mandata contraria. & tria tanguntur hic principaliter, facti dubitatio, dubitationis ſolutio, & ordinarij inſtructio. Circa primum ponitur factum, & quæſtio facti. Circa ſecundum ſit bimembris diſtinctio. Circa tertium inſtruitur ordinarius in duobus. ſecunda ibi, Super quo. tertia ibi, cæterum. Caſus. primi iudices mandant ordinario, ꝙ denunciet reum, vel actorem excommunicatum. Secundi iudices mandant, ꝙ denunciet eum abſolutum, quæritur, quibus eſt parendum? Reſpondetur, ꝙ ſi ordinario non conſtet de controuerſia iuriſdictionis, eſt parendum primo mandato. ſed ſi ei conſtet de controuerſia, debet ei petenti fieri copia reſcriptorum, quibus viſis aut ei conſtat de iuriſdictione priorũ & non de iuriſdictione ſecundorum, obtemperet primis. Et ſi eꝫ, & tunc econtra, aut de neutra, ſed dubitat, & ſuperſedeat, etiam ſi cum acceptauit mandatum, res non erat dubia, ſed poſtea ante executionem ſurrexit dubitatio, quia dubitatio eſt obſcuritas quædam, ar. optimum. ff. ſi quis ordo in bo.poſ.ſerue. l.2.§. dies, tex. notabilis. Et vnum ſcias, quòd non debet dicere ſe dubitare, vbi non eſt dubitandum. Item ſcias aliud, ꝙ licet ordinarius habeat prædicta diſcutere circa obediendum, vel non obediendum, non tamen poteſt ꝓnunciare ſuper eorũ iuriſdictione, ſubaudi quia eſt inferior, non ſuperior, & merus
2 executor, & non iudex in hoc paſſu. h.d. notabiliter.† No. ꝙ in dubio epiſcopi & alij prelati debent obedire delegato Papæ in executione cauſæ ſibi commiſſæ, & in appendicijs, & connexis. Secundo no. ꝙ dubius de iuriſdictione alterius & non ſua non poteſt pronunciare ſuper iuriſdictione. Tertio no. ꝙ non debet fingere quis ſe dubitare, vbi non eſt dubitandum. No. ẽt ꝙ reſcripta, quorum ptextu aliquid mandatur, debent ꝓduci à mandatario, & de his fieri fides. concordat ad hoc. l. notabilis. ff. depo. l. ſi quis inficiatus. No. hic Ber. ꝙ ꝓpter contentionem iuriſdictionis res fit dubia, quod no. propter contraria mandata, quæ frequenter occurrunt. Item quod ꝓpter contentionẽ iuriſdictionis res fit dubia, & executor huiuſmodi non ꝓcedet. No. ꝙ vbi non mouetur quæſtio iuriſdictionis, iudex non debet eam mouere ſibi ipſi. Ibi, copia poſtulata, no. copiam reſcriptorum iudicibus petentibus edẽdam eſſe. No. ꝙ ſi capitaneus petit ab antianis, ꝙ faciant ſibi copiam reformationum, quæ non ſunt in volumine generali, ꝙ debet fieri copia. Ibi, fuerit dubitandum, quia qui dubitat, ignorat. C. de furt. l. manifeſtiſ-
3 ſimi. §. ſinautem dubius.† Ibi, dubitare, An dictum vnius inducat dubitationem? videtur ꝙ ſic, ut l.j. in fi. ff. quemad. teſta. ape. imo videtur, ꝙ inducat certitudinẽ, vt ff. de dote ꝓlega. l. Theopompus. ſed ibi teſtator diſpoſuerat, ꝙ ſtaretur dicto vnius te-
b ſtis, Dic, ꝙ dictum b vnius diſcreti viri inducit credulitatem, ſi quis vult ei credere, vt ff. de eo, ꝓ quem fa. erit. l. 1. §. dolum. no. ff. de condi. & demon. l. Titio fundus. tamen non tenetur credere. tex. eſt notabilis in l.2. ff. quod fal. tut. auth. qui tex. allegat
4 hic per Ber.† Capio gl. quæ incipit, ſed quid. vt expediantur gl. paruulæ, pone, ꝙ literæ allegantur, ſed non oſtenduntur. dicit gl. ꝙ quæ non apparent, non ſunt. optime facit. ff. depoſiti. l. ſi
5 quis ifficiatus.† Quærit ead. gl. an vnus iudex poſſit cogere aliũ ad oſtendendum de ſua iuriſdictione? & dicit ꝙ non, quia inuicem iuriſdictionem non habẽt, ſed ſunt inter ſe pares, quod eſt notandum. Subdit etiam, ꝙ iudex nõ tenetur obedire, niſi videat reſcriptum. concor. l. 1. C. de manda. princip. C. de iure
6 fiſci. l. ꝓhibitum, lib. 10.† Quærit ſequens glo. an executor ꝓoſſit petere copiam reſcripti? dicit ꝙ ſic, & eſt ratio, quia cõſtare debet ei de mandato, vt ff. de eo, qui ꝓ tutore. l. quæro. Gloſ. ſequens dicit, ꝙ non dicitur reuocari, quod nullũ eſt, ſed denun
7 ciari non ligatum.† Capio nunc primam gl. & quæro, nunqd ꝓ famam inducat ſcient a? & glo. ſentit ꝙ ſic. & ad idem facit, quod no. C. de peri. tuto. l. ſi tutor. in contrarium facit, quia ſciẽtia eſt verorum, & veritas & eſſe idem ſunt, & veritas non põt eſſe falſa, ſed fama ſic, vt ff. de hære. inſtit. l. fi. & ff. de adulter. l. miles. §. pe. Dic, vbi tractatur de magno ꝑiudicio non ſufficit fa
8 ma, ſed vbi de paruo, ſic, vt hic.† Dicit Accurſi. quod vnus teſtis de fama non facit rem dubiam, imo nec duo. C. de reb. credit. l. in bonæfidei, vbi eſt gl. notabilis. quo ad apparatus iudiciorum facit rem dubiam, vt notat, C. de ꝓcuratoribus. l. prima. ſed non quo ad deciſoria, quia hæc res non conſtat ex credulitate. & dicit glo. quod teſtimonium credulitatis eſt quoddam quaſi iuramentum calumniæ, vt in Authẽ. vt hi, qui obl. iuxta medium. Sed nunquid ſufficiat audiuiſſe ab homine leuis opi-
9 nionis? reſpondet, ꝙ non.† Demum ſubdit, ꝙ executio ſententiæ diffinitiuæ, vel excommunicationis, de qua hic loquit, differri non debet, niſi incontinenti probetur exceptio. 3. q. 1. ſicut, vbi de hoc. C. de or. co. l. fi. ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum, per Bart. demum ſubdit, quod figmentis non debet dari occaſio, vt quis fingat ſe neſcire, quod ſcire debet. C. de inceſt. nu. l. cum ancillis. probabilis ergo debet eſſe cauſa, non temeraria, vel confícta.† Quæro, an iſti executores qui dubitant de
10 iuriſdictione mandantium, debeant citare partes in hac diſceptatione? quidam dicunt ꝙ non, quia non habent iudicare. ſimile

ADDITIONES.

a Vinc. God. An delegatus a principe poſſit ſubdelegare, Bart. Soc. conſi. 56. incip. viſo. verſi. circa 5. dubitationem, cum ſeq. lib. 1.

b Vide Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, in 8. q. in fi. ff. de no. oper. nun. & ibi late per Iaſo. May.
Vinc. God, Alex. conſi. 28. nu. 10. lib. 1. & Grat. conſi. 44. cum aliis, lib. 2.

BIU Cujas

mile no. ff. de bo. poſſ. l. 3. §. ſi cã cognita. hoc tenet Hoſtien. & Ber. Executor enim debet videre p ſcripturas, q̃ poſſit al quid ſuper poteſtate ſua pronunciare, quod eſt multum notabile in executoribus ſentẽtiarum, vt hic in fi. capituli, qui tex. eſt multum ſingu. Capio gl. Sed qualiter, & quæro, nunquid ex ſola in ſpectione literarum poſſit apparere primas literas reuocatas? gl. arguit, q̃ non, ſed aliquid debet eſſe adiunctum p partium confeſſionem. Certe imo poteſt, ſi in literis ſecundis continẽt
11 clauſula, ex certa ſcientia. † Et no. q̃ affirmatiua & negatiua iu riſdictionis, vel, pprius loquendo, reuocatiua probatur per ſcripturas. ff. de leg. 3. l. Lucius. §. Sẽpronio, & ff. de li. le. l. Aurelius.
12 §. fi. † & omnis ſcriptura, in qua fit mẽtio priuationis, præſumi
13 tur poſterior, vt no. C. de codicillis, cum pponatis. † Extra no.
a q̃ ſcire a eſt rem probabiliter cognoſcere, puta per argumẽta, vt ff. ad Tre. l. qui filium. §. fi. & ibi no. licet magis proprie ſit cognoſcere p cauſas producentes. Illa enim dicitur cauſa que p-ducit determinatum effectum, & ideo ſi quis dicit ſe appellaſſe, vel procuratorem eſſe ad petendos apoſtolos, licet ſit vir preclaræ famæ, nõ creditur ei, niſi legitime doceat. ad hoc de ſen. excom. c. inquiſitioni, ſecundum Inn. & Hoſt. & per Arch. in c. cupientes, de ele. li. 6. ſuper verbo, notitiam, & per Io. 23. q. 4. c. quam magnam. nec debet quis eſſe minus diligens ad inquirendum, ff. de noua. l. doli mali, in fi. no. j. eo. c. mandatum. Dicit tamen Collecta. q̃ ſufficeret aſſertio vnius perſonæ notab. non ſuſpectæ. 87. diſtin. c. tantam 20. q. 3. c. præſens, & 8. q. 3. c. 1. facit quod no. in Spec. de citatione. §. ſequitur videre, & in cle.
14 cauſam, quæ. de elec. per Ioan. And. † Quæritur demum, quid ſi contentio eſt inter duos ordinarios, nũquid ſeruatur forma iſtius c. & ſ. e. c. paſtoralis? dic q̃ non, ſecũdum Inn. & Hoſtiẽ. quia ſtud ca. tantum locum habet in executoribus literarum apoſtolicæ ſedis, & iter eos quotidie practicatur. Idem no. Inn.
15 j. eo. c. mandatum. in glo. licet aliter Colle. † Deinde no. q̃ ſi ratio obſcura ſit, vt diſcerni nõ poſſit, neutri parendum eſt, quia non cogitur quis præſtare præcipitem obedientiam, nec gratificari ancipiti via, facit capit. domino guerram, in ti. hic finitur lex. colla. 10. & fac. t pro regibus, qui ſunt indifferentes tempo-
16 re ſchiſmatis. † Tamen verum eſt, q̃ ordinarius de ſua iuriſdictione non habet neceſſe docere, vt ff. de offic. prætor. l. Barbarius Philippus. quia ſolium dignitatis eam oſtendit. dicit Inn. q̃ non intelligit turbare iuriſdictionem ille, qui non tenetur parere. Idem no. q̃ poſtquã reuocata eſt iuriſdictio expreſſe, non poteſt prorogari, quia nullæ remanent reliquiæ iuriſdictionis,
17 † Idem ait, q̃ ordinarius ordinario nihil poteſt mãdare. de hoc no. p Archi. 11. q. j. de perſona. Idem ait de citationibus, q̃ non requiritur cauſæ cognitio, quia citationem nulla probatio præcedere poteſt, vel diſceptatio, niſi talis qualis informatoria, vt no. ff. de fer. l. fi. & quod no. Inno. j. qui matri. accuſ. poſ. cap. in tua, vbi ſuper fama recipitur præparatoria informatio parte nõ citata. illa enim fama non probat aliquid niſi iudicis motum.

ADDITIO.

a Vide Bar. & omnes in l. 1. ff. ſi cer. pet.
Vinc. God. Et no. quod ſcire, & ſcire debere, ſunt paria, vt per Parid. de Put. in tract. Synd. ver. familiaris, & per Aret in l. filium emancipatum. in fi. de acq. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Ad veritatem copulatiuæ requiritur, quod ambæ partes ſint verę.*
2 *Dictio, & iterũ, ſtricte, vel late ſumpta, quid importet, & quid dictio pluries.*
3 *Prorogãdi ſimpliciter attributa poteſtas expirat per vnicam validam prorogationem, & quid ſi iterum vel pluries prorogandi data fuerit.*
4 *Collatio beneficij poteſt fieri per interpoſitam perſonam.*
5 *Sequeſtratio beneficij non poteſt fieri, niſi ſubſiſtente cauſa, vt puta contumacia, vel dilapidationis ſuſpicione.*
Et poteſt fieri ante ſententiam, reuocatur autem ſequeſtrũ ſi ſatisdetur de non conſumendo, & reſignando ad mandatum iudicis, vel etiam ſi contumacia purgatur.
6 *Dies & locus apponi debent in citatione.*
7 *Raſura ſcripturam vitiat, & per eam falſitas manifeſta probatur.*
8 *Radens, & in loco raſuræ ſcribens, an duas falſitates committat.*
9 *Confiteri per literas crimen capitale, an poſſit abſens.*
10 *Falſarius qui falſificat acta, perdit cauſam non ipſo iure, ſed per ſententiam.*
11 *Clauſula, ſi iſta eſt, refertur ad omnia.*
12 *Clauſula reſpiciens determinabilia, determinat quodque per ſe, ſicut plurale ſuas ſingularitates.*
13 *Corruptio vnius non eſt generatio alterius.*
14 *Duo proponens vtrunque probare, quando teneatur.*
15 *Reus ſi petat non ſolum abſolui, ſed etiam ſibi adiudicari, nõ ſufficit ad adiudicandum, ſi conſtet de non iure actoris, niſi etiam conſtet de iure rei.*
16 *Sequeſtrum ex qua cauſa fiat. remiſſiue.*
17 *Tres iudices ſi ſint delegati ſimpliciter, an valeat confeſſio facta coram duobus ex eis, vel faciat indicium.*
18 *Confeſſio facta coram iudice, cuius ſententia non valeret, nullius eſt momẽti.*
19 *Concilium facere non poteſt imperator, nec ei præſidere.*
20 *Schiſmaticus obſtinatus hæreticus eſt.*
21 *Imperator non poteſt ius cauſarum dicere Romę, nec citare in regnis, quę ſibi non obediunt.*
22 *Imperator non poteſt conuocare generale concilium, nec clerum Romanum, nec Siciliæ, nec Franciæ.*
23 *Imperia debent ſacris famulari, & non dominari.*
24 *Bellum eſt triplex.*
25 *Belli durantis tempore quicquid fit, incontinenti fieri dicitur.*
26 *Contra malos non eſt vtendum emplaſtro, ſed gladio.*
27 *Concilium generale quis congregare debeat, & qui ad hoc ſint vocãdi, nu 28.*
29 *Cardinalis etiam ſubdiaconus, eſt maior Epiſcopo Florentino.*
30 *Papa ſiue per veros, ſiue per falſos Cardinales eligatur, eccleſia ſemper retinet poſſeſſionem.*
31 *De iuribus incorporalibus nemo mero iure eijcitur.*
32 *Papa poteſt remoueri propter notorium crimen enorme.*

CAP. XXV.

a Olim ex literis. a † Cum in reſcripto plu-
1 ra narrantur operantia diuerſos effectus, nõ ſufficit alterum probare ad vtrũ que effectum conſequendum. vel ſic. Quando ſurgit vna finalis concluſio, requiritur veritas vtriuſque. vel ſic. quando duo accidentia vni ſubſtantiæ copulantur, requiritur veritas coniunctiua. ff. de condi. & demon. l. quod traditur. Accuſatus eſt Titius, q̃ percuſſit Seium cum euidentia cicatricis, fuit probatum vulnus, b ſed non euidẽtia, vñ abſoluendus a to-
b to, non ſolum a tanto. ideſt qualitate, vt no. de elect. c. ſi forte, li. 6. Sed de iure veteri illa decretalis non obtinebat vim. Poteſt ẽt allegari in contrarium. Item econtra, cum vnũ narratur ex pluribus neceſſarijs, vtrunque videtur eſſe diſpoſitum. de fideicõ. lib. l. alieno. §. 1. ſ. e. ca. eam te. Et due ſunt partes, conſultatio, & reſponſio. ſecũda ibi, nos igitur. Caſus. inter P. clericum ſancti Remigij detinentem, & R. de Cliuo prætendentem parochiã, ideſt eccleſiam de Salice per interpoſitam perſonam fuiſſe ſibi collatam, cauſa vertebatur, quæ fuit commiſſa tribus, qui ſolẽniter citauerunt dictum P. ſcilicet primo, ſecundo, & tertio, qui comparere noluit p ſe, nec p reſponſalem aliquem coram eis, ideo ipſum excommunicationis vinculo innodarunt, & fructus dictæ eccleſiæ ſequeſtrarunt. qui P. tædio excommunicationis affectus coram ipſis iudicibus comparuit promittens ſtare iuri, & fuit abſolutus ab excommunicatione, aſſignata ſibi certa die & loco, quibus coram eis, quòd pmiſerat, ſcilicet iuri parere, adimplere, ſequeſtro nullatenus reuocato, qui P. diem & locum radens ex literis abſolutionis in loco raſuræ reſcripſit, q̃d ipſi iudices ei ſequeſtratos fructus aſſignari mandabãt, q̃d ſcelus corã duobus eorum, tertio ſui abſentiam excuſante per literas, eſt confeſſus. Cumque hoc deueniſſet ad notitiam Papæ per literas dictorum delegatorum, Papa commiſit cauſam duobus alijs iudicibus, & dedit eis in mandatis, ne tanta falſitas procederet impunita, q̃ ſi eſſet ita ipſi falſatori ſuper dicta eccleſia imponerent perpetuum ſilentium, & præfato R. de Cliuo ipſam eccleſiam aſſignarent cum fructibus ſequeſtratis. Modo dictus R. coram dictis iudicibus probauit de dicta raſura, & falſitate; & quamquam non probaſſet de ſua canonica inſtitutione, petebat ſibi dictam eccleſiam aſſignari, dubitatio oriebatur per clauſulam, ſi eſt ita, vtrum referatur ad raſuram ita q̃ hoc ſolo p̃bato dicta eccleſia debeat aſſignari dicto R. an vero referatur ad omnia ſuperiora. ideſt ad raſuras & collationem? Papa determinat, q̃ ad omnia, nam & ſi propter delictum dicto P. ſilentium imponatur, tamen ex hoc dicto R. nihil accreſcit, niſi probet de canonica collatione.
2 † Ibi, & iterum, hæc dictio ſtricte ſonat pro ſecunda vice, ſed large ſignificat, quoties opus eſt, cum profertur a lege, vt ff. de edẽ. l. veluti. §. hæc vox. ſed cum profertur ab homine, binario numero eſt contenta. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ſed dictio, pluries, ternario numero eſt contenta, vt j. eo.
3 c. in verbo, pluries. † & facit ad compromiſſa, in quibus datur poteſtas arbitris prorogandi terminum ſemel & pluries. Si autem datur arbitrium prorogandi, nec aliud additur, intelligit ſemel tantum, vt ff. de ver. ſign. l. boues. §. hoc ſermone. & hoc ſi prorogatio ualuit, ſed ſi nõ valuit, intelligitur de prima quæ ualuit. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio, la prima, & arg. ff. de iureiuran. l. qui per ſalutem. quod habetur. j. eo. c. ſi com, promiſſarius, §. 1. de elect. lib. 6. vbi licet electio ſit nulla, tamen
4 functus eſt officio eligendi, dic vt ibi. † Ibi, per interpoſitam p-ſonam, no. q̃ collatio beneficij poteſt fieri per interpoſitam perſonam. hec tamen interpoſita perſona non præbet miniſterium, ſed ipſi abſenti recta via acquiritur, vt ff. de manumi.

vind.

ADDITIONES

a Pondera iſtum tex. vt per Cardi. & refert Iaſ. in l. contra maiores. C. de inoff. teſt.

b Confirmo per ſi. nam quando inſultus fit in vno loco, & vulnus in alio, inſultus non confunditur cum vulnere, ſed cõcentur plura delicta. ſecundum Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iuram. fir. Ana. conſi. 9. incip. caſus talis eſt.

BIU Cujas

vlnd.l.pater ex prouincia. & hoc eſt generale in omnibus inſeparabilibus a perſona. vnde dicit Bar. q̃ per liberam perſonã acquiritur alteri vſusfructus directus, & non vtilis. Ibi, noluit, non facere, quod debetur, eſt nolle illud facere. Ibi, ſequeſtrari, quod facere potuerunt p̃miſſo peremptorio, vt hic, quia miſſio in poſſeſſionem non habet locum in iſto caſu. j. de eo,
5 qui mit.in poſſ.c.eum qui, lib.6. † Et no. quod glo. dicit hic, q̃ ſequeſtratio fieri nõ poteſt niſi ſubſiſtẽte cauſa. Item dicit Inn, cauſa poteſt eſſe vera contumacia, vt hic. Item dilapidatio, vt l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſda. cogan. Item ſuſpicio dilapidationis, vt ſubtrahatur materia dilapidandi, quod arbitrio iudicis committitur. Adde, dicit Bar. q̃ lite penden poteſt fieri deſcriptio fructuum, vt tollatur occaſio furandi, vel fraudãdi. ſequeſtratio autem non poteſt fieri ante ſententiam, de iure fiſci. l. facultas, p̃ Bart. lib.10, niſi per inſtrumentum conſtaret de iure agentis. C. de agri. & cen. l. litibus, lib.11. per Bar. Item ibi dicit, quod ſequeſtrum reuocatur, ſi ſatiſdetur. Bar. hæc ſatiſdatio debet habere duo capita, ſ. de non conſumendo, ff. de pet. hær. l. diuus. & de reſignando ad iudicis mãdatũ, argu. ff. de dolo. l. ſi oleum. Cũ enim ſatiſdatio loco ſequeſtrationis cedat, ar. ff. ad Car. l. de bonis. §. qui pupillo. ſic fructus ſequeſtrati nõ poſſunt vſu conſumi, imo nec vendi, niſi corrumperentur, & tunc iudicis authoritate, argu. in l. fi. ff. de requirendis reis. Item nec p̃ſtita dicta ſatiſdatione, quæ vice ſequeſtri fungitur. Iſtud eſt certum, quòd vbi ſequeſtratio fit propter contumaciam, ibi purgata contumacia ad mandatum iudicis ſequeſtrum reuo-
6 catur. Caſus eſt hic multum notabilis. † Ibi, diem aſſignarunt, no. quod monitio debet cõtinere aſſignationem diei, loci que, & ſic eſt argu. quod niſi dies & locus apponatur in citatione,
7 non valet. † Ibi, radens, a no. q̃ non ſolum ſcripturam vitupe-
a rat, ſed etiam per ipſam falſitas manifeſta probat. ff. ad munic.
8 l. Titio, C. de edi. diui Adr. tol. l. fin. † Sed an ſint duæ falſitates, vna in radendo, alia in ſcribendo ita, quòd puniat duplici pena? reſpon. vnum eſt delictum continuatione, & finaliter quia ambo actus terminantur ad vnum finem, & eodem loco & tẽpore fiunt. Sed ſi diuerſis locis, vel temporibus, eſſent plura delicta, & plures pœnæ, vt no. in l. pe. ff. de act. & ob. vbi optima glo.
9 Ibi, p̃ literas eſt confeſſus. † No. q̃ abſens poteſt confiteri crimẽ capitale per literas miſſas iudici, vel duobus ex tribus delegatis, ſi forma mandati daret poteſtatem duobus, alias ſecus, argu. ff. de arb. l. Pedius, & hic eſt caſus, in quo crimen capitale p̃batur per inſtrumentum. Ibi, temeritatis exceſſus, no. falſitatem vo-
10 cari temeritatis exceſſum. † Ibi, p̃ſumptori, ideſt falſario. Ibi, imponentes. no. q̃ falſarius, qui falſificat acta, p̃dit cauſam non ipſo iure, ſed p̃ ſententiam. ff. de falſis. l. ſi quis obrepſerit, ff. de iure fiſci. l. eius qui delatorem. Item no. q̃ ille, qui p̃dit beneficiũ, perdit fructus. Ibi, teſtes idoneos, no. crimen probatum p̃ in-
11 ſtrumentum adhuc per teſtes idoneos probari. † Ibi, ſi ita eſt, iſta clauſula, ſiue expreſſe adijciatur, ſiue tacite intelligatur, refertur ad omnia, & eſt ratio, quia ad omnia poteſt & debet re-
12 ferri, vt no. ff. de iuriſ. omn. iud. l. ſi idem. §. fi. † Ibi, ad hoc, ideſt ad hunc fi. ex hoc no. quòd vbi vna determinatio, ſiue vna clauſula reſpicit plura determinabilia, determinat quodlibet de per ſe, ſicut plurale determinat ſuas ſingulares tates, vt no. ff. ſi quis cau. l. ſeruus. §. ſi plurium, & ff. de condi. & demon. l. falſa. §. fin. Nam omnis determinatio operatur, ſecundum quod adiacet determinabili, vt C. de ſen. & interlo. om. iud. l. cum ſolutum,
13 & ff. de le. 2. l. fi. §. Scio, & l. 2. ff. de cond. inſt. † Item no. hic, q̃ corruptio vnius non eſt propterea generatio alterius, vnde licet falſarius perdat litem beneficii, tamẽ nihil aduerſario applicat, quia beneficium ſine titulo eccleſiaſtico acquiri non po-
14 teſt, vt in cap. 1. de reg. iur. lib.6. † Item no. quod qui duo p̃ponit, ſcilicet aduerſarium deliquiſſe, & beneficium ad ſe ſpectare, debet p̃bare vtrumque, vel ſaltem id, quod eſt ſubſtantiale ad victoriam, ſcilicet beneficium ad ſe ſpectare. vel dic, q̃ hic ideo debet p̃bare vtrumque, quia ſe ad hoc aſtrinxerat impetrãdo circa duo, quorum vnum pendet ex altero, C. de temp. ap. l. p̃ hanc. tex. notabilis. Quandoque enim ſurgit ex pluribus copulatis vnicum ius, & tunc vtrumque eſt probandum, vt ff. de itin. actuque priuato. l. 3. §. hoc autem a ſuperiori, & ibi bona glo. quandoque ſurgunt plura iura, & tunc non eſt neceſſaria copulatiua probatio, vt ff. de app. l. ſcio, & l. appellanti. §. non ſolere. ſed debent referri ſingula ſingulis, vt Inſt. de exc. tut. §. ſi plures. adde, quod no. ſ. eo. c. ex parte. Ber. Ibi, ſup alijs, ideſt ſup
15 canonica inſtitutione. † & no. q̃ quando reus non ſolum petit ſe abſolui, ſed rem ſibi aſſignari, vel adiudicari, non ſufficit quo ad hoc adiudicandum q̃ conſtet de non iure agentis, ſed oportet q̃ conſtet de iure ſibi adiudicari petentis, tex. eſt hic notabilis, & ff. de iureiur. l. ſed ſi poſſeſſori, in princ. Et hoc caſu agens poteſt formare articulum de non iure rei, alias ſecus, vt
16 dicit illa lex notabilis. ff. de rei vend. l. in ſpeciali, † Ber. tangit hic, de ſequeſtro, & ex qua cauſa fiat, vnde quero ex qua cauſa fiat ſequeſtrum? & ſolue, vt in glo quæ incipit, quod de iure, & adde quod dicam. j. de do. & contu. c. ex literis. In alia gl. quę ritur, vtrum clauſula referatur ad omnia. Item quæritur, an pluribus intentatis ſufficiat alterum probare. hoc ſuperius declarauj. Dicit Colle. quod cum plura narrantur effectus varios operantia, non ſufficit alterum probare, ſcilicet ad vtrumque effectum conſequendum, vbi requiritur copulatiua eſſentia, non ſufficit vnius probatio. ff. de itin. actuque priuato. l. vnde. §. hoc
17 autem à ſuperiori. † Io. And. quærit hic, vtrum ſi ſunt tres iudices ſimpliciter delegat, an valeat confeſſio facta coram duobus ex eis alio abſente, vel nolente intereſſe? & dicit q̃ non, quia apud duos non eſt iuriſdictio. & ideo Papa mandat ſic inquiri, quanquam de confeſſione conſtaret, tamen non credo poſſe negari, quin hæc confeſſio faciat indicium, vt ff. de ædilitio edicto. l. quæro. §. fi. etiam ſi facta ſit aduerſario abſente, quia iudex tanquam publica perſona poteſt recipere confeſſionem pro publ co intereſſe, argu. C. de adulter. l. quamuis indubitati. & in criminibus ſupplere poteſt pro abſente, & contra abſentem, arg. ff. de pœnis. l. & ſi non defendantur. tamen hoc
18 verum eſſet ſuppoſita iudicis competentia. † alias enim datur regula, q̃ cuius non valet ſententia, non valet confeſſio facta coram ipſo, vt eleganter notatur. ff. de his, qui notantur infamia. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. Dicit Colle. quod ad impetrandum reſcriptum ad beneficium non requiritur ſpeciale mandatum, ſcilicet ad certum beneficium impetrandum. hoc patet, quia procurator poteſt impetrare ſub expectatione, quæ certa eſſe non poteſt. Dicit Colle. hic, q̃ hic ideo fit ſequeſtrum, quia præceſſit excommunicatio, & cui communio hominum denegatur, prouentus eccleſiaſtici merito ſubtrahuntur, vt infra de appel. c. paſtoralis, in fi. col.

Verba ſubſequentia vſque ad finem capituli non ſunt ad capitulum pertinentia, ſed per ipſum Bald tamen addita.

Et nouiſſime M.cccxcvij. Rex Francorum ſubtraxit obedientiam domino Benedicto, quia tanquam obſtinatus nolebat ſe ſupponere concilio; nec etiam p̃dictus rex obediebat domino Bonifacio anhelanti ad tractum adijciens pro Benedicto. Nemini dicẽdum eſt, dimitte ius tuum, & facte abſolui, dicit Inn. de ſen. exc. c. apoſtolicæ. nec valet iuramentum factum impreſſione. ff. quarum re. ac. non dat. l. 1. §. quæ onerandæ. In matrimonio etiam non tenet iuramentum, q̃ quis cogat̃ ad diuortiũ. l. reprehẽdenda, & l. fi. de di. In omiſſione verbi non cadit abſoluta coactio, quia vox non poteſt formari niſi in p̃prio organo, & gutture ſuo, & ex hoc apparet libertas animæ. C. de hære. inſti. l. 3. & no. in c. ſacris. j. quod me. cau. Inno. & adde quod no. 40. di. Chriſtianus, Bonifacius ſignificat bouẽ, Benedictus ſignificat beſtiam bellantem, ſi primam ſyllabam cuiuſuis nominis prauè interpretaris, vtraque beſtia, tam qui boat, quam qui bellat. ſi bene introſpiçerent, vtraque beſtia regumat, ſed neutra ruminat. Sane ſcribit pſalmo cẽteſimo, Ambulãs in via immaculata hic mihi miniſtrabat. dicit gl. mihi, nõ ſibi, ſicut faciũt iſti, & locus publicus ac ſacer vim patit̃ ꝯ oĩa edicta p̃torum. Et Cardinales veteres qui ſunt nunc ſeptem, volunt eligere alium, & erit ſchiſma poſterius peius priore, quia morbus, qui non curat̃, infiſtulatur. Olim ſchiſma curabat Imperator, concilium congregabat, & illi intererat. 79. diſ. ſi duo forte, in ſuperſcripto, quia ibi Honorius imperator loquitur, & ſtatuit: hodie Imperator faces amiſit, quia reges ſubtraxerunt ei obediẽtiam, nec dira barbaries Teucrorum, vt ſic dixerim, vel immanitas Teutonicorum trãquilla regna Chriſtianorum principũ, & dulces patrias ac amænas ſubuerteret, de re iu. c. ad apoſtolicæ. lib.6. †
19 Conciliũ formatum & eſſentiatum, ſeu canonizatum a iure non poteſt Imperator facere, nec ei p̃ſidere, ſed quandam congregationem facit, quæ potius dicitur conuenticula. Sed Io. dicit, q̃ quãdo eccleſiæ poteſtas deficit, Imperator ſupplet. 23. q. 5. princeps. ſed itelligendum, q̃ ſupplet patrocinã-
20 do. † Schiſmaticus obſtinatus, hæreticus eſt, & qui non habet partem in Deo, non habet partem in eccleſia. Et dicit Hug. in ſuo apparatu ordinario, q̃ Cardinales poſſunt deponere authoritate Dei Papam, & tamẽ non ſunt maiores Papa. Hug. ita no. 63. diſt. in ſynodo, & 40. di. ſi Papa, per Hugo. & gl. Item diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. Nam duo ſunt tempora. primum, quando eccleſia parum militabat, & parum poterat p̃ ſe ſola, & tunc multa priuilegia contulit imperatoribus, q̃ poſtea ſunt ſublata. 63. diſt. c. verum tenet. c. ego. p̃ Hugo. de inde eccleſia militans plus incœpit poſſe, quam imperium tẽporale, in temporalibus triumphans, qui tamen improprie dicitur

ADDITIO.

a Vinc. God. De raſura vide Felin. in cap. ex literis, de fide inſt. Soc. in ſuis fall. in 1. fal. quæ incipit, raſura. & adde quod corroſio priuilegii in loco ſuſpecto, non vitiat, quando ex præcedentib. & ſequentib. colligitur mens concedentis. Ruy. conſi. 217. nu. 14. lib. 4.

BIU Cujas

citur triumphus, & tunc incæpit imperium declinare, & diuidi. reges. ei ſubtraxerunt obedientiam. Item fecit Conſtantinus a illam donationem, qui viribus multum minuit imperiū.
21 C. de naturalibus liber. l. diui. † In iſtis ergo temporibus & multo minus in nouiſſimis tēporib. ætatis noſtræ ægrę & infirmæ, Imperator non poteſt ius cauſarum dicere Romæ. nec in regnis illis citare, quæ ſibi non obediunt. Nam quo ad obedientiam inſpicitur poſſeſſio, & non merum ius. C. de fum. tri. l. 1.
22 † Vnde ſequitur, ꝙ Imperator non poteſt conuocare generale concilium nec in vrbe, quæ hoc habet de iure capitis. ff. de religioſis. l. cum in diuerſis. nec alibi, & ſic nec de iure, nec de facto poteſt cōuocare clerum Romanum, qui eſt caput cleri totius mundi, arg. ff. de le. l. de quibus. nec clerum regni Hieruſalem, & Siciliæ, vt in c. paſtoralis, de re iud. in cle. nec clerū Franciæ, quia illud regnum nullo iure ſubeſt Imperatori, loquēdo ſecundum nouam eccleſiam, vt no. in c. quod clericus, de fo. comp. & 63. diſt. Adrianus. & idem in ſimilibus regnis. Item dicit Hoſt. ꝙ pauca regna hodie obediunt Imperatori, ſ. Italum & Arelatenſe, & Romani imperium virtutibus promeruerūt,
23 vt no. 63. diſt. ego Ludouicus. ſuper verbo, Francorum. † Item vt dicit Valerius, imperia debent ſacris famulari, & non dominari, quia caro non debet dominari aduerſus ſpiritum. tamen etiam ſi Imperator non requiratur, debet iuuare ſtatum eccleſiæ tanquam amicus, frater, patronus, debitorque eccleſiæ. ſi Papa non vult vti rationibus, vbi tractatur de periculo mundi, compeſcetur armis. C. de iudicijs. l. nullus. Et bella quædam ſūt de iure naturali, ideſt de ſtatu & moribus, ac inſtinctu naturæ, quod patet ex bellis & actibus puerorum, & beſtiarum, & perfectius & multo fortius ex bellis ſapientium, l. ex hoc iure, de
24 iuſti. & iu. † Et triplex eſt bellum. ſ. repercuſſiuum, mitigatiuū, & curatiuum, ac ſanatiuum, radicitus. i. funditus eneruatiuū guerræ, & factiuum pacis. Exemplum de primo in rixa, quæ eſt actus quaſi inſtantaneus. ff. ad l. Aquil. l. ex plagis. §. tabernarius. & in guerra, quę eſt actu & apparatu perſeuerans, & requi
25 rit latitudinem temporis, de reſtitu. ſpo. c. Piſanis. † & totum, quicquid ſit in tota illa diſpoſitione & latitudine temporis, dicitur fieri incontinenti, arg. ff. de pac. l. iuris gentium. §. quinimo, in fi. Exemplum de bello lenitiuo & finitiuo guerræ. ff. de pac. l. legitimam, cum ſimilibus. Et ſic eſt triplex genus belli, ſcilicet repercuſſiuum, & hoc debet eſſe primum. modificatiuū, & hoc debet eſſe ſecundum. & exterminatiuum, & hoc debet
26 eſſe vltimum, & hoc de gente ad gentem. † Item contra malos non eſt vtendum malua, vel emplaſtro, ſed gladio. ff. de officio præſidis. l. congruit. Quis ergo congregabit concilium? Hugu-
27 tio determinat expreſſe, in d. cap. ſi duo forte. dicit, ꝙ vbi eſt diſſenſio inter Cardinales, debet concilium conuocari authoritate Cardinalium. Nam concilium eſt ſicut bonus vir electus & approbatus a canone, & ſufficit maior pars Cardinalium, vt ff. ad munic. l. quod maior pars. imo maior pars p̄ſentium, ſi ſaltē duæ partes ſint p̄ſentes, requirit maior pars omnium p̄ſentiū, ſi ſaltem duæ partes ſint p̄ſentes, requirit maior pas omnium p̄ſentium, vt ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. l. ſi nulli, non ob. c. licet de vitanda, quia hic non ſumus in electione, ſed in concilij congregatione. & iſtud quod dicit, ꝙ concilium p̄tinet ad Cardinales, non eſt in glo. dicti c. ſi duo forte, & ideo recurre ad glo. Hugutionis, quia glo. Bar. Brix. eſt truncata. Et no. ꝙ ad concilium generale de neceſſitate non ſunt vocandi, niſi epiſcopi, vt no. Inn. in ca. graue, de p̄b. & ideo Cardinales epiſcopi ſunt illi, ad quos principaliter p̄tinet ꝙuocatio, ar. 23.
28 diſt. in nomine domini. † ſed certe Cardinales nō conuocant concilium vt ſinguli, ſed vt collegium, quia collegium Cardinalium maius eſt, quam aliquis ſingularis epiſcopus, quam patriarcha, & tamen non eſt negandum, ꝙ Cardinales epiſcopis
29 ſint in concilio p̄ſtantiores. † Item non eſt negandum, quin ſingulus Cardinalis et am diaconus, vel ſubdiaconus ſit maior epiſcopo Florentino, vel Peruſino, vt in l. vnica. C. de p̄poſit. lib. 11. ibi, dum dicit, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. In hac congregatione non requiritur authoritas eius, qui ſe prætendit Papam, quia tractatur de ſua exauthoratione, & ſic de cauſa propria. Vltimo ſubijc o quoddam mirabile dictum Hugutionis in d. ca. ſi duo forte. qui dicit, quod ꝓpter ſcandalum vitandum vterque poteſt p concilium repelli. 40. diſt. ſi Papa, & tertius eligi, qui non ſit eiuſdem ſcandali proſecutor. Et in hoc aduertat Rex Frācorū, ne veniat. ſcribit̄. n. Incidit in Scylā cupiēs uitare Carybdim. Et ſi ꝓ mittit̄ depoſitio, ꝓmittit̄ eius præambula, ſ. ſubtractio obedientiæ ſolite, ar. in l. 1. ff. de requ.
30 reis. † Siue p veros Cardinales, ſiue per falſos Papa eligatur, eccleſia ſemper retinet poſſeſſionem, vt l. quæſitum. ff. quemadmodum ſer. amit. nec poteſt eccleſia vniuerſalis deſinere poſſi
31 dere, quia non poteſt expelli. † Item quia de ꝓuribus incorporalibus nemo mero iure eijcitur, vt ff. de vſu. l. ſequitur. §. ſi viam. & ſi expellerentur Cardinales, tamen quia ipſi non poſſident nomine ſuo, ſed nomine totius catholicæ eccleſiæ, ipſa vniuerſalis eccleſia non perdis poſſeſſionem eligendi. Porro ipſa eccleſia eſt quid incorporale & inanimatum, & non poſſidet niſi p̄ organa ſua, ſicut hæreditas aliquando. ff. de cond. & demō.
32 l. municipibus, & l. eius, qui. ff. ſi cer. pet. † Item dicit Hugu. in d. c. ſi duo, & ibi gl. ꝙ Papa poteſt remoueri propter notorium crimen enorme. tenementi, & de facto eſt. & quia dicitur, ꝙ quidam ex eis eſt notorie periurus, de elec. venerabilem. & aut Papa eſt intruſus, & nullæ eius promiſſiones tenent. C. de ſacroſan. ec. l. decernimus. aut extruſus, ideſt ex poſt facto remotus, & tunc valent quæcunque fecit ante, quam priuaretur. ff. de mino. l. Aemilius. Dicit Archi. ꝙ volentes dirigere virgam tortuoſam plicant per contrarium, & hoc non poteſt fieri niſi igne, & p̄ ignem humiliatur illa virgula, ſicut panis in igne poſitus. Vtēdum primum verbis, de iud. ca. nouit. deinde herbis, tertio lapidibus, & vbi nō ſufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præſidium, & tutela.

ADDITIO.

a Vide dom. Franc. de Aret. in rubr. ff. de ver. obl.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam incipiens coram iudice negligente poteſt adire iudicem ſuperiorem, et alium impetrare.*
2 *Appellatione pendente nil poteſt innouari virtute ſententiæ, ſed bene poteſt innouari virtute pendentiæ.*
3 *Excommunicatus non poteſt impetrare literas ad agendum ſuper reſtitutione beneficij, quo iudicis authoritate fuit ſpoliatus.*
4 *Iudex admittitur ad defendendum ſuam ſententiam ob proprium intereſſe. Iudex, ſi dolo pronunciat, in veram litis æſtimationem, ſi imperitia arbitrio iudicis condemnabitur.*
5 *Bis puniri vel præmiari non debet quis ex eodem facto.*
6 *Generales viſitatores an poſſint aliquem ab officio amouere.*

CAP. XXVI.

11 in gl. pen. Et vide quod ibi no. moderni. † excõicati ergo exercent actũ ſpiritualẽ paſſiue, & iuſſu ſuperioris: quia aliter non poſſent abſolui ab excõicatione, ſi ſponte & propria libertate non poſſent recipere. ac excõicatio nodum obligationis non diſſoluit, ſiue temporalis, ſiue ſpiritualis ſit obligatio. Ibi, Eo recepto, non fuit hęc forma literarum, ꝙ reciperetur in canonicũ, ſed fuit mens formæ. Nam cui mandatur aſſignari beneficiũ præbendale, dẽt canonizari, & econuerſo quia vnũ nõ, dẽt eſſe ſine altero. Ibi, Relaxetis, ergo oẽs iſtæ ſnĩæ erant aliquæ alias non eſſet neceſſaria relaxatio ſm Ber. Alij dicunt, ꝙ ſit relaxatio ad cautelã, dic vt in gl. Item no. perplexitatem ſolui per ſnĩam imponentem ſilentium parti, quæ non fouet iuſtitiam.. Nũc capio gl. dicit gl. ꝙ relaxatio proprie dicitur ad cautelã, & iſtud verbum debet exprimi in ſententia relaxationis. Abſolutio autem dicitur perpetua, & in vtraque requiritur forma ec-
12 cleſiæ. † No. hic, ꝙ prior in tempore potior eſt in iure. Itẽ no. ꝙ præuentio ꝑplexitatis nodũ diſſoluit, tñ non dr̃ præuenire, qui non obſeruat tp̃s l. fi. C. qui admi. ad bon. poſ. poſſunt. nam qui
13 præcipiti feſtinatione præcurrit, nihil capit. † Quæro, per quẽ actum inducatur iſta præuentio? Reſpondeo, ꝑ preſentationẽ ſm Ber. vel per ſolam impetrationem in literis bñficialib. quia gratia accipit perfectionem ex conſenſu & literis reſcribẽtis. In linguaprincipis ſtat gratia: In ſcriptura teſtimonium: In execu tione cõmoditas. lingua ergo principis eſt illa, q̃ prælationem
14 inducit, & hæc eſt veritas. † Adde, ꝙ tribus modis aliquid dr̃ ꝑfectum. C. de peri. & cõmo. rei vend. l. j. ſ. ꝑfectione ꝯſenſus, ſeu
15 originationis, purificationis, & tradõnis, ſm Cy. † Et dicas, ꝙ ĩterdũ agit̃ de p̃latione officij. Interdum de p̃latione commodi. Itẽ aliq̃n de iure initiando, interdũ de initiato iudicãdo, interdũ de iudicato exequẽdo. primo caſu p̃latio attẽdit̃ penes initiũ actus, vt hic ſm vnã lec. ſm q̃ primus impetrãs p̃fert̃, quia alteri nõ erat ius initiatũ. Scdo caſu nõ ſufficit initiũ, niſi deue nias ad aliqd̃ exercitiũ, & iõ ꝑ officij radicatione neceſſaria eſt litis ꝯte. in ꝑcuratorẽ ad iudicia, vt ff. de proc. l. plurib. Sed in ꝑ curatore ad negotia, in quo litis ꝯteſ. nõ cadit, primus acceſſus ad aliquid ſubſtãtiale p̃lationẽ inducit. arg. ff. de cõdi. ob cãm. l. ſi pecunia, in prin. & in iuriſdictione iudicis non requirit̃ litis conteſt. quia ꝑ eã non augẽt effectus, vnde ſufficit ſola citatio, vt ff. de iudi. l. ſi qs poſtq̃, licet gl. notauerit ꝯriũ ff. de iuriſd. om. iud. l. & qa, pro quo vr̃ caſus. ff. de proc. l. ſi reus paratus, lex eſt notabilis quo ad poteſtatem ſupplendi. Tertio caſu, qñ agitur de iure radicato præferendo. tũc aut eſt tale ius, in quo habet locum præuentio, & inſpicitur ſnĩa, vt ff. de noxa. l. ſi quis a multis. aut non habet locũ præuentio, & tunc ſententia non
16 curatur, vt ff. qui po. in pig. ha. l. Claudius Felix. † Nã licet creditor ſcds p̃ueniat, tñ nõ abſorbẽt ius prioris creditoris, ad idẽ ff. de rei ven. l. is a quo fundus. C. de iure deli. l. fi. §. & ſi p̃fatam, & l. pupillus, q̃ in fraudẽ creditorum, & eſt materia nimis lata. Prærogatiua alia datur exercitio, & iſta aliq̃n facit de poſteriore prius. Quędam abſorbet ius ꝯrium, & hæc annihilat illud, vt hic. Et ſcias ꝙ in actione p̃ſonali, ẽt in rẽ ſcripta, plus operatur præuentio, q̃ in reali. Itẽ no. ꝙ præuentio q̃nq; attenditur ꝑ litis ꝯteſtationẽ, vt cã tollendæ perplexitatis. ff. de verb. obli. l. Ti-
17 tius & Seius. † Ex his patet, ꝙ ordo prerogatiuã ĩducit. & aliq̃n hoc eſt verum ẽtĩ ordine vocis, quia ex ordine vocis præſumitur ordo intellectus, & qui prius nominatur in inſtro. preſumitur prius principalior, ff. de ſtip. ſeruo. l. ſi ſeruus, per Ia. de Are. inter vocem & vocem tp̃s eſt, ſ. inſtans. tñ de hoc inſtanti raro curat lex, vel canon. j. de app. c. ſecundo requiris. ff. de peculio le. l. quidam. ſaluo ꝙ in prolatione verborũ vnus & idẽ actus debet eſſe continuus. ff. de verb. ob. l. continuus actus, quia oratio non debet diuidi tp̃ibus diſtinctis, quia ex aggregatis & non di ſgregatis fit vnum corpus, contractus diuiſio corrumpit integrale. no. de verbo. oblig. l. j. Sed iſtud extra materiam noſtram
18 eligatur. † Sane illud certum eſt, ꝙ in dependentibus a tempore prior potior eſt in iure, vt in filio primogenito, niſi ſit inhabilis, quia ſeruus. ff. de ſta. ho. l. Aretuſa. vel niſi data ſit forma p ꝯriũ, vel in vltimo ex perſeuerantia deprehẽdatur maius meritum, vt expleta ſtipendia, quia perſeuerantia attenditur penes
19 finem, vt ff. de cõdi. & dem. l. Mutianæ. tex. no. † Adde ꝙ q̃cunque ex neceſſitate ſequuntur, illa retro fingunt. C. de admi. tu. §. pro officio, per Cy. qui po. in pig. ha. l. qui balneũ. & l. potior.
20 † No. inſup, ꝙ tp̃s, qd̃ labit̃, non reparatur, ſi quis eſt ab alio p̃-

uentus

ADDITIO.

a Vide Alex. conſi. 137. col. pen. lib. 2. Roman. conſil. 161. Car. Flor. conſi. 102. col. fi. & vide quæ ponuntur in addi. ad conſi. Alex.

BIU Cujas

nẽtus. Dic, q̃ vbi ſurgit preuentio, vel obuiatur principio, mora non purgatur. ff. de op. le. l. mãcipiorũ. ff. de fideic. li. l. Thais. §. vita. Item ſi ſurgit ꝯctus confirmatio. ff. de ædil. edi. l. qđ ſi nolit. §. ſi quid ita. Idem, ſi ſurgat ex tpe reſciſſio ꝯctus ipſo iure. ff. de min. l. Aemilius, vbi & poſtq̃ res ad irritum recidit, mora non purgatur, quia non reſurgit in iudicio, qđ conſumptũ eſt & abolitum, vt in c. j. quo tempo. miles, coll. 10. vnde deſtructo corpore ꝯctus, deſtruitur ſpiritus eius. i. robur. Nam in humanis
21 non reperitur ſpiritus abſque corpore ſuo. † Item certũ tps conceſſum eſt purgationi moræ, poſt illud tps mora non purgatur ẽt pp iuſtum impedimẽtũ in iſto tpe purgationis emergens. C. de fideiuſ. l. pe. vbi eſt tex. vnicus in iure, & tñ moram elidit caſus fortuitus. ff. de publi. l. Cæſar. vnde ſi emphyteuta non purgauit moram. j̃. tps purgationis, nunq̃ põt poſtea purgare. j̃. de loca. c. potuit.
22 † illud eſt conſideratione dignũ, q̃ mora debitoris purgatur, qñ per oblationem debitoris creditor ꝯſtituitur in mora recipiendi. Nam vltima mora nocet. Nam ſi non conſtituitur in mora creditor p oblationem ꝯriam ipſius debitoris, nunq̃ debitor releuatur a mora. ff. de verb. ob. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ſed ſi ſubtiliter concernas, facit. ff. mandati. l. hominem, & ff. de conſtituta pecunia. l. ſed ſi alia. ff. de ver. obl.
23 l. interdum. §. fin. per Bar. † Et ſicut præteritum non reparatur, ſi conſumptum eſt, ſic eꝯ futurum, qđ initiatum non eſt, nõ ꝯſideratur. ff. de vſu. l. j. §. j. Nam ibi vſura ex mora veniendi cõmenſuratur futuro tpi, & inde initiatur, & non prius, & anteq̃ fluat in tpe in cã non eſt, ergo nec in cauſato, igitur nec in dicto, qđ non eſt fundandum ſuper nihilo. & vide oĩo qđ no. In-
24 no. de proc. c. auditis. in fi. † Dico aũt, q̃ vbi futurum formatur, ſeu fundatur a præterito ꝯctu, pertinet ad iudicem quo ad cautionẽ ſecuritatis. ff. de iudic. l. in omnib. Item quo ad inſtrm teſtandæ veritatis. C. de li. cã. l. ſicut datam. Item quo ad cumulationem ꝯcluſionis libelli, ſi futurum eſt vnitum cũ pñti p eandem formam diſpoſitionis. C. de fideic. l. j. Item in executione rei iud. futura ꝯſideramus. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. l. j. qa
25 veniunt ꝯſecutiuè, i. conſequenter, nõ per ſe. † Sed oĩmodo futura, non habentia præcedentem ordinationem cãe efficientis, non pertinent ad iudicem. Futura ꝯſiderantur, qñ pñtia ad ea ordinantur, ſeu continuantur futura pñtib. per naturã, vel copulam, alias a iudicib. non conſiderant. C. de fideic. l. j. quia futura per ſe non ſunt apta ad agere, nec ad excipere, vt l. pure, in prin. ff. de exce. doli. Et ſcias, q̃ vbicunq; iudex perpetuũ ſilentium imponit, ibi de futuro pariter cum pñti diſponit, & id contingit ex natura rei iu. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. centum, cum ſi. Item continuatiuè. ff. de arb. l. inter Caſte. Itẽ ſi iudex p ſpiciat futura, non tñ eſt ſnĩa nulla, l. j. §. biduum, qñ appellandum ſit. Item aliquando ſententia habet tacitam conditionẽ, ſi liquidabitur poſtea, vt Inſti. de actio. §. curare.

SVMMARIVM.

1 *Penſio repræſentat ipſum beneficium.*
2 *Penſio non includitur, ſi mandatur alicui prouideri de beneficio vſque ad certam ſummam.*
3 *Penſio ſui natura non cenſetur beneficium eccleſiaſticum.*
4 *Penſio quando ſolui debeat.*
5 *Stipendium, an tranſeat ad hæredem.*
6 *Permutari, an poſſit ius ad beneficium.*
7 *Renuncians beneficio obtinẽdo pro aliqua re tẽporali, an cõmittat ſimoniam.*
8 *Iuriſdictio, an quæratur per literas ſubreptitias*
9 *Exceptio ſubreptionis omiſſa in cauſa principali, an poſſit reſuſcitari in cauſa appellationis.*
10 *Exceptio declinatoria non poteſt opponi in cauſa appellationis.*
11 *Penſiones annuæ computantur inter immobilia.*
12 *Renunciatio neceſſaria, an inducat ſimoniam.*
13 *Proceſſus factus per literas ſubreptitias, an ſit validus.*
14 *Exceptionis omiſſio non eſt iuriſdictionis prorogatio, ſed corroboratio, & coadiuuatio.*
15 *Exceptio ſubreptionis, an ſit exceptio falſi.*

CAP. XXXI.

1 AD audientiam. † Penſio repñtat ipſum beneficium, ar. ff. mand. l. fin. vbi compoſitio repræſentat victoriam, vt ff. de acquir. her. l. fuit qõnis, vbi compoſitio repræſentat fraudem. Si habens literas Papæ ad beneficium eis renunciauerit pp annuam penſionem, non valent beneficiales literæ, quas, hoc tacito, poſtea impetrauit. Caſus. Fuit relatum Papæ, q̃ quidam clerici obtentis literis ad beneficia renunciant eis recepta annua penſione. deinde impetrant alia beneficia non facta mentione de ipſis literis primo impetratis, & de renunciatione prædicta, & penſione prædicta, Papa decernit impetrationem non valere, & mandat in irritum retractari totum,
2 quicquid eo prætextu eſt ſecutũ. † Ibi, ab eis. ſ. eccleſijs grauatis. Ibi, annuas penſiones: Nota, cum mandatur alicui prouide
a ri de beneficio vſq; ad certam ſummã, nõ includitur penſio, a vt in c. quamuis, de præbendis, li. 6. Non ob. hæc lĩa, quæ dicit, alia bñficia, qa dictio, alia, ſignificat diuerſitatẽ, vt C. de ſeruis fugit. l. ſi fugitiui. Ibi, bñficio lĩarum, non dicit bñficio eccleſia ſtico, quia nondum illud erat adeptus, ſed adepturus, quaſi dicat, renunciauit officio iudicis, quod oritur exlĩris obtentis ſup prouiſione, & ideo non eſt ſimonia, quia ius ſpirituale nondũ erat formatum. Ibi, venditas. ſimile verbum. C. mandati. l. p diuerſas, & l. ab Anaſtaſio. Ibi, hactenus impetrarunt. No. ꝯſtitutionẽ reſpicere pręterita, quia rõ finalis ꝯſtitutionis eſt de pręterito, vel quia fit mentio de præterito, vel quia nõ eſt noui iuris promulgatoria, ſed veteris declaratoria, non pœnalitatem,
3 ſed actus inualiditatem continens. † Capio gl. quę optime ſunt. & ad euidentiam quæro, vtrum ſtipendium ſit eccleſiaſticum beneficium? reſpondeo, penſio de ſui natura non cenſetur eccleſiaſticum beneficium, cum laico aſſignari poſſit, niſi talis ſit penſio, quæ cõſueuiſſet pro eccleſiaſtico beneficio aſſigna-
4 ri, vt j̃. de præben. c. quamuis, lib. 6. per Archid. † Quęro, quando ſoluenda ſit penſio iſta? reſpondeo, aut præſtatur principaliter propter ſe & in genere, & debetur in principio anni: aut propter aliud, vt puta propter operas, & debetur in fine anni, vt ff. de ſti. ſeruo. l. ſi ſeruus communis Meuij. §. fi. aut de aliquibus reditibus, & tunc eis perceptis. ff. de condi. & demon. l. j. in fi. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. aut ob certam cauſam, puta pro penſione domus, & tunc debetur tempore, quo pẽſio ſoluitur, vt ff. qñ di. le. ce. l. ſemel. §. ſine habitatione.
5 † Sed nunquid ſtipẽdium tranſit ad hęredem? vĩ q̃ non, vt C. de vſufr. l. cum antiquitas, & in c. j. §. ſi quis dicatur dux, marchio, comes, quia iſtud ſtipendium eſt quędam ſeruitus perſonalis. In contrarium videtur per l. ſi pactum. ff. de probat. Nam vnuſquiſque ſibi, & ſuis hęredibus videtur proſpexiſſe, vt in c. j. de duob. fratribus a capit. inueſtitis. l. ſi pactum. ff. de probat. etiam ſi fuerit facta mentio de filio, niſi appoſita fuerit dictio taxatiua tantum, vt in auth. omnes filij, ſi de feu. fuer. cõtrou.
6 vbi eſt gl. ſing. & iſta cadunt ſuper prima gl. † Capio gl. 2. & ad euidentiam colligo quoddam notabile, q̃ habens ius ad beneficium, poteſt illud permutare. & dicunt quidam etiam cum habentibus ius beneficij, ſed ꝯrium vĩ notari in c. vnico, de re. permut. lib. 6. in nouella. Certè quædam ſunt, quæ alienari non poſſunt, tñ permutari poſſunt. ff. de iu. do. l. ita ꝯſtante, niſi ſint talia, quæ non cadunt niſi in determinato ſubiecto, vt ff. de iu. dot. l. mulier. §. ex aſſe. & eꝯ quæ non poſſunt alienari, nec permutari, vt C. de reb. ecc. non alie. l. fi. & ff. de tranſact. l. cum hi.
7 §. vltimo. † Sed ſtatim quæro, nunquid renuncians beneficio obtinendo pro aliqua re temporali committat ſimoniam? glo. ponit opinio. & finaliter vĩ tenere quod nõ. Nam textus huius capituli præſupponit valere, ergo nõ committit. ſimoniam, qđ concedo, ſi fit iuſſu & authoritate epiſco. vel redimendo ſuam vexationem, alias committitur ſimonia, arg. ff. de infa. l. furti. §.
8 qui iuſſu. & l. quoniam. † Venio ad gl. magnam, & quæro, nũquid per literas ſubreptitias detur iuriſdictio? Reſpondeo, aut loquitur in literis gratioſis, aut in contentioſis. primo caſu refert aut iuriſdictio datur de virtute literæ gratioſæ. ſ. cum litera, aut ſeorſum. primo caſu nulla eſt iuriſdictio, quia cum principale ſit nullum, ergo & poteſtas ex eo, vt no. Inno. s̃. co. ca. ad aures, & c. cæterum. Secundo caſu bene datur iuriſdictio, ſed elidi põt ope exceptionis, vt no. Inn. s̃. eo. cũ dilecto, quia principale eſt validũ, & ſine vitio, licet acceſſoriũ nõ ſit abſq; vitio.
9 † Sed nunquid in cã appłonis, vel reſtitutionis in integrũ poterit talis exceptio reſuſcitari? gl. ſentit q̃ ſic, ſi fuit omiſſa p errorẽ, qui pbatur per iurm, ſecus, ſi ex certa ſcientia. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit. Sed ꝯ gl. vĩ expreſſum. C. de pc. l. ita demũ, vbi
10 expreſſe dr̃, q̃ exceptio † declinatoria nõ põt oppo. in cã appłonis. Cum igitur exceptio ſubreption s ſit declinatoria, non põt opponi poſt litem conteſt. in principali, & per ꝯns in cauſa appellationis a diffinitiua. Ex his apparet, q̃ literæ contentioſæ non ſunt nullæ, & niſi excipitur de ſubreptione, dant efficacẽ iuriſdi-

A D D I T I O.

2 Aduerte, quia do. And. Bar. hic tenet, q̃ imo iſta annua penſio eſt beneficium eccleſiaſticum, & facit tria motiua, ad quæ reſpondet particulariter hic do. Fely. & inter alia ponderat verbum, alia, hic poſitum, quod importat ſimilitudinẽ iuxta no. in c. ſedes. ſupra eo. ſed do. Fel. reſpondet q̃ verbum, alia, non denotat ſimilitudinem, quando per alia iura eſt declaratum, q̃ aliquid non eſt ſimile, vt in penſione eſt declaratum hic, & in d. ca. quamuis. §. j. ego reſpondeo alio modo q̃ tex. ſimpliciter dicit, ſeu alia beneficia, non dicit eccleſiaſtica. quo caſu nulli dubium, q̃ penſio eſt beneficium ſumendo large. & ita reſpondet Capra hic. aduerte etiam quia contra iſtam meam ſol. facit, quia appellatione beneficij in dubio intelligimus de eccleſiaſtico tanquam de digniori, vt per Cardi. in cle. 2. in 8. no. de iudi.

Vinc. God. Adde ea, quæ late dicuntur per Hier. Gig. in ſuo trac. de penſ. eccle. 4. reſp. nu. 2. vbi dicit q̃ penſio non venit appellatione beneficij eccle. cum ſit qd mere temporale, nu. 4. & 7. & reſp. 11. nu. 5. nimirum, vt in laicum cadere poſſit, reſp. 4. nu. 7. & reſp. 11. nu. 7. & in reſp. 5. nu. 9. dicit ẽt q̃ penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum, ſed quid profanum, & licet pendat a beneficio, tamen non poteſt permutari in beneficio. reſp. 14. nu. 4. Item penſio eſt onus reale, & ſequitur poſſeſſorem fructuum beneficij. reſp. 29. nu. 1. & 4.

BIU Cujas

11 iuriſdictionem. † In glo. j. ibi, penſiones. ſ. annuæ, quę inter immobilia cõputantur, & ex quibus oriretur vtile quaſi dñium penſionum, ſeu confeſſoria, vt C. de ſacroſ. eccl. l. iubemus. Vñ qui non poteſt alienare, non poteſt huiuſmodi penſiones cõ-
12 ſtituere. † In gl. Sed nunquid, ibi, habere nõ poteſt. vult dicere, ꝙ renunciatio neceſſaria inducit ſimoniam, & ſicut non põt eſſe duplex in beneficio, ita nec in beneficio, & ſtipendio. Ibi, nullum ius ſpirituale, verum eſt completiuè, ſed initiatiuè ſic. & ideo hęc rõ non concludit. dicit Inno. ꝙ aut renunciatio eſt facta cauſatiuè & eſt ſimonia, aut ſimplr & nõ in fraudem, & non eſt ſimonia, ſed eſt potius prouidentia æquitatis, nã ęquũ eſt, ex quo renunciat, ꝙ fiat ſibi aliqua recompenſatio, ar. ff. de pet. hær. l. ſed ſi lege. §. conſuluit, & vide j. de tranſ. c. de cætero,
13 per Inn. & ꝙ hr̃. j. de præb. c. eum qui. §. eadẽ, lib. 6. † In gl. mag. iſta gl. optime diſputat, an proceſſus factus per lras ſubreptitias ſit nullus. & dicit ſi per eas nulla funditus datur iuriſdictio, exceptio & replicatio nullitatis, tanq̃ declinatoria ſnĩæ ſemper poteſt opponi, ſed ſi de rigore iuris iuriſdictio ſit nata, licet de æquitate poſſit elidi, tenet iudicium, ex quo non fuit exceptũ. ſed pp iſtum errorem datur in integ. reſti. tam reo ad excipiendum, q̃ actori ad replicandnm, & ſubdit, ꝙ iuſtus error probatur per iurm. tu dic, ꝙ iuſtitia adminiculis eget, & cõſiſtit in arbitrio boni viri, vt l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mili. & l. quæſitum, ff. quando actio de peculio eſt annalis. quæ lex eſt valde notabi
14 lis. † Sed nunquid exceptionis omiſſio eſt prorogatio iuriſdictionis? dic ꝙ non eſt prorogatio, ſed validatio, corroboratio, & coadiuuatio. ff. de iudicijs. l. ſed & ſi ſuſceperit, & etiam ex vno tunc ſcienter facto confirmatur iuriſdictio in toto proceſſu.
15 † Sed nunquid exceptio ſubreptionis eſt exceptio falſi? nã tunc poſſet opponi poſt ſnĩam, & vr̃ ꝙ ſic, vt ff. de fal. l. ſi quis ſubreperit. dic ꝙ proprie nõ eſt exceptio falſi, ſed doli, quia primordium eſt verum, i. ipſæ lrę, licet cã ſit ſubreptitia. In gl. ibi. ff. de her. inſtit. l. vlt. dic ꝙ ibi teſtamentum non erat falſum, ſed ex falſo & ſubrogato rumore hęredis inſtituti factum, & ideo hę redis inſtitutio non valet, ſed legatum valet.

SVMMARIVM.

1 *Plura beneficia poteſt quis impetrare ſub expectatione.*
2 *Primum dici non poteſt quod nullum eſt.*
3 *Beneficij nomine quandoque intelligitur præbenda.*
4 *Gratia diuidi non poteſt.*
5 *Impetrans beneficium de vacatura, quam expectat, vel reſeruatione, quę pro eo pendet, an teneatur facere mentionem.*
6 *Quod pendet non eſt pro eo, quaſi ſit.*
7 *Impetrans debet exprimere coloratam poſſeſſionem, vicariam perpetuam, & modicum beneficium ademptum.*
8 *Ius conditionale non facit quem locupletiorem, niſi ſit tale, quod poſſit vẽdi.*

CAP. XXXII.

IN noſtra. Receptus ad vacaturam in literis, quas poſtea ad bñficia impetrat, de ipſa receptione tenetur facere mentionem. Caſus, quidam impetrauit canonicatum ſub expectatione præbendę per diuerſas literas in diuerſis eccleſijs, fuit receptus in canonicum in vna eccleſia, nondum tñ fuit adeptus præbendam, demum vacauit canonicatus & prębenda in alia eccleſia, petit ibidem ſe recipi prætextu literarum de ipſa eccleſia loquentium. dicit Papa, ꝙ non poteſt, cũ in poſteriorib. literis de priorib. non fiat mentio. Vel finge caſum ſic, relatum fuit Papę, ꝙ nonnulli clerici, vt in plurib. eccleſijs admittant̃, impetrãt plures expectatorias, ſupple poſtq̃ ex binis literis ſunt recepti, ſ. in canonicos, nondum tñ beneficium. i. præbendam aſſecuti volunt ad alias lras conuolare. Papa determinat, ꝙ nõ poſſint, quia non debẽt plures eccleſiæ moleſtari prætextu talis fraudis, niſi poſt, q̃ fuerint recepti, de ipſa receptione facta mentione, de iure canonicali fecerint in ſequentib. literis mẽ-
1 tionem. † No. ꝙ poteſt quis impetrare plura beneficia ſub expectatione, & non dicitur pluralis ex tenore impetrationis, ſed effectu conſecutionis, adeo, quod etiam ſi acceptaſſet, ſed inu-
2 tiliter, talis acceptatio non præiudicaret ſibi. † Illud. n. dr̃ primum, ꝙ eſt validum, non quod eſt nullum. ff. de cõd. & dem. l. hæc conditio. ff. de iureiur. l. qui per ſalutem. ſimiliter ſi collatum ei euinceretur, re integraretur ad gratiam, argum. ff. de
3 inoff. teſtam. l. ſi ſub hac. ff. de iu. fiſ. l. ſed ſi reuocata. † Ibi, bene
a ficium, nomine beneficij a hic intelligit præbendam, non merum ius canonicale, & intellectuale, in quo gratia hẽt principium, ſed non perfectionem. Ibi, nihilominus, & ſic erat prius receptus in canonicum. q̃ de nouo impetraret. Ibi, cõtentus, ſ. quo ad cęteras eccleſias, ſecus quo ad eccleſiam, in qua eſt receptus, non dẽt eſſe contentus nomine canoniæ, donec aſſequatur præbendam. ſimile hẽs, hrs inſtitutus non dẽt eſſe ꝓtentus nomine ſolo hæredis, niſi poſſeſſionem adipiſcatur, vt C. de edic. diui Adria. tollen. l. fin. Ibi, de receptione, expreſſam. ſ. ſpãlem & aſſertiuam, non ꝯdõnalem, qđ dic, vt in c. 2. de offi. ordin. in cle. dẽt ergo dicere, non obſtante ꝙ in tali eccleſia. de virtute iſtius verbi, vide qđ no. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. l. 1. Oppo. gl. ſi non eſt aſſecutus beneficium ex primis lris, ergo valent ſecundę? Rñdet glo. ꝙ fingitur aſſecutus & beneficiatus, ex quo de neceſſitate eſt beneficiandus, ſicut qui eſt proximus cingi in militem, hr̃ pro cincto. ſed iſta non eſt bona ſolutio,
4 vt C. ſi aduer. lib. l. j. & ff. de iud. l. qui ſe dicit. † Vnde rõ eſt, quia res non eſt integra, nec diuidi põt gratia, ar. ff. de cond. ob cauſam. l. ſi pecunia, in prin. Capio aliam gl. & quæro, vtrum vtręque lrę valeant? & dic ꝙ ſic in potentia, quia vtræq; dependẽt. Sed in actu, ſi vna gratia eſt ſecuta, altera eſt conſumpta, quod dico vtraſq; valere, intelligitur, niſi in poſterioribus non ſit facta mẽtio de receptione iam facta virtute priorum literarum,
5 quia tunc ſecundę eſſent ipſo iure nullæ. † Fuit qõ diſputata p Io. And. in c. ignorantia, de regu. iur. lib. 6. ſub tali titulo qõnis, An impetrans beneficium de vacatura, q̃ expectat, vel reſeruatione, quæ pro eo pendet, teneatur facere mentionem ita, ꝙ alr impetratio nihil valeat? procedit aũt qõ in hoc, ꝙ ſciebat, vel ſcire debebat, ſicut eſt errans in iure, vel in facto notorio. Nam vtraque ignorantia eſt ſupina, quæ non excuſatur in lucro captando. ſi eſſet. n. ignorantia probabilis, non officeret impetranti. Et dicit Io. And. ꝙ tales lrę non valent. nam ex titulo, non ex perceptione prouẽtuum dr̃ quis canonicus, & habet qu otidianas diſtributiones, & ita partem beneficij, ergo de illa debet facere mentionem. Præterea ſatis eſt, ꝙ habeat ius intel-
6 lectuale, quia ex hoc ſolo dr̃ locuples, ar. ff. de fur. l. Titio † ergo ſi canonicatus eſſet ſub conditione, ſicut præbenda, non teneretur facere interim mentionẽ. quia quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit, vt l. quod attinet. ff. de reg. iu. ff. de cond. & demon.
7 l. nam ad ea. † Idem ait, quod de colorata poſſeſſione, vicaria perpetua, & modico beneficio adepto debet fieri mentio, alia & noua impetratio præſumitur ſubreptitia & erranti ſimplicitas non prodeſt, ſm Io. And. Præſtat ad hoc arg. ff. de acq. hær. l. filij & l. Clodianus, & ff. de inoff. teſt. l. mr̃ decedens. §. præterea,
8 & de excu. tut. l. diximus. † Et adde, ꝙ ius conditionale non facit quem locupletem, niſi ſit tale ius, cuius ſpecies poſſit vendi, quia interim non eſt ius apertũ, vt in c. 1. qui ſucceſſores teneãtur, coll. 10. Cum interim nec cautio peti poſſit, vt ff. de ſta. lib. in prin. Sed ſi ius eſt apertum ẽt ſine vllo corpore iuris intellectum hẽt, vt ff. de pet. hær. l. hęreditas, in princ. In gl. & ideo, ibi, ad cautelam, imo quia ſecundæ cenſentur eſſe primæ & ſolæ ex quo primę ſunt annullatæ: ſicut nec econuerſo, vt notat Archid. de præbendis. cap. vltimo, lib. 6. & in iſto caſu non eſt neceſſe facere mentionem de primis, vt no. ſ. eod. ex tenore, & j. eod. mandatum, per Compoſtellanum.

ADDITIO.

a Vide omnino do. Card. in Clem. 2. in 7. no. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum obtentum a procuratore ſciente ſe reuocatum, non valet.*
2 *Procurator, an poſſit alternatiue comparere ſcilicet, vt procurator, vel vt defenſor. remiſſiue.*
3 *Procuratorem conſtitutum hoc acto, vt reuocari non poſſit, an hæres conſtituentis poſſit reuocare.*
4 *Procurator conſtitui poteſt in cauſa excommunicationis.*
5 *Procurator falſus dicitur, qui excedit fines mandati.*
6 *Confeſſio accipitur quatenus facit contra confitentem.*
7 *Falſum dicitur quod deſijt eſſe verum.*
8 *Procuratoris ad lites reuocatio, etiam ſi ex iuſta, non tamen notoria ſuſpicionis cauſa facta, niſi iudici, vel aduerſario innotuerit, proceſſum non uitiat.*
9 *Notificatio reuocati procuratoris ſi iudici facta fuerit, acta exinde ſunt irrita, ſi aduerſariæ parti, irritanda.*
10 *Notificare reuocationem, non captioſam, procuratoris extra lites, ſufficit ipſi procuratori.*
11 *Reuocatio procuratoris ſtatim nocet reuocanti.*
12 *Mandatum factum gratia alterius non expirat morte mandantis.*
13 *Procurator falſus, vbi non eſt electa induſtria perſonæ, ſed effectus operæ, veri procuratoris vices ſupplere poteſt, & ſalarium conſequi, vero procuratori reſtituendum.*
14 *Ratificari non poteſt geſtum per procuratorem reuocatum.*
15 *Procurator falſus ſi impetrat & fertur ſententia diffinitiua contra dominũ, qui dominus eam ratificat, an conualeſcat ſententia.*
16 *Sentẽtia ſi a iudice competenti feratur pro falſo procuratore, an dominus poſſit ratificare in ſuum fauorem.*
17 *Scientia, an inducat mandatum vel conſenſum. & nu. 18. 19.*
18 *Sciens de ſuo præiudicio diſputari in iudicio, nec contradicens, videtur conſentire.*
20 *Defenſor poteſt pro præſente in iudicio interuenire.*
21 *Coniuncta perſona, an dicatur legitimus procurator.*
22 *Coniuncta perſona, ſi aſſeruit ſe procuratorem, & non erat, vtrum reſcriptũ validabitur ex coniunctorio nomine.*
23 *Procurator generalis qualiter reuocatur.*
24 *Procurator ad vendendum, an poſſit rem ab eo venditam tradere.*
25 *Contractus, in quo quis alteri ſtipulatur, habet vim mandati.*
26 *Contractus innominatus habet vim mandati.*

Literæ

BIU Cujas

27 *Literę credentiæ vel commendatitiæ, an inducant mandatum.*
28 *Procurator ad totam litem vel totam controuerſiam, conſtitutus, poteſt litẽ conteſtari ſuper ſingulis articulis.*
29 *Procurator ſuſpectus, an poſſit reuocari poſt litis conteſtationem.*
30 *Promitti ſi feci aliquid pro ædificatione capellæ poſt mortem meã, an poſſim prohibere ne ſoluatur.*
31 *Ad reuocationem mandati, quæ requirantur.*
32 *Res in iudicijs, & negocijs quando dicatur integra.*
33 *Legati officium, in ſpectantibus ad legationem, durat poſt mortem Papæ.*
34 *Procurator, qui contradixerit mandato domini, poſtea tamen illud adimpleuit, an dicatur falſus.*
35 *Reuocatio legis, an requirat notitiam partis.*
36 *Mandatum in iudicijs poſt ſatiſdationem, morte non reuocatur.*
37 *Geſta per procuratorem reuocatum ante reuocationis notificationem valent.*
38 *Ratificari, an poſſit factum falſi nuncij.*
39 *Prępoſitus S. M. fecit procuratorem ad permutandum, & ſtatim eundẽ præſentem clam reuocauit, procurator tamen poſtea permutauit, an valeat permutatio.*
40 *Allegationi propriæ quis contra ſe ſtare tenetur perinde, ac confeſſioni.*
41 *Reſcriptum, vbi non ſpecificatur perſona impetrans, præſumitur a legitima perſona, & de mandato domini obtentum, excepto Cęſaris procuratore.*
42 *Literæ inquiſitionis, an poſſint impetrari ſine ſpeciali mandato.*
43 *Nuncio poteſt concedi libera, ſicut procuratori.*
44 *Nomen libera, nunquã intelligitur, niſi ſaltem per æquipollens exprimatur.*
45 *Actio quæ oriatur ex ratihabitione.*

CAP. XXXIII.

1 EX parte. †Non valet reſcriptum, quod procurator reuocatus, & de hoc extra iudicium certificatus impetrauit. Si vero in iudicio impetrauit, valet reſcriptũ, ſi iudex & aduerſarius reuocationẽ ignorauerunt. Et hẽt duas partes, in prima facti narratio, in ſcda iudicis inſtructio. Caſus. decanus & capĺm Laudunenſe poterant excõicare ex indulgentia Papæ. Vñ excõicauerunt quendã nobilem. proinde orta ꝓtrouerſia inter nob. lẽ & aduerſarios, procuratores vtriuſque partis acceſſerunt ad ſedem apl̃icam, & ſup ipſa ſnĩa, & alijs articulis litẽ ſunt cõteſtati, & quia de his in pñtia Papæ non poterat fieri plena fides, Papa cõmiſit cãm quibuſdam iud. cib. hoc adiecto in cõmiſſione dñi Papæ, ꝙ non valerent lr̃ę ꝓter conſenſum partiũ impetratæ. dictus nobilis citatus propoſuit, ꝙ proc. ipſius fuerat falſus, qa reuocatus ab eo, & iõ eius factũ ſibi obeſſe non poterat, & ſic cõmiſſio Papę erat nulla, & impetrauit in dicta cã alios iudices, & cauebat in lr̃is, ꝙ procedet̃ de partium voluntate. alioquin remitterent cãm inſtructã ad Papam. Aduerſarij nobilis dicebant has poſteriores lr̃as non valere, qa impetratæ a procuratore reuocato. Papa dicit, ꝙ ſine ſpãli mandato & non reuocato non põt procurator lr̃as impetrare, & ideo ſcdę lr̃æ non valent, ſed primæ lr̃æ valent, quia ꝓcuratori nondũ innotuerat reuocatio. † An procurator poſſit comparere alternatiuę, v. g. comparens tanq̃ procurator, vel ſaltem tanq̃ defenſor.
2 dic, vt C. de inoffi. teſta. l. ꝯ maiores, per Cy. † Pone, dñs ꝓſtituit procuratorem, hoc acto, ꝙ non poſſit reuocare, an hr̃s eius poterit reuocare? nam ꝓdõ, quæ oritur ex ꝯctu, cum ſua cã trãſit ad hr̃dem, vt no. C. de pac. inter emptorem. l. 2. vr̃ ꝙ non poſſit, vt l. ſi ego. §. j. ff. de iu. dot. de don. cã mor. l. vbi ita. rñ. caſus mor
3 tis his verbis nõ ꝓtinetur. † In tex. ibi, procuratoribus, no. in cã excõicationis procuratorem conſtituj ẽt per ipſum excõicatorem cã ſuæ iuriſdictionis tuendæ, & defendendi ꝓceſſum ſuũ. Item no. ẽt in cõtentioſis quem fungi duplici officio ad diuerſos effectus. Ibi, articulis, no. diuerſos articulos in eodem libel-
4 lo intentari ſm Io. And. † Collige aliud argumentum, quia falſus procurator dr̃, qui excedit fines mãdati, vt qui facit actum ex gñali mandato, vbi requiritur ſpeciale mandatum ſm Ioã. And. quia oĩs, qui excedit fines poteſtatis ſibi conceſſæ, præuaricator eſt mandati, vt C. de decur. l. militarib. li. x. vbi eſt tex. laudabilis. † Item no. ex gl. ꝙ accipit ꝓfeſſio alicuius, in quantũ facit ꝯ confitentẽ, non pro eo. ſic. j. de tranſ. ꝓterea, ſm Collec. ni
5 ſi quis proteſtet ꝯrium, vt no. in glo. ſingulari & vulgari. C. de excę. l. ſi quidẽ, de hoc per Bart. ff. de lib. leg. l. Aurelius. § idem
6 quæſiuit. † In tex. ibi, falſus. i. falſificatus per procurationẽ mandati. dr̃. n. falſus duobus modis, vt in gl. dr̃. n. eſſe falſus qui deſijt eſſe verus. ff. de ꝓd. ob cãm. l. ſi procuratori falſo. † Ibi, pp ſuſpicionem, no. ꝙ nõ ſufficit cã reuocandi, niſi innotuerit reuocatio iudici, vel aduerſario, ĩtelligo, niſi ſuſpicio eſſet notoria,
7 a vel ſtatus procuratoris eſſet annihilatus. a ff. de ſolu. l. ſi cũ Cornelius, quę eſt lex ſingularis. ad hoc. ff. ſi cer. peta. l. eius, qui in
8 prouincia. † Iſta notificatio debet fieri iudici, vel aduerſario, & ſi fit iudici, proceſſus erit irritus, ſi aduerſario, irritandus. & ratio eſt, quia iudex ſcienter procedens cum non legitima perſona nihil agit, vt ſinguląriter no. ff. de procura. l. ſi procuratorem abſentem, ſi procurator ſit iudicialis, vel ad impetran-
9 dum, de quo. j. de app. c. Nicolao. † nam, vt dicit gl. ꝯctus aduerſarium non habet, & deo extra lites ſufficit notificari ſoli procuratori, dummodo reuocatio nõ ſit alteri captioſa, quia fraudulenta remedia interpretatio prudentum frangit, ar. ff. de trãſac. l. cum Aquiliana. dicit gl. ꝙ mandatum ligat mandantem, donec ſit reuocatio intimata. dic, vt in c. cauſas, de ele. in cle. ſ.
10 qualiter debeat fieri iſta intimatio. † ſed ipſi reuocanti ſtatim nocet, tum quia ꝯdicere vr̃, tum quia proprium factum ſcit, vt no. in l. j. C. de ſatiſdando. Adde, aut mandatũ continet libertatem, & non eſt neceſſaria certioratio, vt ff. de manu. vindi. l. & ſi pr̃. aut cãm oneroſam, & tũc ſic: aut mixtam cãm, & tũc idẽ, vt in permutatione beneficiorum. nec curo in effectu, vtrũ renuncians in nomine dñi aĩo permutãdi dicat, ꝙ tanq̃ nũcius, vel tanq̃ procurator, quia ſimplicitas Canoniſtarum non facit dr̃iam in apicibus nominum, ſed ius ciuile facit dr̃iam. Et no. hic, ꝙ valde periculoſum eſt ꝯhere cum nũcio, quia poſſet eſſe reuocatus clam, & ſic non valet ꝯctus, & ſic qñ pœnitentia mandati inducit diminutionem eſſentialem, non valet actus
11 iuxta theoricam Pet. & Cy. in l. dñm. C. quod cum eo. † Et no.
b ꝙ mandatum b factum gratia alterius non expirat morte mandantis ẽt quo ad obligandum. ff. de donat. l. hoc iure. §. ſi quis. tex. ibi no. per Barto. de mandato aũt, quod accidit executioni donationis cã mortis, hẽs vnicum tex. cum gl. ff. de leg. 2. cũ pr̃. §. Mæuio. Ibi, interlocutoriam, no. ꝙ ſnĩa lata ſuper procedendo, vel non procedendo, ſeu ſuper proceſſibus, eſt interlocutoria. Ibi, vt ſi de partium, ſimilis forma cõmiſſionis eſt de elect, c. dudum, in parte deciſa. & iſta cla refertur ad præſentem cõmiſſionem, & ad futuras, ſm Inno. Et quia concernit tempus impetrationis, nihil operatur ratificatio partium, vt ff. de infamibus. l. quid ergo, in prin. in ratione literæ. Ibi, impetratæ, pp hoc iudices ſuperſedebant, quare capitulum ſignificauit hoc Papæ. Ibi, ſpeciali mandato non ob. ff. ad muni. l. Titio, vbi valet impetratio per falſum procuratorem, & ẽt per literas falſificatas, quia ibi nõ loquitur proprie in procuratore, ſed in quodam præſentatore, ſeu intimatore cuiuſdam ſupplicationis, &
12 reſcriptum dirigebatur dr̃o, non falſo miniſtro. † Et eſt illa. l. optimum argu. ꝙ falſus procurator ſupplere poteſt vices veri procuratoris, quia non erat electa induſtria perſonæ, ſed effectus operæ. Et eſt mirabile, ꝙ falſus procurator ſuppleat verum procuratorem, & ejus ſalarium conſequatur, non tamen, vt ſibi retineat, ſed vt vero procuratori reſtituat per actionem in factum, quæ oritur ex crimine falſi, vel ex varijs ſiguris cauſa-
c rum. Item eſt valde notabile, ꝙ confirmatio c ſtatutorum impetrata a falſo procuratore, vbi alius erat conſtitutus, ad idem valeat de iure, ſecus forte, ſi nullus eſſet cõſtitutus procurator, & ille caſus non reperitur alibi. Ibi, de illis perſonis, no. ꝙ coniuncta perſona admittitur ſine mãdato, vbi & ſm regulas iuris
13 cõis requiritur ſpeciale mandatum. ff. de mino. l. quod ſi pro
14 ſpeciali, & l. pater pro filio, dic vt ibi. † Ibi, reuocauit, factum a procuratore reuocato non poteſt ratificari. ff. de ſol. l. dſpenſatorem. † Quæro, ecce falſus procurator impetrat, fertur ſnĩa
15 diffinitiua contra dominum, qui dominus eam ratificat, nunquid ſententia conualeſcit? reſpon. videtur, ꝙ ſic, quia factum & finitum cum falſo procuratore poteſt dñs ratificare in præiudicium ſuum, vt l. 3. §. falſus. ff. rem ra. hab. Contrarium dico, nam illud habet locum in ſuppoſita iuriſdictione, ſed vbi nulla eſt iuriſdictio, ibi nihil operatur ratificatio, vt no. in l. j. C. de ped. iu. non ob. quod no. in l. 2. C. cõia vtriuſque iudic. quia ibi interuenit tradit o, vt ibi patet ex verbo, poſſedit. Nam traditio effectum rei continet, vt ff. de pac. l diuiſionis placitũ. Conſidera, ꝙ vbi requiritur mandatum præcedere, ita, ꝙ hoc ſit ſtatutum pro forma actus, ibi ratificatio nihil operat, vt ff. man. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi poſt creditam, quia eſt præpoſtę ratio, quæ vitiat, vt ff. de acq. hęr. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum.
16 † Sed quæro, nunquid lata ſententia a iudice competenti pro falſo procuratore, dñs poſſit ratificare in ſuum fauorem? & vr̃, ꝙ ſic, vt ff. de excep. rei iudi. l. mr̃. §. hoc iure. In ꝯrium vr̃, quia ſpeciale eſt in minore, & in eccleſia, vt no. C. in quib. cau. i inte. reſt. nõ eſt neceſſaria. l. ſi tutor. Sol. ſi dominus ſciuit & diſſimulauit, tunc propter dolum ſuum ratificare non poteſt, ſed
17 ſi ignorat, poteſt. † Sed contra hoc opponitur, quia ſi ſciuit cauſam ſuo nomine agi, ſilentium habetur pro mãdato, vt no. in l. quo

ADDITIONES.

a Vide, quod per illam l. dicunt Ang. Imo. & Mod. in l. ſi. ff. de prætor. ſti. prout eos refert Iaſ. May. in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. vbi refert, quod ſæpe vidit obtineri in practica.

b Vinc. God. Adde ꝙ mandatum procuratoris conſtituti a prælato ſub nomine proprio dignitatis, non finitur morte prælati, ſed procurator poteſt proſequi nomine ſucceſſoris litem, Rota dec. 380. & hoc &c.

c Vinc. God. Adde ꝙ confirmatio ſtatutorum non trahitur ad ea, quæ ſunt iuris contraria vel iniuſta. Ruy. con. 127. nu. 6. lib. 4. & vide in conſi. 109. nu. 17. eo. li. Nota ꝙ confirmatio dicitur actum extendere vltra id, quod in eo continetur quo ad ius, non quo ad factum. Ruy. conſi. 12. nu. 18. lib. 3. & idem Ruy. conſil. 20. nu. 3. lib. j. dicit ꝙ confirmatio addit robur tantum confirmato, non autem illud extendit, niſi ſit appoſita cl auſula, ex certa ſcientia, ibid. nu. 9.

BIU Cujas

l.quo.n.§.j.rem ra.hab. vbi eſt gl.ſing. & hic per Inn.Solu.illud verũ eſt,qñ dñs præſens eſt in iudicio, & tacens,ſed ſi dñs nun quam fuit in iudicio,non ideo vr̃ mandare, ꝙ ſciat, vt ff.de pe cu. l. mutus.§.his qui.licet litera ibi dicat, ꝙ procurator præſen tis non tenet̃ cauere de rato,ſed ratio eſt,quia hodie conſtat,i. conſtare pōt de voluntate dñij,ideo hodie agat.ff. vt in poſ.leg. l.is,a quo Sed imo vr̃, ꝙ ſola ſcientia inducat tacitum mandatum,vt ff.de exercitoria. l. j. §. magiſtrum. ſed ibi extra iudiciũ & in re domini actus gerebat.alias & ſcientia non hr̃ pro man-
18 dato.ff.de tributoria.l.j. §. ſcientiam. † Ex prædictis apparet,an ſufficiat probare dominum ſcire abſque eo, ꝙ probetur mandatum. & vr̃ ꝙ ſic ſm Inn.& eſt ratio, quia qui ſcit de præiudicio ſuo diſputari in iudicio, niſi ꝺicat, conſentire vr̃, vt ff.de
19 re iud.l. ſæpe.† Sed Bar. ibi tenet, ꝙ ſcientia non inducat mandatum,vel conſenſum, qđ eſt verum, quia nō præcedit aliqua ordinatio tendens ad hoc. non obſt.l.ſæpe,quia ibi vnus habebat cauſam ab alio,hic non. Item non ob.ff.ad mun.l.2.ff. de iu di.l.ſi filius.ff.de admi.tut. l.Lucius.nam tunc pater vr̃ ꝙſentire non proteſtando ꝺrium, quia publicum onus filij onus patris, vt l.j. C.de filijsfamilias, & quemadmodum pater teneatur pro ipſis,lib. 10.& facit.ff.ſol.ma.l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur,
20 & quod ibi per Dy.† Sed nunquid pro præſente poteſt interue nire defenſor? & vr̃ ꝙ non, quia præſentia facit eum verum ꝓcuratorem, ꝺrium eſt verum,ff.de iureiu.l.fi.§. ſed ſi actore,& ita determinatum fuit a dño Philippo de Form. & non reperit̃
21 alibi.† Quæro. nũquid coniuncta perſona dicat̃ eſſe legitimus procurator, ſicut vr̃ in tutore,quem lex dat? & vr̃ ꝙ ſic, vt dicit illa lex notabilis. C. de procu. l. exigendi.Reſpon. lex non facit quem procuratorem, & ideo requirit̃ ratificatio, vt hic, & hẽs tex,magis expreſſum in l.3. ff. iud. ſol.q̃q̃ lex & conſuetudo, ſi vellet,poſſet ei,qui ſuis negocijs intereſſe non poteſt,verum ꝓ curatorem dare, ſicut dat vniuerſitati verum ſyndicum, vt ff.
22 quod cuiuſq; vniuer.noĩe,l. nulli. † Sed quid ſi ꝺiuncta ꝑſona aſſeruit ſe procuratorem,& non erat,nũquid ex coniunctorio nomine validetur reſcriptum? Reſpon. non,quia eſt in appella tione diuerſitas, & diuerſitatis effectus,& ideo adiectiua nomi na debent congruere actib.qui aguntur. ſic.ff.qui ſatiſd. cog.l.
23 filius.† Quero, qualiter procurator generalis reuocat̃? Reſpon deo,aut eſt ꝓcurator localis, puta ad fenerandum in tali loco, debet fieri intimatio reuocationis, vt ff. de inſtitoria.l.ſed & ſi pupillus. §. proſcribere, & ponetur ſcriptura in loco publico, ita, ꝙ ab omnibus legi poſſit, aut ſaltem in plurimis, vt l. 2.in verbo,pro roſtris.ff.de ori. iur. & eſt tex.no. in l. iubemus.ff.de defen.ciu.in verbo, in frequentiorib. ciuitatum locis.Si aũt eſt procurator ſm toto mundo, tunc facit dñs notificationem,vbi poteſt: vbi aũt non pōt, imputet ſibi,qui effuſo ſermone loquitur in promptum incidit periculum.C.de do. promiſ.l.fi. in fi. qui ergo contraxit tunc cum procuratore non legitime reuo-
24 cato,dñm hẽt obligatum.ff.mandati.l.ſi mandaſſe.m.† Sed nũquid procurator ad vendendum pōt ab eo rem venditam tradere? reſp. ſic.tex.eſt no.ff. de pub. l. ſi quis prohibuerit. Vt vnũ ſcias, nemo præſumitur procurator, niſi doceat de mandato, tex.eſt no. ff.depoſiti.l.ſi quis inficiatus. nec ſufficit fama,quia vera notitia non hr̃ per famam, vt no.per gl.C.de reb.credi.l.in bonæ fidei.& ſicut non præſumitur mandatum, ita nec reuocatio eius mandati præſumitur.ff.pro ſuo. l. ſi ancillam, & hic
25 per Ber. † Item no. ꝙ ꝺctus, in quo quis alteri ſtipulatur,habet vim mãdati, & ſic inutile pactum vertit in mandatum re, quæ pertinet ad paciſcentem,tex.eſt vnicus in iure.ff.de ſo. l.ſi cum
26 Cornelius. † Item ꝺctus innominatus habet vim mandati,tex.
27 eſt ſing. in l.naturalis.§. fi.ff.de preſcr.ver.† Extra quæritur,nũquid ex literis credentiæ inducatur mandatum ad ꝓhendum? dico ꝙ nec ex eis,nec ex commendatitijs, tex. eſt vnicus in iure in l.fi. C. quod cum eo,& no. per Bar. ff.de fideiuſ.l.Lucius. Capio gl.ex 1.gl. no. ꝙ poteſt concedi iuriſdō capitulo excommunicandi offenſores ſuos, ita, ꝙ alius non poſſit abſoluere.
28 † Circa tertiam gl. no.ꝙ ſuper ſingulis articulis poteſt lis conteſtari per procuratorem ꝑſt tutum ad totam litem,quia in quacunque parte iudicij dr̃ lis.C.de tranſa.l.cauſam. Idem, ſi dicatur ad totam controuerſiam. ff. ad Treb. l. Lucius,§.tres hæredes.ff.de procu.l.non ſolum.§. ſi ſtatus.Quid aũt ſit dictum,articulus,poſitio,capitulum, plene no. per Io. And.in c.præſentium,de teſti.lib.6.Inno. Capio gl.quæ incipit,no.quæ dicit,ꝙ falſus procurator dr̃ duob.modis, vel quia nunq̃ habuit mãdatum, vel quia finitum & ꝑſumptum, qñque tñ ex conſumpto
29 remanent reliquiæ,ff.de ſol.l.cum quis.§. 1. † Capio gl. quæ incipit, ſic & j. & quæro, an poſt litem conteſtatam procurator ſuſpectus poſſit reuocari? dicit gl.ꝙ ſic,quod eſt verum,niſi ſuſpicio præcederet conteſtationem litis, & dñs haberet notitiã ſuſpicionis,arg. ff. de priuileg. cred.l. ſi creditorem.Item no.ꝙ
30 † mandatum pōt reuocari.ſed qd dices, ſi feci ꝓmitti cã capellæ ædificãdæ poſt mortem meam,an potero prohibere, ne ſoluat? dicit Bar. ꝙ ſic.ff.de ſol.l. fi.& facit quod no.C.de non nu.
31 pec.tam mandatori, per Cy. † Quero cum gl.quę requirantur in reuocatione mandati? rñ.in iudicijs,vt perueniat ad iudicẽ, vel aduerſarium,ſed extra iudicium ſufficit,ꝙ perueniat ad ꝓ curatorem ſm Bar. verũ eſt, ſi alteri non preiudicat̃. Alioquin oportet, ꝙ reuocatio ad eius notitiã perueniat, vt no.Inſti.mã
32 dati,§. ſi adhuc.† Itẽ oportet, ꝙ res ſit integra,dr̃ aũt integra in iudicijs ante li.cont.vel quaſi,vel forte anteq̃ ſit iuratum de calumnia,vt C. de iur.cal. auth.principales. tñ ſi dñs non vult iurare de calũnia, quia non vult proſequi factum procuratoris, fortè quia libellum male compoſuit. ff. de inſtitoria.l.ſed & ſi pupillus.§. ſi inſtitor a, & ibi no. de nouo libellandum erit,vt no.ff.de proc.l.mutari.In negocijs aũt dr̃ res integra,donec negocium ſit inchoatum per aliquid, quod ſit de ſubſtantia & de eſſe negocij,vt ff.de ꝺd.ob cãm.l.ſi pecuniã,in princ.de hoc
33 egregie no.Cy.ff.de iu.om.iud.l.& quia,in lectura.† No. ꝙ offi cium legati, quia hẽt iuriſdictionem ordinariam, durat ẽt Papa mortuo.verum eſt in his,quę pōt ex officio legationis,ſecus in his,quę ꝺmiſſione ſpãli.Cy.aſr dicit.C. man.l. mandatũ,ſm
34 Pet.† Quæro, procurator a principio ꝺdicit mandato,deinde pœnitentia ductus,ne incurreret indignationẽ dñi,impleuit illud,vtrum dicatur falſus procurator? reſp.nō,quia licet dñs cũ indignatione receſſit,non tñ vr̃ reuocaſſe mandatũ. Iſta gl.eſt ord. ſm lec.Bul. ff.de re iud.l.ſemper, qui nō prohibet.quæ gl. non eſt alibi in iure ciuili,& nouiſſimè confirmatur per ius canonicum in c.licet,de procu.lib.6.Item ſm aliam lec.hr̃ in d.l. ſemper,ꝙ præſentia, nutu, vel ſilentio inducitur mandatum, quod abſentia non inducit niſi ſignis aliquibus mediantibus, vt ff.de fideiuſ.tut.l.cum oſtendimus. §. fin. & ff.ad Maced.l. ſi
35 filius,quæ ſunt ll.no.† Quero, nũquid reuocatio legis requirat notitiam partis? & vr̃ ꝙ non per illam legem ſing. ff. de ꝺdi.ob cauſam.l.ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. Item reuocatio,quæ fit inuito domino,vt per mortem,vt ff.ſi cert.peta.l.pe.† In iudicijs
36 tamen mors poſt ſatiſdationem non reuocat mandatum,vt ff. de proc.l.Titius,& expreſſius, q̃ alibi in l.ſi defunctus,eo.tit.& dic vt ibi, quia expedit hæredi, ꝙ duret,vt no. Cy. C.mandati.
37 in prima oppo. ſecundum Pet. † Quæro vna cum gl.pone medio tempore ꝓſt reuocationem & ante notificationem aliqd eſt geſtum. reſpō. illud valet, quia reuocatio non ſuppreſſit effectum,vt ff.de acq.poſſ.l.ſi abſenti.non obſt.ff.de manu.vin.l. pater ex prouincia, & l. ſi pater, quia ibi loquit in actu,in quo requiritur perſeuerant a conſenſus dñi pro ſubſtantia actus. Item ibi non eſt proprie procurator, ſed magis nuncius, qui non concipit verba in perſona ſua,ſed dñi.de verborum cõceptione formali vide no.plenius, q̃ alibi in c.pñtium, de teſt.lib.
38 6.in nouel.† & ſi falſus eſt,non pōt ratificari, quia cum dẽt eſſe proprie factum & non fictum, dñs non pōt ratificare, quia in ratificatione requiritur medium, per quod fiat trãſitus, vt no. per Cy.& Pe.C. ſi quis alteri vel ſibi. l.multum.Bart.tñ dicit,ꝙ imo factum falſi nuncij pōt ratificari, vt ff. de precar.l.certè.§. 1. Tu dic,ꝙ ibi, reſpectu corporalis poſſeſſionis erat ꝓcurator,
39 ſed reſpectu ciuilis erat nuncius,vt j.de præb. c.accedẽs.† Fuit qō de facto,præpoſitus ſanctę Muſteolę ad permutandum cõſtituit procuratorem, & ſtatim ipſum præſentem clam reuocauit, qui poſtea permutauit, vtrum valeat permutatio? & quia iſte actus requirit prætoris authoritatem, i. Papę, dicebatur, ꝙ permutatio valebat, vt in cle.vnica, de renun.in gl.magna,ne illudatur Papæ.C.de his, qui a non dño manumittuntur.l.fi.ꝓmutantes beneficia non permutant ipſa, ſed animo permutandi renunciant, & ſuperior confert,& iſta collatio tribuit ius.ſecus eſſet in permutatione aliarum rerum,quæ reuocato mandato non procederet,ar.in l. 3.§. ſubtilius. ff. de condi. ob cãm. tñ tenetur reuocare actione de dolo, ar. ff. de dolo.l. eleganter.
40 §.ſeruus. † Capio gl. quæ incipit,& merito,ex qua no.ꝙ ꝓprię allegationi quis tenetur ſtare ꝺ ſe, ſicut propriæ confeſſioni, quia allegationes vim confeſſionis obtinent, quod eſt no.Capio gl.quæ incipit,& ita patet, & opponitur: Procurator meus eſt in curia,& impetrat reſcriptum,& in reſcripto non fit intẽtio de aliqua procuratione, qũo ergo probabo, ꝙ impetrauerit procuratorio nomine? nam reſcriptum hoc non dicit. reſp. imo oportet, ꝙ fiat mentio de impetrante, & eius qualitate, ſ. mandato.& videtur, ꝙ ante factum debeat probari per literas authenticas, vel publicum inſtrumẽtum, ſed poſt factum ſufficit probare per vnum teſtem, & iuramentum ſecundũ Ber.
41 quod eſt notabile.† vel dic adhærendo ſtylo curiæ,& conſuetudini gñali, ꝙ præſumitur impetratum a legitima perſona, vbi nulla perſona eſt ſpecificata, quia ita eſt veriſimile per ſtylum cancellariæ. Itẽ dicit hic Io. And. & Collec.ꝙ preſumitur lras eſſe impetratas de mandato dñi, niſi ꝺrium appareat, vt no.j. eo.c.nonnulli, quia literæ non exeunt de cancellaria niſi purgatæ, & omnia præſumuntur ſolenniter acta, ex quo lrę emanauerunt de cancellaria,ar.C.de fi.inſtr. & iure haſtæ fiſcal s.l. j.C.de contrah.& commit.ſt p.l.optimam.Nam cum appareat lras ad eũ pertinere, ꝑſumitur eum mandaſſe, vt ff.de eden.l.ſi

quis

BIU Cujas

quis ex argentarijs.§.pertinere. C. de pac.conuen.l.fin.& C.de alim.pup.præſtan.l.vlt.& C.de admin.tut.l. lex quæ tutores,circa medium.Nam cum cancellaria non det literas ſine cā, præ-
42 ſumitur cā,vt C.de prediis curialium,l.j.lib.10.† Sed nunquid litere inquiſitionis poſſint impetrari ſine ſpeciali mandato? vr q; ſic.C.de preci. imp.offe.l. j. ſed ibi ex certa ſcientia principis
43 conceſſit.† Extra no.q; nuncio pōt concedi libera,ſicut procuratori,vt ff.de verb. ob.l.qui Rome.§.Callimachus,vbi eſt vni-
44 cus tex.in iure. † hoc nomen, Libera, nunq̄ tacite intelligitur niſi exprimatur ipſum,vel æquipollens, vt ff.de pec.l. quā Tuberonis.§.alia cā,& no.per Cy.C.de proc.l.quod quis.niſi in p curatore Cæſaris,vt ff.de off.proc. Cæſ.l.j.tñ aliqñ reſtringitur. ff.de exercitoria. l. Lucius.ff.mandati.l. creditor.§.fi.& iſti tex.
45 ſunt notabiles multum.† Quæro, quæ actio oriatur ex ratihabitione? tex.dicit,q; mandati.ff. de reg.iu.l.ſemper,qui non prohibet. gl. dicit, q; negociorum geſtorum,niſi fingatur mandatū præceſſiſſe. Nam prima cauſa eſt ipſum negocium,poſtrema ratificatio: non enim reperitur aliquis titulus actionis ſub hoc nomine,actio ratihabitionis, ſed transfertur nomen ad actionem mandati,ſ.vtilem per fictionem.

SVMMARIVM.

1 *Error loci originis, diœceſis, vel parochię eius, qui citatur,vel contra quē impetratur,vitiat citationem, vel reſcriptum. Niſi citatus fateatur de ſe ſenſum. Vel per aliam denominationem certum ſit de perſona,nu.5.*
2 *Vbi vitiat incertitudo,ibi & error vitiat.*
3 *Sententia lata contra præſentem digito oſtenſum,an vitietur per errorem loci originis.*
4 *Error in finibus loci commiſſi delicti, an vitiet.*
6 *Verba debent intelligi naturaliter,non accidentaliter.*
7 *Oratio debet referri ad cogitatum.*
8 *Demonſtratio falſa generi adiecta reddit diſpoſitionem omnino incertam.*
9 *Fines incluſiue ne,an excluſiue appoſiti cenſeantur,apparere pōt uel natura, vel vſu neceſſitatis.nu.11. Alioquin ad alias coniecturas recurren. nu.12.*
10 *Natura apparere dicitur,quod oculata fide percipi poteſt.*
12 *Dictio,vſque,vbi magnum vertitur præiudicium, ſumitur excluſiue. Idē vbi fieret digreſſio de vna re ad aliam ſeparatam.nu.13.*
14 *Fines intrinſeci incluſiue; Extrinſeci,præſertim ſi in vſu, vel commercio non ſint,vel ad tertium ſpectent,excluſiue ſumuntur.*
15 *Fines,niſi de corpore rei ſint,nunquam incluſiue ponuntur.*

CAP. XXXIIII.

Significante. Per reſcriptum impetratum ꝯ hoīem certę diœceſis alius eiuſdem noīs alterius diœceſis conueniri non pōt.h.d. Caſus.R.impetrauit ꝯ V.dicēdo, impetro ꝯ.V.Rhemenſis diœceſis, putans forte qđ eſſet de Rhemenſi diœceſi, cum re vera eſſet de Leodicenſi.Papa determinat hanc diuerſi
1 tatem officere reſcripto, iſte eſt ſenſus decretalis.† Ibi, excipiē-
2 do, no. q; eſt neceſſe excipi a de non identitate corporis,quod probatur per non identitatem loci.Et ideo dico,q; ſi eſſet diuerſitas in loco loci,puta quia diceret ꝯ V.de tali parochia,& eſſet de alia ēt vicina,q; cum non ꝯueniant verba reſcripti,non cōuenit reſcriptum,vt C.de proba.l. cum precib.Idem in citatione,in qua debet apponi locus, vnde eſt citandus, & error loci vitiat citationem, vt no.ff.de iudicijs.l.eum,quem temere, niſi citatus ꝯfiteatur ſe eſſe vnum & idem corpus, & de ſe ſenſum, forte quia ipſe eſt, qui commiſerat homicidium ſm Iac.But.q ita no.ff.de ꝯd.& dem.l. demonſtratio falſa. Item no. q; diuerſę
2 appoſitiones indicant diuerſa ſubiecta. † Item no. q; vbi vitiat certitudo,vitiat & error.non obſt.C.de teſt.l.ambiguitatem.qa illud intelligitur, qñ conſtat de corpore ſaltē per indicia, vt ff. de reb.dub.l.qui habebat.alias incertum hī pro nullo. ff. de leg. j.l.Titiæ textores.non ob.ff. de leg. j. ſi qs in fundi vocabulo,qa facilius vitiatur reſcriptum, q̄ vltima voluntas,vbi æquiuocatio accipitur in benigniorem partem.† Quæro,quid ſi perſona
3 digito oſtendatur, puta dicit iudex, condemno iſtum pñtem de ciuitate Aſſiſij,& iſte eſt de ciuitate.Nuceriæ? rñ.valet ſnīa,
4 quia perſona ſeipſam oñdit,vt ff.ſi cer, pet. l. certū.† Quid ſi eſt erratum in finibus loci, puta dicit iudex, feciſti homicidium in tali domo ſic confinata, & eſt bene commiſſum in illa domo, ſed non habet illos confines? reſpondeo, ex quo conſtat de crimine,puniri debet crimen, ſecus, ſi ille locus non reperiretur in rerum natura,vt ff.de accu.l.libellorum. nam cum ibi dicit,domo,ſignificat locum,& dum dicit,illius,ſignificat demonſtrationem, ſed annus, & menſis ibi ſignificat tps: & tñ ſi domus non eſſet illius, ſed eſſet alterius, conſtito de crimine, debet fieri condemnatio,ar.ff.de offi.præſi.l. illicitas.§. veritas. qui.§.ſemper debet eſſe ante oculos aſſeſſorum, dicunt Doct.
5 † quid ſi in iſto c. eſſet certum de perſona per aliam denominationem, quia fieret mentio de Gallopreſſo? Rñd. ſufficeret,vt no.C.qui teſta.fac.poſſ.l. hac conſultiſſima. vel de domino Galea.de Mantua,qui tamen non eſſet de Mantua, quia error circa ſubſtantialia nocet, ſed circa accidentalia non nocet, ſedm Doc.Pone, q; impetratur ꝯ vniuerſitatē expreſſis falſis nominibus antianorum.dic q; non vitiat,de or.cog.c.cum dilectus, ſm Hoſt.& Io.And.Quid ſi ſcholaris ſtudens Bononię,& non inde oriundus impetrat dicendo,Talis ſcholaris Bononię? quidam dicunt q; valet,quia non reſpicit nomē proprium, ſed appellatiuum ſcholaris,ſecus,ſi diceret,Petrus Bononienſis,quia
6 ſignificaret originem, † qm̄ verbum debet naturaliter intelligi,& non accidentaliter, vt no.ff.de excu.tu.l. ſed & reprobari. ibi, Comaneus,vbi gl.dicit.i.de Comanea,ſicut ſi dico,talis de Peruſio, intelligitur naturaliter. dicet aliquis,iſta non debent vitiare,quia Papa ſi ſciuiſſet, nihilominus conceſſiſſet. ſed iſta
7 non eſt bona ratio, quia caſus omiſſus nō habetur pro expreſſo.Idem de perſona, de qua non cogitatur.† nam ad cogitatū debet referri oratio, vt ff. de teſta. tutela. l. ſi quis ita.Item ſicut aliud eſt non intentare, & aliud in impetrādo errare in aliqua
8 demonſtratione accidentali,† vt vnum ſcias, q; vbi demōſtratio adijcitur generi, ſi falſa eſt demonſtratio, diſpoſitio reddit omnino incerta & nulla,vt l.legatum.ff.de li.leg. facit. j.eod.c. Rodulphus. In dubio non eſt recedendum a finibus demon-
9 ſtrationis,vt ff.de cenſi.l.forma.† Et vtrum fines ponantur in-
b cluſiuè,vel excluſiuè,non eſt materia hic,ſed alibi.& per naturam loci apparet illud ſępe,arg. in l.2. C.quando & quib.quar-
10 ta pars debetur.† & per rerum naturam dico apparere,qñ apparet ad oculum ſine oculata fide, vt C. finium reg. qui ſuper. ff.eod.l.ſi irruptione. §. ad officium. ſitus eſt res naturalis,ſed locus eſt accidentalis.nam res mobiles ſunt in ſitu. C.de ſeruit.
11 l.1.& l.fi.ff.de hær. inſti.l. ex facto.§. rerum.† Item quod ſine finibus eſt, inutile eſt, vt vinea ſine ſæpibus, vt habitatio ſine aditu ſuos fines includit,vt ff.de ſeru.vrba.præd.l. ſeruitutes.§.ſi domo. ſic ſi vendo molendinum, venit cluſa molendini,& fiſtulæ ēt,ſi propter ſiccitatem molere non poſſum.ff.de contra-
12 hen.emp.l.ſi aquæductus,cum l.ſeq. l.notabilis eſt.† Sed ſi non apparet per naturam, nec per vſus neceſſitatem, recurritur ad alias coniecturas.& ſi quidem tractaretur de magno præiudicio, dictio vſq;,ponitur excluſiue.ff. de pact. l. veterib. ff. de le-
13 ga. tertio.l. patronus. §. j. Idem,vbi fieret digreſſio, de vna re ad aliam ſeparatam, ſed de continente ad contentum nulla dicitur fieri digreſſio,quia non eſt ibi ſeparatio,neque naturalis,
14 neque ſm rationem.† Et pro regula tradi poteſt, q; fines intrinſeci ponuntur incluſiue,extrinſeci excluſiue, & multo fortius omnimodo extranei, vt flumina publica, & viæ publicæ,& nemora,quę non ſunt in vſu,& multo fortius, ſi non ſunt in cōmercio,quia non videtur conceſſum,quod in commercio nō eſt,vt in l.ſi quod.§.fi.ff.de peri.& commo. rei vend. & ff. de ꝯhen.emp.l.littora.Item confinia,quæ non ſunt de iure, vel iuriſdictione tertij, ponuntur demonſtratiuè,ſed non incluſiue ar.ff. de lega.j.l.ſi dominus.§.fi.& l.ſerui electione. §. cum fundus,& facit qđ no.C.de act.emp.l.ſi fines agri. † Porro fines nū
15 quam ponūtur incluſiue, niſi ſint de corpore eiuſdem rei.nā ſi diuerſa res eſt,ſunt voce ſeparationis, & non vnionis.

ADDITIONES.

a Reus in terminis huius tex.& ſimilibus habet neceſſe excipere de non identitate corporis ſecundum Bal.hic per iſtum tex.in verbo, excipiendo, quod probatur per non identitatem loci. & ex hoc infero, quod allegans non identitatem corporis,habet neceſſe illam probare.limita duobus modis, primo, vt pulchre per Barto.in l.ſi quis ſeruum.§. ſi inter duos. ff. de lega.2.in fi.in 2.limit.vt non procedat, quando agitur de reprobando inſtrumento tanquam falſo per teſtes, qui dicuntur nominati in inſtrumento, qui dicant ſe nunquam interfuiſſe,quia debet probari,quod iſti teſtes ſunt illi met, de quibus loquitur inſtrumentum,ita Cardi. dicens ſe ita dixiſſe in q. facti,in c. cum Ioan.de fide inſtru.vt habes pulchre relatum per Fely.quem omnino vide, in c.auditis,de præſcripti.Parona.

b Vinc.God.Adde quare fines & termini ponantur, tradita per Cor.in conſi.213. incip.viſo,in litera A.lib.4.& in litera C.

SVMMARIVM.

1 *Per reſcriptum impetratum contra diœceſanos, non poteſt conueniri ciuitatenſis*
2 *Diœceſis quid,& vnde dicta ſit,quale domicilium, ſit diœceſis, & quomodo acquiratur.*
3 *Diſtrictus quid ſit.*
4 *Prohibitus manere in ciuitate,an poſſit ſtare in comitatu.*
5 *Clericus ciuitatenſis,& clericus diœceſanus differunt re,& nomine,& vnū ſub alio non includitur,& an nomine ciuitatenſis contineatur clericus ruralis,dic vt nu.8.*
6 *Populi nomen comprehendit etiam aduenas,qui in loco conſederint.*
7 *Patria duplex eſt.ſ.originis,& domicilij.*
8 *Diuiſio vbi eſt,ſep. ratus eſt intellectus.*
9 *Dictio, alios, eſt repetitiua qualitatum præcedentium, quæ adaptari poſſunt ſequentibus.*
10 *Repetitio tacita eſt adaptatio quædam, & fit non ad deſtruendum, ſed ad cōſtruendum,quod diſpoſitum eſt.*
11 *Impetratio ſub expectatione de prima vacatura in ciuitate,an extendatur ad eccleſiam ruralem poſtea in ciuitate,murorum ambitu aucta, cōprehēſam.*
12 *Probari poteſt per teſtes ſenſus voluntatis, ſicut ſenſualitas corporis.*
Cum ordinaria ciuitatis iuriſdictione conceſſa cenſetur etiam iuriſdictio comitatus ſecus cum delegata.

BIU Cujas

14 *Nomina quædam ſunt localia quædam perſonarum.*
15 *Arbitrium in puniendo maleficia in ciuitate commiſſa iuduci per ſtatutum tributum, non extenditur ad commiſſa in comitatu.*
Arbitrium in pœnis de iu. com quomodo & quando iudici permittatur.
16 *Sublegato frumenti, quod eſt in ciuitate, non venit quod eſt in comitatu, n. 18.*
17 *Si teſtator vſus fuerit noīe proprio, vt lego frumentum, quod eſt Peruſii, an veniat frumentum, quod eſt in continentibus ædificijs Peruſii.*
18 *Quid ſi nomine appellatiuo, vt ciuitatis, communis, vel vrbis.*
19 *Quid ſi vtroque, ſ. tam proprio, quam appellatiuo, vt in ciuitate Peruſii.*
20 *Nomen proprium habet ſe ad nomen appellatiuū, ſicut indiuiduū ad genus.*
21 *Prorogatio iuriſdictionis non fit de perſona ad perſonam.*
22 *Validare iuriſdictionem, an ſit prorogare.*
23 *Conſentiens in iudicem ſuum, iure tamen ſpeciali declinabilem, vel in alienū, qui tamen ſuus fieri poſſit, an, & quando poſſit pœnitere.*

CAP. XXXV.

a 1 RODULPHUS, a † Per reſcriptum impetratum ꝺ diœceſanos, ciuitatenſis conueniri non pōt, & eſt ratio, quia non includit in virtute, vel veritate ſermonis. eſt enim exinde vocis etymologia, ſignificatio aūt intellectus eſt attributus dictioni ab intellectu, vt no. de ver. ſig. l. tugurij, & qđ aliter ſonat, cogitatū non vī, vt dixi. ſ. eo. prox. & ff. de fundo inſtr. l. cum de lanionis,
2 §. cui fundus, † diœceſis eſt domicilium ruſticum, & nō acquiritur per diſcurſum, ſed p manſionem in loco, vel per expreſſam animi declōnem. ff. de iud. l. hęres abſens. §. j. & vide Arch. 3. q. 6. in prin. vbi dicit, ꝙ vbi maior eſt reſidentia, ibi præſumitur eſſe domicilium. Tñ origo non requirit reſidentiā magnā, ſed domicilium ſic. l. 3. C. vbi ſenatores, vel cla. diœceſis interpretatur gubernatio. & hoc nō ſm proprietatem verbi, vel poteſtatem, ſed ſm effectum, vel officium, & eſt diœceſis propriȩ baptiſmalis eccleſiæ territorium, vel gubernatio, & dr̄a dia, qđ eſt duo, & ceſio, qđ eſt deciſio, quia decidit & ſeparatur ab illa
3 diœceſi diœceſis diſpō, vel ſubiacentia. † diſtrictus eſt locus, vel terræ ſpatium extra limina ciuitatis iuriſdōne informatum in
4 vnum corpus non redactum. † Cōe Florentiæ mandauit vni, vt ſtaret in ciuitate ſub pœna capitis, nūquid poterit ſtare in comitatu, vel eꝰ? dic vt no. C. de ſer expor. l. fi. p Cy. Caſus in terminis. quidam Rodulphus rector ſancti Chriſtophori de ciuitate Sagienſis conueniebat per literas impetratas ꝺ clericos Sagienſis diœceſis, Papa dicit non poſſe, quia non includit in reſcripto. † Ex quo no. ꝙ clericus ciuitatenſis, & clericus diœceſanus differunt re & noīe, & vnum ſub alio non includitur. Iſtą dr̄ia pōt dici ſpecificata, vt no. Io. An. in c. ſi ciuitas, de ſen. exc. lib. 6. in nouella. Nimirū aūt, ſi noīe diœceſis non continēt ciuitas, quia minus nobile non continet maius nobile. Sed eꝰ pōt
5 dubitari, vtrum noīe ciuitatenſis contineatur clericus ruralis? & vr̄ ꝙ ſic, quia rus eſt pars ciuitatis, ſ. ſubiectiua, & ſub eiſdem legib. & gubernaculis, vt ff. de iud. l. inſulæ. ff. ad muni. l. q ex vico, vt no. in Auth. quib. mod. nat. effi. legi. §. ſi quis aūt talis,
6 & C. de epiſ. & cle. l. nulli. §. ſi ex vico. † Præterea populus ciuitatis, & comitatus eſt idem populus integralis, & iure publico continetur vterque, vt no. ff. de iuſti. & iu. l. publicum ius. certe hoc nomen populus, comprehendit ēt aduenas, qui ibi ſedem collocarunt. tex. eſt no. in Auth. de queſtore, poſt prin. colla. 7,
7 † Patria eſt duplex, ſ. originis, non furtiua, qu a quis naſcitur in
b in loco deſtinato, non in fuga. Item domicilium, q̄ ſi̇r non ꝺhitur per diſcurſum, quia domicilium b dēt eſſe manſurum, & vide q̄ no. in l. j. C. vbi petantur tutores, vel curatores. facit ff. de hær. inſti. l. ex facto. §. rerum. ff. de p g. l. debitor. ff. de iudi-
8 cijs. l. hæres abſens. Certe ego dico, ꝙ integritatē diuiſio ſoluit, ſicut ſi dicerē, iſti ſunt intra muros, & alij extra muros. nā vbi diuiſio eſt, ibi ſeparatus eſt intellectus, vt ff. de leg. 3. l. ſeruis vrbanis. & ideo in qōne propoſita dico, ꝙ noīe clericorum ciuitatenſium non continentur clerici rurales, i. in eccleſijs ruſticanis reſidentiam facientes, vt ff. ad muni. l. eius. §. Celſus, & ff. de fundo inſtructo. l. quidam duos. Nam hęc vocabula localia ſunt, & diuerſę demonſtrationus, quinimo relatiuè oppoſita, & ideo vnum non cōtinetur ſub altero, vt in iſto c. hæc verba circa diœceſim, & ſimilia ſignificant continuitatem, ſeu cō-
9 iunctionem loci. ff. de ꝺh. emp. l. Rutilia. tex. no. † Quæro, an ſit dr̄ia inter hos ſermones, videlicet ꝺ Petrum de diœceſi Florentina, & quoſdam alios, & inter aliam propoſitionem, ꝺ Petrum & quoſdam alios de diœceſi Florentina? dicendum ꝙ non, qa dictio, alios, eſt repetitiua qualitatum præcedentium, quæ adaptari poſſunt ſequentibus, vt ff. de vino legato. §. cum dulcia. l. fi. ſecus ſi non poſſunt adaptari, vt ff. de au. & arg. leg. l. Plautius, & in diuina ſcriptura, Chriſtus, & alij duo latrones. nā dictio,
10 alij, ponitur aduerſatiue in ſubſtantia, & qualitate, vt no. ff. de de hær. inſti. l. Iul. † Porro repetitio tacita non eſt aliud, q̄ quædam adaptatio. ff. de excuſ. tut. l. non ſolum. §. qui primipilum vbi eſt tex. ſingu. Et no. ꝙ tacita repetitio fit ad conſtruendum, non ad deſtruendum, qđ diſpoſitum eſt, tex. eſt no. in l. vlt. ff.
11 de manu. teſta. † Sed pone, ꝙ ciuitas eſt aucta, & per hoc noui muri attingunt quandam eccleſiam ruralem, nunquid literæ expectantium per prius ꝺceſſe extendantur ad hanc? arg. ꝙ ſic, ff. de leg. 2. l. cum fundus. In ꝺrium vr̄ gl. ordinaria. ff. de excu, tut. l. ſed reprobari. §. fi. in vlt. glo. qđ eſt verius. ff. de ꝺh. emp. l. in lege. & eſt ratio, quia vltima voluntas extendit vſque ad mortem, ſed priuilegium non extendit, quia non eſt in pendenti,
12 arg. in l. vlti. C. commu. præd. in rōne motiua illius legis. † Quæro, an per teſtes poſſit probari, ꝙ Papa ſenſit de iſto Rodulpho? & dico, ꝙ per teſtes pōt probari ſenſus voluntatis, ſicut ſenſualitas corporis, vt no. Bar. ff. de ver. ob. l. ſtipulo iſta. §. in ſtipulonib. Item ait, ꝙ diuerſitas ſcripturę inducit diuerſitatē probōnis,
c eadem l. §. eū qui. Et ego dico, ꝙ illud, qđ non dicit ſcriptura, c nec nos dicere debemus, quia ſcriptura probat ſuos limites, vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratuū. §. Aurelius, vbi eſt tex.
13 notabil s. † Sed ſtatim opponitur, quia lege cauet, ꝙ ſi alicui ꝺceditur iuriſdō ciuitatis, concedit ēt iuriſdō caſtrorum ipſius, vt ff. de offi. præfec. vrbis. l. j. cui §. vrbē. Solu. illud verum eſt in iuriſdōne ordinaria, quæ non diuidit ſe a ſua integritate, ſecus
14 in iuriſdictione delegata, quæ eſt odioſa & extraordinaria. † Et no. ꝙ quædam ſunt nomina localia, vt Roma, Peruſium, Florentia, vrbs, ciuitas, oppidum, caſtrum, caſtellum, arx. Quædā ſunt nomina perſonarum, vt populus, plebs, corpus, collegiū, gens, & ſocietas, & proſequitur Io. And. vbi ſupra, & Bar. in l. j. ff. ad muni. & ff. de ver. ſig. l. 2. & l. prouinciales, & no. ꝙ iſta ſūt vtilia in beneficialib. puta ſi quis impetrat primam vacaturam in ciuitate, ꝙ non continetur eccleſia ruralis. ad hoc optime
15 facit. C. de teſt. l. fi. † Item ſi ſtatutum dicit, ꝙ maleficia cōmiſſa in ciuitate puniantur arbitrio poteſtatis, iſtud arbitrium nō extenditur ad maleficia extra ciuitatem, quia eſt extraordinariū, & ꝺ ius cōe. Nā de iure communi non eſt ꝺceſſum arbitrium in pœnis, ſed in executione pœnarum, & non in decidēdo, ſed in cognoſcendo, vt l. j. §. calumniatoribus. ff. ad Turp. niſi inci dat nouus caſus, qui non ſit lege comprehenſus, quia tunc ad arbitrium iudicis pertinet ſupplere & arbitrari, vt l. 1. §. 1, ff. de effracto. & expilatoribus. nam quæ nouiter emergūt, nouo remedio indigent. pp concomitantias & circunſtantias, & caſus
16 repentinos dantur arbitria iudicib. vt dixi ſ. de conſti. c. j. † Itē prædicta ſunt vtilia in teſtis, ſi teſtator legat mihi frumentum, quod hēt in ciuitate, non venit frumentum, quod hēt in co-
17 mitatu, vt ff. de penu leg. l. nā quod liq de. §. ſi ita. † & conſidera, ꝙ qñ teſtator vtitur proprio nomine loci, puta dicit Romę, vel Florentiæ, & tunc ēt continetur frumentum, quod eſt in continentibus ędificijs, ſicut ſunt ſuburbia coniuncta ciuitati nul lo extraneo loco mediante, via aūt publica non facit medium,
18 quia eiuſdem iuris publici eſt. † Si autē teſta torvtitur nomine appellatiuo cōis, vel ciuitatis, quę denominatur a cinctura mu rorum, vel appellatiuo nomine vrbis, quæ per aratrum circulans deſignatur, nō veniunt continentia ædificia extra muros,
19 quia ſignum limitat ſignatum. † Si aūt teſtator vtatur vtroque vocabulo, puta dicit lego frumentum, quod habeo in ciuitate Peruſij, dicunt quidam, ꝙ inſpicitur, quid præcedat, ſed gl. in d. l. 2. de ver. ſig. dicit, ꝙ inſpicitur in teſtamentis latior interpretatio, & ideo continentia ædificia includuntur. Guil. de Cu. dicit in d. §. cum vrbem, ꝙ Roma continentia ædificia includit, ſecus in alijs ciuitatib. vnde in queſtione propoſita dicendum vī, ꝙ inſpicitur nomen proprium reſtrictiuum, non appellatiuum extenſiuum. non obſt. ff. de ſtip. ſeruo. l. ſi quis ſeruus, vbi ſumitur coniectura ex ordine verborum, quia ibi verbū ſecūdarium erat appoſitum loco ſolius demonſtrationis & cāæ fi-
20 nalis, ar. ff. de an. le. l. annua. §. j. † & eſt ratio, quia nomē propriū eſt ſicut indiuiduum, & nomen appellatiuum eſt ſicut genus, & ſic indiuiduum reſtringit & coarctat ſpeciē, quia verbū, qđ in vltimo profertur, vī eſſe concluſio & determinatio totius
21 orationis, ar. ff. de ver. ſig. l. ſi cū fundū. † Glo. tangit hic, an iſte Rodulphus poſſit prorogare iuriſdōnem? & dicit ꝙ non, & eſt rō, qa prorogatio nō fit de perſona in perſonam, licet verba ſint indefinita, quia qñ indefinitè proferunt determinato modo, tunc non æquipollēt vli, quia ſuis finib. eſt contenta, vt hic cum ſi. Eſt aūt quædam prorogatio, quæ fit de ſimilibus ad ſimilia perſonis non mutatis. de hoc dicam. ꝯ. de offi. dele c. P. &
22 † G. & vnum ſcias, ꝙ validare iuriſdictionem non eſt prorogare, vt ꝯ. de iudi. c. j. & tunc nō hēt locū pœnitentia, idem ſi partes dicant,

ADDITIONES.

a Vide vnam pulchram doctrinam, quam per iſtum tex. tradit Math. no. 84. vt per Dec. in repe. c. 1 de proba.

b Vinc. God. Adde, ꝙ appellatione domicilij, in dubio intelligitur de domicilio habitationis, vt magis princ. a. Ruy. conſi. 59. nu. 9. lib. 3. & quis poteſt habere plura domicilia. Ruy. conſi. 5. nu. 8. & in plurib. locis habere poteſt in conſilio 61. nu. 22. lib. 5. & vide in conſi. 18. eo. lib. 5.

c Vide Doc. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. & vide quæ ſcripſi ad iſtud propoſitum in quodam conſilio edito pro nobilibus de Sandelarijs de Parma. & illi conſilio ſe ſubſcripſit do. An. Imo.

BIU Cujas

dicant, prorogamus irreuocabiliter, non poſſunt renunciare beneficio pœnitendi, quod alias competit vſque ad litem conteſt. vel vſque quo de cõi concordia procedunt coram ipſo iu-
23 dice, vt ff. de iudi. l. j. † & dic, q̃ interdum quis conſentit in iudicem ſuum, quem de iure ſpeciali poterat declinare, & non habet locum pœnitentia. Interdum in iudicem alienum, q̃ ſuus fieri poterat, & tunc, aut res ſtetit in finibus conſenſus, aut proceſſum eſt ad aliquem actum iudicialem de diſcordia partiũ, & his duobus caſibus habet locum pœnitentia vſque ad litem conteſta. & non poſt. Aut fuit proceſſum ad actum vltra prorogationem de partium voluntate, & non habet locum pœnitentia. ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. Interdum conſentit in iudicem alienum, qui ſuus fieri non poteſt, & tunc non valet ꝯſenſus, vt ĵ. de fo. comp. c. ſi diligenti, qua coram eo nõ poteſt eſſe iudicium, neque confeſſio, vt ĵ. de iudi. at ſi clerici &c.

SVMMARIVM.

1 *Comitatus, an tranſmittatur de fratre in ſororem.*
2 *Comitatum qui emit a principe tranſmittit ad quemcunque hæredem, ẽt fœminimi ſexus, ſicut quamlibet rem hæreditariam, ẽt ſi de eo ſoluat cenſum.*
3 *Conſuetudo gentis Gallicanæ, vel alterius regni põt dici iusgentium eorum.*
4 *Regina Apuliæ, ſi nubit cuidam ſimplici militi, an faciat eum regem.*
5 *Succedens tenetur ſoluere debita Comitis, vel comitatus.*
6 *Reſcriptum non tranſit ad hæredes paſſiue.*
7 *Iuriſdictio perpetuatur, de iure ciuili nouiſſimo, per ſolam citationem.*
8 *Reſcriptum, an incipiat ab hærede.*
9 *Declarandi conditio ad hæredem non tranſit.*
10 *Impetratum contra dignitatem etiam re integra tranſit ad hæredem.*
11 *Qualitatum copulatiua quando earum concurſum requirat.*
12 *Qualitas, quę ineſſe non poteſt, ſubiectum non informat.*
13 *Qualitates contrariæ non concurrunt. & idem in conditionibus, & modis.*
14 *Tempore datæ qui erat laicus, ſi poſtea ſit factus clericus, conueniri debet ex capite laici.*
15 *Repreſaliæ ſi ſint conceſſæ contra omnes de patria Florentina, an includantur Aretini.*
16 *Patria triplex, communis, vulgaris, propria.*
17 *Epiſcopus ſi excommunicauit oẽs leproſos ſtantes in ciuitate, niſi intra octo dies recedãt de ciuitate, an leproſus. qui exiuit portas ciuitatis, & reduxit ſe in quodam hoſpitali in ſuburbijs intelligatur paruiſſe mandato.*
18 *Interdicta quandoque recipiunt extenſionem.*

CAP. XXXVI.

a **Significauit.** Si ꝯueniendus per cl'am, Quidam alij, re integra a moriatur, ſucceſſor eius per illud reſcriptum non poterit ꝯueniri. Caſus, proponebatur, q̃ reſcriptum erat impetratum ꝯ eꝑm, & quoſdam alios clericos, & laicos, & q̃ quidam mercatores, vigore dictæ cl'æ gñalis ꝯueniebant ſororem dicti comitis eius hæredem, qui comes deceſſerat poſt reſcriptum ante citationem. Papa dicit non poſſe, qa re integra mortuo dicto comite ceſſat reſcriptum quo ad hęredem ipſius. No.
1 hæredem ipſius re integra non ſuccedere in reſcripto. † No. q̃
b comitatus tranſmittitur a fratre in ſororem, & ſic in fęminã, b qđ eſt verum iure Gallico, quia ita ſe hẽt ꝯſuetudo, q̃ fœmina ſuccedat, ſed de gñali ꝯſuetudine feudorum eſt ſecus, vt in c. j.
2 §. fi. qui feu. da. poſ. colla, 10. ſm Hoſt. † dicit Odofredus, q̃ ſi qs a principe emeret comitatum, ita tranſmitteret ad hæredem fœmininį gñis, ſicut quamlibet hæreditariam rem, qđ verum eſt, ẽt ſi ſoluat regni cenſum: qa licet comitatus tũc ſit cenſualis, nõ tñ eſt feudalis, ſicut prędia, ex quibus ſoluitur tributum allodij, & ñ iure feudi cẽſent. facit q̃no. ff. de pub. l. j. §. j. & ff. de di. inf. l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. vel dic, q̃ iſte ꝯitatus nõ erat feudum, ſed proprium & regale patrimonium, & ideo tranſmittitur ad fęminam, vt in comitiſſa Matilda. nec enim præſumit feudum. niſi probetur, & hoc mortuo maſculo. nam donec viuit aliquis maſculus aptus ſuccedere, fęmina non ſuccedit, etiam ſi feudum eſſet conceſſum in maſculos, & fœminas, vt in c. j. de eo, q̃ ſibi & ſuis hæred b. maſ. & fœminis, colla, 10. Nam copula illa non copulat coęqualiter, licet feudum ſit antiquum, tñ fœmina non eſt hęres, niſi in ſubſidium, & ſic tacita conditio ſubintelligitur, ſcilicet ſi hęres maſculus nõ exteť, idq́ue naturalis ratio conſentit, quia officia virilis ſunt animi. ff. de cura. furio. l. cuius bonis, & præſertim animi conſilium
3 non reperitur apud fęminam. † Et adde, q̃ conſuetudo gentis Gallicanæ, vel alterius regni poteſt dici iusgentium ipſorum, quod apud eos ſemper reputatur iuſtum & æquum, & defendere ſucceſſores ex generis pręrogatiua, vel alia æquitate, ſicut ius ciuile ex ſuo imperio. Nemo enim dubitat, q̃ ſucceſſiones ſunt etiam apud barbaros, qui nunquam fuerunt ſub imperio Romano, quinimmo gens libera poteſt ſibi creare ducem, & regem, & facere eum dominum naturalem. & adde, quod no.
4 de comitiſſa Matilda. C. de arbi. l. fi. † Pone, regina Apuliæ nubit cuidam ſimplici militi, an faciat eum regem? Reſpondeo, non, quia eſſent iam duo reges in ſol. dum. Item quia regnum non poteſt alienari, nec in dotem dari, qu nimmo non intelr eſſe paraphernale, nec in adminiſtratione viri, niſi quatenus regina committit. nõ nego, quin hoc caſu vir coruſcet radijs vxoris, quia eius lateris comitatus illuſtrat, vt l. j. C. de prępoſitis laborũ, lib. 12. ibi, dũ dicit, noſtri lateris comitatus illuſtrat. nulla enim eſt maior lateralitas, quam viri, & vxoris, qui diuino conſortio efficiuntur vna caro. Secundo no. † q̃ ille, q̃ ſuc-
5 cedit, tenetur ſoluere debita comitis, vel comitatus, nimirum, quia eſt ſucceſſor vniuerſalis. Tertio no. q̃ ille, q̃ præmoritur
6 re integra, a generali clauſula eximitur, & eius hæres. † Item no. q̃ reſcriptum non tranſit ad hæredes paſſiue, quia ex parte rei eſt perſonale, niſi iam reus fuiſſet citatus, quia per citationem perpetuatur iuriſdictio, quia ſtatim, q̃ quis facit citare aduerſarium, eſt obligatus ad proſequendum litem, vt C. quo modo & qñ, in authen. qui ſemel, & vbi inſurgit obligatio, ibi
7 res nõ eſt integra. ff. de pact. l. ſi cum fundum. † ideo de iure ciuili nouiſſimo per ſolam citationem perpetuatur iuriſdictio, dummodo citatio valeat, alias pro nulla habetur, vt C. de ſtatu defun. l. ſi pater. C. de accu. l. 2. & no. ĵ. de appel. c. vt debitus, & caſſata citatione caſſatur, quicquid ex ea, vel ob eam eſt ſecutum, vt C. de legi. l. non dubium. Sed dubitatur, vtrum iſtud ſit verum, ſiue impetretur ſuper perſonali, ſiue ſuper reali? & videtur q̃ ſi ſuper reali. reſcriptum eſſet reale. ſed iſta ratio nõ concludit, quia in reali non conuenitur hæres vt hæres, ſed vt quilibet poſſeſſor, vt ff. ad exhib. l. tigni. §. fi. & l. 2. §. j. ff. de præ-
8 to. ſtipu. † Item reſcriptum non incipit ab hærede, vt hic. ſed ꝯ opponitur, q̃ imò reſcriptum tranſeat ad hæredem, & ad quẽlibet ſucceſſorem, ſed & etiam ſingularem, vt ĵ. de foro comp. dilecti, & ĵ. de iudi. c. quia V. in noſtro. c. erat rõ, quia in perſona comitis non erat reſcriptum plene formatum ante, quam per clauſulam generalem comes eſſet tractus ad cauſam. & iõ non competebat iuriſdictio actu, ſed potentiali habitu & in nube, ſecus, ſi in reſcripto perſona comitis fuiſſet expreſſa. & eſt ratio differentię, quia clauſula generalis habet tacitam conditionem, ſi in iudicio exprimatur, ſiue declaretur perſona. & talis perſona debet declarari nunc, quæ potuiſſet declarari tempore datæ, arg. in c. literis, de reſcrip. in cle. ſed hæres non potuit declarari tempore datæ, quia viuens non habet hæ-
9 redem. † Item quia conditio declarandi non tranſit ad hęredem, vt ff. de ver. ob. l. qui Romæ. §. Augerius, qui §. eſt ſing. ad hoc. non ob. ĵ. de iud. quia V. ibi erat ſucceſſor iudicij, & qa iudicium erat iam inceptum. Præterea hæres dicitur eadem perſona iuris fictione, non vere. & ideo etiam per reſcriptum ſpeciale non poteſt conueniri hęres re integra, quia reſcripta non recipiunt fictionem extenſiue, ar. ff. de neg. geſt. l. 3. §. hæc verba. Sed quomodo reſpondetur ad c. dilecti, de foro compet. dico, q̃ illud c. intelligitur ſm iſtud, videlicet re nõ integra, quia hæres in iudicio ſuccedit. ff. de iud. l. tam ex ꝯſtibus, dummodo cauſa ſit tranſmiſſibilis ad hęredem, vt ff. de infami. l. ſernus. nam reſcriptum datur cauſæ potius, q̃ perſonę, argu. ff. de aqua quoti. l. j. §. permittitur. & ratio reſcripti debet attendi, qa eſt rõ naturalis, vt no. ff. de pac. l. pactum. §. fi. Porro ſi cauſa expiraret morte, tunc etiam iudicium expiraret. vt ff. de ſuſpec. tut. l. poſt finita. & facit. ff. de dolo. l. hæredibus. & quod ibi no.
10 † Vnum ſcias, q̃ ſi eſſet impetratum ꝯ dignitatem etiam re integra tranſiret ad hęredem ſm Ber. quod eſt notabile. & hoc preſumitur, ſi eſt debitum dignitatis, quia dignitas non moritur, vt ff. de le. 2. l. quod principi. Extra no. q̃ illa verba, clericos & laicos, faciunt ad quæſtionem diſputatam per Iaco. But. de legato facto mercatoribus, & artificibus artis lanæ, vt intelligatur in ſenſu diuiſo, nec requiratur concurſus qualitatum, quia quælibet qualitas inhærens ſuo ſubiecto determinat ip-
11 ſum de per ſe. † Diſtributiua qualitatum non requirit earum cõcurſum, nec ſoluta, ſed copulatiua, aut ad vnum effectum, & requirit concurſum, aut ad ſingula ſingulis, & non requirit
12 concurſum, de cond. & demon. l. falſa. §. fi. † Et ſcias, q̃ natura qualitatis eſt, q̃ poſſit ineſſe, aliter non informat ſubiectum.
13 ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi extraneus. † Item qualitates contrariæ non concurrunt. ff. de condi. & demon. l. Titiæ, ſi non nupſerit. ff. pro ſuo. l. ſi ancillam. ſimiliter nec conditiones ꝯriæ,
14 nec modi ꝯrij. † Quid ſi tempore datæ erat laicus, poſtea eſt factus clericus? reſpondeo conuenitur ex capite laici, non ex ca-
15 pite clerici, ar. ff. de cond. & dem. l. falſa. §. j. † Extra quæro, conceſſę ſunt repreſalię ꝯ oẽs de patria Florentina, vtrũ includanť Aretini eis aggregati per egregiã virtutem Florentinorũ? Rñ,
16 triplex eſt patria, cõis vt Roma. ff. de excu. tuto. l. ſi duos. §. fi na Vulgaris, de qua non poteſt dari certa doctrina, quia facti eſt,

pr out

ADDITIONES.

a Conſidera, an iſtud verbum, re integra intelligatur, ante, quam citetur, an intelligatur ante, quam exprimatur, nam iſte tex. vł intelligere ante, q̃ citetur, Doct. vero intelligunt ante, quam exprimatur. Conſidera igitur hic ſcripta per Doc. Vin. God. Adde tradita per Io. Lecirier, in tract. de primogeni. q. 19. nu. 4. & 5. qui dicit q̃ iſta eſt grauis quęſtio, & plures recipit limitationes. & huiuſmodi tractata eſt in lib. 12. trac. fol. 122.

b

BIU Cujas

put ꝓſuetudo vulgi ſonat, q̃ ꝓſuetudo interpretationē prudē-
tū frangit, & plerunq; extendit. ff. de fun. inſtr. l. cum de lanio-
nis. §. j. Et proprie, quæ poteſt dici patria ſig llata, ideſt in qua
proprie qs eſt natus, vt puta Peruſium mihi, & Bononia Bo-
nonienſi, & in iſto ſenſu debet accipi in repreſalijs, quia ſtricti
& odioſi iuris ſunt. Et idem, ſi dicatur ꝯ omnes de prouincia
Florentiæ. Nam nomen prouinciæ delatum ad perſonas, ſtric-
te debet intelligi propter ſtrictam & odioſam materiam, &
quia non participantes honoribus non debent in odio parti-
cipare, & quia quod facit maior pars, omnes feciſſe videntur,
qñ omnibus congruit facere potuiſſe de iure per ſe, vel alium
& hoc in ſenſu cōi ſine vniuerſali nō includitur abſens, vt ff.
de magiſtratibus conuenien. l. j. §. j. Et ſcias, ꝙ deriuatio prudē-
tum loco ſignificati habetur, vt no. Ioan. And. in d. c. ſi ciuitas,
qui remittit ad deriuatores, quorum nouiſſimus eſt Catholi-
17 con. † Pone, epiſcopus excommunicauit omnes leproſos ſtan-
tes in ciuitate, niſi recedant de ciuitate intra octo dies, accidit
ꝙ quidam leproſus exiuit partes ciuitatis, & reduxit ſe in quo-
dam hoſpitali in ſuburbijs: Quæritur quid iuris? Reſpondeo,
quia morbus eſt contagioſus, non intelligitur paruiſſe manda-
to, argumētum in Auth. iuſiurandum, quod prēſtatur ab his.
§. fi. quia parere & non parere ſtat in effectu. nam de facili poſ-
ſet inficere ciues, quorum gratia factum eſt præceptum, & ſi-
cut propter ſalutem animarum fit extenſio, vt in c. ſi ciuitas,
ita in ſaluatione corporum, ne circunueniatur interdictum.
Et eſt arg. ad ſtatutum Florentiæ, quo cauetur, ꝙ facti de magi-
ſtratibus non poſſint habitare in priſtina parochia. nam non
habitabunt in contigua. In ꝺ̃rium videtur, quia lupus ſyluam
exiuit ſtatim, ꝙ eſt extra ſyluam, licet ſit in ſemita exter ori cō-
18 iūcta ſyluæ. † Et no. ꝙ interdicta quandoque rec piunt exten-
ſionem. ff. de ſer. expor. l. cui pacto. ff. de interdict. & releg. l. re-
legatorum. §. dubitatum, & §. conſtitutus. ibi, etiam, & in §. in-
terdicere, habes ꝙ propter delictum commiſſum in loco incola-
tus poteſt interdici originalis prouincia, & ꝙ incola Papiæ
poteſt forbanniri pro delicto commiſſo Florentiæ, quia ꝓp de-
lictum iuriſdict o ſe extend t legis authoritate, & eſt ibi glo. val
de no. Item q̃nque fit extenſio filiorum ad hæredes extraneos.
ff. de ritu nuptia. l. liberum. §. j. tex. eſt valde no.

SVMMARIVM.

1 *Ordo & conſuetudo curiæ olim erat, ꝙ primo monitoriæ, ſecūdo præceptorię, vltimo executoriæ concedebantur.*
2 *Verbum, ſuperſedeas, intelligitur. ſ perpetuo.*
3 *Gratia hodie fit recto tramite.*
4 *Mentiens in ordine neceſſario nihil agit.*
5 *Mentionem faciens de alio inſtrumento, quod facit ad cauſam, debet docere de illo, & tenetur edere in quacunque parte iudicij requiratur.*
6 *Iudex ſi alia citatione non præmiſſa, dicat, aſſignamus tibi talē diem pro tertio & peremptorio termino, iſtud peremptorium eſt inualidum.*

CAP. XXXVII.

a 1 EX inſinuatione. a † Non valent executo-
riæ, in quibus impetrans dixit falſo monitorias præceſſiſſe. Præmitte ad evi-
dentiam, ꝙ ordo & conſuetudo curiæ olim erat, ꝙ primo monitoriæ, ſecundo præceptoriæ, vltimo executoriæ concedebantur. Modo quidam B. clericus impetrauit præceptorias, & executorias, aſſerens ꝙ monitorias impetrauit, & quia hoc erat falſum, Papa mandat ſuperexecutorijs ſuperſe-
2 dere. i. executioni non mandare. † No. ꝙ verbum, ſuperſedeas, notat & ſignificat perpetuitatem. i. nunquam exequaris, quia quod habet perpetuam cauſam ſuſpenſionis, videtur ęternū, tex. eſt h c notabilis. idem, ſi dubium. ff. de condi. inde. l. ſuffi-
3 cit. † Item no. ꝙ olim vtebantur ſuperuacuo circuitu, hodie vero fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, & iō circuitus eſt emendatus, ideſt recto tramite fit gratia. ſic. ff. de condi. inde. l. dominus teſtamento. ff. ſi cer. peta. l. cum fundus.
4 §. ſeruum tuum. † No. ꝙ qui mentitur in ordine neceſſario, ni-
hil ag it, tum quia mentitur, tum quia non ſeruat ordinis for-
mam, ſed de nouiſſima conſuetudine curiæ iſte ordo non eſt
neceſſarius, tamen ſi quis fuiſſet mentitus, vt facilius literas
5 obtineret, literæ non valerent ſm Ber. † Item no. ꝙ qui facit
mentionem de alio inſtrumento, quod fac t ad cauſam, debet
docere de illo, vt ĵ. de offi. deleg. cum in iure, & ĵ. de ver. ſig. c.
b abbate, & tenetur producere in quacunque parte litis petatur
edi, vt l. poſtquam. §. ſi dies. ff. vt legatorum nomine caueatur.
qui tex. eſt multum notabilis. Item ꝙ os, quod mentitur, occi-
dit grat am, vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. tutor ſi petitus.
6 † Et no. optimum argumentum, c ꝙ ſi iudex alia citatione non
c præmiſſa dicit, aſſignamus tibi talem diem pro tertio & perē-
ptorio termino, ꝙ non valet iſtud peremptorium, ſecus, ſi nō
adijceret illud verbum, tertio vel vlt mo, & ꝯ contumacem po
teſt ferri ſententia etiam pœnalis, ſi pœna contumaciæ reſpicit
ipſum proceſſum, ſuper quo contumacia eſt contracta, ſed ſi
pœna contumaciæ non reſp.cit ipſum proceſſum, ſed venit
extrinſecus, tunc requiritur alia citatio, vt ff. de iure fiſ. l. eius, q̃
delatorem, & eleganter no. in l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mil.

ADDITIONES.

a Circa iſtum tex. mouentur plures difficultates, prima, quare tex. dicit ad vos &c. in numero plurali, & tamen ſupraſcriptio non dirigitur niſi vni. ſ. abbati ſancti Victoris, contra. c. quam graui, de crim. fal. Reſpon. Ioan. And & Imo. quod dum textus dicit. ad vos, debet ſuppleri dom. Abb. & colleg. Secundo inſtatur, tex. dicit ſuperſedeatis, &c. contra, nam ſuperſedere eſt expectare alium finem, vel euentum. c. dilectus, el ſecondo, ſupra eod. ſed iſtæ literæ, de quibus in tex. non valent tanquam ſubrepti. in capit. ad aud ien. el ſecondo, ſupra eod. titu. ergo tex. non debebat dicere ſuperſedeatis. Reſpond. Ioan. And Bu. & alij, quod verbum ſuperſedere, hic ponitur improprie pro totali deſiſtentia, concor. cap. olim, de excep.

b No. quod quis tenetur producere inſtrumentum, in quacunque parte litis petatur edi, vide cumulata per nouiſſimos in l. non ſolum. §. morte, de ope. noui nunciatio.

c No. perpetuo iſta verba Bal. quia ſæpe obtinui in practica.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſi pro alio non ſcripſerimus, qui huiuſmodi gratiam proſequatur, ſi apponatur, & Papa ſcripſit pro alio iam beneficium obtinente, gratia non vendicat ſibi locum.*
2 *Diſponentis intentio ſemper attendi debet, ita tamē, vt non omnino a verbis recedatur.*
3 *Voces ſunt notæ paſſionum animi.*
4 *Voluntas datur perfecte intelligi per verba enunciatiua, ſiue conditionalia.*
5 *Veriſimile non eſt, ꝙ pater velit filium duplici onere grauare.*
6 *Mens diſponentis datur intelligi per conditionem.*
7 *Primus impetrans ſi renunciet ante adeptum ius in re. ſecundæ literę ſumūt vires, alias ſecus.*
8 *Plurale idem eſt, quod ſingulare geminatum.*
9 *Veriſimile non eſt, Papam velle cuiquam ius ſuum auferre.*
10 *Clauſula iſta, ſi pro alio non ſcripſimus, vtrum intelligatur apposita faucre eccleſię.*
11 *Clauſula, non obſtante ſi pro alio ſcripſimus, an funditus eneruet primā gratiam, an vero ſubordinet de priori faciendo poſteriorem.*
12 *Papa ſi dicat, mandamus tibi conferri, ſi pro alio non ſcripſimus, nec adĳcit, qui huiuſmodi gratiam proſequatur, & Papa ſcripſit pro alio, qui morte præuentus non proſequitur, vel viuens alteri cedit, vel ſententialiter ſucūbit, an literæ ſint efficaces.*
13 *Quid ſi controuerſia cum altero pendeat.*
14 *Negatiua hæc, ſ. ꝙ quis gratiam non proſequatur, qualiter probetur.*
15 *Vir ſi fuit interfectus & vxor ignorabat, & tandem elapſo anno ſciuit, & ſtatim nupſit, non dicitur iſtud tempus luctus neglexiſſe.*
16 *Termius proſequendi gratiam per quem aſſignari debeat.*
17 *Si quis dicat promittis mihi decem vſque ad menſem, & poſtea quandocunque, an hæc additio, & poſtea, & c. faciat dilationem.*

CAP. XXXVIII.

1 MAndatum. † Vbi eſt clauſula, ſi pro alio non ſcripſimus, qui huiuſmodi gratiam proſequatur, & Papa ſcripſit pro alio iam bñficium obtinente, gratia non vendicat ſibi locum. Caſus. Papa mandat cuidam epiſcopo, ꝙ magiſtrum G. faceret recipi in canonicum, & in fratrem in eccleſia Nouienſi, adiecta clauſula, ſi pro alio ibidem non ſcripſit, qui ſimilem gratiam proſequatur, quærebatur, ſi alius per literas eiuſdem Papæ beneficium obtinebat, vtrum epiſcopus teneretur exeq mandatum? reſpondetur ꝙ non, quia non fuit de intentione
2 Papæ grauare eccleſiam ſuper receptione duorum. † Dicit lex, ꝙ ſemper eſt recurrendum ad intentionem diſponentis, quia ced t lingua cordi, & ſub iugo mentis verba ꝓſiſtunt tāquam ſub ſuo proprio originali & dign ori, vt legi. & no. ff. communia prædi. l. ſi in venditione, in fi. & ff. de vſuf. l. arboribus, dum tamen totaliter non recedatur a verbis, vt ff. de vſufruc. leg. l. ſi alij. ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. & ſi maxime. vbi tex. di-
3 cit, ꝙ virtus diſpoſitionis legalis conſiſtit in ratione. † Item alia lex dicit, ꝙ mens eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima. nam cor impetratoris eſt lingua, & habet eam ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua, voces denique ſunt notæ earum, quæ in anima ſunt, paſſionum, vt ait Ariſtote. & patet. ff. de li.
4 leg. l. Labeo. §. idem Tubero. † Item no. ꝙ per verba enunciatiua, ſiue conditionalia datur voluntas perfecte intelligi, facit. ff. de leg. 3. l. Pamphilo. §. propoſitum. vbi verbum, vellem, quod eſt præteriti imperfecti, ponitur pro verbo, volo, quod eſt prę-
ſentis temporis, quia voluntas teſtatoris nō debet eſſe fruſtra, & tacita voluntas cohærens expreſſæ habetur pro expreſſa. ff. ſi cer. pet. l. cum quid. ſed in corde retenta nihil operatur. C. de
5 condi. ob cauſam. l. ſi repetendi. † Item no. ꝙ non debet quis grauari duplici pondere, vt no. C. de mulieribus, & in quo loco. l. l. j. lib. x. ꝙ nō eſt veriſimile, ꝙ pater voluerit filium duplici onere aggrauare. ff. de lega. 2. l. Titia. §. qui in vita. ff. ſol. mat.
6 l. ſi cum dotem. §. ſi pater. † Nota, ꝙ per conditionem datur in
a telligi mens a diſponentis. ff. de manumiſ. teſtam. l. ſi quis locu-
ples.

ADDITIO.

a Vin. God. Adde ꝙ mens diſponentis deprahenditur ex præfationib. Cor. conſi. 23. viſo. litera, d. lib. 4.

BIU Cujas

ples. C.de ꝺi.inſer.l.2. Opponitur, ꝙ qõ iſtius capituli non ſit dubitabilis propoſit o.ff.ad Carbo.l.q̃ Labeo.Solu.dicit glo.ꝙ imò rõ dubitandi erat, quia verba, gratiam proſequantur, nõ
a vñr loqui de proſecutione facta & perfecta, forte, iam[a] dudum. ad hoc rñdet gl.ꝙ imò quia durat proſecutio, arg.ad hoc, arborum furtim cęſarum.l.cędere.§.ſubſecare.ff.de iu.om.iudi.l.ſi quis id, qd̃.§.ſi dum proponitur, quia durat proſecutio, quę in ſuo conatur effectu, arg.ff.de verb.ſignifi.l. dem erit.ff.de iure codicil.l. Plotiana.ff.de arbi.l.inter Caſtellianum, & qd̃ legi.& no.C.de vſuf.l.corruptionem.& ſic verbum pr̃t s tpis trahitur ad prȩteritum, quia durat de pr̃ti, & prȩteritum ad pr̃s, qa non tam ponderatur initium, q̃ ſtatus rei. Sed quid ſi non eſt dictũ, qui huiuſmodi gratiam proſequatur, ſed ſimpliciter? reſpondeo. ſi eſt eadem data, prȩfertur prȩſentans, ſi diuerſa, primo
7 impetrans, vt dixi.§.eod.c.capitulum ſanctæ Crucis. † Quæro, quid ſi primus impetrans renunciauit? reſpond. aut ante adeptum ius in re, & ſecundæ literæ ſumunt effectum: aut poſt adeptum ius in re, & tunc ſecus, quia ſemel iſta condit onalis gratia expirauit, vnde non poteſt renaſci, vt C.de inſtit.& ſubſti.l.antepenul.quæ lex eſt no.ad hoc. Pone, Papa ſic d x t, non obſtante ſi pro alijs ſcripſimus, & non ſcripſerat, niſi pro vno. videtur, ꝙ verba clauſulę caſſant verba pluralis numeri. ff. ad Treb.l.fi. In ꝯrium videtur.ff.de verbor.ſignifica.l.in vſu iuris, & l.non eſt ſine liberis.de hoc no.j.de prȩben.quamuis, in ter-
8 tia gl.lib.6.† dicit lex, ꝙ idem eſt plurale, quod ſingulare geminatum.ff.de condit.& demon.l. falſa. §.fi.ff.ad Trebel.l.bal ſta. ff.ſi quis cautionibus, l.ſi ſeruus.§.ſi plurium, ſicut dicunt Docto.iuris ciuilis de ſtatuto, quod punit producentem falſos teſtes, nam idem, ſi vnum.† Vlterius no.ꝙ non eſt veriſimile, ꝙ
9 Papa velit alicui ius ſuum auferre. gloſ.allegat ſim lia, & facit. ff.de vulg. ſubſti l.ex facto.in princip. ff.de aqua plu.arcen.l.in
10 concedendo.† Quæro, iſta clauſula, ſi pro alio non ſcripſimus vtrum intelligatur appoſita fauore eccleſiæ? & d coꝙ ſic, ne eccleſia grauetur in duplici receptione, tamen eccleſia poteſt huic ſuo fauori renunciare, & ſic receptus ab ea intelliget receptus authoritate Papę.argu.C.vt in poſ.leg.l.ſcire.ff.de mino.l.ſi filius, & ff.de iniu.teſt.l.filio prȩterito.ff.de diuo.l.quod
11 ait lex.† Sed nunquid clauſula, non obſtante ſi pro alio ſcr pſimus, funditus eneruat primam gratiam, an vero ſubordinat, faciẽdo de priori poſteriorem? & videtur, ꝙ in totum obrumpat per rationem ſtius c.quia qui in vno grauatur, in alio alleuiatur.ff.de iureiur.l.cum qui, & non debet afflicto addi afflic-
b tio.[b] C.de epiſ.audi.tam dementis.nec onus oneri, vt prædixi vt quidam Imperator ait, ſicut hr̃ in chronica Martiniana, Boni paſtoris eſt pecus tondere, & non deglubere. qui enim nimis emungit, elicit ſanguinem, vt ait diuina ſcriptura, ſanguis ſubditorum requiretur de manibus prȩlatorum. Sed in ꝯrium vr̃, quia quod ſuſpenditur, non obrumpitur, vt ff.de ver.obl.l. j. &l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & eſt ſim le, quia ſecunda hypothecaria interdum præfertur primæ. vt C.qui pot.in pig. habe. l. aſſiduis. niſi bona eſſent non ſoluendo ad vtramque hypothecã, quia tunc illa, quæ poſtponitur, patrimonij inoꝑ pia ſorbetur.ff.de procur.l. Titius.† Pone, dicit ita Papa, mandamus tibi conferri, ſi pro alio non ſcripſimus. nec adiec t, qui huiuſmodi grat am proſequatur, & Papa ſcr pſit pro al o, ſed alius morte prȩuentus non poteſt proſequi, vel viuens alteri cedit, vel ſententialiter ſuccumbit, nunquid literę fiunt efficaces? & vr̃ ꝙ non, quia in conditionibus inſpicitur merum factum, vt ff.de condi.& demon.l.Mæuius.ff.de verbo.obli.l.quidam cum filium. C.de tranſac.l.vbi pactum, & no. per Cy. in l.j.C.de condi.inſer. In ꝯrium vr̃.nam de effectu cogitatum videtur, non de facto ab omni efficacia ſeparato.ff. quod q ſque iu.l.j.§.hæc verba.C.ſi mancipium ita fuerit al enatum.l.ea quidem. Preterea iſta clauſula fuit adiecta cum cauſa, quæ determinat effectum, vt ff.de rer.expor.l.quęſitum. Iſta pars eſt verior, quia intentio Papæ fuit binas efficaces l teras concedere, argu.ff.de hered.inſt.qui ſoluendo non erat duos Apollonios. nec debet officere alteri ille, qui capere non vult, vel non pōt. ff. de ꝯtab.l.ſi poſt mortem.§.liberi, & §.fi.ff.de lib.lega.l.ſi is,
13 qui duos.† Quid ſi controuerſia cum altero pendeat: Solutio retinetur in ſuſpenſo gratia, arg.ff.de excu.tut.l.diximus. quæ
14 lex ad multa eſt no.† Quæro, qualiter probetur hæc negatiua, ſ.ꝙ quis gratiam non proſequatur? reſpondeo ꝑ monitionem & termini lapſum, vt ff.de optione leg.l.mancipium.quinimo ipſius termini aſſignatio includit monit.onem, vt ff.ad Ter-
15 tul.l.2.§.ſi mater, dummodo a die notitiæ, vt in ca.ſi pluribus, de præben.lib.6.† Dicit lex, ꝙ mulier debet lugere virum vſq; ad annum, quia hoc tempus honeſtati congruit, & inconſulto nubendi viam præcludit, vt C.de ſecun.nup.l.j. Pone, ꝙ vir fuit interfectus, & vxor ignorabat, eodem lapſo anno ſciuit, & ſtatim nupſit, nõ dicitur iſtud t s luctus neglexiſſe, quia ignorauit de morte mariti. vnde eodem tempore lugubria intellectualiter ſumit, & de, onit.f.d. infa.l genero.nam temꝑ us an-
ni aſſignatum eſt in principio, & in fine, & ideo nõ poteſt pro
16 rogari.† Dubitari autem poteſt, quis iſtum terminum aſſignabit ad proſequendum gratiam? & videtur ꝙ capitulum, cui literę diriguntur ſm Inno. Nam ipſi capitulo debet fieri præſentatio literarum, vt j. de conceſ.preben.c.ſi capitulo, lib.6. Nec mirum, ꝙ per interpellat onem & oblationem debitoris creditor conſtituitur in mora, vt ff.man.l.ſi hominem.offert igit capitulum ſe paratum cum aſſignatione termini, quo lapſo mora impetrantis apparet, arg.ff.de leg.2.l.ſi tñ quibuſdam, & ff. de in diem adie.l. neceſſe. & ſicut terminus q̃nque includit monitionem, ſic conuertibiliter, vel e ꝯ, monitio includit terminum, vt ff.de minor.l. Aemilius Largianus, vbi eſt glo.ſing.
17 † Et ſi quis dicat, promittis mihi decem vſque ad menſem, & poſtea quandocunq;? hæc additio, & poſtea, & cætera, non facit dilation. vt ſin.no.ff.de verb.obli.l.cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo, ſm lecturam Rogerij, & ibi per Bar. Idem ergo, ſi Papa mandat capitulo, vt recipiat talem intra mẽſem, & poſtea quandocunque. nam poſtea elapſo menſe alia monitio nõ requiritur, quod tene menti.

ADDITIONES.

a No.etiam ſecundum Barb. quod dictio iam, hic poſita, denotat perfectionem actus & temporis cõtinuationem, ad quod dicit primo videndum no.per Bal. in j.conſtitutio.ff.ſecundo dicit videndum Bart in l. Celſus. ff. de vſucap.vbi in vlti.col.ponit vnum bonum dictum, & vide etiam Bertachi in verbo, iam. Vin.God. Adde Corne.conſi.27.cuius, litera, L.lib.3, & conſi.193.in cauſa, litera a.lib.j.

b Vin.God. Afflicto non debet addi afflictio, vide Amb.de Vigna, ti.de vſur.lib.9. tract.fol.252.nu.150.

SVMMARIVM.

1 *Acquiritur ius per literas monitorias deſtinatiue.*
2 *Denominatio fieri debet a priore non a poſteriori.*
3 *Cauſa remota quando inſpici debeat, quando proxima.*
4 *Executor non dicitur prouidere, quia factum alterius exequitur potius, quã ſuum.*
5 *Succeſſor tenetur adimplere factum ſui anteceſſoris.nu.8.*
6 *Facere non videtur, qui perficit, ſed qui incipit.*
7 *Literæ Papæ, an expirent morte Papæ.*
8 *Mandatum Papæ, an ille dicatur recepiſſe, qui madatum legati Papę recepit.*

CAP. XXXIX.

a LIteris.[a] Eccleſia, in qua primus apoſtolicus dedit monitorias, ſecũdus executorias, per primum & non per ſm intelligitur eſſe grauata. Caſus Honorius Papa mandauit quibuſdam canonicis per literas monitorias, vt Tancredum ſubdiaconum reciperent in canonicum, mortuo Honorio Gregorius mandauit illud per literas executor as, & ſic fuit receptus, poſtea vero idẽ Gregorius mãdauit eiſdem canonicis, vt quendam alium nom ne G. clericum reciperent in canonicum, niſi de alio per ipſum Greorgium fuiſſet eccleſia grauata, quæritur, vtrum eccleſia intelligatur grauata per ipſum Gregorium, an per Honorium? reſp on.ꝙ per Honorium, quia Honorius videtur grauaſſe, qui per prius ordinauit, non Gregorius, qui fuit intẽtionem Honorij executus, & ideo dicti canonici tenentur literis Gregorij obedire, & dictum clericum recipere in canonicum
1 & fratrem.† No.primo arg.ꝙ per literas monitorias acquiritur ius, ſcilicet deſtinatiue, non effectiue.† Secundo nota ꝙ deno-
2 minatio debet fieri a priori, non a poſteriori. ſic.ff.de vulg. ſubſti.l.qui liberis.§.hæc verba. † Tert.o no.ꝙ cauſa remota inſpicitur, qu a eſt fundamentum cauſæ proximæ, & ſic cauſa prima magis inſpicitur, q̃ ſecunda, quod eſt verum, qñ ambę cauſæ tendunt ad eundem finem: ſed ſi alterius ſint naturæ, inſpicitur magis cauſa proxima, q̃ remota, vt no in l.ſi mulier.ff.rerum amotarum. Hoc etiam natura nos docet. nam ſi quis in pruno inſerat pyrum, facit pyra, non pruna. No.ꝙ qui ordinat
4 magis facit, q̃ qui proſequitur ordinatum.† Quarto no.ꝙ executor non dicitur prouidere, qu a factum alterius exequitur pot us q̃ ſuum. Item no.ꝙ ſicut patris & filij vnum dicitur teſtamentum, vt ff.de vul.ſubſti.l.patris & filij, ita hic anteceſſoris & ſucceſſoris eſt vna gratia, quę denominatur a ſuo princi-
5 pio.† Vltimo no. ar.ꝙ ſucceſſor [b] teneatur adimplere factum
b ſui anteceſſoris. ſic.ff.de iure dotium.l.ſi ego.§.j.& c.j.qui ſucceſſores teneantur, colla. 10.& ff.de min.l.verum. §.ex facto, &
6 quod no.ff.de iuriſdic.om.iudi.l.& quia.† Item no.ꝙ non qui perficit, ſed qui incipit, facere vr̃. Iſtud ideo, quia quod ſequit; habet quaſi neceſſariam dependentiam a prætcrito, q̃q̃ imperfecto.ff.de mino.l.denique.§.j. Non tñ refero hęc ad neceſſitatem, ſed ad honeſtatem, quia Papa non ligat ſucceſſorem, & quia literæ primæ ſunt initiales, non complet uæ gratiæ, vt §. eo.ca-

ADDITIONES.

a Vide, quod per iſtam decretalem dicit Ludoui.Roma.in conſi.357.

b Vin.God. Adde ꝙ ſucceſſor non tenetur ſtare contractui præceſſoris. Soc.conſi. 32.ex his, quæ ſuperius, ver. qui ſucceſſo r.lib.j.

BIU Cujas

a eo.c.capitulum ſanctæ Crucis.a† Item no.in iſto c.q̃ literæ Pa-
7 pæ nõ expirant morte Papæ,cum ſucceſſor teneatur ipſas exe-
qui, & vocatur executio hic literæ complementi gratiæ. non
enim eſt executio mera, quia agit in virtute propria, quamq̃
8 complexiue,ideſt ex coniunctione aliarum literarum.†Pone,
q̃ ſcribitur epiſcopo qui erat mortuus,vtrum ſucceſſor tenea-
tur executioni mandare illud præceptum.& eſt optimum arg.
q̃ ſic, de fideic.l.cum quaſi, in prin.& quod no.ff.qui ſatiſ.co.
9 l.ſi deceſſerit.† Quæro vna cum gl.nunquid dicatur recepiſſe
mandatum Papæ ille, qui mandatum legati Papæ recepit. die
q̃ aut legatus mandat de ſpeciali commiſſione Papæ, & illud
mandatum intelligitur Papale, vt ff.de lega.2.l.vnum ex fami-
lia.§.j.& ff.de do.præle.l.Theopompus.aut ex generali poteſta-
te ſuæ legationis, & tunc ſecus, quia factum Papę & legati nõ
ſunt eiuſdem formæ & naturę, vt legitur & no.in c.hi, qui au-
thoritate, de præben.lib.6.

ADDITIO.

a No. etiam quod hic videtur tex.quod appellatione beneficiorum non venit ec-
cleſia. ita probatur hic, ſi bene conſideras,& ſic aliud eſt eccleſia, aliud benefi-
cium. adde bene facere cle.cauſam.§.j. ibi,eccleſia, vel beneficio.de elec.de quo
vide ibi Car.in 5.no.ponde.& declarantem,quomodo procedat,& adde hic.

SVMMARIVM.

6 replicatio habet ꝺdictionem annexam. †Quæro de tali qõne quędam puella fuit rapta, dum iret ad ecclesiam, & incluſa est in quadam domo, & demum rapiens vocatis multis testibus iuit, & sponsauit illam, demum ipsa in sua potestate posita dicit se verbotenus, sed non animotenus consensisse, sponsus vult probare, ꝙ sponte ꝙsenserit. dicit Inn. ꝙ probatio spõ si non admittitur tanq̃ ꝙ naturam, quia habitis demõstrationibus de indicijs non curamus, item quia mens est aliqd inuisibile, & soli Deo apparet ſm In. no. per Ac. ff. de pac. l. iuris gen. §. pactorum. Et hoc si sponsus velit probare de consensu instanti eodem, sed si ex interuallo, bene posset recipi probatio, quia voluntas hominis non potest permanere in eode instanti, & in eodem statu, vt ff. de cond. ob tur. causam. l. si ob turpem. Sed nonne in casu proposito est coactio absoluta, i. in qua nullus est consensus, cum fuerit ibi rapina? Rñ. nõ, qa voluntas sponsæ concurrit ad actum, licet non libere. item qa in matrimonio requiruntur verba, & in verbis non cadit violentia absoluta, quia oportet, ꝙ vim patiens verba loquatur, & iste est quidam metus procedẽs per virtutem intrinsecam propriam, vt no. j. quod me. causa. ca. sacris, in nouella. Et no. ꝙ metus est vinculum animæ, quia anima in tuto se collocare non potest. Dicit Ber. ꝙ excipiens de renunciatione nõ hẽt ꝺclarare causam renunciationis, nec iudex debet eum cogere a dhoc, si non vult. Ber. sufficit igitur excipiẽti factũ nudũ
7 proponere, in quo ius excipiendi versatur. †Dicunt legistæ, ꝙ sufficit opponere exceptionem pacti de non petẽdo, licet nõ allegetur causa quare sit factum pactum de non petendo, vt no. ff. de pac. l. tale pactum, in prin. nisi talis sit persona, quę nõ possit pacisci sine causa, vt no. ff. de pac. l. q̃ iura. §. filius, & l. in personam. §. qui pecuniam. Ber. hic timore cuiusdam contrarij ponit distinctionem inter vim expulsiuam, & metum, qa per vim expulsiuam nihil perdit expulsus, nisi solam possessionem, sed per vim traditiuam, siue metum perdit possessionẽ, & dominium. Item ex vi expulsiua nõ datur actio, qđ metus cã, sd ex vi cõpulsiua sic. Item est regula, ꝙ spoliatus est ante oĩa restituendus, & hẽt locũ in vi expulsiua, nõ in vi cõpulsiua. Item vis expulsiua non habet ꝙsensum, sed vis compulsiua sic, licet ille ꝙsensus sit vulneratus, & elisus. hæc colligunt ex gl. Ber. & vide l. metũ, in prin. §. volẽti. ff. qđ met. cã. & l. non
8 est verisimile. §. fi. eo. tit. †Ille. §. facit ad quæstionem, ꝙ tenuta
b ꝺdata pro vero debito teneat, licet non seruato iuris ordine. In ꝙtrarium est veritas, vt no. in l. si cum nulla. ff. de re iud. Nõ ob. dictus §. ultimus, quia ibi loqt in exceptiõe partis tradẽtis, quæ si petat reuocari, obstat exceptio doli, ff. quod me. cã. l. sed & partus. §. Iul. Et sic spoliatus p metũ repellit per exceptio
9 nem debiti soluti, quod limitatur per l. extat. ff. e. ti. † Adde, ꝙ si violentia est licita, nihil retractatur. legitur enim in vsibus feudorum, ꝙ si dominus nõ facit vasallo iustitiam de suo feudo primo rogatus, postea citatiue monitus, ꝙ vasallus põt eũ prędari, & facere sibi guerram, vt in c. 1. in fi. de vasal. mil. qui cõtu. est. vbi enim primo lex non potest, ibi arma succurrũt, & vide Cy. C. đ leg. l. digna vox. Dicit enim l. communis, ꝙ ꝓpter defectum iudicis quis potest sibi ius dicere, vt C. de iudi.
10 l. nullus. †Item propter fugam debitoris secum rem portãtis, vel pecuniam alienam, vt no. ff. quę in frau. cre. l. ait prætor. §. si debitorem. & idem est in multis alijs casibus specialibus, sed regulariter spolianti non datur actio nec exceptio doli, qa quod sine ordine vsurpauit, vt ita dixerim, sine ordine tenet restituere, vt C. ad l. Iuli. de vi. l. si quis ad se fundũ, & C. đ pśc. xxx. an. l. si quis emptionis. §. sed hæc. C. de agri. & cen. l. si colo ni. 2. q. 1. in primis. C. de furt. l. 2. 3. q. 3. c. reintegrãda, cum sua vulgari materia. Saluo eo, quod no. per Inn. ꝯ. de fil. presby. ca.
11 constitutus, & ff. de iud. l. si de vi. †Quærit Ber. quando metus venit per modicum incidentię, vtrum sit pronunciãdũ super metu? Breuiter dicendum est, ꝙ quædam est quæstio incidẽs & præiudicialis i. quia præiudicat, ne procedatur in causa, & super ista debet pronunciari, vt no. ff. qui satisd. cog. l arbitro, & C. de dila. l. a procedente, & C. de sen. & interl. l. post sniam. & ff. de præuaricatoribus. l. 3. & C. ad l. Fauiam de pla. l. preses. & idem in replicatione, tex. est fin. C. de aduo. quoniã Alexãdrum. Si autem incidens est peremptoria, sed non prędiudicialis ad processum, tunc ex ordine dato a iure non est ꝓnũciãdum, tñ si iudex interloqueretur super aliquo capitulo; nõ super tota causa, bene valeret pronunciatio, vt ff. de min. l. ĩtra, & ff. de rei. vẽ. l. de quare, & ff. qđ me. cau. l. metum, ver. sed qđ ꝓtor, in ver. interlocutũ. vbi est tex. fin. ꝙ interlocutoria feratur sup actione, an possit interpretari necne, cõsiderato ar-
12 ticulo iuris. Et no. bene tu canonista istũ tex. Et an†a nõ ordine possit appellari, no. 17. q. 1. frater nr̃, & ff. de mino. l. ait ꝓtor. §. permittitur, & l. intra vtile, potest hr̃e duplicem intellectum vno modo, ꝙ ibi appelletur tanquã a sententia nõ vera: Alio modo, ꝙ ibi appelletur ab imperitia iudicantis, quia non debuit pronunciare super substantia quæstionis partim interlocutorie, & partim pronũciaturus diffinitiue. quia hoc esset diuidere. Item in diffinitiua postea pronũciaret super parte, qđ est absurdum, vt in c. vlt. de ap li. 6. Demũ no. ex isto tex. duo argumenta. Vnum est, ꝙ testes digniores propter eorũ reuerentiam, & minorem eorum fatigationem prius sunt recipiẽdi, & examinandi, quam inferiores. Secundũ est, ꝙ magis credẽdũ est notabilibus, vel literatis, vel melioris famę. nec enim est simpliciter in arbitrio iudicis, sed inspecta qualitate, & fa-
13 ma testiũ, tex. est hic notabilis, & valde singularis. † Porro arbitrium non est aliud, nisi quędam ęqultas munita iure naturali, vt in alendis liberis: gentium, vt in obseruãdis pœnis: vel ciuili, vt in maleficijs puniendis, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, adeo, quod nulla est maior equitas in natura, quam exterminare hominem, qui non est homo, qui est illa belua, quę se armat contra naturam.

ADDITIONES.

a Vide Roma. consi. 77. & vide remiſ. per Fely. in c. cum venerabilis, de excep. Barba. conſ. 12. vol. 2.

b Vinc. God. Adde ꝙ tenuta nulla non potest de facto confirmari. Ruy. consil. 120. nu. 20. lib. 5. Et an tenura nulla ex defectu citationis possit peti confirmari. Ruy consi. 19. nu. 7 lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Electioni de se factæ qui renunciat, super ipsa electione vlterius non debet audiri.*
2 *Probationes diuersæ speciei, licet non coniũgantur ad plenam probationem, faciunt tamen ad iudicis informationem.*
3 *Præsumitur pro authoritate iudicis, tam quo ad processum quam quo ad sententiam. nu. 11.*
4 *Contra præsumptionem etiam vehementem probatio admittitur.*

5 *Appellans*

BIU Cujas

5 *Appellans debet probare ſe iuſte appellare.*
6 *Probare quis debeat in cauſa appellationis, appellans, an appellatus.*
7 *Iudex appellationis an debeat confirmare ſententiam pro me iuſte latam, ſi ab ea appello putans contra me pronunciatum.*
8 *Sẽtẽtia lata ex duab⁹ cauſis altera iuſta, altera iuri cõtraria, an valeat.*
9 *Sententiam exequi qui petit, an debeat producere acta vna cũ ſentẽtia.*
10 *Decretum ſolemniter in contractu interpoſitum præſumitur, ſi de eo in inſtrumento fit mentio.*
12 *Sententia lata contra fideiuſſorem, an mandetur executioni contra reũ, qui ſciuit, & non appellauit.*
13 *Iudicis motiuum qualiter probetur. Item qualiter mens tacita.*

CAP. VI.

1 IN præſentia. † Qui renunciat electioni de ſe factæ, ſup ipſa electione vlterius nõ debet audiri. h. ſd. & diuidit in duas partes. Primo ponit generalem cauſam confirmationis ſententiæ. Secundo ſpecialem. ſecunda ibi, qui tamen, Caſus in terminis. Inter P. & quendam alium cauſa vertebatur ſuper eorum confirmatione, cum eſſent electi ad quãdã abbatiam, cumq́ue dictus P. peteret electionem ſuam confirmari, & cauſa fuiſſet commiſſa quibuſdam iudicibus, iudices diffinitiue pronũciauerunt ꝯ dictũ P. a qua ſententia dictus P. appellauit, & dicta cauſa appellationis fuit commiſſa Dulmen. epiſcopo, & eius coniudicibus, coram quibus dictus P. petebat dictam ſententiam irritari pro eo, quia aſſerebat ꝯ ipſum nihil fore probatum, quæ cauſa fuit relata ad papam per dictos delegatos, papa conſiderãs, ꝙ iudex non ſemp ad vnã ſpeciem probationis format animi ſui motum, ſed ex confeſſionibus, probationibus, & allegationibus, ideoq; eſt ꝓ ſnĩa præſumendum propter iudicialem authoritatem, niſi ꝯ iſtã præſumptionem aliquid legitime comprobetur. Item conſiderans, ꝙ præter iſtam præſumptionem, quæ facit pro ſententia, conſtitit de ipſius P. renunciatione ſpontanea per quaſdã authenticas epiſcoporum literas, & per confeſſionem ipſius
2 P. eidem P. ꝓpetuũ indixit ſilentiũ. † No. ꝙ licet ꝓbationes nõ ſint eiuſdem ſpeciei, tñ vna iuuat alterã, & informat animi iudicantis motũ. Tñ hæc eſt differentia, ꝙa qñ ſunt duæ ſemiplenę ꝓbationes eiuſdẽ ſpeciei, faciũt vnã ꝓbationẽ perfectam, & ſolennẽ, vt duo teſtes, vel duo inſtrã, quorũ vnũ pendet ex altero, vt C. de te. l. publicati. ſed qñ ſemiplenę probationes nõ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt vnus teſtis de veritate, & duo de fama iſti non faciunt ſemiplenam probationẽ, vt ꝯ. de ſuc. ab inteſtato. c. cum dilectus. & no. per Dy. & Old. ff. de excu. tu. l. 2. §. ætas. Et eſt ratio, quia mouet conceptum iudicis, diuerſis motiuis, & quia propter diuerſitatem ſpecificam non conſtituũt eandem ſubſtantiam probationis, ar. l. 1. C. qui numero tute.
3 † Secundo no. ꝙ pro authoritate iudicis præſumitur. item ꝙ ꝓſumitur pro eius ſententia, licet non apparet de cauſa, ꝙa in ſententia nõ eſt exprimenda cauſa de neceſſitate, niſi quãdo omiſſa cauſa mens iudicãtis eſſet incerta, vt no. ff. de infa. l. 2. §. ignominię. Vel niſi lex expreſſe diceret, ꝙ ĩ ſentẽtia ſua in-
4 ſerat cauſam. C. de iud. l. ꝓperandum. §. illo. † Item not. ꝙ ꝯ ꝓſumptionem admittitur probatio in contrarium, ſic ſ. c. ꝓxi. & infra de ſpõ. c. is qui, & ff. de in integ. reſt. l. diuus, & ſi præſũptio ſit vehemens, vt ff. quod me. cau. l. non eſt veriſimile. No. etiam ꝙ ſi appellatum ſit, tamen præſumitur pro ſententia lata cum ſolenni diſcuſſione. facit. C. de admi. tu. l. ſi bona. & ff. de euic. Herẽnius. Idem dicit Dy. de arbitrio, & arbitramẽto in ſuis conſilijs in conſilio, quod incipit, Ptolæmeus Manens.
5 † No. ꝙ qui appellat, debet probare ſe iuſte appellare, & nimirum, quia non habebat intentionem ſuam fundatam ex aliquo iure naturali, ſed petebat beneficiũ. No. ꝙ iudex ad quẽ ex noua cauſa imponit appellanti ſilentium, quæ ex renũciatione ſic. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit, & facit ff.
6 quod cum eo. l. Titianus. quæ. l. eſt valde no. † Quæro, quis de-
a beat probare in cauſa appellationis, vtrum appellans, an appellatus? & videtur ꝙ appellãs, quia tenet locum actoris. in ꝯriũ, ꝙ appellatus, vt in Auth. de his qui ingre. ad ap. §. illud. nec ob. rõ in ꝯrium, quia appellatio non eſt actio, ſed officium iudicis, ut no. in l. j. in prĩ. ff. de ſen. quę ſine app. reſcin. vbi gl. ſin. Sol. ſi ex actis conſtat quid iuris, acta conſidera: ſi vero nõ cõſtat, conſidera, ꝙ iudex appellationis ſubrogatus eſt, vt no. ff. iud. ſol. l. cũ apud. Et ideo quod debuit iudicare iudex, a quo dẽt iudicare iudex ad quẽ, vt in Auth. vt cũ de app. cog. ĩ prĩ.
7 coll. 8. † Sed pone, ſententia erat lata ꝓ me, & iuſte, & ego credens, ꝙ eſſet lata ꝯ me, appellaui. Modo quæritur, an iudex appel. debeat ſententiam confirmare? & dicit Ber. ꝙ ſic, quia debet bẽe iudicare, vt no. ff. de auro, & arg. leg. l. Titiæ amicę, & ille caſus non eſt alibi. Nec ob. ꝙ appellauerim, & libellum male formauerim, quia petij ſententiam reſcindi, quia natura cauſę appellationis eſt, ꝙ iudex poteſt ſupplere, vt C. d̃ app. l. ampliorem, in prin. Non credo hoc ſeruandũ, ſi erraui, imputo mihi, quia ꝯ libellum meum proprium venire non poſ-
ſum, vt no. in l. rura. C. de omni agro deſer. li. 10. quia ille, ꝙ re-
8 nunciat, perdit cauſam, vt in c. noſtro. † Pono, ꝙ ſententia eſt
b lata b ex duabus cauſis: Vna eſt ꝯ ius, & alia non. Dicit Inn. ꝙ tenet ſententia, ſicut quando eſſet lata ex falſo inſtrõ, & veris teſtib⁹, vt l. 4. C. ſi ex fal. inſt. Nam ſufficit vna cauſa efficax, vt
9 no. Inſt. de excu. tu. §. ſi plures. † Quæro, nunqd ille, ꝙ petit ſententiã exeq, dẽat ꝓducere nõ ſolum ſententiã, ſed ẽt & acta? Dñt Doc. ꝙ ſi ſentẽtia fuit lata partibus pñtibus, & nõ fuit appellatũ, vl lapsũ ẽ biẽniũ a tpe appellatiõis, ita, ꝙ ſnĩa remedio iniuſtitiæ non poſſit attẽtari, ꝙ pſumit oĩa ſolenniter acta. Io. An. Ego puto, ꝙ vbi ſnĩa ſit multũ antiqua, dẽant ꝓduci acta, vt no. C. de fi. inſtr. l. emãcipatione, ꝓ Cy. Non dico ꝓbatoria, ſed illa acta, q̃ ſunt fundamenti, vt delegatio & lit. cõteſt. nam pro his, q̃ ſunt fundamenti, nõ pſumitur, vt no. ꝓ Inn. ꝯ. d̃ eo, qui fur. ord. ſuſcep. c. innotuit, & dixit Io. An. ſ, de elec. c. in Geneſi. & ꝙ in iudicio non præſumitur ꝓ eo, qd̃ qs facit niſi forte in modicis. Credo, ꝙ hoc dixerit ꝓp authenticã, niſi breuiores. C. de ſentent. ex peri. reci. Si tñ ſententia eſſet lata d̃ cõcordia partiũ, non eſſet neceſſe producere acta, arg. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. C. cõia vtriuſ. iud. l. 2. ff. de re iud. l. acta. C. de rela. l. prima. in fi. ff. quando app. ſit. l. fin. C. de
10 temp. app. l. fi. §. vlt. † In decretis autem, quæ apponuntur in ꝯctibus, præſumuntur omnia ſolenniter acta, ſi de eis fiat commemoratio in inſtrĩs, alias non, vt ſing. no. in l. 1. C. de fid̃ inſt.
11 & iure haſtę fiſ. li. 10. Et non ſolum præſumitur pro ſententia, ſed etiam pro proceſſu, quatenus dependet ab ordinatione iudicis, quia cum tex. dicat præſumi pro iudice, & ſic ꝓ ꝓſona, ergo & pro quolibet actu ſuo, niſi conſtet de ꝯrio, vt C. vnde vi. l. meminerint. dicit Dy. ꝙ prę ſumitur ꝓ inquiſitione, vt ipſe no. C. de epiſc. audi. l. ſi qui ex conſenſu. Vnde cum duę ſunt radices formãdę inquiſitionis, ſ. indicia, & infamia, præſumit, ꝙ iudex, qui inquirit, moueat ſe ſuper indicijs, & fama, cum ſuper ea iudex poſſit recipere teſtes in ſecreto, vt eleganter no. per Inn. ꝯ. qui ma. accu. poſ. c. cum in tua. & hęc eſt cõis opin. in iudice ordinario. Et no. ꝙ pro decreto præſumitur, ꝙ ſit ęquum, ſi interpoſitũ eſt cauſa cognita, alias ꝓſumitur nullum, vt eleganter no. ff. de tranſ. l. cum hi. §. ſi prætor. Et licet præſumatur, ꝙ ſententia ſit ęqua, tñ hoc non diſponit, & ideo iniqua ſententia nunq̃ tranſit in rem iudicatã, nec ad ęquitatem, licet trãſeat in vigorem iudiciorum, vt no. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. q̃q̃ ſententia ſit tantæ potentiæ, ꝙ etiã naturalia vincula ſanguinis mutet, vt no. ff. de pac.
c l. ius agnationis, & falſum mutat in verum, non eſſentialiter, ſed quo ad effectum, vt no. ff. de ꝺ. ind. l. ſi non ſortem. §. hĩdi. † Extra quæro, nunquid ſententia lata ꝯ fideiuſſorem man-
12 detur executioni ꝯ reum, qui ſciuit, & non appellauit? dic nõ, vnde poſt talem ſententiam reus poteſt tranſigere, quod non poſſet, ſi ꝯ eum tranſiſſet in rem iudicatam. Iſte eſt caſus ſingularis. ff. de tranſ. l. & poſt rem. §. vlt. Vltimo, ſcias ꝙ ſententia non habet ſopire iurgia nõ ventilata, vt ff. de cõd. indeb. l. ſi. §. vlt. & C. de iud. l. licet. Item ꝙ media reſtringũt extrema, quando iudicium eſt generale, vt d. l. licet. C. de iudi. Secus, ſi eſt ſpeciale, vel vłe, vt ff. de pet. hær. l. licet minimam, & quod no. in l. j. in pric. ff. de eden. in gl. magna. ff. de pac. l. tres fratres.
13 † Quero, qualiter iudicis motiuum probetur? Reſpondeo, vt no. ff. de iudic. l. ſi prætor. §. Marcellus, & ibi habes gl. ſing. Itẽ alibi, qualiter mens tacita probetur, no. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. & l. 1. §. eũ qui. ff. de conſtit. pe. & ff. ſi cer. pet. l. cum quid, & ff. d̃ excep. do. l. apud Celſum, in prin. ff. de pac. l. iurisgen. §. pactorum.

ADDITIONES.

a Vide ſcripta per Doc. per illum tex. maxime per d. Philipp. Deci. in cap. cum eccleſia, de ap.
Vinc. God. Adde ꝙ appellans non põt priuari nec in ſua poſſeſſione etiam ſi appellatio prima facie ſit iuri contraria, Ruy. conſi. 75. nu. 2. lib. 5.
a Vide Imo. & Aret. in l. ſi is, ad quẽ. ff. de acq. hær. & Ia. May. in l. 1. C. de erro. cal.
ç Sententia eſt tantæ potentiæ, quod falſum mutat in verum non eſſentialiter, ſed quo ad effectum, de iſto dicto Baldi hic vide Fran. Curt. & Iaſ. May. & alios Mod. vbi etiam quædam alia no. allegat ad hoc propoſitũ in l. Iuli. verũ debitorem. ff. de condi. indeb.
Vinc. God. Adde tu ꝙ ſententia eſt ſtricti iuris, & ideo non venit quod expreſſum non reperitur. Ruy. conſi. 33. nu. 1. lib. 5. Et ſententia propter causã expreſſam, quæ falſa eſt nulla redditur, Ruyn. conſi. 309. nu. 28. lib. 1. & ratione incertitudinis non valet. Ruy. conſi. 146. nu. 8. lib. 1.

SVMMARIVM

1 *Literis beneficialibus qui renunciat, non propter hoc inſtitutioni iam factæ per ipſas rẽnunciare uidetur.*
2 *Dominium, & poſſeſſio, an transferatur per redditionem, vel inciſionẽ inſtrumenti.*
3 *Ponere ſe in manibus alicuius eſt boni viri arbitrio ſe committere.*
4 *Arbitratori de iure, et de facto conceſſum arbitriũ, quomodo intelligat.*
5 *Redditio chirographi habet in ſe pactum.*
6 *Mandatum procurandi includit mandatum faciendi.*

7 Vaſallus,

BIU Cujas

7 *Vasallus, licet domino inuito possit, debet tamen eo præsente refutare.*
8 *Iuramentū cōtractui accedens tollitur sublato cōtractu, secus a cōtrario.*
9 *Vasallus potest refutare feudum in manibus agnati proximioris. Vsque possidebit agnationis iure, non emptionis.*
10 *Feudatarius an possit infeudare.*
11 *Officium iudicis est implorandum, vbi deficit actio.*

CAP. V.

1 SAne. Qui renunciat literis beneficialibus, non ꝓp hoc institutioni iam factæ per ipsas renunciare videtur. h. d. Et diuiditur in duas. Nam in prima parte ponitur subdiaconi querela. In secunda prouisio, secunda ibi, quia vero. Casus H. subdiaconus impetrauit a papa literas, in quibus mandabatur Cardinali apostolicæ sedis legato, ꝙ ipsum instituere procuraret in canonicum Pictauien. ecclesiæ. Qui legatus obtemperans mandatis papæ instituit dictum H. in canonicum ecclesiæ ante dictæ. Et quia canonici nolebant ipsum admittere, suspendit eosdem. Demum dictus H. consilio quorundam ex canonicis ductus reddidit d. C. literas, & eorum misericordiæ se subiecit. Qui tandem canonici cum postea admittere recusarunt, Papa madat capitulo, ꝙ non obstante ꝙ dictus H. lras reddiderit, & eorū misericordiæ se subiecerit, debeant ipsum admittere in canonicum & in fratrem, ne ex actu humili & laudabili reportet dispendium, vnde meretur præmium. Vnde ex isto c. no. duo videlicet literas primas, & has perdidit per earum resignationem, & ideo canonici non tenentur eum recipere vigore primarum literarum, sed vigore secundarum. Secūdo no. ius canoniæ, & istud habet vigore primarum literarū, & non secūdarū ſm Inn. & Io. An. † Gl. Accu. disputat. ff. de pac. l. ab emptione; vtrum dominium, & possessio transferatur per redditionem, vel inciſionem instrumenti. Et dicit, ꝙ si aliqua qualisqualis possessio est penes illum, cui redditur, vel cancellare tur instrm etiam verbo, ꝙ resignans, vel cancellans perdit ꝓprietatem, & possessionem. & h. d. verū esse in ꝯctibus vltro, citroque obligatoriis, & in ꝯctu donationis, quomodo ergo nō debemus ad istud capitulum? Rn. aliud est in beneficiis, q̄ nō possunt renunciari nisi in manibus eius, q hēt ptātem destituendi, vt s. eo. ti. c. admonet, & in c. quod in dubiis. Aliud in cæteris reb. & hæc ē vera ſo. † vel dic, ꝙ hęc renūciatio tacita non fuit mera, sed habens in se arbitrium boni viri, vt no. ff. de arb. l. pe. Nos. n. dicimus, ꝙ vbi lex committit aliquid in arbitrium semper intelligitur causa cognita arbitrādo, vt no. ff. de trāsa. l. cum hi. §. pen. & ibi per Bar. † Et ideo dico, ꝙ si datur potestas arbitratori de iure & de facto, intelligitur quo ad ordinem, sed non quo[a] ad causam, quin causa arbitramenta liter cognita debeat arbitrari, non ꝙ possit donare. i. gratiam facere, quia facere gratiam pertinet ad principales, non ad ministros, vt d. l. cum hi. §. si prętor. ff. de transac. & l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Et ideo arbitramentum latum sine vlla discussione causæ est ipso facto euidenter iniquum, & debet corrigi officio superioris, & ille intelligitur superior, q habet cognoscere de ꝯctu inter partes. nam ille similiter de officio implorato cognoscit, ga hoc ex ꝯctu venit, ar. d. l. cū hi. §. transactiones alimētorū. & ꝙ ibi no. ꝓ Bar. & ff. de eden. l. ꝓtor. §. his etiā, & l. si qs ex argentariis. §. rōnū, in fi. Modo hic ꝑsidera. nam licet canonia sit iam posita in substantia, tn eius executio adhuc est in obiectione, cū igit ꝓ redditionē literarū tollat obiectio, videt ꝙ hoc solū dēat sufficere canonicis, nec est qd nouū, ꝙ aliquis hēat dominium, & tn non possit petere possessionem. nam hoc bene potest operari pactum de nō petendo, vt no. ff. de pac. l. cum fundum. & ideo videtur, ꝙ hic non solum fuerint secundæ literæ mandati, sed secunda gra, quia prima non poterit executioni mandari, propter tacitum
5 pactum de nō petendo, vt ff. de pac. l. 2. † Dicimus, ꝙ redditio chirographi habet in se pactum, qu a alias nullam conferret vtilitatem ſm Inn. Azo. & Bul. Vel quia substantia debiti continetur in instro signatiue siue ꝓ modū demōstrationis, licet instrm non sit de substātia obiectionis, nisi qn ꝑhit in scriptis, ga nō erat atr ꝯcturi, nec in uicē fidē habituri, vt no. C. de fi. inst. l. ꝯctus. & ff. loca. l. itē q̄rit, in fi. & ff. de pig. l. ꝯhitur, & ff. de eden. l. quædam. §. numularios. Talia igitur sunt significata quales modi signi. & talia sunt contenta, qualia declarantur ꝓ continentia. Quomodo ergo respondebis ad cōtrarium? nā si dicis ideo nō nocere, quia frustratus est in spe ista, ratio nō videtur bona, vt no. ff. de condi. ob causam. l. 3. §. quamquam constet. nisi enim spes habeat aliquam ordinationem prędentem, non facimus in spe aliquod fundamētum. Sed dicas ꝙ ista spes fuit expressa per partes in ipsa redditione chirographi, & ideo cum fuerit subintellecta ab vtraque parte, defectus spei resolutionem inducit, vt plene legitur & nota. ff. de ꝑdic. ob causam. l. j. fi. §. parendi, & l. si extraneus, & l. ꝙ Seruius, & ff. de condic. indeb. l. damus. † Vltimo no. ꝙ mandatum procurandi includit mandatum faciendi per se. ff. si cer. petat. l. fi. §. fi. ff. de lega. j. l. si hæres iussus. No. hic Ber. ꝙ de falso cōsilio quis debet puniri, ꝙ est verum, nisi ille, cui ꝓsulitur, esset sciens. nam scienti non committitur dolus, propterea nō dēt
b credere suasionibus aduersarij. Illud scias, ꝙ consulens b nūquam tenetur nisi de dolo, quia nec dicitur cōsilium sine animo, vt C. de fal. l. nec exemplum. ff. de verb. sing. l. sæpe, in fi. Nos dicimus in feudis, ꝙ non potest renunciari nisi in manibus domini, vel agnati, cuius interest, vt in c. 1. de vasal. decrepi. æta. ibi dum dicit, beneficium suum in manibus domini refutauit, & in c. 1. de alie. feu. paterni, ibi dum dicit, non est libellus, sed quasi refutatio. †
7 Ex his surgunt duę tales cōclusiones, vna ſm Host. extra de const. c. quæ in ecclesiarum, in fi. ꝙ licet in ti. de vasa. qu contra cōstitut. o Lotha. c. 1. dicat, ꝙ vasallus potest refutare sine domini voluntate, intellige, ꝙ in ꝑsentia & consensu domini refutat nam presentia domini posset eum trahere ad ꝯriam opi. Alij dicunt, ꝙ satis dicitur factū in præsentia, si domino notificetur per nūcium, vel ꝑ literas. Item si potest fieri domino inuito, ergo & dño ignorante, vt no. ff. de acqui. hære. l. si quis mihi bona. §. iussum. Sed opi. Ho.
8 est multum naturalis & honesta. † Considera, ꝙ tractatus qn
c que est causa iuramenti. Qn que iuramētum est c causa ꝯctus. Primo casu sublato contractu tollitur iuramentum. Secūdo vero casu nō, quia semper id, quod est principale, valet, & cū hoc adiunge ꝙ iurm fidelitatis est causa inuestiturę solēnis, & iō licet vasallus renūciet inuestiturę, nisi renūciaret ꝓp malitiā dñi, vt ꝙ teneat ad obseruātiā iuramēti, vt no. ff. de pac. l. si ꝓuenerit, ꝑiūcto c. j. qd ꝑcē. debe. inuesti. an fideli. coll. x. Cōsidera. Istud est verū ſm cōmunes iuris regulas, sed ſm ꝓsuetudines feudorū, q̄ tacite vident inesse, oportet stare illi c. de vasal. q ꝯ ꝓstitutionē Lotha. qa ab vtraq; parte semper videt tacite actum & intellectum, vt stetur consuetudini quia ꝓsue
9 tudo est altera natura, vt C. loc. licet. † Alia ꝓclusio est, ꝙ refutatio potest fieri ī manibus agnati, & ideo, si sumus duo agnati, qui habemus feudum antiquum, ego possum alteri renunciare partem meam. Et si vendo ei, non reuertitur feudum ad dominum, sed ego de medio eximor, & agnatus possidet iure agnationis, & non iure venditionis, quia vēditio aperit feudum domino ſm propriam naturam vendit. onis feudi, vt in c. 2. §. deniq; & § si vasallus, quæ fuit prima causa bene. amit.
10 † Et ex hoc sequitur alia talis conclusio, ꝙ agnatus, cui vēdit, debet esse proximus, alias vēdicaret alius agnatus proximior non dico dns. & est ratio, quia proximor agnatus potest ratificare, & aperire viam agnato sequenti. Et hoc videtur facere tacite eo ipso, ꝙ feudum non auocat. ꝯ. annum a die scientiæ, vt in c. Titius. si de feu. fue. contro. Sed nunq d ista hēant locū inter emphyteutas? Dico ꝙ sic si est inter eos locus iuri accrescendi, alias non, vt no. ff. de transl. l. cum hi. §. si vni, secūdo tn so. diuidere tn inter se possunt, quia hic est status implicitus cōioni, nā ex cōione surgit diuisio etiam necessaria, vt in c. oēs filij, si de feu. fue ꝓt. col. x. & in c. 1. §. ꝙ Marchia, de prohi. fue. ali. per Fed. Item feudatarius potest infeudare, vnde Marchio, Comes, Capitanei pnt infeudare aliqua, quæ sunt de suo feudo, & quanto magis feudum per infeudationem degradatur, tanto magis nomine diminuitur & ideo tria sunt nomina, maiores, minores, & valuasini, vt no. i feu. q inoffi. pos. c. 1. Sed mirum videtur nam cum feudatarius habeat vtile dominium tn, ergo si alteri infeudat, trāsfert omne ius, quod hēt, quia sicut nō inuenitur seruitutis seruitus, ita nō inuenitur vtile dominium vtilis dominij, vt no. ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, & ff. ad Tre. l. ex asse. Sed respōdeo ꝙ hoc est statutum in fauorem principum, qui habent directū dōium, quamq̄. n. vasallus vasalli non sit eorum vasallus, vt no. in Spe. de feu. tn hoc est verum, nisi in subsidium, & ideo est statutum, ꝙ non possit infeudari nisi ei, qui feudum seruire possit. s. fm qualitatem feudi, & ignobilitatem, vt in c. i. §. eadem, de lege Conra. col. x. Nunc nō oportet, ꝙ illustrissimus Comes virtutum habeat feudum, & vult infeudare vnam villam, ꝙ infeudet vni alij Comiti virtutum, quia non reperitur, sed ꝙ infeudet ei, qui ſm qualitatem personę suæ & villę possit facere seruitia consueta, ar. ff. de transl. l. cum hi. §. in persona, & ff. de duo. re. l. nemo est, qui nesciat. & ideo nō posset in feudare corpore vitiato etiam nō a natura, sed casu, nisi vitiū superueniſſet post concessum feudum. Descendētes vero bn succedunt,

---

ADDITIONES.

a Vide Are. late & subtiliter in ca. dilec. de iudic. & vnum dictum Bal. relatum per Alex. l. si constante. ff. solu. ma. ner. dicit quod est incognitum, & quæ super Alexan scripsi.

b Viuc. God. No. quod consilentis uerba in dubio semper debent ad bonum interpretari, ut consulens non teneatur, Alex. consi. 126. quoniam abunde. col. 2. lib. 4. Dec consi. 189. lætatus sum. col. 2. lib. 1. Et adde quod consulenti licet posito firmo fundamento, alia fundamenta adducere ad ornamenta. Gozad. consi 69 nu. 8.

c Vide etiam quę scribit Bal. in l. hæc scriptura. & ibi Mod. ff. de cond. & dem.

BIU Cujas

ſuccedunt, vt Inſti. de hęre. qua. & dif. §. ſui. & C. de cu. furio. l. fi. Sed agnati tranſuerſales non ſuccederent iure agnationis, ſi natura eis officit, quia tale impedimentū fingit eos nō geni tos, cū in rerū natura nunq̄ habuerint habile prīcipiū, ſecus, ſi ex accidētibus p̄ter eorū culpā, arg. ff. de ſta. ho. l. qui furere, & ita dēt intelligi c. primū, an mutus, ſurdus, vel aliter imper fectus, coll. x. Et vide q̄ ibi ſcripſi, & q̄ ibi dicit, paternū, expo no. ideſt antiquū, qa nō loq̄t in filio neceſſario hærede, vt in
11 c. 1. an filius vel agna. defun. collat. x. † Dicit hic Ber. q̄ vbi defi cit actio, iudicis officiū eſt implorādū, q̄ eſt verū, q̄n reus, ſiue aduerſarius locupletaretur cum aliena iactura, vt ff. de of. p̄ſi. l. illicitas, in prin. & ff. de pe. hæredita. l. plane, & l. fi. Vel quādo reus non poteſt conueniri ratione patrię vel dominicę p̄tātis, vt no. ff. ad Treb. l. imperator, & ff. de alim. l. ſi ſeruos ad cuſto diam templi. vel quando in tali iudicio non eſt proprie aliqs reus, vt no. ff. de an. leg. l. Quintus. §. fi. Et dicit Accu. q̄ iudicis officium potius conſiſtit in facto, quam in iure. i. obiectione, vt ſing. no. Inſt. de ac. in prin. & in ſecundo reſponſo.

SVMMARIVM.

1 *Priuatur quis aliquando iure ſuo per actum etiam inualidum.*
2 *Renunciatio quæ fit non in manibus ſuperioris, an repellat renunciantē ab agendo.*
3 *Renunciatio, quæ valet in iudicio, valet extra iudicium.*
4 *Renunciationis acceptatio non inducitur per ſolum ſilentium.*
5 *Renuncians, an perdat poſſeſſionem per renunciationem, quę non tenet.*

CAP. VIII.

1 QVod in dubiis. †Etiam per actum inua lidum aliquando qs pri uatur iure ſuo. h. d. Et duo facit, primo factū redar guit, ſecundo punit. ſecunda ibi, licet. Caſus, q̄dā renūciauit beneficio ſuo ī manu laici, ideſt regis, & poſtea re cepit illud ab ipſo, quæritur quid iuris. Reſpondetur, q̄ talis renuncians eſt tali beneficio priuandus, ideſt ſpoliandus per ſententiam: non enim tenuit renunciatio. No. q̄ id, quod nō tenet, inducit priuationem beneficij. Op. quia ex eo, quod nō tenet, quis non punitur, vt no. C. ſi manci. ita fue. alie. l. ea qdē. Sol. dicit gl. q̄ quædam deſiderant iuris efficaciam, & tūc nō punitur ille, qui fecit de facto, quædam deſiderant ſimplicem culpam, tunc punitur, quia trāſgreſſor eſt legis. ita no. illa glo.
2 ſingularis. C. de epiſco. & cleri. l. ſi quis non dicā rapere. † Quę ro vna cum Ber. nunquid renūciatio, quæ ſit non in manibus ſuperioris repellat renunciantem ab agendo? & dicit glo. q̄ ſic, ſed non repellit ſuperiorem, vel eccleſiam a vendicādo ip ſum. Tu dic, q̄ ſi talis renunciatio eſt facta in manibus laici, & ſtatum eſt in finibus renunciationis, q̄ iſte non perdit bñfi cium, quia tex. requirit duo copulatiue, ſcilicet q̄ renunciaue rit, & de nouo ſuſceperit. Item requirit tertium. ſ. q̄ ſponte, ſe cus, ſi per metum, vt no. j. quod me. cau. c. ad audientiam, & facit j. e. c. fi. & quod no. p Archi. infra de offi. dele. c. delibera
3 tione, & infra de renū. c. ſi te, li. 6. & ibi vide. † Dicit Accur. q̄
a renunciatio, a quę valet in iudicio, valet extra iudiciū, & eō, ſecus in confeſſione. iſta eſt gl. ſingu. C. de repu. hæred. l. ſicut.
4 † Sed nunquid in acceptatione renunciationis eſt opus voce
b acceptantis, b an vero videatur acceptare ipſo iure & eo ipſo q̄ tacet. dicit gl. no. & ſing. q̄ non ſufficit ſilētium, vt C. de re-
5 pudi. hære. l. ſuus hæres. † Dicit Inn. q̄ per renūciationem, quæ non tenet, renuncians perdit poſſeſſionem. Io. An. ff. de acq. hæ. l. j. & ff. de acqui. poſſ. l. j. §. ſi vir vxori, & l. ſi quis vi. §. dria. q̄ non credo verum, quia ipſe nō tam poſſidet, quam poſſidet, vt no. ff. de cap. & poſtl. reuer. l. cum duo. Sic pater, vl filius nō poſſunt renunciare quaſi poſſeſſioni paternitatis, vel filiationis. Iſta non eſt bona ſimilitudo, quia poſſeſſio inter patrem & filium eſt de iure naturali, & ideo eſt apud filium etiam infantem verſus patrem eum vt filium tractantem, ſed poſſeſſio beneficij non eſt de iure naturali. Et no. q̄ Bar. tenet opi. Inn. ſed mihi nō videtur, vt dixi, quia iſta poſſeſſio eſt introducta gratia vtriuſque, ſ. canonici, & eccleſię, & ideo non poteſt re nunciari niſi in legitima manu, per vim tamen poſſet expelli.

ADDITIONES.

2 Vinc God. Adde quando renunciatio beneficij ueluti nō facta habeatur, Ruy. conſi. 5 lib. 3. Et renunciatio epiſcopatus admitti non debet etiam ſpōtanea, niſi ex iuſtis cauſis, Ruy. conſi. 121. nu. 23. lib. 4.
b Vide alleg. per Iaſ. May. in l. poſtquam liti. C. de pact. & ibi ad iſta dicta Bal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo, cui ſe in eccleſia moretur, et mortis periculum imminet, papa cedendi licentia concedit. & idem ob aerit peſtilentiam perpetuā vel diuturnam. nu. 5.*
2 *Maior, qui perdidit dignitatem, deſcendere poteſt ad minora.*
3 *Papa ſuccurrit illis, qui propter inimicitias non poſſunt morari in loco.*
4 *Verbum, ad ſubſtentationem, quid importet.*
6 *Tutelam in loco peſtilētialis aeris exercēdā acceptare nō dēt quis cogi. & citatus ad ſimilem locum non dicitur citatus ad locum tutum.*
7 *Par pari, an reuerentiam præſtet diuerſis rēſpectibus.*

CAP. IX.

1 AD ſupplicationem. † Papa cōcedit licētiā cedendi epō q̄ ſine mortis periculo in eccleſia ſua morari non pōt. h. d. Et diuidit in tres partes. Primo ponit renūciationis admiſſionē. Secūdo cauſam. Tertio ſubdit quā dam prouiſionem. Secunda ibi, eo q̄. Tertia ibi, ne vero. Item tertia pars ſubdiuidit in duas. qa primo ponit cauſam prouiſionis. Secundo ſubdit ipſam prouiſionem. Secunda ibi, man damus. Caſus, Archiepiſcopus Raguſinus petiit a domino pa pa licentiam cedendi, quia ibi ſecure non poterat morari pro pter mortis periculum. papa dictam ceſſionem admiſit, tan dem Eboracen. archiepiſcopus de conſenſu regis contulit ei quoddam beneficium. papa mandat, q̄ ad ſubſtentationem ipſius ſibi dictum beneficium conſeruetur, ita tamen, q̄ obe diat archiepiſcopo Eboracenſi, & epiſcopale officium valeat
2 exercere, tamen ſine vſu pallii. † No. hic q̄ maior, qui p̄dit dignitatem, poteſt deſcēdere ad minora. Tu dic, q̄ archiepiſco pus iſte remanſit nihilominus epiſcopus quo ad dignitatem, ſed n̄ quo ad adminiſtrationē, & hoc no. dicit iſtud capitulū.
3 † Itē no. q̄ papa ſuccurrit illis, q̄ p̄pter inimicitias nō poſſunt morari ibi, ſec⁹, ſi p̄pter ſuū maleficiū, qa reatus omnē hono rem excludit, vt l. j. C. vbi ſena. vel cla. & qa decet ſceleratos in anxietate viuere, & in paupertate mori, vt ff. depoſi. l. bona fi-
4 des. † Quæro, q̄d eſt dictū ad ſuſtentationē, vtrū p hęc verba ſit intitulatus, an vero ſit q̄dā p̄uiſio facti? & q̄d ſi plus eſt in reditibus, q̄ ſit neceſſe ad ſuſtētationē? videt eſſe datus titu lus poſſidendi in vita ſua, vt no. ff. de ali. le. l. 4. & ff. de tranſac. l. cū hi. §. ſi vni. & ff. de auro & argē. le. l. ſpecies. ff. de dona. l. do
5 nationes in p̄cubinā. §. ſpecies. ff. de vſufru. l. Proculus. † Dicit hic Ber. q̄ p̄pter peſtilētiā aeris, ſicut p̄pter periculū mortis de bet admitti ceſſio, quod eſt verum, vbi eſt perpetua peſtilen-
a tia, a vel longo tempore duratura, vt in Sinigallia, & Comac-
6 chia. † Ex hoc inferas, q̄ non cogitur quis acceptare tutelam, ſi ip̄m oportet ire ad locū aeris peſtilētialis. Itē no. q̄ citatus ad talē locū, nō dr̄ citatus ad locū tutū, & iō nō tenet cōparere.
7 † Qu erit hic Ioā. And. vtrū par pari p̄ſtet reuerentiam, & obe dientiam diuerſis reſpectibus? & dicit, q̄ hæc qō eſt diu vētila ta inter patriarcham Antiochenum, & archiepiſcopum Ni cuſien. Tu dic, q̄ hoc poteſt eſſe diuerſis reſpectibus, vt ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. ſi libera, & ff. ſi cer. pe. l. eius, q̄ in pro uincia, in fi. ff. de manu. l. apud eum. No. q̄ archiepiſcopus, qui renunciat archiep̄atui, eo ipſo dearchiepiſcoparur, ſm Hoſt.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde quod peſtis tempore licet recedere ad metum mortis a iuris regu lis, vt ponit Hier Priuidel. in ſuo tract. de peſte. 10. ca. & latius in eod. tract. multa cumulauit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an ex ſcientia poſſit ſine licentia papæ renunciare.*
2 *Prælatus, cuius electio non fuit canonica, an cedere teneatur.*
3 *Papa non ſtat conſcientiæ volentis cedere, ſed rationi.*
4 *Conſcientia quid ſit.*
5 *Teſtimonium, vel ſententia an valeat, ſi teſtis, vel iudex dicat, ita dico, vel iudico, ſecundum conſcientiam meam.*
6 *Peccatum per reſtitutionem in integrū remitti, p diſpenſationem uero te gi dicitur.*
7 *Scientia qualis in epiſcopo requiratur.*
8 *Papæ electio eſt de iure diuino cui renunciari non poteſt.*
9 *Irregularitas quid ſit & quotuplex.*
10 *Irregularitas ex delicto proueniens quotuplex ſit.*
11 *Irregularitas non irrogatur per intèrlocutoriam, uel arbitri ſententiam, uel confeſſionem coram arbitro factam.*
12 *Bannitus de contumacia an ſit infamis.*
13 *Irregularitas quæ ipſo facto irrogetur.*
14 *Irregularitas communis eſt ex conſtitutione, & papa ſup qualibet irre gularitate diſpenſare poteſt.*
15 *Dictio, vſque, an comprehendat extremum a quo.*
16 *Peccatum patris aggrauat delictum filij.*
17 *Differentia inter manſeres ſpurios, naturales, & nothos.*
18 *Spurius eſt nomen generale ad omnem natum ex domnato coitu.*
19 *Arbitrij libertas data eſt homini, adiuncta conſcientia malæ uolūtatis repreſſiua.*
20 *Arbitrij ſimplex appellatio, bonum, & æquum arbitrium denotat.*
21 *Eccleſiæ perſecutio extinſeca, uel intrinſeca, quæ dicatur.*
22 *Bellum multiplex, & quod ius in quolibet locum habeat.*

CAP. X.

NIſi cum pridem. Ponit & exponit ſex cauſas, & ſex caſus, p pter quos epiſcopi poſſunt petere licentiam cedē di, & papa concedere cōſueuit, alias nec peti, nec concedi debet, ſi dicat etiam epiſcopus, q̄ humilitatis ſpiritu ductus velit tranſire ad monachatum. Io. An. & ſunt quatuor partes principales. Primo reprobat has duas cauſas cedendi, ſcilicet

BIU Cujas

ſcilicet zelū melioris vitæ,& humilitatē.Sēda ibi,intueri,aſſi gnat ſex cās cedēdi.Tertia ibi,verū.reprobat alias ꝯās cedēdi, l.ociū,laborē,inſpirationē,& his ſimiles,ꝑbās id authoritatibus,& reſpōdēs ad id, ꝙ opponi poſſet de Maria.quarta ibi, monemus,ꝯcludit. Caſus literalis eſt planus, qa archiepiſcopus Calaritanus ſæpe petit a dño papa licētiā cedēdi & renunciādi,dicēs ꝙ volebat trāſire ad frugē melioris vitæ, & ꝙ volebat viuere in humilitate,& nō in p̄latione. Papa dicit, ꝙ ipſe nō eſt ſanctior,q̄ Hieronymus,q recuſauit fieri baiulus verbi Dei,tandem prædicandi recepit officium. item dicit, ꝙ non eſt humilitas velle ſequi animi ſui motū, imo eſt pertinacia, & durities cordis.in ſecunda parte ibi,intueri te,nominat ſex cauſas cedendi,& prima eſt conſcientia criminis non cuiuſlibet,ſed duntaxat illius,propter quod ipſius officij executio poſt peractam pœnitentiam impeditur.Secunda cauſa eſt debilitas corporalis,non tū omnis debilitas,ſed quæ reddit eum inutilem ad paſtorale officium exequēdum. Tertia cauſa eſt defectus ſcientiæ,& nō quilibet defectus,ſed qñ propter ignorantiam ignorat, qualiter populum regat. quarta eſt malitia populi i.duritia cordis,& inobedientia, ita ꝙ in populo non poteſt proficere verbum Dei. quinta eſt pro graui ſcandalo cuitando,quod aliter ſedari nō poteſt, niſi epiſcopus petat & obtineat ceſſionē.Sexta eſt perſonæ irregularitas.ſ. ſuper qua non conſueuit diſpenſari,vt bigamia.Sed ſi aliquis eſt illegitimus,tñ hoc eſt occultum,& non tenetur cedere,quia hoc cō ſueuit diſpenſari.nā venia digni ſunt illi,q alieno morbo laborant,adhibita tū diſtinctione inter nothos,& manſeres, naturales,& ſpurios,quia citius diſpenſatur cum vno,q̄ cum alio. Deinde in ver.verū,dicit,ꝙ ꝑꝑ alias cauſas non poteſt peti ceſſio,quia non eſt diſcreta petito, puta ſi vellet eſſe in ocio,vel velit euitare labores, aut incurſus perſecutionis,qm̄ non dēt ꝑꝑ hoc dimittere ſponſam ſuam.Poſtea rñdet tacitæ obiectioni,ꝙ vbi ſpiritus Dei,ibi libertas,quia hoc non eſt ſecundum ſpiritum dimittere tantam ſponſam.& ſi dicat, ꝙ hoc eſt ſibi cęlitus inſpiratum.Rñdetur,ꝙ neſcit,ꝙ iſta inſpiratio ſit cœleſtis.ſubſequēter dicit,ꝙ ſi virtutū flore refulgeat,& charitatem ad populū non habeat, nihil habet. Item ſubdit, ꝙ ſi dicat,ꝙ Maria optimā partem elegit,quæ non auferetur ab ea, tñ Martha fuit magis fructifera & magis vtilis, & ꝙ ipſe pōt eſſe ſimul cōtemplatiuus,& actiuus exemplo Moyſi, quapp facilius indulgetur,vt aſcendat monachus ad præſulatū,q̄ ꝑſul ad monachatū deſcendat.Poſtremo.dictum eꝑm monet, & ipſum ſuæ conſcientiæ dimittit,non conſcientiæ abuſiuę, ſed ſalutari.Alioquin cedēdi licentiā & volatum ſciat ſibi penitus interdictū.† Quærit hic Ber.vtrum eꝑs ex ꝯſciētia poſſit renunciare ſine papæ licentia? & dicit ꝙ non,ex quo habet titulum quo ad cōem opi.quod eſt valde no.dignum. Secus,ſi eſſet intruſus cōino,quia nec quantū ad opi.nec quantū ad veritatem titulū habet.Ber.Conſidera,ꝙ interdum quis eſt tacitus intruſus,vt ille,qui hēt figurā eſſe,tñ non hēt efficaciā eē, iſte non pōt cedere ſine licentia dñi papę, vt no. ꝯ. eo. §. perſonæ,ver.vt pote.Puta illegitimus,q fuit electus,& ꝯfirmatus, tacito de ſua illegitimitate.Quidā vero non hēt eſſe,nec figurā eē,vt qa nunq̄ fuit electus,nec ꝯfirmatus,& iſte ꝑprie non dī cedere,ſed recedere,idē eſt in eo, q fuit extruſus ꝑ ſnīam. nam iſte nō hēt eſſe, nec figurā,ex quo remotus eſt illo actu, ar.ff.de ſol.l.diſpenſatori.ille ergo, qui non eſt p̄latus nec re, nec noīe,nec cōi opi.& tñ poſſidet,vel quaſi,iſte proprie dī intruſus.Omnes.n.intruſi ſunt prædones, & eorū poſſeſſio nō eſt cū titulo,nec figura iuſtitię.& ideo non pertinet ad iudicij actiui vigorem,vt no.ff.cōi di.l.cōi diui. §.inter prædones.nā maximus prædo eſt intrudens ſe in eccleſia,vel officio,& falſus prælatus,vt no.in l.falſus.in prin.ff.de fur. & l. qui noīe. ff. de fal.& iſte potius dī incubator,q̄ poſſeſſor,vt no.C. de fun. & ſal.diui.do.l.ſi quæ loca.lib.11.Nec prodeſt intruſo lōga inculcatio,nec colorata precatio,nec per potētiā, neq; furtiua, vt no.de fun.limi.l.Tyberianus,li.11.Sed quæro, an in diſpēſatione cū iſto ſint citādi,q eū de facto elegerunt? Dicit In.ꝙ non,quia non debēt conqueri de diſpenſatione, cū ipſi fuerunt cauſa originaria ipſius,& ſuperiorem ad diſpēſationem prouocauerint ſm Inn.quod eſt notan.ar.C.de re.cre.l. generaliter,§.j.†Sed quæro,an prælatus,cuius electio non fuit canonica,cedere teneat.No.per Cōpo. s̄. de elec. c. quod ſicut. in j.gl.quid ſit ꝯfirmatio,eo.tit.li.6.& Hoſt. ꝯ.de accu. c. p̄lato rum.Et dicendum eſt,ꝙ cogitur cedere, quia ꝯ ius publicum tenetur cedere.ff.de iuſt.& iu.l.j.§.publicum ius. dūmodo cō ſtet in figura iudicii.Et habemus ſimile in interdicto, nequid in loco ſacro,ꝙ eſt prohibitorium,& reſtitutorium. ff. de inter. l.2.§.interdicta aūt.Quæro cū Ber.quæ ſunt illa crimina, quæ poſt pęnitentiam impediūt executionē ordinis? Gl.dicit,ꝙ inter cętera eſt homicidiū.Et no.ꝙ vbi beneficiū cedatur, & renuncietur,nō eſt priuatus ꝑꝑ homicidiū,vt hic ait Ber.& no. per Inn. ꝯ.de conceſ.præb c.cum noſtris.Fallit in vno caſu, in quo eſt ipſo iure priuatus, ſ.qñ facit aliquē aſſaſſinari, vt in c.
3 j.de homi.lib.vj. † No. hic in hoc ver.forſitan,ꝙ papa non ſtat ꝯſcientiæ volentis cedere, ſed magis ſtat rationi, & ſic eſt ar-
a gu. ꝙ erronea ꝯſcientia nō obligata ad peccatū. † Eſt autē cō-
4 ſcientia animi motus ſibiipſi ꝑſuadens,ſeſe ꝯcernens,vt patet
5 hic, & in fi.iſtius c. † Quid ſi teſtis dicat, ita dico vera eſſe ſm ꝯſcientiā meā, vel iudex dicit ita ſecutus ꝯſcientiā meā te cōdēno,vel te abſoluo? rñdeo nō valet, vt in §.ſacra, de ꝯſue.re. feu.& ibi notaui. Quęro,q̄ eſt ratio, quare q̄dā ſunt crimina q̄ impediūt ēt poſt peractā pęnitentiā officij & ordinis executionē,& q̄dā nō? reſpondeo enormitas, ex qua remanet ꝑpetuū ſigillum,ignominia,vel indignitas ꝑpetua,& hæc vera.
6 † Et no. ꝙ q̄dā ſunt, q̄bus remittunt peccata per in integ.reſt. vt no.C.de ſen.paſ.l.j.Quidam ſunt,quorum teguntur peccata per diſpenſationē, vt no. ꝯ. de iud. c. at ſi clerici. Quidam ſunt, qui nunq̄ manēt ſine lepra, vt hic, ſi reperiatur alicuius condemnatio cācellata, vtrum remanet infamis, vt no. ff.de proc.l.non ſolum.§.fi.per Bar. Dicit lex ciuilis, ꝙ inter hos leproſos ſunt periuri ꝯ imperium,vel remp. vt in Auth. iuſiur. ꝙ prę̄ſt.ab his.§.j.De aliis vero periuris no.in l.q cū vno. §.j.ff. de re mil. & ꝯ. de teſti .c. teſtimonium. & ff. de infa. l. Lucius. Deinde no.iſtā diſtin.inter debilitatē,& debilitatē: & infirmitatem,& infirmitatem,vt no.ff.de iudi.l.quęſitum.Sed numquid ratione podagrę venia concedatur? & dic ꝙ hęc omnia ad arbitriū iudicis pertinent, vt l.podagrę. C.qui morbo,li.x. & ſufficiunt informationes ſummariæ, vt no.ff. de procur.l.
b in cauſę. §. hoc autē.No. tex. qui dicit b moralis maturitas in
7 ſenibus eſſe ſolet.† No.in §.pro defectu, ꝙ in epiſcopo requritur ſcientia eminens, tamē toleratur ſcientia competens, ſed nihil ſciens,etiam ſi eꝑs ſit,dēt deepiſcopari,ſimile de exc.tu. l.ſed reprobari.No.illud verbum,ſcientiam repuliſti,&ego te
8 repellam,ne ſacerdotio fungatis mihi. † No. in verbo, ꝑpter malitiam,dicit Hoſt. ꝙ in Viterbio ita Cardinales fuerunt arctati ad electionem papæ, ꝙ ipſe renunciauit voci ea vice. & quęrit poſtmodum,vtrum talis renunciatio valeat? & dicit ꝙ non,quia electio papæ eſt de iure diuino,cui non poteſt renūciari, ergo ſm eum Cardinales habēt poteſtatem eligendi papā de iure diuino.quia ſi poteſtas electiua eſt de iure diuino, & illa ſit attributa Cardinalibus, poſito ꝙ iſta attributio non eſſet de iure diuino, tamen res attributa eſt diuini iuris, ſicut Petrus non eſt de iure diuino,& tamen ſacerdotium Petri eſt de iure diuino,& ſicut nō perſona,ſed eius qualitas, Io.And.
9 remittit ad c.vbi periculum,de ele.lib.vj.† No.in §.pe.de irregularitate, de qua quot modis dicatur, ponitur hic per Inno. qui dicit,ꝙ pluribus modis dicitur irregularitas.Tu dic ꝙ irregularitas eſt paſſiua prohibitio ab his quę ſunt ordinis, & officij,& quędā eſt natiua, vt ſi quis naſcatur ſpurius.nā ex corrupta radice oritur vitium,quod inhibitum eſt ſine culpa naſcentis. & ideo per eius pœnitentiam non purgatur, quia nec pœnitere poteſt,qui non peccauit.Simile eſt in corpore vitiato,quia ibi non peccat anima ſed natura,vt no. ꝯ.de cor.vitia.
10 c.ij.& in c.j.an mutus,vel ſurdus,vel aliter imperfectus.† Quę
c dam eſt irregularitas c ꝓueniens ex delicto, & hęc eſt duplex,
quia quædam prouenit ex ſententia, quod de diffinitiua in-
11 tellige,† nam interlocutoria non irrogat irregularitatem,arg. ff.de infa l.quid ergo.§.quantum. & l.ob hęc verba. Tu adde nec ſententia arbitri,qui publice condemnauit aliquē de furto,argu.in d.l.quid ergo.§.ex compromiſſo.nec etiam confeſſio facta coram arbitro, quia eius ſententia non infamat. ibi confeſſio facta coram eo infamiam non irrogat. Et ideo dicebant antiqui Doct.iuris ciuilis,quod ſicut ſententia inquiſitoris, qui inquirit ꝯ ius cōe ex forma alicuius ſtatuti, vel ex aliquo ſingulari reſcripto principis,non infamat, quia extra ordinem lata,& vltra ius commune,ita nec confeſſio facta corā inquiſitore. iſti dicebant verum per aliam rationem, quia in criminali confeſſus non habetur pro condemnato, ergo confeſſio non infamat, quia verba edicti non patiuntur eo, quod de condemnato lex loquitur, & iſta eſt ratio domini Bartoli in l.ictus fuſtium. ff. de infam. Sed gloſ. Acc. dicit ibi contrarium.Item Bart.de ſentētia lata per inquiſitorem eſt in

contraria

ADDITIONES.

a Vinc.God.Adde quod conſcientia,ſecundum ius ciuile,& canonicum regulari debet,Cor.conſ.133.litera, d.lib.2.& non debet eſſe clementior lex.e. Cor. conſ. 201. in hac.litera, p. in 2. lib. & vide in deci. Rotæ 428. fuit dubitatum quando fuit commiſſio facta alicui ſecundum conſcientiam

b Moralis maturitas in ſenibus eſſe ſolet, vide vnum dictum Sancti Auguſtini relatum per Decium in l.cum quid. ff.ſi cer.pet.

Vinc.God.Hinc eſt,quod ſeniores præferuntur in priuilegijs,honoribus,& dignitatibus,Tho.Gram.conſ.6.nu.9.& 10.in ciui.

c Vide extenſe ſcripta per dom.Maria.de Se. in ſua repetitio. c. ad audientiam.de homici.

Vinc.God. Et adde quod irregularitas incurritur etiam pro homicidio meritorio.Cor.conſ.57.egregie,litera, i.lib.4.

BIU Cujas

p̃ria opi. ſ. q̃ infamet, vt ipſe no. ff. de pu. iud. infamem, dūmodo feratur p̃ pręſentem. Secus ſi p̃ abſentem, pro quo nemo comparuit. nam ſi vbi cōparente procuratore nō infamatur,
12 multo magis non infamat nemine cōparente, ex †quo ſequitur q̃ banniti ex contumacia non ſunt infames, nec remouētur a publicis actib. vt ipſe no. ī d. l. ict⁹ fuſtiū, vbi videas. Tres. n. rōnes poſſunt aſſignari q̃ bānitus nō ſit infamis Primo, q̃ proceſſus eſt extraordinarius, & bānū eſt quędam interlocutoria, & cum ſit lata in abſentē, non pōt infamare ex gñe pœnę, q̃ oportet, q̃ illa infamia tangat corpus. Scđo, q̃ nullo iure cauet. Tertio, q̃ cā nō eſt cognita, ſed p̃ficta, & vide q̃ dixi
13 in ti. hic finit lex, deinde incipiūt p̃ſuet. regni. c. dño guerrā. Sed cū ſint infames infamia facti, vī q̃ ad nouos honores nō poſſint aſpirare, vt no. ff. de ſena. l. Caſſius. Venio ad tertium caſum. & dico q̃ eſt q̃dā irregularitas, q̃ irrogat ipſo facto, vt
14 p̱bigamiā, & forte ſufficit q̃ ſit bigamus quo ad cōem opin. gentiū, licet alterū ex matrimoniis nō tenuerit, q̃ eius p̱motio eſſet cā mali & pernitioſi exēpli. ar. d. l. q̃d ergo. §. cū aūt. & c. j. de ſpon. li. vj. q̃ nō credo, q̃ alterū nō eſt ſacrm.† Illud nō omittas, q̃ dicit Inno. q̃ omnis irregularitas eſt ex p̃ſtitutione vnde ſup̱ omni irregularitate papa pōt diſpenſare ēt ſup̱ bigamia. Et licet apoſtolus oſtendat papæ, q̃d facere debeat, nō
15 tī oſtendit quid facere poſſit, vt ff. de leg. l. princeps. quia ptās clauium eſt talis & tanta, q̃ non recipit interpretationem reſtrictiuā. & iſta eſt intētio Inn. notabilis, & vera. † deinde vides hic de iſta dictione, vſq;, ibi, dū dicit, vſq; in tertiā & quartā generationē. Conſueuit aūt dubitari, vtrū ipſe, qui primo rdialiter peccauit, connumeretur? ar. q̃ ſic, quia eſt extremum ſine quo non poteſt eſſe hoc, in Auth. de non ali. § emphyteuſim. incipit. n. numerus a ſtipite includendo ſtipitem vel forte non connumerat̃ pp̱ id, quod ſequitur, in his qui oderunt me. iſta. n. limitatio non cadit reſpectu eius, qui fuit origo peccati, quia de eo demonſtratio eſt, ſed reſpectu poſteriorū, q̃ conditionaliter loquitur, eſt aūt conditio de futuro, quę non pōt intelligi de pręſenti eſſe vera, vel falſa, vt no. ff. de le. 3. l. nuper. Sed quid eſt, q̃ dicit, in his, qui oderūt me? rñ. quia magis
3 alternatiuum, ſm Inno. quod eſt no. dignum. dicit Io. An. † ꝙ non procedit iſte copulatiuus libellus, dico ſententiam nullam & iniuſtam, quia copula cadens inter incompatibilia inducit perplexitatem. Idem ait, quod libellus poteſt concludere alternatiue ſub diuerſis conditionibus, vt dico ſententiam nullam, & ſi forte in ꝓbatione nullitatis defecero, dico cā iuſtā, & tūc iudex in ſentētiādo dēt aſſumere alterū membrū, ꝓut ex actis ꝯſtat eſſe ꝓbatū, nō aūt dēt iudicare alternatiue, vel ꝯdōnaliter ſm Io. An. ꝙ eſt notabile & menti tenēdum, dicit Io. An. ꝙ ſi peto ꝯfirmationē ſententię, aduerſarius meus nō poteſt petere infirmationem, niſi incidenter, ad hoc ut non ferantur contrarię ſentētiæ, Inn. poſtea dicit, ꝙ imo per modum reconuentionis, quia ibi non poteſt eſſe cōtrarietas, cum vna ſnīa debeat terminari. dicit In. ꝙ in cauſa appellationis nō eſt neceſſe offerre libellum, quod eſt verū ſuper actione veteri, ſed bene eſt neceſſe offerre ſuper infirmatione, qa lia lis eſt, vt no. ff. de ꝓcur. l. qui propr'o. §. item quęritur. nam cum lis debeat conteſtari præſentibus partibus, ergo libellus debet offerri, & eſt expreſſum. C. de appellat. l. ſi quis l. bellos.
4 Quæro cum Inn. † quidam dicit ſe excōicatum poſt appellationem legitimam, & ſic dicit ſententiam nullam, tñ non probat, ꝙ poſt, nunquid remaneat cōfeſſus ſup excōicatione. & ſentit Inn. ꝙ ſic, & ex quo nō probat de nullitate, dēt excōicationem ſeruare. In ꝯtium vr, ꝙ iſta non eſt confeſſio ſimpliciter, ſed qualificata, & vna oratione complexa, ita ꝙ nō poteſt diuidi, vt no. C. de excep. l. ſi quidam. & ff. de oper. lib. l. ſi ita ſtipulatio. Ego addo ſubtiliorem rationem, nā poſſunt eſſe duæ ſententiæ: vna ante, & alia poſt, & ſic ille, qui ꝯfitetur de poſt, de alia ſententia confitetur, non de ea, quæ habet ligare & certum eſt, ꝙ confeſſio facta ſuper vno, quod poteſt eſſe ab alio diuerſum, non inducit confeſſionem ſuper alio, ar. C. de ꝓb. l. matrem tuam. ff. de neg. geſt. l. cum actum, ff. ad Treb. l. eum qui nouiſſimus. Si autem non eſſent in libello illa verba poſt appellationem legitimam, ſed ſimpliciter intentatur nullitas ſine alicuius temporis diſtinctione, tūc poſſet ſaluari dictum Inno. quia confitetur factum, & licet neget ius, tamē ex legis diſpoſitione illud ius eſt facto cohærens, & inſeparabile ab ipſo, ideo ſponte confitetur factum, ſed inuitus cogitur ad cōſtendum ius, & no. iſta verba, quia ſunt ſubtilia. dicit Goffre. ꝙ
5 hæc poſitio, dico me non excōicaſſe poſt appellationem, vel dico illum non appellaſſe ante ſententiam excommunicationis, tota eſt affirmatiua, ſcilicet ſe prius excōmunicaſſe, vel illum poſt ſententiam appellaſſe. hic eſt ſenſus verborum Ioā. And. ꝙ no. dicit Hoſt. ꝙ inuito reo excipiente iudex non pōt eum cogere, vt reſpōdeat ſaluo iure ſuo, quod ſi facit dat cauſam appellandi, niſi contra excipientem præſumatur, vel ſit ꝓbabile dubium. vide quod no. in l. nam & poſtea, in prin. ff. de iureiur. ꝓ Accur. dicit Hoſt. ꝙ ſi iudex dicat, nō admitto, nec reprobo, procedatis, ꝙ ſi quidē exceptio eſt præiudicialis, vel talis, quæ ſi non expediatur per interlocutoriam, iuris ordo ꝓuertitur, & tūc oportet, ꝙ expediatur prius, q̄ ad alia proceda tur, vt j. de iud. c. exhibita. ꝙ no. ff. qui ſatiſ. cog. l. arbitro. Si autem ſit aliquid, quod multum dependeat ex mero iudicis officio, vt an ſit reſpondēdum poſitioni, vel an teſtis produci debeat, & ſimilia, in talibus poteſt dicere iudex, ꝓcedatis ſaluo iure veſtro, ſecundum Hoſt. & Io. An. quę verba ſunt multū notanda, pro hoc ff. de dam. infec. l. prætor. §. ſi controuerſia.
c dicit Ioan. And. c † ꝙ hodie ſic ſeruatur in articulis, & interlo
6 cutorijs, quia ad lites abbreuiandas admittuntur, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, &c. Ioan. An. quod eſt verum, niſi poſitio ſit a iure remota, vt ff. de iureiuran. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. vel niſi poſitio ſit captioſa, vel alias repellenda, vt no. s. eod. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. & l. ſi ate, in principio. de exceptio. rei iudicatæ. & hoc conſtat per allegationes legum: vel fit poſitio de eo, quod ſopitum eſt, vt no. ff.

ADDITIONES.

a Non debet aliquis admitti ad probandum id, quod probatum non releuat. Intellige hoc, vt hic pulchre per do. Ant. Pomum, qui per quaſdam notabiles deciſiones hic per ipſum relatas concludit, quod quando probatur aliquod ſaltem, licet minimum adminiculum præſtaret, iſtud deducet inter cætera ex eo quod dicit Bal. in l. cum uirum, in j. no. C. de fideicom. ubi dicit, quod poſitio, quæ parum facit ad actum, pertinens reputatur, & debet admitti, & uide Curt. conſi. 70.

b Vinc. God. Adde ꝙ libellus diſiunctus procedit ſi unum pure, & aliud ſub conditione proponatur, Ruin. conſi. 58. nu. 18. lib. 3. & libellus in dubio interpretari debet in fauorem libellantis, Rui. conſi. 171. nu. 6. lib. 5.

c Vide do. vitalem de Gambanis in ſuo ſolenni tract. clauſularum, qui habetur in formis, ver. clauſula, ſaluo iure &c.

BIU Cujas

7 no.ff.de cond.ind.l.Iul.in j.gl. † Quęro cum Inn.nunquid ille, qui agit de nullitate, probando iniuſtitiam abſq; nullitate mereat victoriam? dic ꝙ non, quia non eſt ad hoc aptum, & modus agendi ſemper inſpicit, vt no.3. qō.6. hæc quippe. Sed cō ille, qui dicit ſnīam iniuſtam, vincit ſuper nullitate, vt no. C.qn̄ prouo.non eſt neceſſ.l.j. Sed illud intellige in appellatione, quia per eam reſcindit omne grauamen, & oīs timor grauaminis tam iuris, q̄ facti, melius tn̄ eſt in dicto caſu nō principaliter pronunciare de nullitate, ſed incidenter hoc modo, pronunciamus ſuperuacue appellatum, cum ſnīa ſit ipſo iure nulla, vt ff.de app. l. ſi conſtat. nam ſuper appellatione oportet pronunciari, vt ff.de iud.l.de qua re. vel dic melius, ꝙ pōt pronunciare ſuper nullitate principaliter. Nam tacite hoc includit, ꝙ appellatio ſit ſuperuacua, & iſta ſunt æquipollentia, ergo &c. vt no. C. de ſent. & interlo.l præſes. † Quæro, nunquid in dubio ſnīa excōicationis præſumatur lata ante appl̄onem, vel poſt? rn̄. in dubio reus eſt fauorabilior, quia in obligatione debet conſtare, vt magiſtraliter no.in l.eum actum. ff. de neg. geſt. & per Bar. ff.de no.ope. nun.l. non ſolum. §. ſed vt probari. Vel dic, ꝙ præſumitur aliquid legitime factum, vt no.ff.de leg.3.l.cum pater. §. rogo filia, quod tene menti

SVMMARIVM.

1 *Delegatus papę ſubdelegatum ſimpliciter, qui iuriſdictione uti cępit, reuocare non poteſt.*
2 *Subdelegari poteſt per delegatum principis cauſa ſuſpecti, licet ſit mixti imperij.*
3 *Alienatio interdicitur coadiutori, & idem de viſitatore dicitur, & de eo, quę habet commendam.*
4 *Spoliatus non poteſt inquiri, niſi primo reſtituatur ad mobilia & immobilia & fructus, & ad plenam & pacificam poſſeſſionem.*
5 *Remoueri poteſt vt ſuſpectus ille, qui non poteſt adminiſtrare.*
6 *Dilapidator notorius ſi ſpolietur, an poſſit petere ſe reſtitui.*
7 *Dilapidationis ratione, an poſſit quis remoueri a ſpiritualium adminiſtratione.*
8 *Remoueri, an poſſit tanquam ſuſpectus prælatus, qui nondum cępit adminiſtrare, imminente metu dilapidationis.*
9 *Alienare res ſubiacētes periculo, an poſſit is, cui interdicta eſt alienatio.*
10 *Dilapidator quis dicatur.*
11 *Pater, qui prodigaliter vtitur bonis aduentitijs filij, priuari debet adminiſtratione.*

CAP. XXXVII.

1 VEnerabili. † Si ſubdelegatus delegati papæ ſimpliciter datus cępit vti iuriſdictione, delegatus eum reuocare non poteſt. Sed ſi ſubdelegatus ipſe contra formam apoſtolici reſcripti procedit, nullus eſt proceſſus. Caſus. quidam ep̄s fuit ſpoliatus epiſcopatu per Federicum Imperatorem pretenſo, q̄ iſte eſſet dilapidator, papa mandauit archiepiſcopo Cuſentino, ꝙ faceret eum reſtitui integraliter & plenarie, quo facto ſi dictus ep̄s eſſet de dilapidatione ſuſpectus, daret ſibi coadiutorem, ſine cuius conſilio nihil adminiſtrare poſſet in temporalibus, quouſque aliter papa prouideret, & ꝙ interdiceret tā ep̄o, quām coadiutori omne genus alienandi, archiepiſcopus infirmitate grauatus commiſit vices ſuas abbati ſancti Spiritus, qui proceſſit non ſeruata formata mandati. & ideo factum ab eo caſſatur. demum dictus archiepiſcopus commiſit cauſam theſaurario, ſed hoc non potuit, quia prius commiſerat alteri, nulla iuriſdictione retenta. & ideo papa caſſat etiam factum theſaurarij, cum archiepiſcopus ei nō potuerit iuriſdictionem, qua carebat, aliqualiter demandare. † In iſto c. Inn. colligit plura notabilia, primo, ꝙ cauſa ſuſpecti, licet ſit mixti imperij, poteſt ſubdelegari per delegatum principis, & dicit ꝙ ſecus eſt ſm leges ciuiles. Tu dic, ꝙ idem eſt hoc caſu, vt C. qui pro ſua iuriſdictione.l.1.in fi.ſm vnum intellectum. Secūdo nō. q̄ quando datur alicui officium cum conſilio, intelligitur & cum conſenſu, ſecus ſi ſine officio. hoc probatur. ff. de admi.tut.l. Titium & Mæuium, in prin. † No. coadiutori interdici omnem alienationem, idem de viſitatore, & de eo, q̄ habet commendam. Inn. No. ꝙ ſimpliciter committendo vices ſuas, intelligitur in totum committere. Inn. & ſic indefinita æquipollet vniuerſali. Opp. nam cauſa reſtitutionis, & cauſa dilapidationis ſunt diuerſæ, ergo valet proceſſus, ſed dēt appellari, vt C. de app.l.j facit quod no. Bar. in l. ſi quæramus, de teſta. Sol. hic ordo cadit ſuper iuriſdōne, quæ non eſt data, niſi ſeruetur ordo. nam forma mandati obtinet inſtar condōnis. Sed tunc immediate opponitur, ſi proceſſus ſubdelegati fuit nullus, ergo res eſt integra, vt C. ne de ſtatu defun. l. ſi pater. ergo ſubdelegatus potuit idem ſubdelegare, vt j. c. quamuis, lib.6. Reſpon. & dico, ꝙ etiam proceſſus nullus ſubdelegati facit expirare poteſtatem reuocandi, quia ſubdelegatus vſus eſt iuriſdictione, licet abuſiua, ſiue præpoſtera ſm Arch. nam ſatis eſt ꝙ exercuit iuriſdictionem credens ſe poſſe exercere. Sed Ioā. And. dicit contrarium, per abuſum. ſ. iuriſdictionis nūquam firmatur iuriſdictio, cum vſus iuriſdictionis requirat iuris ad minimum concurrens, tamen ad iſtud c. non reſpondet niſi diuinando. No. caſſari proceſſum ſi non ſeruatur ordo debitus & ſtudioſus, non perfunctorius, quod ex ordinis ratione
4 apparet, ſm Inn. † No. ꝙ ſpoliatus non poteſt inquiri, niſi primo reſtituatur ad immobilia & fructus, & ad plenam & pacificam poſſeſſionem, quod eſt no. ſecundum Inn. Idem Bern. in gl. hoc ideo. Opp. cum Ber. ꝙ ſuſpectus ſit remouendus, nō autem retinendus in adminiſtratione. reſpon. hic papa dedit
5 formam papalem, non de iure cōi. † Quæro, nunquid poſſit remoueri tanquām ſuſpectus ille, qui non poteſt adminiſtrare? Rn̄. ſic, & quid operetur remotio, dic vt ff. de ſol. l. ꝙ ſi forte. §. j. † Quæro, nunquid notorius dilapidator ſpoliatus poſſit
6 petere ſe reſtitui? reſpon. ſic, quia de iſta notorietate non pōt opponi ſpoliato, nec fieri fides ante, quam ſit plenarie reſtitutus, tex. eſt in noſtro c. valde no. Extra no. ꝙ exceptio, dolo facis, non pōt opponi ei, qui ſpoliatus eſt officio, vel beneficio, niſi prius eo reſtituto in pleno & integro ſtatu, quod eſt no. di
7 gnum. † Quæro, nunquid ratione dilapidationis remoueatur quis ab adminiſtratione ſpiritualium? litera noſtra a ꝝrio ſenſu innuit, ꝙ non in verbo, temporalem. vnde dicunt Doctores, ergo ſpiritualia adminiſtrare poteſt. hoc no.3.q.3. quia ea, in fi. mag. gl. quam tene menti. Ex hoc ſequitur, ꝙ adminiſtratio ſpiritualium non eſt alienatio. dicit Io. And. ꝙ ratione dilapidationis præteritæ datur coadiutor, ſed ſi timet de futura dilapidatione ex conſuetudine dilapidandi præſumpta, dēt prælatus & quilibet rector eccleſię remoueri funditus ab adminiſtratione. vide quod no. ff. de auth. tut. l. & ſi plurib. de coadiutore tutoris habes. C. qūo & quando iud. l. ſi prēſes, quaſi iſtud
8 officium coadiutoris non eſt principale, ſed acceſſoriū. † Quæro, vtrum prælatus poſſit remoueri tanq̄ ſuſpectus, ſi nondū cæperit miniſtrare, tn̄ imminet metus dilapidationis? Reſpon. non, tamen ſibi non eſt adminiſtratio committenda, vt l. ita
9 autem ff. de adm. tut. † Quero, vtrum iſte, cui interdicitur alienatio poſſit alienare res ſubiacentes periculo? dic ꝙ non, niſi res ſint, quæ tempore conſumuntur. nam qui non alienat, punitur, vt l. tutor qui repertorium. §. 1. ff. de adm. tut. vbi igitur non ſolum interdicitur alienatio, ſed etiam ſubtrahitur adminiſtratio, habet locum, quod dixi, ſed quando non ſubtrahitur adminiſtratio, tunc neceſſitas intelligitur excepta, vt ff. de manu. teſt. l. qui non potuerunt, & ff. de fideicom. liber. l. cum fidei. No. ꝙ licet proceſſus ſubdelegati ſit irritus propter non ſeruatam formam mandati papæ, tn̄ ſubdelegatus non reſumit iuriſdictionem, quia ſemel functus officio ſuo nunquam
10 reſumit illud, tex. eſt hic notabilis. † Quæro, quis dicatur dila-
a pidator? a ille, qui vergit ad dilapidandū, ar. in l. ſi conſtante, in prin. ff. ſol. mat. vnde vna alienatio non facit eum ſuſpectū de dilapidatione, ſed mali mores, & plures, vt no. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & adde ꝙ no. C. de ſuſpec. tu. l. eum.
11 † Quæro, quid de patre, qui prodigaliter vtitur aduentitijs bonis filii. Reſp. ei eſt interdicenda adminiſtratio, vt ff. ad Treb. l. imperator, & in l. vlt. C. de ſen. paſ. Quæro, quid de rectore parochiali? & quilibet de parochia poteſt eum accuſare, quia intereſt cuiuslibet parochiani, ꝙ eccleſia non perueniat ad malum ſtatum. Ber. ꝙ verbum tene menti.

ADDITIO.

2 Vinc. God. Adde, ꝙ dilapidator debet cauere etiam ſi ſibi teſtator remiſerit cautionem, quando teſtator de tali dilapidatione cogitare nō potuit, alias ſecus. Bal. in l. iubemus, col. 1. C. ad Treb.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus, qui pronunciauit ſe iuriſdictionem non habere, etiam de conſenſu partium cauſam non reaſſumit.*
2 *Sententia ſuper iuriſdictione non exercenda eſt interlocutoria.*
3 *Judex ſi in cauſa dubij pronunciat iuriſdictionem eſſe ſuam, an poſſit ab eo appellari.*
4 *Interlocutoriæ per quam iuriſdictioni derogatur, renunciari non poteſt.*
5 *Clauſula compromiſſi, ꝙ partes ad primos iudices redeant, an ſapiant compromiſſum.*
6 *Vidua, an ſit ſub protectione eccleſiæ.*
7 *Negligentia iudicis ſecularis deuoluit iuriſdictionem ad eccleſiaſticum & qualiter probetur negligentia.*
8 *Partes ſi de facto dant iuriſdictionem priuato cum pœna, & una pars nō obſeruat ſententiam, utrum incidat in pœnam, ſicut in compromiſſo.*

CAP. XXXVIII.

1 SIgnificantibus. † Delegatus, qui pronunciauit ſe iuriſdōnem nō habere etiam de conſenſu partium cauſam non reaſſumit. h. d. Caſus. Iuliana vidua cum eſſet nobilis & dives mentiens ſe pauperem impetrauit iudices contra M. mulierem & natum eius, qui citati oppoſuerunt dicentes, ꝙ dicta viduaer at nobilis & dives, & ꝙ ſubreptitie impetra-

uerat

uerat mentiendo se pauperem, adijcientes, q̃ erant parati stare iuri, sub cuius iurisdictione cõsistunt, delegati audita exceptione interloquendo pronunciauerunt se per has literas p̃cedere non debere, tandem partes compromiserunt in arbitros hoc pacto, q̃ deberẽt pronunciare. j. certum terminum, alias redirent ad dictos delegatos, qui arbitri fuerunt negligentes, vnde dicti iudices, volentes dictam iurisdictionem resumere, cogebant partes ad litigandum sub eis, a qua cõpulsione fuit appellatum ad audientiam papæ. Papa decernit litigatores nõ compelli, & si quid esset contra aliquem actitatum, reuocat in irritum. No. q̃ vidua nobilis & diues debet agere in foro seculari. No. formam sententiæ, quando rescriptum est subreptitium, s. se non debere procedere per ipsum. † No. snĩam super
2 iurisdictione non exercenda esse interlocutoriam. † Quæro,
3 iudex in causa dubij pronunciauit suam esse iurisdictionem, vtrum possit appellari? & videtur q̃ non, quia non grauat, vt no. in l. ex quacunque. ff si quis in ius voc. non ier. Item ista appellatio non põt iustificari nisi ex veterib. In p̃rium est gl. ordin. C. ne filius pro parte, auth. habita. vnde si causa appellationis liquidetur de non iurisdictione, cassabitur interlocutoria, quæ loquitur super his, quæ sunt fundamenti, vt j. de app. c. ex parte M. Vnum adde, q̃ vbicunque habet locum illa regula, non quicquid iudicis potestati &c. ab interlocutoria non potest appellari, quia iudex non est astrictus de iuris necessitate, vt eleganter no. Inn. in c. vlt. j. de fer. No. q̃ talis interlocutoria funditus eradicat iurisdictionem, q̃ non remanent aliquæ reliquiæ q̃ possint prorogari, vel demũ ad iurisdictionem sic elisam rediri, vel etiam per procuratorem, q̃ est no. dignum. ergo no. q̃ non potest contrario imperio reuocari etiam de cõsensu partium, quod alibi non reperitur. † No. q̃ hic interlo-
4 cutoriæ, per quam derogatur iurisdictioni, partes nõ possunt
5 renunciare, quod alibi non reperitur. † No. q̃ hęc clausula, q̃ partes redeant ad primos iudices, apposita in compromisso, tamen non sapit cõpromissum, quia litigatores non intendebãt compromittere in iudices, sed redire ad iurisdictionem ipsorum, & hoc est bene no. No. q̃ appellatio ab interlocutoria irritari facit contraria, si est iniusta. † Prima gl. Ber. tractat de vi
6 a dua, a an sit sub protectione ecclesiæ, post modum gl. in fi. dicit, q̃ in possessorijs vidua est in defensione, alias in p̃tectione
7 ecclesiæ, quod intellige, si est spoliata. † Secunda gl. tractat, an iudices isti bene pronunciauerunt, necne, & q̃ negligentia iudicis secularis deuoluit iurisdictionem ad ecclesiasticum, probatur autem negligentia si requisitus non exhibet iustitiam, cum debeat & possit, puta, quia est liquidum sibi de causa, vel litigator vult litigare, & ipse non vult audire, vel non respondet ad interrogata, vt in c. j. de milite vasallo, qui cõtumax est. col. x. & in l. si pro meis. §. fi. ff. de arb. Si. n. de causa non liquet,
8 vel aliud impedit, non dr̃ esse in negligentia, vt ibi no. † Quærit Ber. si partes de facto dant iurisdictionem priuato cum pœna, & vna pars non obseruat snĩam, vtrum incidat in pęnam, sicut in compromissis. & determinat q̃ non in vltima gl. quæ est valde notabilis, & non reperitur alibi. dicit Inno. q̃ primo dominus temporalis est monendus, & in negligentia constituendus ante, q̃ ab eo iurisdictio transferatur in ecclesiasticũ iudicẽ, & no. arg. ad represalias. dicit Inn. q̃ mercatores si grauantur passagijs, habet immediatum recursum ad ecclesiam. dicit Inn. q̃ vbi est quæstio de magna hæreditate inter laicos, vel laicas, debet adiri iudex secularis, nec sufficit adire primũ immediatũ, sed debent adiri, quotquot sunt superiores, quod intellige vsque ad tres sententias, vt in c. j. de re iud. in cle. quia si non potest alio modo, debet appellare, quousque potest. Fallit in miserabilibus personis, & quibusdam alijs, vbi sufficit, q̃ primus immediatus deneget iustitiam, ne diu pro iustitia laboret, q̃ dictũ Inn. est valde no. & alibi nõ reperitur. nam istæ personæ miserabiles non tenentur appellare propter paupertatem, vt ff. man. l. si procuratorem. §. si ignoranies. Et ideo omissa appellatione possunt adire ecclesiasticum iudicem per simplicem querelam, quod est no. dignum. Vbi tamen est res,
b ibi puto prius regem adeundum, cum in regno suo in temporalibus sit vicarius Dei, & proximior vicarius sit adeundus ex ratione & natura ordinis, quod est no.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde quod uidua retinet forum uiri mortui & eius priuilegia. l. fęminæ. & ibi Barto ff. de senat. Barto. in l. fin. uer. quid si est effecta uidua. C. de verborum sig. & in l. 1. C. de muli. & in quo loco. & in alijs citatis per addentes in dictis locis.

b Vinc. God. Adde an Rex in suo regno possit dici habere tantam, uel maiorem potestatem, quam Imperator in imperio. Cur. iun. cons. 1. nu. 30.

SVMMARIVM.

1 *Iudex recusatus non habet iurisdictionem super litigantes.*
2 *Arbitri tertij electi in concordia a duobus primis, an ualeat sententia, si discordet ab alijs duobus.*
3 *Delegatus a papa coget arbitrum, qui cognoscit de sui suspicione, procedere & finire.*
4 *Suspicionis exceptione opposita si iudex recusatus nihilominus procedit, vtrum processus recusatus sit nullus.*
5 *Iudex recusatus, an possit mandare arbitris, q̃ assignent certum terminũ ad probandum.*
6 *Iudex recusatus, an possit partib. terminũ statuere ad eligẽdum arbitros.*
7 *Arbitri ad cognoscendum de suspicione assumpti, quam iurisdictionem habeat.*
8 *Pares curiæ habent iurisdictionem ordinariam specialem in feudis.*
9 *Arbitri super suspicione electi, an teneantur acceptare.*
10 *Libellus, an sit offerendus in causa suspicionis, an sufficiat qualisqualis petitio.*
11 *Recusans iudicem si coram arbitris est contumax, an statim iudex recusatus possit iurisdictionem resumere.*
12 *Suspicionis exceptio, an possit opponi hoc modo, dico te suspectum, & vbi deficerem in probatione suspicionis, dico te non posse procedere, quia es infamis.*
13 *Statutum, q̃ discordantibus iudicibus, eligatur tertius, in cuius partis iudicij discordia locum habebit.*
14 *Suspectus prælatus, an teneatur satisdare.*

CAP. XXXIX.

SVspicionis. Arbitri electi ad cãm recusationis assignant terminũ partib. ad probandum. delegatus vero, qui recusatur, compellet arbitros causam diffinire. Casus lõgus. Reus coram iudice delegato constitutus recusauit eum tanq̃ suspectum assignans istam cãm, de cuius veritate erat facienda fides super hac suspicione cognoscenda. Electi sunt arbitri a partib. de mandato iudicis recusati, quæritur vtrum iudex recusatus possit assignare terminum recusanti ad probãdum suspicionem? rñdetur q̃ non, quia forte prouocatus obesset, sed coram arbitris est probatio facienda, quia ad hoc pñt terminum assignare. Sed pone, q̃ ipsi arbitri non sunt p̃cordes. rñdetur, q̃ iudex recusatus põt eos compellere, vt cõcorditer eligant tertium, cum quo ipsi duo arbitri, vel vnus ex his dirimant qõnem suspicionis, ne principale negocium per discor-
1 dias plus debito prorogetur. † No. q̃ iudex recusatus non hẽt iurisdiõnem super litigantes, quia suspensa est sua iurisdictio recusatione pendente, sed bene habet iurisdiõnem super arbitros ad compellendũ eos concordare vel tertium eligere. No. duos arbitros eligi posse. Opponitur. ff. de arb. l. item si vnus. §. si in duos. So. ibi fuit vitium compromittentium, qui dederũt in compromisso formam iuri p̃rium de electione tertij incerti, & intellige, q̃ non valet compromissum, si illi duo discor-
a dant, sed si concordant, bene valet, quia vtile a per inutile non
2 vitiatur. † No. q̃ snĩa tertij arbitri electi in concordia a duob. primis non valet, nisi vnus ex ipsis primis pronunciet cum ipso. sed gl. Accur. no. p̃rium dicens, q̃ si tertius ab vtroque dissidet, valet snĩa propter ipsius authoritatem. ff. de arb. l. item si vnus. §. principaliter, in ver. authoritate. & hoc quidam tenent dicentes, quod tertius arbiter non est arbiter, sed est superior vtroq; eorum. in Spec. de arbitro. §. sequitur. ver. sed nunquid iste tertius. Sed Fran. & Cy. damnant illam gl. & est casus hic, & facit. ff. de sol. l. q̃ si forte. §. j. vr̃ tamen Inn. hic tenere in vltima sua gl. q̃ iste tertius cum vno ex primis possit pronunciare pro altero absente, sed gl. ff. de arb. l. sicuti, vr̃ requirere omnium præsentiam. Sed pone supposito, q̃ opinio Inn. esset vera, nunquid ille absens debeat requiri? rñde sic, nisi ille absens sit vagabundus, vel distet vltra centum milliaria, vel alias commode citari non possit, ar. ff. de dam. infe. l. 4. §. si ita vicinum, & ff. de cond. & dem. l. mulcta non committit, in prin. de hoc ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. fi. & ibi per Bar. & ff. de leg. 2. si tñ quibusdam. Non dico, q̃ citetur per edictum, quia arbitri nõ possunt edictum proponere, sed debẽt citare per nũcium, vel epistolam personaliter, vel ad domum, vt no. ff. de arb. l. sed in
3 terpellatur. † Quæro, nunquid de iure ciuili delegatus a papa coget arbitrum, qui cognoscet de sui suspicione, p̃cedere & finire? respon. sic, vt no. ff. de arb. l. nam & magistratus, in prin. Sed quæro, quare eliguntur arbitri, cum quis possit in dubio cognoscere, an sua sit iurisdictio? respondetur, illud est verũ, quando dubitatur de finibus iurisdictionis, secus, si dubitetur de persona iudicis, quæ declinatur ratione suspicionis, vt no. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. ex quacunque, quia absurdum est, q̃ quis cognoscat de seipso an sit suspectus. Item qualitas mentis suę est sibi nota, & ideo non venit in causæ cognitionem coram seipso, vt supra de rescrip. c. ab excommunicato. Sed pone, consules mercatorum debẽt habere sportulas, modo opponitur coram eis, q̃ ipsi non sunt iudices cõpetentes, quia quæstio mercantiæ non pertinet ad mercantiam simplicem,

ADDITIO

a Vinc. God. Adde quod vtile per inutile aliquando vitiatur. Ruy. consi. 152. nu. 11. lib. 4. & consi. 109. nu. 27. lib. 4. Et in indiuiduis per inutile vitiatur, Ruyn. consi. 65. lib. 5. & consi. 44. nu. 9 lib. 2.

BIU Cujas

plicem, sed an mercantiam nominatam, quæ habet iudices speciales, puta camerarium Cerdonensem, & est quæstio de coriamine. sed actor dicit, q̄ illud coriamen non fuit venditū per se, sed accessorie ad mercantias pannorum, quęritur, vtrū iudices possint cognoscere? Bar. dicit q̄ nō, quia sunt suspecti ratione sportularum, vt ipse no. ff. ad muni. l. de iure, & ibi est gl. ord. nisi consules per apertam naturam negocij haberent iurisdictionem fundatam, alias non possunt cognoscere, quia vertitur in p̄iudiciū alterius iudicis, & alienus fori. Tu dic q̄ imo possunt cognoscere, vt supra de rescri. super literis. tñ, si volunt sine omni suspicione procedere committant causā alteri, anteq̄ recusentur tanquam suspecti. ff. de iur. om. iud. l. prætor: vel dic, q̄ aut est opposita exceptio suspicionis taliter, q̄ cadat in arbitrium, seu iudicium boni viri, & tunc nō p̄t cognoscere, alias sic. † Quæro, nunquid opposita exceptione
4 suspicionis, si iudex recusatus nihilominus p̄cedit, vtrū processus recusati sit nullus? respō. sic, si est recusatus a lege, & ipso iure, vt in l. 1. C. si quacūq; p̄ditus potestate, sed si nō ipso iure, sed per sententiam ferendam, dicit Inn. q̄ oportet appellare. Sed ꝯ vr̄, qa iurisdictio statim est suspensa, & hæc vera, si recusat̄ delegatus, sed in ordinario est appellandū. Et ita intelligo dictū Inn. quia difficilius est suspendere iurisdictionē ordinariā, q̄ delegatā, nec vllo iure cauet̄, q̄ processus ordinarij sit nullus, vnde stamus regulæ, q̄ dicit, si grauaris, appella, vt C. si sæpius in integ. rest. post. l. 1. † Quæro, nūq̄d recusatus pos-
5 sit mādare arbitris q̄ assignent certū terminum ad p̄bandū? rñdeo non, sed bene pōt assignare eis terminū ad expediēdā cām suspicionis, intra quē terminum, q̄ debet esse cōpetēs, & discretus, ꝙ tinentur assignationes dilationū, & reliqua fienda iudicio arbitrorū, quib. summa causa suspicionis cōmissa est vt hic. arctare igitur arbitros per singulos actus non potest. c. legitima, de appel. in 6. sed statuere terminum complexiuum potest arbiter, quia sic se habet iudex ad arbitrium, vt no. ff. de arb. l. item si vnus. §. 1. & arg. ff. de optio. l. mancipiorum, alias
6 nūquam finis esset litibus, q̄ est absurdum. † Quæro, nūquid recusatus possit statuere terminum partib. ad eligendum arbitros? respon. sic, vt C. de iud. l. pen. Item ad comparendum coram eis, argu. C. de appellatio. l. præses. Quæro, quid si arbitri non diffiniunt infra terminum? respondeo. reuertitur iurisdictio ad iudicem recusatum. cap. legitima, de appella. in 6. nec potest vlterius recusari, cum causa recusationis sit deserta, & hoc probo tali ratione, non minus est suspectus iudex appellationis, q̄ iudex recusatus, & tamen appellatione deserta reuer-
7 titur iurisdictio ad iudicē a quo, vt C. de appel. l. eos, nec debet reputari suspectus, cum satisfecerit iuri. † Quæro, vtrum isti arbitri habeant iurisdictionem ordinariam, vel delegatā? glo. dicit q̄ habent quasi ordinariam, nam cum eligātur per partes, non possunt dare iurisdictionem ordinariam vel delegatam, vt C. de iur. om. iud. l. priuato, sed l. dat iurisdictionem quasi ordinariam. melius dixisset gl. quasi delegatam, quia est iurisdictio sing. & est expressum. C. de iu. l. pen. in fi. territoriū
8 non est de substantia iurisdictionis ordinariæ. † Gl. mouet alibi similem quæstionem in materia feudorum, vtrum pares, siue proceres, habeant iurisdictionem ordinariam, vel quasi. Et gl. determinat, q̄ habēt iurisdictionem ordinariam specialem in ipsis feudis, qui possunt dici ad vniuersitatē feudorū, cum sit generale statutū in feudis, non nominatim ad aliquas personas, puta ad Titium, vel Seium, vt no. in c. 1. de inuestitura in maritum facta, super verbo, ad dominum, vbi omnino vide. Item in feudis est vnum speciale, q̄ licet dominus videat suspectus. id est minus fauorabilis contrariantibus inuicē, va sallus tamen ipse non remouebitur a cognitione, quę competit ei iure proprietatis, & nō vt nudum ministerium. sed procedit in causa non solus, sed adhibita curia, & p̄ceribus suis, & est rationabile, quia non debet quis ex sola suspicione perdere administrationem rei propriæ. Item suspicio purgatur ratione procerum, vt in Auth. vt differētes iudices. §. 1. & ff. de
9 eden. l. si quis ex argentarijs. §. 1. † Quæro, nunquid isti arbitri teneantur acceptare? respon. sic, quia isti arbitri subrogantur loco iudicis recusati, ergo &c. vt ff. de mu. & honō. l. munerū. §. iudicādi. C. de aduo. diuer. iudiciorum. l. sancimus. C. de p̄xi. sacrorum scriniorum. l. in sacris, lib. 12. c. sicut enim. 11. q. 1. Sed extra iudicium nemo compellitur arbitrum acceptare, vt no. C. de ꝓtrahen. empt. l. fi. & in l. 1. ff. de leg. 2. immo dicit gl. q̄ non est satis prudens, qui suscipit in se compromissum, vt Auth. vt differentes iudices. §. 1. & ff. de arbit. l. cū lege, in fi.
10 † Quęro, a nūquid in causa suspicionis sit offerendus libellus,
a an vero sufficiat qualiscunq; petitio. Gl. Accur. dicit q̄ nō est necessarius libellus. ff. de procu. l. in causa. §. hæc autem cognitio. & certe cum recusatio iudicis habeatur in scriptis, ipsa p̄ductio recusationis postea facta coram arbitris habetur pro libello, quia cognoscere de recusatione est quoddam officiū mercenarium. vnde nō requiritur libellus pro solemnitate, vt no ff. de iterrog. act. in rubrica, & ff. de iud. l. & si restituat̄,
11 in prin. † Quæro modo, si recusans est contumax coram arbitris, vtrum statim iudex recusatus potest iurisdictionem resumere. Respon. nō, sed debet expectari, quod labatur totus terminus præfixus circa decidēdam causam suspicionis, Inn. & Io. An. Nam interim res est dubia, quia etiam pro contumace posset ferri sententia. Item de natura termini est, q̄ debeat expectari, vt C. de dilatio. l. siue pars. nec puto, q̄ recusatus posset hūc terminum abbreuiare, quia suspensa est interim sua iuris-
12 dictio. † Quæro, vtrum exceptio suspicionis possit opponi hoc modo, dico te suspectum, & vbi deficerem in probatione suspicionis, dico te non posse procedere, quia es infamis? Dicit Bern. q̄ exceptio suspicionis debet p̄cedere omnes alias exceptiones, in quibus requiritur sententia iudicis, quia opponendo alias exceptiones vr̄ eligere eius adiutoriū, ergo postea nō pōt dicere eū suspectū, vt ff. de iud. l. & si restituat, in prin. non sic dico, si vtit̄ alijs defensionibus, in quibus non requirit̄ sententia, vt si petat edi libellū, vt in auth. offerat̄. C. & ff. de iud. l. nō vr̄ in iudicem cōsensisse. Sol. credo q̄ talis modus excipiēdi procedat, qa in vtraq; exceptione declinatur iudicis cognitio. nā ēt de infamia sua ipse nō pōt cognoscere, sed debet iri ad arbitros, & sic ex pluribus causis pōt iurisdictio declinari sicut posset ita obicij, dico te suspectū qa capitalis inimicus, & qa nimis fauorabilis aduersario, vt no. in c. legitima, de app. lib. 6. in nouella, & vide Bar. ī l. q̄dā ꝙsulebat, de re iud. Si quis enim opponeret exceptionem solutionis, vel præscriptionis hoc modo, dico me nō teneri, quia solui, uel p̄scripsi, & deficerem in probatione, dico te nō posse cognoscere, qa es suspectus, inepte exciperet, quia non potest iudicem allegare suspectum, nisi alleget in quo articulo causę. non enim po-
13 test variare, & ipsum pro parte approbare, & pro parte reprobare. † Pone, dictat statutum, q̄ discordantibus iudicibus debeat eligi tertius. Modo quæritur, vtrum intelligatur de discordia principij, vel medij, vel finis? Respō. de qualibet ſm Host. nam discordia principij, vel medij est obstatiua finis. Nam si non tenet principium, vel medium, ad finem non potest peruenitri. Item si ferant contrarias sententias, tanq̄ nihil egerint, adhuc cogendi sunt eligere tertium, cum quo ambo, vel alter poterunt concordare, & valebit sententia, & hoc dico per tex. istius c. & p id q̄ no. Io. An. secūdum Host. in c. legitima, ĩ. de app. lib. 6. in apostilla quæ incipit, Host. intelligit. idem, si discordant in hora diei, puta, quia vnus vult sedere pro tribu-
14 nali in mane, alter de sero & facit. ff. de leg. 1. l. huiusmodi. §. fi. Extra quæro, vtrum suspectus prelatus teneatur satisdare? glo. Accur. dicit, q̄ quilibet suspectus tenetur satisdare. ff. de iud. l. 2. §. sed si dubitetur. q̄ est verum, quando est suspectus animi vitiositate, secus, si fortunæ calamitate, & hoc in debitore suspecto. Sed officialis remouetur, si sit de eo ita grauis suspicio, vel dolus, q̄ nullo modo sit tolerandū, alias additur ei socius, vt ff. de suspec. tutori. l. si tutor. aliquæ tamen coniunctæ personæ debent remoueri, non facta mētione doli, ne insurgat infamia. tex. est ibi vnicus.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Adde q̄ suspectus iudex non dicitur ex eo, q̄ quis de per se iuret illum suspectum, sed ad iudicem est deferendum, nisi deficiat ordinarius. Ruy. cons. 6. nu. 6. & 8. lib. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictio delegata non prorogatur ad personas in rescripto non expressas etiam de ipsarum consensu.*
2 *Reale quomodo cognoscatur a personali.*
3 *Delegatus ad litem sibi commissam, duntaxat tutorem, vel curatorem dare potest.*
4 *Scholaris si accipit mutuum in studio, potest ibi cogi ad illud restituēdū.*
5 *Promittens soluere certo loco in termino, si non soluerit, potest conueniri ex eo contractu in illo loco.*
6 *Soluere qui promisit alibi, an possit soluere in loco celebrati contractus, vbi alias forum non sortiebatur.*
7 *Moneta si diuersa frequentatur in loco contractus, quam in loco solutioni appositio, de qua fieri debeat solutio.*
8 *Interesse temporis, an sit habenda ratio.*
9 *Obligare se potest aliquis ad pœnas spirituales.*
10 *Prorogatio an habeat locum vbi iudices sunt taxati ad causas.*
11 *Prima iurisdictio an possit prorogari in iudicem appellationum.*
12 *Prorogari an possit iurisdictio de territorio ad territorium alterius iudicis.*
13 *Ad vsuras dandas cur non potest quis sponte se obligare.*
14 *Soluere qui non potest, an possit excommunicari.*
15 *Non soluens in termino, ad quem se obligauit sub pœna excommunicationis, non est excommunicatus, nisi feratur sententia, sed pœna pecuniaria committeretur.*
16 *Prorogatio non habet locum in foro pœnitentiali.*
17 *Prorogatio an possit fieri seorsum ab actis.*
18 *Prorogauerunt partes ignorante iudice, an valeat processus iudicis ignorantis prorogationem, & errantis.*

19 Senten-

BIU Cujas

19 *Sententia lata a iudice sciente quem citatum, & terminum elapsum nescientem tamen eum esse contumacem, an valeat.*
20 *Prorogatio quadruplex, scilicet iurisdictionis, compromissi, dilationis, & contractus.*
21 *Iurisdictio primo data & iurisdictio progata, an sit vna iurisdictio.*
22 *Statuto cauet, q arbitri debeant diffinire causam infra mensem a die cõpromissi sub certa pœna, & partes prorogent, an arbiter euadat pœnam.*
23 *Actio de peculio, an sit nomen vel titulus actionis.*
24 *Infans an possit beneficium ecclesiasticum obtinere.*
25 *Infans an possit succedere in iurisdictione regali.*

CAP. XL.

1 ¶. Et G. per. † Delegata iurisdictio ad personas non expressas in rescripto etiam de ipsarum consensu prorogari non potest.
2 h. d. † Quæro, quia hic dicitur, q omnis delegatio est personalis ex parte rei & actoris, quomodo cognoscitur psonale a reali? Respon. in muneribus reale est omne, quod sequitur fundum, & vide. j. de iu. c. ga V. vbi rescriptum intelligit reale, & est casus specialis. Casus, qdã mercatores impetrarunt literas contra quedam episcopum sup quadam summa pecuniæ, & obtulerunt libellum durante iudicio, & iurisdictione dicti P. & G. cum deberent recipere a quodã Ioanne certã quantitatẽ pecuniæ, fecerunt pactum, q si pecunia ipsis debita nõ soluerẽt, q dictus abbas in dictũ Ioannẽ pferret sententiã excõmunicationis & interdicti. Et qa nõ soluit, dictus abbas dictas sentẽtias pmulgauit, quæritur qd iuris? Respondẽt, q cũ in dictum Ioannẽ nullã iurisdictionẽ habebat dictus abbas, merito nõ potuit progari. No. q si nõ valet progatio, nõ valet adiectio pœnarum. Et tamen vnus frater non tenẽt p alio, licet simul habitent. C. de decu. l. licet ĩdiuisa, lib.
3 x. † Iudex delegatus nõ potest dare tutorẽ, vel curatorẽ gene-
4 ralẽ, sed ad litẽ sibi cõmissam sic, vt c. fi. de iud. li. vj. † Si schola-
a ris accepit mutuum in studio, potest ad restituendum illud ibi cogi, quia ibi habet pergulam, Paulus. ratione rei communis rescriptum concessum vni videtur concessum consorti. C. de diuer. rescrip. l. si libellum. No. q nõ potest qs se submittere iurisdictioni eius qui nullam habet iurisdictionem, vl habet, sed nõ prorogabilem. Prorogatio alia simpliciter, vt quãdo quis se submittit solutioni siue in certo loco, vt Florentiæ, siue in loco loci, vt coram iudice Mercantiæ Florentinorum, & est tertium genus, quando quis renunciat priuilegio fori. Sed pone, hodie contraxi tecum Papiæ, cras facio pactum nudum more mercatorum, q debeo soluere Florentiæ, quæritur, vtrum Florentiæ videar contraxisse? respon. sic, inter mercatores & alios negociatores psumitur hic constituta pecunia.
5 & est istud c. multum notabile. † No. q ille, qui promisit soluere certo loco in termino, si nõ soluerit, potest conueniri ex eo contractu in illo loco, & habet ratio interesse actoris, & rei si reus petit interesse, secus eo non petente. Item secus in actionibus bonæ fidei, vbi habetur ratio interesse actoris, & nõ rei, quia interesse, q succedit loco rei in bonæ fidei iudicijs, licet dari sit in obligatione, venit iure actionis, & non loquitur de
6 isto interesse. † Quæro, nunquid ille, qui promisit soluere in alio loco, possit soluere in loco celebrati contractus, vbi als non sortiebatur forum? & dic q non, quia diuersitas loci inducere diuersitatem debiti, sicut diuersitas tẽporis, vt l. 3. de bo. auth. iud. pos. & l. contraxisse, de ac. & ob. & l. exigere dotem, de iudicijs, licet gl. notet contrarium in l. eum q. §. j. vel dic, q illa gl. est vera, si promissor nõ vult soluere ĩ loco destinato. Nam duo videnter esse præcepta, vt ff. de arb. l. Celsus. Vel dic, q si locus est statutus fauore debitoris, potest, si creditoris, nõ potest, sicut dicimus in tempore. ff. de verb. obl. l. q Ro-
7 mæ, in prin. † Item si vna moneta frequentaretur in vno loco, alia in alio, ad quam monetam deberet solui, adest de reg. iu.
8 l. semper in stipulationibus. Quæro, nunquid habeatur ratio interesse temporis? respon. sic, quando propter moram rei dãnificatus est actor, & est speciale in pecunia, vt veniat interesse intra rem, quia non cadit interesse intra rem, & hoc di. illa notabilis. l. ff. de in litem iurando. l. numis, & gl. in l. cũctos populos, de summa Trin. licet cõtrarium notet, in l. socium, qui in eo. ff. pro socio. Sed ibi loquitur in interesse conuento p singulos menses, vel annos, quod potius est vsura, & sic nõ obstat, & tene. menti. Pone, q creditor est in possessione pignoris, & percipit fructus. dicit ipse, placet tolle fructus, & ego volo interesse, quærit quid iuris? nam leges simpliciter dicũt, q fructus extenuant sortem, nec videt debitor in mora, nõ qa soluerit, sed quia creditori quodammodo satisfecit eius intẽtionem adimplendo, & facit ad hoc illa. l. no. ff. de sol. l. Titia.
9 † No. q potest quis obligare se ad pœnas spirituales, nõ q per viam contractus possit quis excommunicari, sed obligari vt excommunicetur per sententiam, nec etiam potest quis se in excommunicationem reponere. l. vnus. §. pactus, de pactis, dũ modo talis obligatio alias habeat fundamentum, arg. a ꝓrio sensu huius c. secundum Ber. Gl. Ber. distinguit hic de triplici
b prorogatione. bs. temporis, rei, & psonæ, & hoc in iurisdictione contentiosa, sed in iurisdictione voluntaria dic, vt in l. 1. C.
10 de emanc. lib. † Quæro, vtrum, vbi sunt taxati iudices ad causas, habeat locum prorogatio, puta dictat statutum, q iudex portæ S. Petri sit iudex viduarum, nunquid alij poterunt prorogare iurisdictionem eius? & vr q non, ne ꝓfundantur processus, & iurisdictiones, vt no. secundum Iac. de Are. in l. 1. C. de iur. omn. iud. & vt taxatio iudicis aliqd operet, arg. C. de testa. l. ꝓsulta diualia. † Quæro, nunquid in iudice appellationũ
11 possint alij prorogare primã iurisdictionẽ? & puto, q nõ, quia iurisdictiones non sunt eiusdem rõnis, cum cã appellationis sit mixti imperij, nec debeat idẽ esse iudex a quo, & iudex, ad
12 quẽ. † Quæro, nũquid iurisdictio possit progari de territorio ad territorium alterius iudicis? respon. non, qa nulli pest iurisdictioni, sed est omnino priuatus, qa istud ẽ extra fines rerũ, & personarum, & facit. ff. de sol. l. quæro. Licet iudici sit datũ liberum, & plenissimum arbitriũ, tñ nõ põt sibi prorogare terminũ. ff. loc. si in l. Ber. Anteq iurisdictio incipiat, progari nõ põt, qa de aliqua ad aliquam est prorogatio, & sicut nulla est q defijt, ita quæ nondũ incipit, de ver. ob. l. x. de cond. & dem. l. Titio. j. e. cum plures, in fi. Si plus est in vsura dotis, quã oneribus matrimonij, nihilominus vir lucratur. ff. mãdati. l credi-
13 tor. §. pen. † Quare ad vsuras dandas non potest quis se sponte obligare? respondeo, quia est peccatum, & dicit Io. And. q cã vsurarum est spiritualis. c. fi. de iureiu. lib. 6. Pau. dicit q nõ est spiritualis, licet ecclesiastica, quia sumit originem a peecato.
14 hoc no. Arch. 14. q. 5. quid dicam. † Quæro cum Inn. dicit lex q propter infirmitatem non differtur solutio debiti. ff. de here. inst. l. si quis instituatur, in finc. vtrum ille qui non potest soluere possit excommunicari? & sentit Inn. q non, quia non est in mora. Istud dictum Inn. est verum in eo, qui tenetur ad factum. Secus in eo, qui tenetur ad dandum, vt ff. de ver. obl. l. continuus. §. cum quis, alias, §. illnd. vel ibi loquitur in alia pena. nam illud est in sententijs censuræ, quæ rediguntur ad instar fori pœnitentialis, vbi sufficit dicere, miserere mei Deus, ex quo quis non habet, vnde soluat. Item sententia excommunicationis est quædam mulcta, q remitti potest propter inopiam, p hoc lex no. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. fi. vel dic, q Inno. loquitur in clerico, cuius paupertas est notoria. ff. de proc. l. Titius. Quæro, pone mutuaui pecuniam cuidam mercatori, qui supposuit se iurisdictioni episcopi, qui episcopis immediate eidem mercatori præsenti, & acceptanti mãdauit, q sub pœna excommunicationis solueret ad certum terminum, q ex nunc, prout ex tunc protulit in scriptis, vtrum interim possit appellari? dicit Io. And. q non, & omnino standum est sententię, Io. An. & sic potest in die contractus iudicari de volũ-
c tate partium, quod c alibi non reperitur. † No. q licet quis non
15 soluat in termino, ad quem se obligauit sub pena excommunicationis, tamen non est excõmunicatus, nisi feratur sentẽtia, sed pœna pecuniaria bene committeretur ipso iure, vt eleganter no. ff de pac. l. rescriptum. §. si pactum. vincula enim cẽsuræ sunt a ceteris pœnis diuersæ naturę, dicit Io. An. q potestas excommunicandi oritur ex authoritate clauium, non q possit prorogari per consensum priuatorum, scilicet in eum,
16 qui non habet hanc potestatem. † Idem ait, q in foro pœnitentiali non habet locum prorogatio. certe nec est ibi vera iurisdictio, sed est quædam permissio diuina, quæ prorogari non potest nisi ab ipso Deo, q̃q̃ largo modo vocemus pœnitentiarios iudices animarum, hoc apparet, quia non fit litis cõtestatio coram eis, ergo non potest fundari prorogatio, vt ff. de iu. om. iud. l. si conuenerit. Non ob. l. receptum, eo. ti. quia illa debet intelligi cum eadem distinctione. s. vt litigator non pœnituerit ante litem conte. Alij dicunt, q illa l. receptum, loquitur in submissione, quæ fit iudice præsente, & acceptante, & apud acta iudicij. Sed nunquid illi legi, si conuen rit, põt renunciari per pactum? & videtur, q non, quia illa lex continet ius publicum, nisi forte interuenit iuramẽtum, dic vt j. de fo. comp. si diligenti. Item illa lex non habet locum in prorogatione tacita, quæ potest fieri cum effectu etiam ante litem cõtestatam, vt ff. de iu. l. sed & si susceperit, in princ. quod est no.

Quæro,

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde q scholaris in loco studij conueniri non potest pro contractib. alibi celebratis, nisi in loco studij per decẽ annos steterit. gl. in l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iure. in l. 2. de incol. lib. 10. & in l. 2. §. sed vtrum. ff. de iud. Bar. in tract. Repræsal. q. 5. Alex. in l. cum filius. ff. si cer. pet.

b Vide etiam de materia vltra alleg. hic per scribentes, quæ subtiliter scribit do. Bar. Soc. in l. serui, in prin. ff. de leg. 1.

c Inuenio q istud dictum, refert & notabiliter sequitur d. Ia. in l. si conuenerit, in fi. in ver. 3. lim. ff. de iurisd. om. iud. & ita sæpe vidi obtineri in actu practico.

BIU Cujas

17 †Quæro, nunquid prorogatio[a] possit fieri seorsum? rñd, sic, vt
a & compromissum, Io. And. & sic vnus pōt vna die prorogare;
alter altera ēt in habentem iudicem, sicut & compromittere,
18 quod est no. † Quæro, partes prorogauerunt iurisdictionem
ignorante iudice, vtrum valeat processus iudicis ignorātis &
errantis? & vī q̄ nō, vt ff. de cond. & dem. l. multum interest.
q̄rium est verum, tex. est no. in l. 2. §. sufficit. ff. de iud. Vnde li-
cet iudex debeat scire iurisdictionem principalem, non tamē
oportet, q̄ sciat accessoriam, quod est no. dignum. † Ex hoc in-
19 fertur ad talem qōnem, pone q̄ iudex scit aliquem citatum,
& lapsus est terminus, sed nescit eum contumacem, quia nū-
cius nondum retulit, vel retulit, sed ipse non vidit relationē;
& iudex supine pronunciauit, an teneat snīa. Bar. dicit q̄ non.
vel dic q̄ pendente relatione nuncij non valet snīa, sed si retu-
lit, valet, licet iudex ignoret de relatione & contumacia, quia
ignorantia iudicis non reddidit nullum id, quod habet verita
tis fundm̄, vt ff. ad Tre. l. seruo inuito. §. cum prætor, alias sem-
20 per oporteret probare, q̄ iudex viderit relationem nuncij. † Et
no. q̄ triplex est prorogatio. s. iurisdictionis, vt hic, cōpromis-
si, vt ff. de arb. l. diem proferre, & dilationis, vt ff. de ver. oblig.
cū stipulatus sum mihi a Proculo. Est & quarta prorogatio. s.
vnius q̄ctus ad alterum eiusdem formæ & naturę, & terminus
non mutatur, vt ff. de prec l. sed si manente. §. qui impleto. Sed
de non q̄ctu ad contractum non est prorogatio, nec ecōuer-
so. s. de q̄ctu ad non q̄ctum. omnis. n. prorogatio debet habere
duo extrema, & medium continuum, ac (vt cum grammati-
co loquar) suppositum & appositum. i. terminum, a quo, & fi-
nem, & isti termini differunt, quia mutato termino, a quo, nū
quam procedit prorogatio proprie sumpta, vt si dico, q̄ q̄xi in
Martio, incipiat in Aprili. l. lecta. ff. si cer. pe. Sed mutato termi
no, ad quem, bene procedit prorogatio, si fiat durāte termino,
& durante statu eiusdem oblonis. Cæterum mutato statu nō
dr̄ prorogatio, sed nouus q̄ctus, vt ff. de præt. stip. l. pe. & ff. loca.
l. cum plures. §. pe. & l. dicta. Et no. q̄ tempora præcisa a l. statu-
ta prorogari non possunt, ar. ff. de iud. l. 2. §. sed & iudex, & C.
21 de iud. l. properandum, in prin. † Quero, vtrum iurisdictio pri
mo data, & iurisdictio prorogata sit vna iurisdictio numero,
an duæ: & vī q̄ duæ? quia accedens & subiectū non sunt idē.
Item principale & accessorium non sunt idem. ff. de pac. l. iu-
ris gentium. §. quinimo, & l. 4. C. depositi. Sed iurisdictio pri-
maria est subiectum, & secundaria est adiectio, seu accidens,
ergo non sunt idem. Nam ēt accidens, quod immobiliter im-
pressum est subiecto, non est idem numero, cum subiecto, q̄
habet, quia habent diuersa diffinita. in q̄rium vī casus in d. l.
sed si manente. So. interdum prorogatur vita, q̄ nihil est aliud
quam rei viuentis substantia, & tunc non est idem numero.
interdū fit prorogatio de re ad rem, & tūc nō est idē numero.
Interdum fit prorogatio de possibili ad contingens, vt in iu-
risdictione ordinaria prorogata, & tunc habet se vt genus, &
species. Nam iurisdictio ordinaria propter sui vniuersitatem
est omnium capax & in potentia ad omnia particularia, & po
stea contingenter deducitur in actum, & propter eandē quid
ditatem naturæ fiunt vnum & idem: Sicut si paruum flumen
intraret magnum flumen. Item sicut dependentia dr̄ vnum
cum principali. Item vnum qñq; dr̄. i. vnitum: vel dic, vt dixi
in c. de causis. s. eo. Item non est proprie prorogatio tpalis, nisi
prorogetur ad vnum terminabile, nō per diuisionem tempo-
rum, nam terminus distinctiuus, non continuatiuus aliā rem
22 facit, vt in l. lecta, si cer. per. & faciunt ad qōnem. † Dicit statu-
tum, q̄ arbitri debeant diffinire causam j. mensem ad die cō-
promissi sub certa pœna: partes prorogant, vtrum arbiter cua
dat pœnam? & dicendum est, q̄ aut est vera prorogatio, & ar-
biter euadit pœnam: aut est nouum cōpromissum, & tunc de
rigore incidit in pœnam, secus de æquitate, quia pœna statuti
requirit moram, sed hic nō est vera mora, cum litigatores rei
sue sint arbitri & moderatores, vt ff. de arbi. l. arbiter ita. 2. re-
23 sponso, & l. si cum dies, in prin. & l. si qua. §. fi. eo. tit. † Item præ
dicta faciunt ad qōnem vltramōtanorum, vtrum actio de pe-
culio sit nomen, siue titulus actionis? & dicunt, q̄ sic. vnde li-
cet debeat exprimi actio in libello fm Legistas, satis est dicere
in libello, ago actione de peculio ad x. quæ debeo recipere, qa
vendidi talem rem filio tuo. Nam istud, quia vendidi, non est
actio, sed causa, vt no. ff. de eden. l. j. in prin. Sed glossatores dñt,
q̄ non est actio, sed adiectio. i. modificatio, seu dria, siue quod
dam accidens. Tu dic, q̄ est actio & adiectio diuersis respecti-
bus, cum habeat in se propriam quidditatem. v. g. q̄ctum est
cum filio pupillo, qui non obligatur, nisi naturaliter, pater ta-
20 ꝙ eſt no. ad probandũ, ꝙ gentes, q̃ derobauerunt quaſdã villas, eſſent de gentib. cuiuſdam nobilis, teſtes dñt vera eſſe, interrogati, qualiter ſciunt, dixerunt ꝙ viderunt poſt effectum ſubſecutũ, qa res derobatas, & gentes prædictas dictus nobilis recepit in caſtro ſuo, cũ hr̃ent inuicem guerrã. Quærit, an ꝑbent? rñ. ſic, per ar. a ſolitis, qa ita ꝓſueuit fieri, ar. ff. de proba. l. cum tacitũ, in fi. Sed ſi non hr̃ent inuicẽ guerrã, iſte nobilis præſumeret receptator, & dẽt malefactores exhibere, & ſi nõ poſſet exhibere ꝑſonas, deberet exhibere res, vt col. de pace tenen. & eius violatorib. §. ſi iudex clamore. dicit Inn. ꝙ q̃n teſtis eſt interrogatus de cã ſcĩæ in notorio, dẽt dicere, qa publice vidit fieri in tali loco corã populo, vbi erat multitudo co-
21 pioſa videns & aſtans. Inn.† Item dr̃. C. de teſti. in l. teſtiũ, ꝙ nemo põt ſcire, ſi alius videt, vel ſi alius audit, ꝙ verum eſt directe, ſed indirecte bñ põt per præſumptionẽ naturę ſcire, qa ille, qui corã eſt, videre præſumiẽ & audire, niſi ille q dr̃ pñs, ꝯrium aſſeueręt, vt no. Bar. in l. fi. ff. de auth. tu. ſed dictũ ſuũ dẽt
a intelligi a ad excuſationem teſtis circũuenti per alterius pñtiã corporalem. dicit Inn. ꝙ merum imperium eſt ſupremũ inter alias iuriſdõnes, Inn. & proceſſit ex natura cãrum. Item quicquid princeps prætori ſuo reſeruat, merum imperiũ eſt. legiẽ. n. in vſib. feudorum, ꝙ aut agiẽ de iure poſſidendo in re alterius, aut agiẽ de libertate rei propriæ, & ſic de iure poſſidendo in re propria: primo caſu in ſacro non fit mentio conſcĩæ, vt dicat, iuro in conſcĩa mea, ꝙ ita eſt, quia iſtud iurm eſt magis de aĩo, q̃ de re & virtute. Scdo caſu aut in facto proprio, & dẽt iurare aſſertiue, aut in facto alieno, cui iurans non interfuit, & tunc ſufficit iurare ꝑ conſcĩam ſuam, vt ſi iuretur de facto patris, vel aui, vel aliorum aſcendentium, vt in Auth. de ꝓſtitu. re. feu. §. ſacro. hanc doctrinam traho ad teſtes, qa iurando de conſcĩa ſunt ſingulares, & impoſſibile eſt, ꝙ per teſtes ſingulares probeẽ notoriũ niſi actus, de quo deponunt, ſit idem a-
22 ctus genere, licet non numero, v. g. ꝙ aliquis ſit pub'icus vſurarius, iſtud eſt quoddam genus, ſed ꝙ mutuauerit Titio, vel Seio, iſta eſt quædam ſpecies.† Teſtes ergo ꝓcordantes in genere probãt generis notorietatẽ & qualitatẽ perſonæ, licet poſtea per ſingulos ſe diuidant, vt quia vnus dicit, vidi, ꝙ publice mutuauit Petro, alter dr̃, publice vidi, qñ mutuauit Seio, nam hoc aduerbiũ, publice, eſt genus prędicans de pluribus differentib. numero, vt plene dixi in l. j. C. de teſt. in lec. vbi videas.† Teſtis ꝯrius facit vnum indiciũ, duo, duo, ſed tres tria,
23 & trib. indicijs ſtatur. Scias, ꝙ qñq; teſtes ſunt ſingulares, quia actus ſui nã non hẽt ꝓteſtem, vt cum teſtis dicit notoriũ, qui eum examinauit, non ſcripſiſſe verũ. Nam cum hoc intret loco ſecretũ iudicis, & tabellionis, iſte teſtis non põt hr̃e ꝓteſtem, vt C. de teſti. l. nullũ, & ideo in iudicijs acta non regrunt conteſtes ab extra. nã hoc maxime pp teſtimonia inductum eſt, quia ſecreto examinanẽ, vt C. de teſti. l. teſtiũ.† Modo quęritur vtrum ꝓfeſſio poſſit dici erronea, ſi quis ꝓfitetur eſſe notorium? Nã cum error debeat probari, probando primo rẽ aliter ſe hr̃e, quo probato præſumiẽ error in facto alieno, vt no.
24 ff. de interro. act. l. de ætate. §. fi. in vlt. gl. quæ eſt ſingularis, qũo poterit reprobare ſeipſum? Ego dico, ꝙ in facto proprio, ẽt ꝓbando rem aliter ſe hr̃e, non præſumiẽ error, ſed præſumitur confeſſio ſine cã, imo ꝯ cãm, quę ꝓſiſtit in terminis veritatis. Et ideo non obeſt reuocanti: nullo. n. extremo exiſtente vero neq; actiuo, neq; paſſiuo, ĩpoſſibile eſt ex maleficio, ꝙ nõ eſt, aliquem ꝓdemnari eius rei noĩe, cum nulla poſſit eſſe actio,
25 de hoc no. ĵ. de diuor. c. ex literis.† Quæro, vnus teſtis dicit, ꝙ qñ populus ibat ad indulgentiã, in illa multitudine populoſa Titius fuit interfectus a Seio. Alius teſtis dicit, ꝙ dũ populus reuertebaẽ ab indulgentia, in illa multitudine numeroſa idẽ Titius fuit interfectus à Seio. Quęro, vtrum probatũ ſit maleficium, & ꝙ amplius eſt, notoriũ? Rñ. ſic, ꝙ iſti non deponũt diuerſa, cum in eundẽ finẽ conſonent. nam vbi idẽ finis, idẽ teſtimonium. nec nocet, ꝙ in narrandi modo diſcrepent, cũ iſta verba narratiua proferanẽ a teſte nõ iurato ſuper eis, nec ſunt verba, quę attingant medullam qõnis, vel eius circunſtãtias requiſitas, hoc probaẽ. C. de pę. l. qui ſnĩam, ibi, ꝓcordantes in rei finẽ, & ĵ. de verb. ſig. c. nihil obſtat. certe ibi ſunt diſ-
26 cordes in tpe. l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti.† Sed quid ſi teſtis dicit verũ eſſe, prout ponit. ſ. homicidium, & notoriũ? interrogatus de cã ſcĩæ dixit, quia vidit, interrogatus, qd eſt dicere notoriũ, dicit ſe neſcire, quęriẽ, vtrum iſte teſtis probet maleficiũ ſimplr? & vr̃ ꝙ non, quia iſte vr̃ variare, quia ſi non eſſet interrogatus, quid eſſet dicere, & quid eſſet notoriũ, probaret notoriũ, nunc vero nõ probat, ergo variat, & ſic ei nõ creditur, vt ff. de teſt. l. qui falſa. ꝯ dico, quia deficere in redditione cãæ nõ eſt variare, ſed eſt neſcire plus, & quoddã declaratiuũ neſcire, vt C. de teſtib. l. ſolam. Procede aliquantulum philoſophice, & dic, ꝙ in omni teſte requiriẽ intellectus, eſt aũt intellectus, ſm Auguſtinũ oculus aĩæ diſcernens verũ a falſo. no.
b tñ, ꝙ ſola veritas eſt obiectũ intellectus.† Falſitas b aũt non cognoſcitur ab intellectu niſi per accidẽs, quia ſi aliquid eſt verum, ꝯrium eſt falſum. Falſum aũt nõ cadit in intellectu directo, qa nihil eſt, vt ff. de ver. ſig. l. Paulus. In teſte aũt requiritur ſenſus, & intellectus, vt ff. de teſta. l. teſtõ. §. fi. Intelligere ergo idem eſt, ꝙ diſcernere verũ a falſo, & per prius verũ, & deinde falſum. nã ſi intelligo nauẽ ex Aſia veniſſe, ſtatim intelligo hanc propoſitionẽ eſſe falſam, nauis non venit ex Aſia, vt ff. de ꝓdi. inde. l. Iul. ver. ſilereq;. quoties aũt vno poſito in eſſe reliquum remouẽ, oportet, ꝙ illa ſint ꝯria, de cond. & demon. l. Titiæ, ſi non nupſerit. Pone, in quadam rixa Antonius fuit ꝑcuſſus in cerebro ita ꝙ in terrã cecidit, & ſtatĩ poſt fuit interfectus Seius a Caio, q̃ A. deponit iſtud maleficium verũ eſſe, quia vidit, excipitur ꝯ iſtum teſtẽ de falſo, quia cũ in cerebro ſit ſenſus cõis, q̃ eſt fons ſenſuum particulariũ, cõcuſſo, dicto ſenſu vſi, alij ſenſus nihil ſentiunt. rñ. teſtis iſte non poteſt excuſari à vitio falſitatis, niſi per vehementem p̃ſumptionem, quæ veritas appellatur, vt no. ff. de acqui. hær. l. cum quidam. §. quod dicitur. nam ſi vidit ante, q̃ conc̃uteretur in cerebro, quod Caius armatus irruebat in Seium inermem, & ſtatim poſtquam

ADDITIONES.

a Vide Fel. in c cum cauſam, de teſtib.

b Vinc. God. Adde ꝙ falſitas, quæ non nocet, non habetur in conſideratione, Ruy. conſi. 17. nu. 9. lib. 4. Grat. conſi. 72. nu. 3. & conſi l. 99. lib. 1. Thom. Gram conſi. 66. nu. 17. Pariſ. conſi. 151. nu. 2. lib. 4.

BIU Cujas

postq̃ dictus A. rediit ad mentem, vidit dictum Seium interse ctum iacẽtem in terra, iste testis excusatur, quod sic ꝓbo. Iste testis probat indicium, ergo non dicit falsum. nam si diceret falsum, non probaret indicium, quia periurus, vt plene no. C. de transac. l. si ex falsis, & hæc dicta sufficiant.

De officio legati. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Legatus est imago principis, & post ipsum maius habet imperium.*
2 *Legatus de latere potest dare inferioribus ꝑlatis & exẽptis vt Abbatibus, & prioribus licentiam transeundi, & exemptorum electiones confirmare.*

1 Incipit † de maioribus officiis tractare, & primo de officio legati, qui est imago principis, vt j. c. volẽtes. ipse. n. post principem maius imperium habet, vt ff. de offic. proconsl. nec quicquam, & in eius felici aduentu lætantur ꝓuinciales, e. ti. l. obseruare. §. obseruare. † Possunt legati de latere dare inferioribus prẽlatis & exemptis, vt Abbatibus & prioribus, licentiam transeundi & exẽptorũ electiones ꝓfirmare. x̃. de consuetu. cum venerabilis, secundũ Io. And. hic in Rub.

SVMMARIVM.

1 *Legatus papæ per ſſimplicem querelam aditur.*
2 *In concessis dignitati præsumitur ignorantia.*
3 *Dictio tanquam, quando ampliet, vel restringat remissiue.*
4 *Legatus, vbi iure metropolitico aditur, an per simplicem querelam nullitatis sententiæ adiri possit.*
5 *Legatus Papæ, an possit deponere episcopum.*
6 *Compromitti de restitutione in integrum non potest, potest tamen compromitti articulus, an quis sit de iure restituendus.*
7 *Statuto, ꝙ causæ finiri non possint, nisi de sapientis consilio, si sapiens cõsulit absoluendum, & iudex dicit, & ita ego pronuncio, an sententia sit absolutoria.*

CAP. PRIMVM.

1 Vmuon. † Legatus Papę per simplicem querelam aditur, Ioan. And. præmitte ad euidentiã, ꝙ adire al quem ꝑ simplicẽ q̃relã est adire sine medio. i. non ꝑ appellationẽ, adire aũt ꝑ appellationẽ est adire gradatim. ideo. n. sunt facti iurisdictionũ gradus, vt seruent̃, & ne quid prępostere fiat, in Aut. vt ab illustribus, & qui super eos sunt, in rubro & nigro. Casus. archiẽps Cantuarien sis est semper legatus domini papę in prouincia sua ex dignitate loci. quęritur, vtrum per simplicem querelã possit audire causas suffraganeorum suorum? rñdet, quod iure metropolitico non posset audire nisi per appellationem, & non per simplicem querelam, sed iure legationis, quia est legatus papę, potest audire etiam ꝑ simplicem querelam, & sic ex vno officio ꝓmittitur, ꝙ ex alterius qualitate negatur, & est rõ, vt aliquid operetur legatio, vt l. j. ff. ad muni. † No. ignorantiam non præsumia in his, quæ concessa sunt dignitati, & hoc per verbum, non ignoretis, i. nõ debetis ignorare. l. si tutor. C. de peri. tu. Quæro, nũquid ꝓcedit iste libellus, corã vobis dño archiepo, nec dicit, legato? rñ. sic, quia tacite intelligitur ex ꝓpetua annexione legationis, ar. ff. de test. mi. l. [illegible]. secus si in libello diceretur sic, coram vobis dño archiepo tanquã archiepo, quia tunc non procederet libellus per simplicem querelam. quia intẽtata esset iurisdicto incompetens, & incompetenter, & sic dictio, tanq̃, debet cõsiderari, vt ff. ꝙ cuius. vni. no. in l. item eorum. in prin. † & dictio, tanquam, interdũ ampliat, interdum restringit, vt l. j. §. solet. ff. qñ app. sit. † Quęro, nunquid possit adiri per simplicem querelam nullitatis sniæ. s. qñ adiit iure metropolitico? & dico ꝙ sic, qñ vitium ꝓnunciantis trasferr iurisdõnem, vt C. de accusa. l. absentem. † Quærit hic Ber. vtrum legatus papæ possit deponere epm? dicit ꝙ nõ, qa hoc est de reseruatis papæ in signum apostolatus. Nam si idẽ possent legati Cardinales, quod papa, per omnia, nõ esset dria nisi nominis, & multi essent papę, quod esset falsum. Istud est certum, ꝙ nomina indicant esse dignitatis vt C. de fer. l. nullo, & C. de offi. præsi. l. j. in verbo, ex ipso nomine. & qui non pertinet ad nomen rei, nõ peruenit ad eius officium, vt C. de ꝓba. l. cum precibus. Dicit hic Io. An. ꝙ licet non possit deponere, potest pronunciare deponendum. Io. An. ista duo differũt, quia deponere statim trahit secum executionem, vt ff. de pœnis. l. qui vltimo. Sed pronunciare deponendum non trahit secum executionem, sed est quoddam ꝓambulũ ad depositionem futuram. facit, quod no. in l. j. C. si aduersus liber. & ff. de iud. l. qui se dicit, q̃ est lex ad hoc notabilis, & † habes simile, quia non põt compromitti de restit. in integ. quia arbiter nõ põt in integrum restituere, sed bñ põt compromitti articulus iste, an quis de iure sit restituẽdus, vel nõ, adeo ꝙ si in primo compromittat̃, pęna non committitur, si ꝙueniatur, secus in secundo casu, quia si arbiter declarat restituẽdum in integrũ pars q̃ se opponit, ne ꝑ iudicẽ i integrũ restituat̃, ĩcidit in pęnã ꝓmissi. ita dẽt intelligi ꝙ no. C. vbi & apud quos. l. fi. in gl. q̃ incipit, cũ pęnã. & no. ꝙ qñ iudex ꝓnunciat quẽ deponẽ dũ, in hoc casu ferunt̃ duæ sniæ de necessitate, vna q̃ iã lata est
7 alia q̃ subsequt̃ quæ est snia finalis ꝙ diffinitiua. † Ex p̃dictis arguũt Doc. iuris ciuilis ad talẽ q̃stionẽ, statuto cauet̃, & cãę nõ possunt diffiniri nisi de ꝓsilio sapientis. Sapiens consuluit absoluendum, iudex dicit, & ego ita pronuncio. Quæritur, vtrũ ista snia sit absolutoria? & quidam dicunt ꝙ non, quia snia se refert ad consilium. Alii dicunt ꝙ sic, & bñ, ac si diceret, ego ꝑ verba de pñti pronuncio, vt consultũ est, qa snia se refert ad effectũ cõsilii. nam mens potẽtior est, q̃ verba, vt ff. de iureiu. l. sed & si possessori. §. sed & si rerum, ibi dum dicit effectũ iurisiurandi sequẽdum arbitror, & cõia p̃diorũ. l. si in venditione, in fi. præsertim si allegationes contentæ in consilio declarant snĩam debere ferri absolutoriam, quia quod de est verbis supplet mens, vt ff. de arb. l. qualem, in prin. & quod no. in l. & puto. §. j. C. fa. erc. & quia ipse iudex, si interrogaretur, ita deberet interpretari, ergo pro expresso dẽt haberi, vt ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. & ff. de serui. l. sicut. imo plus, quia si iudex diceret, ita pronuncio ſm consiliu.m datum eum absoluendum, non sententiaret ſm consilium datum, sed extra consilium, sicut si testator mandaret oẽs seruos suos liberandos a seruitute nam non impleret hęres voluntatem defuncti dicendo eos liberandos, sed dẽt eos manumittere, vt mandatum impleatur. & dicit Be. ꝙ legati Cardinales, qui mittunt̃ de latere dñi papę habẽt iurisdõnẽ ꝑ exemptos, exceptis casibus reseruatis. 18. q. j. frater noster. x̃. eo. quod translationem. x̃. de verb. signi. c. veniens, in prin. li. 6. Sequitur c. studuisti.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Adde quod ignorantia iuris in dubio non præsumitur. Rui. cons. 104. nu. 5. lib. 4. ex qnibus. n. præsumitur. Rui. cons. 26. nu. 21. li. 3. præsumitur tamen ad euitandum delictum. Rui. cons. 100. nu. 5. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Papæ intromittere se nõ potest de cã alteri ſpecialiter per Papam delegata.*
2 *Mandatum speciale habens si eo abutitur, an habens mãdatũ generale poterit eum prohibere.*
3 *Ordinarius speciali iurisdictione abutens, an possit prohiberi per hatentẽ iurisdictionem vniuersalem.*
4 *Iudex minor an sileat in præsentia maioris.*
5 *Rescriptũ principis, fiat iustitia, ad preces ꝑ reuisione sententiæ porrectas an tribuat potestatem sententiam corrigendi.*
6 *Delegatus Papæ, an possit mandare legato de latere, ꝙ exequatur suam sententiam.*
7 *Papa concedit mihi castrum quibusdam cõditionibus, quæ nisi seruetur, reuertatur castrum ad Papam, deinde concedit mihi etiam ciuitatem, cui d. castrum subest, cum omnibus suis castris, postea contrauenio conditionibus, an castrum debeat ad Papam reuerti.*
8 *Et quid si castrũ vt supra concessum est Titio, & ciuitas vt supra Seio.*
9 *Priuilegium primum siue in genere, siue in ſpecie, semper præponderat.*

CAP. II.

1 Studuisti. † Legatus Papæ de cã alteri ſpeciaLiter delegata per papam se intromittere nõ potest. Casus, quęritur vtrum generalis legatus possit causas, quæ delegatis specialiter committuntur in aliquo impedire? rñdetur, ꝙ non, potest tñ eas snias confirmare, si vult idẽ exequi. No. ꝙ vna species non derogat alteri speciei, cum qua sine derogatione põt habere concursum, vt proprietas, & habitatio. ff. de vsufru. leg. l. Sempronio. Extra op. ꝙ pars non derogat toti. l. si alij, de vsufr. leg. Sol. ibi vtrunq; legatum est spãle. & vide C. de lega. l. cum quęstio, in fi. per Cy. qñ species euellitur de generali corpore semper derogat generi. secus, si non euellit de ipso, vt d. l. si alij. Si testator dicit, relinquo Titium gñalem executorem meũ, & Bertam ad maritandas virgines, sola Berta potest virgin.b. maritandis ꝓstituere dotes, qa dos est de executiuis spãlis mandati, vt hic, facit de dote prelegata. l. Theopõpus. & quod no. in c. vlt. de iudi. lib. 6. No. ꝙ mandatum spãle derogat quo ad ipsam spẽm generali. † Sed quæro, quid si hñs mandatum spãle
2 eo abutitur, nunquid hñs mandatum generale potest eum ꝓhibere. & vr̃ ꝙ sic, vt ff. mandati. l. si hominem. Ego x̃ credo in mandatis iurisdõnis, quia quod specialiter est concessum vni alteri vr̃ prohibitum, ar. C. de proc. l. maritus, & ff. de iudi. l. cũ prætor. Item distincta sunt officia, ergo vnus non potest se dę alterius officio intromittere, vt legitur & no. in l. quęcunq;. C.
3 de excu. & exacto. li. 12. † Quæro, quid sit in duob. ordinarijs, quorũ vnus hẽt iurisdõnem vl'em, alter spãlem? & vr̃ ꝙ idem, quia species derogat generi, vt hic, & C. fam. erc. l. quoties. nã si sunt iurisdõnes distributæ & assignatæ, stãdum est in hoc, vt ff. de leg. j. ꝙ in re. §. si qs. In x̃rium vr̃ tex. de off. p̃fe. vrb. l. 1. Sol. aut istæ iurisdõnes differũt tanquam superius & inferius,

BIU Cujas

ſcilicet gradu, & tunc maiori iuriſdōni per minorem nō derogatur, vt ff.de re iu.l.ꝫ pupillū.§.qui ad maius. ff.de iur.om. iud.l. fi. quia licet vna iuriſdictio ſit ſubalterna alterius, aliqua tñ eſt, alias perpetuo eſſet nulla; ꝙ eſt falſum, & vide j̄.de hæ. c.ꝓ hoc, lib.6. Aut differūt tanq̄ genus, & ſpecies; & tunc ſpēs derogat generi, vt ff. de iud.l.ſolēnis. §. latrū culator. qa detrahit generi. ſi aūt vna iuriſdictio venit ad aliā coadiuuandam, vna non derogat alteri, vt j̄.ti. prox. c.j. Si duo ptātes eiuſdem terræ, quilibet pro ſe procedit ꝫ aliquem de eodem delicto, non impediunt ſe concurſu, nam licet de delicto vnius hoīs non debeat ſæpius inquiri, verum eſt lata ſnīa. Sed ante ſic, vt
4 notatur in c. per hoc, de hær. li.6. vel ibi ſpeciale. † Quæro, nunquid in præſentia maioris iudicis ſileat minor? rñ.d. non in iuriſdōne ſua ordinaria; ꝙ dic vt no. Arch. 11.q.1. de perſona. ni ſi lege ſpāli ꝫrium caueatur. ff. de lib. cau. l. cognitio, de dam.
5 infe. l. 4. §. ſi tam vicinū, & no. C. de do. l. in hac. † Quæro, ſupplicatum eſt principi ſuper reuiſione cuiuſdā ſnīæ, princeps dicit, fiat iuſtitia. quæritur, an dicta ſnīa poſſit corrigi? rñ. ſic, ſi princeps dederit iudices, alias iſta datio iudicū nihil operaretur. Item princeps dando iudices vī euocare cām ad ſe. Itē ipſi vice principis funguntur, & pñt idē quod ipſe princeps. Sed princeps pōt ēt ſine appellatione procedere p̄ ſimplicem querelā. dubiū facit id, ꝙ no. hic Inn. qa illa verba, ſicut iuſtū eſt, nihil operantur in confirmationib. Sed certe nos ſumus in iuriſdictionib. vbi ſecus eſt, & nota iſtam qōnem, quia pendet de facto. j̄. eo. c. licet. Quæro, quæ ꝓfirmatio eſt iſta, de qua loquitur litera? rñ. iſta confirmatio ſit ad bene eſſe, & quia teſtimonium & opinio legati eſt elegans, & magnæ authoritatis, ſed non ad ſubſtantiam eſſe, quia qui non pōt infirmare, non pōt authorizabiliter ꝓfirmare. vnde ille actus non denominatur a ꝓfirmante, ſed a cōfirmato; & ſi quis eſſet defectus in confirmato, non valeret confirmatio p̄ defectum fundamenti, ar. ff. de excu. tu. l. qui teſtō, & ff. de act. & oblig. l. obl̄ones, quæ proprijs. & ꝙ no. ff. de pac. l. legitima. & natura ꝓfirmationis eſt ꝙ reqrit antecedens, vt ff. de lib. leg. l. Aurelius, §.
6 qui teſtō. † Quæro, nunquid delegatus papæ poſſit mandare legato de latere, ꝙ exequat̄ ſuam ſnīam? rñ. Ber. ꝙ ſupplicare debet. non. n p̄t compellere. nam quædā debent fieri, tñ oportet pro eis obtinendis ſupplicari, vt ff. de aqua quoti. & æſti. l. j.
a §. permittit. Opp. extra & vī, ꝙ ſpēs non deroget generi, a vt ff. de vſufr. leg. l. ſi alij. So. ibi non derogat, qa ſunt circa diuerſa. nam proprietas, & vſusfructus formalis ſunt oīmodo ſeparata, vt ff. de vſuca. l. iuſto, §. non mutat. Item fundus eſt ſubiectum vnicum & cōe, ita ꝙ oportet ꝙ in eo vterq; participet, & ſic non ob. ſm Bar. Op. ad idem, ff. de leg. j. l. ſi dño Stichus. So. ibi non eſt genus, & ſpēs incerta p optionem declaranda, & alia ſpēs declarata, & ſic vtraq; diſpoſitio incidit in eandē
7 ſpeciem. † Pone, Papa conceſſit mihi quoddā caſtrum ſub q̄buſdam ꝓditionib. quib. non ſeruatis caſtrum dēt reuerti ad papā, deinde ꝓceſſit mihi ciuitatē, ſub qua eſt illud caſtrū, cū oīb⁹ caſtris ſuis, deinde ego feci ꝫ dictas ꝓditiones, Papa dicit caſtrū ad ſe reuerſum; ego dico ad me pertinere tanq̄ partem ciuitatis, vt ff. de iu. l. inſulæ. partē dico diſtrictualē, ſeu ſubiacentē, quærit quid iuris? Rñ. ꝙ perdidi vno capite ſpāli, recupero ex gñali, quia Papa me loco ſui poſuit quo ad ciuitatē, & diſtrictum, vnde acquiro p vniuerſitatē, ꝙ perdo in ſpecta ſpē, ar. ff. de acq. re. do. l. quædā, & ff. de ſer. vrb. præd. l. ſi domus, & ff. de cond. & dem. non ad ea. ff. de hær. inſtit. l. 3. §. qui fideiꝯmiſ. nec ob. ꝙ ſpēs derogat generi, qa verū eſt, qñ gen⁹ venit ampliatiue, vt no. j̄. l. quæſitum. §. pen. ff. de fun. inſtruc.
8 † Modo quæro, quid in diuerſis perſonis, ſi caſtrū erat ꝓceſſum Titio, nunc ciuitas cum ſuo diſtrictu ꝓcedit̄ Seio? Et vī dām, ꝙ extincto Titio a ſua ꝓceſſione, acquirat̄ Seio ex ſuo capite gñali, vt ff. cōia præ. l. in vendone, ff. de iu. dot. l. ſi ꝓprietati. dicit lex ꝙ a ſpecie prius eſt inchoandum, poſtea veniendum ad genus, C. de pig. l. 2. q̄ nō eſt alibi. In ꝫrium vī, nam lege cauet, ꝙ ſi capitaneus ꝓceſſit alicui vnū māſum in feudū, deinde vendidit curiā, illud māſum non venit in ꝓceſſione gñali tanq̄ exceptū a curia p ſpālē ꝓuidentiā, vt in c. qdā capitaneus, de capita. q̄ curiam vendi. So. illud ideo, qa noīe curiæ nō ꝓtinent̄ feuda, ſed noīe ciuitatis beneꝓtinerent̄ caſtra, ſaluo iure alterius. cū aūt illud ius deficit, ꝓſolidat̄ vniuerſitati ſuæ, & idē forte eſt in feudis p d. l. ſi ꝓprietati. † Modo ergo
9 quęro, qd in priuilegijs? rñ. primū priuilegiū ſiue in genere, ſi ue in ſpecie, ſp̄ prę̄ponderat, qa priuilegiū ſemper intell̄r cōceſſum, ſaluo iure alterius, vt no. in l. decurionib. C. de ſilentiarijs. li. 12. & ff. de vul. ſub. l. ex facto. C. de fundis, & ſaltib. rei dñicæ. l. ſi qua loca, li. 12. Sed ſi vtrunq; ꝓpati pōt, vtrunq; valet, vt ff. de aqua plu. arc. l. in ꝓcedendo, & ff. cōia prædio. l. qui per certū locū. in executione tñ ſemper primus dēt anteferri. non ob. iſtud c. quia hic loquitur in mandato, ꝙ poteſt reuocari & reſtringi, ſecus in datis & conceſſis, quæ diminui non poſſunt a concedente, vt no. in c. j. de natura feud.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde ꝙ ſpecies debet idem in ſua ſpecie ꝓperari, qđ genus in ſuo genere. Cur. iun. conſi. 1. nu. 8.

SUMMARIUM.

1 *Legatus etiam de latere ex generali legatione epiſcopos transferre non poteſt.*
2 *Epiſcopus, an & quando pęnam indulgere poſſit.*
3 *Remittere pœnam ſententialiter impoſitam poteſt offenſus ne damnum in re ſua patiatur.*
4 *Qualitas delicti ex qualitate pœnæ cognoſcitur.*
5 *Dictio, niſi, quandoque ponitur enunciatiue, interdum etiam diſponit.*
6 *Verbum, motu proprio, quomodo exponitur.*
7 *Motus proprius viuificat, non ampliat gratiam, & cadit in mēte principis, interdum etiam porrectis precibus.*
8 *Merum imperium, quid importet.*
10 *Verbum, de facto, quomodo exponatur.*
11 *Impoſſibile reputatur quod ſolus princeps, non alius, facere poteſt.*
12 *Legatus de latere, an poſſit transferre abbatem ad aliam abbatiam, ſine ſpeciali mando papæ.*

CAP. III.

1 NIſi ſpecialis. † Legatus etiam de latere ex generali legatione epos transferre non pōt. h. d. Caſus. quidam apoſtolicæ ſedis legatus authoritate propria Troianū epm tranſtulit ad Panormitanam eccleſiā, Papa ipſum redarguit vehemēter, ſed
2 indulget clemēter. † dicit hic Ber. ꝙ epūs ratione amicitiæ pōt pęnā indulgere gratis, ſed nō per pecuniā, ꝙ eſt no. dignum. nā indulgētia gratuita eſſe debet, vt ff. de infa. l. furti. §. pactus. Tu dic ꝙ non p̄t indulgere, niſi qñ hēt arbitriū; & tunc ſi pœnam impoſuit per diffinitiuam, nō poteſt mutare, vt no. ff. de infa. l. quid ergo. §. pęna grauior. ſed ſi per p̄ceptum, vel interlocutoriā, pōt ex cā remittere, vt ff. de off. pręſi. l. illicitas, §. fin. dumtñ offenſo ſatisfiat de intereſſe; non dico de vindicta. qdam tñ, vt refert hic Inn. dñt ꝙ inuito offenſo ſuper pęna nec ante ſnīam diſpenſatur, nec poſt interlocutoriam ſuper mulcta, licet iudex poſſit facere gratiam de mulcta quā imponit
3 ſolum habito reſpectu ad contemptum. † Vnum tñ eſt no. dignum, ꝙ ne offenſus patiatur damnum in re ſua, pōt remittere pœnam ſententialiter impoſitam ad ipſius querelam, puta ne proprium ſeruum perdat, vt ff. de manumiſ. l. quę pęnæ q̄ eſt vnica in iure. No. hic, ꝙ qui ſtultus eſt in culpa ſapiens ſit
4 in pęna. Ber. † No. ꝙ qualitas a delictorum cognoſcit̄ per qua-
a litatem pœnarū. concordat ff. de pub. in l. 2. † no. hic de dictio-
5 ne, b niſi, ꝙ ponitur enunciatiue. eſt aūt enunciare præterita
b referre, vel futura prædicere. eſt. n. duplex enunciatio, ſ. quando verba non terminantur ad aliud, & iſta dicuntur verba enunciatiua propter ſe. Item qñ terminantur ad aliud, & iſta dñr verba enunciatiua emiſſa principaliter p̄ aliud, quia alio tendunt tanq̄ in finem, vt no. C. de teſtam. mili. l. ex his verbis Fortunato. Itē dictio, niſi, qñque diſponit, vt no. Dy. in c. peccatum. qñque non diſponit, vt eſt, qñ verba enunciatiua iunguntur priuationi, & in hoc ſtat intellectus illius ſimplicis legis. ff. de manu. teſta. l. Titia. §. fi. Qñque dictio, niſi, diſponit aptitudine, ſed non actu, vt in illo exemplo, promitto non vendere niſi tibi. nam licet verbum, promitto, ſit diſpoſitiuum, tñ ſenſus oīonis eſt iſte, ſi rem vænalem habuero, tibi vēdam & non alij, ſed ſi vænalem non habeo, tibi vendere non cogar. ita intelligitur, quod no. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. no. hic expreſſum, ꝙ canonica ſanctio, & gñalis conſuetudo idem ſonans, non ſunt idem, quia hic ponunt̄, vt diuerſa p̄ copulam, &, tñ ſunt de eodem, & ſublato vno tolle-
6 retur reliquum. ita intelligit̄ quod no. in c. j. de cōſti. li.6. † No, illud verbum, motu proprio, i. ſine authoritate ſuperioris, alibi exponitur, motu proprio, i. ad nullius petitionē, vt j̄. de p̄b.
7 c. ſi motu proprio, li.6. † Et ibi no ꝙ motus proprius non ampliat gr̄am, ſed viuificat, vt non poſſit obijci de obreptione,
8 de reſcr. gratiæ, in clem. † Merum imperium eſt habere ſupremæ diſpenſationis poteſtatem, & hoc competit ſoli principi. Item hr̄e gladij ptātem. Item habere ptātem purgandi prouinciam malis hominibus; & hoc competit præſidib. prouinciarum. Item puniendi minores exceſſus, & hoc competit magiſtratibus municipalibus. Pone in literis ſummi pontificis ita continetur, ſupplicauit nobis Bal. ſuper tali beneficio, cui cōceſſimus ipſum etiam motu proprio. reſp. in verbis iſtis non eſt re-

ADDITIONES.

a Vin. God. Adde ꝙ qualitas vbi non determinat verbum diſpoſitiuum, nec verbum, a quo ſumit effectum, ſed verbum determinat ab his ſeparatum, tunc ſufficit qualitatem ſemel exiſtere, licet poſtea deſinat. ſecus ſi determinat verbum, a quo diſpoſitio ſumit effectum. Ruy. conſi. 116. nu. 4. lib. 2.
b De dictione, niſi, vide quod refert Arch. in l. impoſſibilis, poſt medium, ff. de verbo. oblig.

BIU Cujas

eſt repugnantia, ſed ſignificent, ꝙ motus proprius peruenit in mente papæ ſupplicationē meā adimplendi. & ideo ēt hoc caſu viuificat gra ꝑ talē clauſulā. Itē nec eſt nouū, ꝙ in mēte ꝓcedētis cadāt duo motiua. †deinde no. hic ꝙ verbū, d̄ facto, exponit. i. ꝯ ius, vl ꝯ ꝓſuetudinē. Alibi dr fieri de facto, qd fit omiſſo iuris ordine. Item dr fieri de facto id, qđ ꝓſiſtit in ſolo facto, ſicut ſunt alimenta, vt ff. de capi. dimi. l. legatū. not. dicit Ber. ꝙ in gñali mandato, vel poteſtate collata non ꝓcludūtur reſeruata, & ſubdit, ꝙ oīa reſeruata sūt meri imperij. ſicut nos dicimus, ꝙ oīa reſeruata imperatori ſunt regalia, vt in c. 1. quę ſint regalia, & per hoc dicimus, ꝙ legatus Cardinalis non pōt ꝓcedere caſtra, & iuriſdictiones eccleſię ſine exp̄ſſa delegatione, vel ꝓfirmatione papali, vt ff. ꝙ ui aut clā. l. 3. §. plane. nā nec ipſe princeps talia ꝓcedit de facili, vt no. C. de le. l. humanū, † & qđ ſolus princeps facere pōt, nō alius, impoſſibile reputat, vt ff. de le. j. l. apud Iulianū. §. fi. vbi eſt tex. no. eo. mō nō pōt ifeudare res ēt feudabiles eccleſiarū ſuæ prouinciæ, qa nō pōt earū iura tollere, vel minuere earū rectoribus inuitis, nā & ſi legatus ſit maior iuriſdōnis authoritate, nō tñ in vtilitate rerū, quarū adminiſtratio pertinet ad rectores ꝑprios. Sed †nunqd legatus de latere poſſit trāsferre abbates volentes, q̄q̄ exēptos ad aliam abbatiā ſine ſpeciali mādato papæ? dic ꝙ ſic, vt no. ſ. c. in rub. per Io. And. Sed quare ſecus in epiſcopis? reſpon. qa nil altius epiſcopatu, vt no. in prœmio ſexti libri.

ADDITIO.

a Quando aliquid dicatur fieri de facto, vide aliquas remiſſiones poſitas per Iaſ. Mayn. in l. ubi pactū. C. de tranſact. & ibi alleg. vnum conſi. d. Anto. de Butr.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere ex generali legatione non poteſt vnam eccleſiam cathedralem alteri ſubijcere.*
2 *Generalibus verbis includi cenſetur, quod frequenter committitur.*
3 *Papa cathedralem eccleſiā alteri eccleſiæ ſubijcere poteſt. item plures epiſcopatus vnire, & vnum in plures diuidere.*
4 *Diſpenſationes magnæ ſunt meri imperij, & ad ſolum papam pertinēt.*
5 *Mandatū generale nō includit poteſtatē alienandi, vel donandi.*
6 *Mandatū procuratorij cū libera, an reſtringat̄ per adiectionē horū uerborum, & conceſſit ei, vt poſſit quis quod natura cauſarum requirit.*
7 *Legatus de latere an habeat iuriſdictionem ordinariam in tota ſua prouincia, & legatione in ciuilibus, & criminalibus.*
8 *Legatus de latere an poſſit ponere indulgentias.*
9 *Sententia a legato ſub conditione lata, an duret finita ante conditionis euentum legatione.*
10 *Appellari an poſſit ad legatum de latere omiſſo medio.*
11 *Sententia legis vel ſtatuti lata hoc modo, quicunque furtum fecerit, ſit excommunicatus, an ſit lata ſub conditione.*
12 *Statuto ꝙ qui non ſoluerit pœnam pecuniariam capite puniatur, an capite puniri debeat non ſoluens ob paupertatem.*

CAP. IIII.

QVod translationem. Legatus de latere licet poſſit abſoluere ab excōicatione ſacrilegos, manuū iniectores ex eo, ꝙ ſæpe hoc fieri conſueuit, nō tñ pōt vnū ep̄atū alteri ſubijcere, vel vnire, vl de vno ep̄atu duas ep̄ales ſedes facere. vel breuius. †Legatus de latere ex gñali legatione nō pōt vnā eccleſiā cathedralē alteri ſubijcere, aut in primatum erigere, vel duos ep̄atus vnire, vel vnū diuidere. Excōicatos tñ ꝑ iniectione manuum ī clericū pōt abſoluere. Cauſus ita figuratur. Cardinalis, de quo dr in c. p̄cedēti, legatus in regno Siciliæ authoritate legationis ſubiecit Panormitanā eccleſiā Meſſanēſi ꝓceſſo priuilegio primatiæ, credēs hoc ſibi licere ex officio legationis ex eo, ꝙ ex eodē officio pōt abſoluere illos qui violentas manus immittunt in clericos, ꝙ de ſpāli ꝓceſſione ſæpe indulgebat̄ legatis. Papa hoc audiens ſcribit ei dē legato dicens, ꝙ licet gñaliter legatio in regno Siciliæ ſit ei cōceſſa, tñ ad ea nō debuit manus extendere, q̄ in ſignū priuilegij ſunt ſoli Romano pontifici reſeruata, ſicut eſt ſubijcere vnam eccleſiā cathedralē alteri, vel duos ep̄atus vnire, vl vnū diuidere, niſi hæc habeat de ſpāli ꝓceſſiōe papę. No. ꝙ vno ꝑhibitorū ꝓceſſo alia ꝑhibita nō videntur ꝓceſſa, Ioā. An. No. ꝙ q̄dā cū vniuerſitate non trāſeunt, nā licet regnū Sicilię ſit quid multū latū, & maxime vniuerſale, tñ ea, quę ſpālem cōmiſſionem exigunt, nō trāſeunt. fallit in abſolutione excōicatorū fauore animarum. †No. ꝙ id, ꝙ frequēter, ꝓmittitur. verbis gñalib. cēſetur includi. vel dic hoc licere, quia eccleſia Romana hoc de facto approbat, & iō pro iure hr̄, ſm Inn. & Io. An. No. ꝙ nemo debet extendere manus ad impoſſibilia, nec inferior ad ea quę ſunt ſupremę ptātis, quia vnus tñ ē ſupremus, 12. metaphyſicę. †No. ꝙ papa pōt vnā eccleſiā cathedralē alteri ſubijcere, & vocat̄ primus ille ep̄s, cui alter ep̄atus eſt ſubiectus. Itē p̄t eos vnire, & tūc vnus tñ ep̄s ē, & nō pōt eſſe prim⁹ ſuijpſius, & vide ꝙ no. in Auth. vt iu. ſine quoquo ſuf. §. illud. p̄t vnū ep̄atū diuidere, & facere ex vno plures ep̄atus, facit. ff. de aſſeſſ. l. ſi eadē. & adde ꝙ no. ī l. j. de metrop. Beryto, li. xi. dicit Ber. ꝙ ꝓgregatio ꝓcilij gñalis ptīet ad ſolū papā. †Dicit hic Ber. ꝙ oēs magnę diſpēſationes sūt meri īperij, ꝙ not. dicit ēt hic Ber. ꝙ cū illegitime natis ſolus Papa diſpēſat in dignit. tu dic, ꝙ minor ē diſpēſatio. i. venia nataliū, q̄ legitimatio; ergo ēt legitimare non p̄t ī terris eccleſię niſi ſolus papa, ꝙ verū eſt. †Dicit Ber. ꝙ ꝑcuratoriū gñale ñ includit alienādi, vl donādi ptātē, ff. de ꝑc. l. ꝑc. totorū. dicit lex, ꝙ ſup donatione rerū minorū ñ p̄t interpōi decretū, tñ dat cām p̄ſcribēdi. C. ſi maior fact⁹ ſine decreto. l. fi. cā. n. p̄ſcribē di hēt fundm̄ ꝓſenſus, qa ē đ iure nāli, & ſufficit ad p̄ſcribēdū ceſſare impedimē tū mīoris ętatis, ꝙ no. dicit Ber. ꝙ exēpti sūt exēpti a ſuis ep̄is, ñ legatis đ latere, ꝙ tene mēti. Ber. đcit, ꝙ ſm decretū ē đ reſeruatis maiorib. ordinarijs, & ñ municip. Ber. cæteris, q̄ sūt in gl. magna, ꝑte ipsū ſtude. †Quęro, in quodā procuratorio dr ſic, dedit liberā, & conceſſit ei, vt poſſit qcqd nā cārū reqrit. modo q̄rīt, vtrū illud verbū liberā, ꝑ hoc reſtrīgat? & vr ꝙ nō, qa copula ampliat, & ñ reſtringit, ff. de le. 3. l. cā tñ adiectio. ſed ꝯriū dico tū virtute ſpeciei reſtrīgētis genus añcedēs, tū virtute rōnis merita cāæ decernētis, q̄ colligūt ex verbis mandati, ꝙ reſtringit verba gñalia, vt no. ff. de ver. ſig. l. cū fundū. ff. đ le. 2. l. cū pater. §. donationis, ff. de acq. poſſ. l. ſi is q animo. & iō nō p̄t vltra, q̄ nā, & ꝓſuetudo cārū reqrit, ar. C. đ trāſa. l. ſi de certa, ff. de ver. ob. l. q Romæ. §. duo fratres, ꝓiūcta gl. & l. tres fratres, ff. de pac. & ff. de trāſ. l. cū Aqliana, & ꝙ not. Bar. ff. de ver. ob. l. q Romæ, §. Callimachus. Quæro vna cū Inn. vtrū ſicut excōicatos à canone p̄t abſoluere, ita ſi ab homine. i. à papa, vl delegato eius? reſpō. ñ p̄t ſm In. & ſic iniuria hominis difficilius remittīt, q̄ canonis ſimul, & iudicis, ar. ff. de arb. l. Celſus. Quæro ēt vna cū Inn. †vtrū talis legat⁹ habeat iuriſdōnē ordinariā in tota ſua ꝑuīcia. & ī tota ſua legatiōe in ciuilib. & criminalib. ? rñ. ſic, vt ff. de of. ꝑcō. l. nec q̄quā, ſm In. Quæro, vtrū talis legatus poſſit ponere indulgētias. rñ. ſic, ſm In. †Quæro de ſnīa ab eo ſub ꝓditione lata, ſi legatio interim finiat? Rñ. ꝙ durat, qa lata ab ordinario, ſi ē diffinitiua, ſm In. vide ꝙ no. ff. đ teſt. mi. l. ſi certarū. §. fi. ſđ in reſeruatiōe ē ex nā reſeruationis, qa tacita ꝓditio intelligīt, ſi iuriſdō durauerit, qa ſibi futuro priuato nō pōt reſeruare iuriſdictionē, quia eſſe priuatum, & iudicē, ſunt ꝓdictoria, & qa actus diſpoſitus nō expirat, licet expiret iuriſdictio, ſecus in actu diſponendo. †Quæro, nunquid poſſit appellari ad legatū de latere omiſſio medio? rñ. ꝙ ꝓſuetudo approbat ꝙ ſic. Io. An. nō tñ pōt ꝓmittere cām appellationis appellatione remota, quia nō pōt derogare appellationibus, quæ interponūtur ad papā, vt no. in cle. ſæpe, de ver. ſig. & ar. de iureiu. c. venientes, & hic ꝑ Ber. dicit Inn. ꝙ legati, qui nō ſunt de latere papę, ęquiparantur præſidibus prouīciarū, nec plus habent poteſtatis, q̄ in corū priuilegijs ꝓtinetur. Ordinarij tñ ſunt in ſua legatione ſm Inn. quia eſt eis decreta cura ꝑſonarum reſpectu territorij. †Quęro, nunquid ſnīa legis, vel ſtatuti lata hoc modo videlicet, quicunq; furtū fecerit, ſit excōicatus, ſit lata ſub conditione? Reſpon. non, immo eſt ſtatutū purū quo ad ſuum eſſe in abſtracto, vt in l. j. ff. de ꝓdi. ex. l. licet añ factū neminē excōicet, ſecus, ſi talis ſnīa ferretur a iudice. nā tūc eſt ꝓditionalis, vt l. 1. §. biduum. ff. qñ appellandū ſit, nec trahitur talis ꝓditio retro quo ad vinculū, quia ptātiua, vt l. potior, & l. qui balneum. ff. qui ꝓpotio. in pig. ha. poſt factum ergo ſumit effectū, cām tñ formalem ſumit tpe pronūciationis, & quātū ad hoc ſpectamus principium tanq̄ fundamētū, & de hoc no. j. de app. c. ꝑterea reqſiſti, & ꝑ Io. An. in c. 1. de ꝓſti. li. 6. in nouel. dicit Inn. ꝙ qñ eccleſia Romana approbat aliqđ de facto, ꝙ ſufficit, vt habeatur ꝑ iure. Idē Io. An. ꝙ ē not. dig. Dicit hic Ber. ꝙ legatus de latere nō poteſt dare ius ſpei ad vacaturas, vnde nec ex talibus literis quærīt ius ſpei; vide hic & qđ no. l. 3. ff. pro ſocio. de ſnīa conditionali tetigit Inn. in c. P. & G. ſupra ti. proxi. & ibi tetigit vnum notabile valde, quod licet ſententia cadat in ſimilem intellectum, ac ſi eſſet error expreſſus, tamen quia tenor ſententiæ non eſt iuri cōtrarius, valet ſententia, quia non eſt expreſſus error, ſecundum Inn. †Pone, ſtatutum dicit, ſi quis non ſoluerit condemnationem pecuniariam, capite puniatur. modo quidam non ſoluit propter paupertatē, vtrum excuſetur? & ex his quæ ibi dicit poteſt colligi, ꝙ ſic, quia ſi non incidit in excommunicationē ergo nec in mortem, præſertim ſi cedat bonis, quia hęc pęna non prouenit ex delicto, ſed propter contumaciā, & ad excuſandam contumaciam ſoluendi bene admittitur beneficium ceſſionis, ſed totum contrārium practicatur, & bene, quia doloſo non patrocinatur cedere bonis, vt plene dixi in rubri. C. qui bon. ced. poſſ. ꝑ illam regulam, qui non poteſt ſoluere in ære, luat in corpore: nam quando deliquit, ſcire debebat hoc euenire poſſe, ideo ſibi imputet. hęc tamen executio non

ADDITIO.

a Vide Iaſ. in l. ubi pactum, C. de tranſac.

BIU Cujas

non potest fieri, nisi assignato, & trāsacto termino ad soluendum, assignato dico a lege, vel iudice, vt colligitur ibi ex dictis per Inn. & per Bar. ff. de hære. in ſt. l. 3. §. puto, & C. de his quibus, vt indig. l. 1. præterea etiam in ſententiam excommunicationis incidit pauper, nisi in ſnīa ſit expreſſus error, vt ſi dicat, ſiolu ere non poteris, ſm Inn.

SVMMARIVM.

1 *Electio examinari debet, idque episcopus potest facere, &, vt fiat, committere.*
2 *Examinatio facta a non suo iudice non tenet.*
3 *Examinatus semel, an sit iterum examinandus.*
4 *Qualitas non potest probari, nisi probetur substantia.*

CAP. V.

Licet. Ex quo legatus retulit cām ad papā, illius causæ desinit esse iudex. h. d. Casus. vacāte Trā. ecclesia, canonici, licet ab initio dissensissent, tandē in fi. vnanimiter ꝓsenserunt eligendo G. fratrem Cassinen. abbatem in archiēpm. mō Portuen. ēps legatus in partibus illis fecit illam electionem examinari, & examinationem misit ad papam, & hoc primo, iterato examinauit eandem. ista secunda examinatio non valet. Not. ꝙ electio debet examinari. † No. istam examinationem etiam circa episcopos electos potest facere legatus de latere, & committere, vt fiat. No. ꝙ per relationem quis desinit esse iudex. † No. ꝙ examinatio facta a nō suo iudice ipso iure non tenet. † Not. ꝙ semel examinatus, iterum nō est examinādus. †, dicit hic Ber. ꝙ de delictis, vel defectib. non est sępius quęrendum, dicit Io. An. ꝙ hoc est verū lata snīa, vt no. in c. per hoc, de hær. l. 6. Sd anteq̄ feratur, pōt sępius quæri, durāte iurisdictionali ptāte. tu dic, ꝙ non pōt sæpius quæri, sed bene pōt melius inuestigari, si quid erat omissum in primo examine, alias non, vt l. licet. §. fi. ff. nautæ caup. stabularij. Sed qd si esset quæsitum in primo iudicio de delicto, nunquid qualitates omissæ poterūt supplere per sequentē inquisitionē? dic ꝙ non, si prima snīa fuit absolutoria, quæ pro veritate habetur. Sed si fuit cōdemnatoria, aut est facta executio, & idem, quia absoluere, & absolui sunt paria, vt no. in l. si quis cum totum. §. plane, ff. de excep. rei iu. & C. ad l. Aqui. l. ex morte, & ideo consilium est, ꝙ cōdemnatus statim soluat. Sed si non est facta executio pōt iterum cōdēnari, tamen si snīæ continent pœnas, quarum vna pōt cōfundi in altera, prima condemnatio redit ad non causam, & secunda sententia est sequenda, vt no. ff. de condi. inde. l. Iulianus, in j. gl. Si aūt prima condemnatio potest euelli de corpore condēnationis secundæ, vt quia vtraq; pecuniaria, & scda maior, tunc fiet executio primæ, & etiam scdæ quatenus plus est in secunda, q̄ in prima, vt no. in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. ꝙ me. cau. & ff. de cond. fur. l. si seruus, §. bouē. quicquid notet Bar. ff. de accu. l. senatus. † ex his colligetale dictum, tolle substantiam de medio, & omnis qualitas erit sublata. simile, quia si non probatur substantia, qualitas non pōt probari, vt est gl. sing. ff. de prob. l. si arbiter. Pone, quidā abbas habet vnum monachū. Item habet fratrem carnalē in seculo. Modo quidā legauit hoc modo, relinquo fratri talis abbatis. Quær. utrū intelligatur de fratre religionis, an de fratre sanguinis, pōt argui ex eo, ꝙ hic no. Io. An. dic, ꝙ de nāli, qa ita vulgus intelligit, & ita est cōis vsus loquendi, & ꝙsuetudo, & quia sermones iuxta naturā sunt interpretandi, vt C. de his, q̄ veniā æta. l. fi. ff. de leg. 3, l. librorum, §. ꝙ tī Cassius, ff. de pac. l. tres fratres, & qd notatur per Cynū. C. de compen. l. fi. in vlt. q.

ADDITIO.

2 Vinc. God. Adde ꝙ examinatio non debet fieri, nisi super articulis transmissis. Bal. consi. 457. nu. 2. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere confert beneficium vacans spectans ad ecclesię præsentationem.*
2 *Præsentatio non confert ius reale, præsentatus tamen habet actionem, vt sibi conferatur.*
3 *Promittens vendere rem, non tenetur ad rem, sed ad vendendum.*
4 *Cardinalis factum iure superioritatis non præiudicat quasi possessioni inferioris.*
5 *Ius patronatus si habet clericus ratione sui patrimonij, legatus non potest conferre eo irrequisito.*

CAP. VI.

1 Dilectus. † Legatus de latere confert beneficiū vacans spectās ad pśentationē ecclię. Casus. ēps Pręnestinus ꝓcessit ecclesiā sācti Tridonis spectantē ad pātionē archidiaconi Metensis archidiacono inconsulto, quæritur quid iuris? rndetur cōcessionem ualere, quia si pōt conferre ecclesiā spectātem ad collationem plati, multofortius ad pśentationem, nec per hoc platus perdit ius alia vice conferendi, vel præsentandi. No. ꝙ q̄ pōt magis, potest minus. Item ꝙ canonicus pōt hre canonicatum, & ecclesiam. † Item no. aꝙ præsentatio non ꝓfert ius reale, tamen præsentatus hēt actionem, vt sibi conferatur, & hoc vocatur ius ad rem, sed melius esset vocare hoc ius ad factū, quia factū, seu actus cōferendi est in obligatione, nō res, sicut
3 † si promittis mihi rem vēdere, non teneris ad res, sed ad vēdēdum, vt subtiliter no. ff. de pet. hære. l. in æstimationib. Et si ēps non admittit prę̄sentatū sibi idoneū tenetur ad interesse, Ber. & Inn. qd est notandum. No. hic Ber. & Inn. ꝙ ius acquiratur ex p̄sentatione patroni clerici, vel laici, vide per te. No. hic expssum, ꝙ nō tenetur quis citare inferiorē se, imo pōt exerce-
4 re ptātē suam libere eo irrequisito, ꝙ tene mēti. No. ꝙ per id, ꝙ facit Cardinalis iure superioritatis, inferior nō perdit quasi possessionē iuris sui, quia non est actus derogatiuus, sed prę̄rogatiuus cuiusdam potioritatis, ꝙ est no. dignum. No. rōnē literæ, ideo nō est requirendus, quia nō prę̄iudicatur sup qua
5 rōne fundat se illa gl. no. ff. de bo. pos. l. 3. §. si cā cognita. † Sed quęro, quid si ius patronatus pertinet ad clericum ratione sui patrimonij, nunquid legatus cōferre pōt, eo irrequisito? dicit hic Ber. ꝙ non, quia hoc ius prę̄sentādi non est ecclesiasticū, nec competit clerico vt clerico, sed vt hęredi, qd est notandū, dicit hic Ber. ꝙ legati ratione dignitatis suæ ecclesię non possunt cōferre nisi ad prę̄sentationem patronorum. Ber. dicit In no. ꝙ quando Papa scribit pro aliquo beneficiando in aliqua ecclesia suę prouincię, per hoc nō intendit, ꝙ conferatur ecclesia, in qua laicus habet ius patronatus. Vincen. dicit ōrium, Io. And. nō firmat, sd prima opi. verior ē de iure p̄ l. nec auus, C. de eman. libe. & l. 1. §. denunciari. ff. de ven. inspi. nisi patronus prorogando eius iurisdictionem prę̄sent. & sibi impetrā tem, vel ei conferenti consentiat, quia ista duo sunt paria, arg. ff. de procu. l. filius. §. sed & filia.

ADDITIO.

2 Vinc. God. Adde ꝙ prę̄sentatus ab eo, qui est in quasi possessione iuris patronatus, an sit instituendus, si constat de proprietate alicuius, Dec. cons. 127. plura dubia. lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Legatus, in quacunque parte legationis existat, iurisdictionem suam exequitur.*
2 *Legatus extra prouinciam an possit excommunicare, vel absoluere.*
3 *Legatus extra prouinciam existens an expedire possit iudiciorum pręparatoria. & an beneficia conferre. nu. 4.*
5 *Legatus facta unius puinciæ pōt exercere in alia prouincia sibi cōmissa.*
6 *Papa an succedat in processu per legatum inchoato nōdum tamē finito.*
7 *Legatus, qui exiuit prouinciam iterum reuersurus, an possit extra prouinciam excommunicare, vel absoluere.*
8 *Animum reuertendi habens an retineat quasi possessionem officij.*
9 *Iurisdictio prorogata per nomen appellatiuum dignitatis, an trāseat ad papam, sicut iurisdictio legationis.*
10 *Legati sententiam, iudicati actione, intentata, ordinarius executioni mā dare potest.*
11 *Legatus ante, quàm ingrediatur prouinciā, quas causas delegare possit.*

CAP. VII.

1 Nouit. † Legatus, in quacūque parte legationis existat, iurisdictionē suā exequatur. h. d. Casus. quidā legatus erat missus in terrā regis Francorū, & alia loca. hic cū deberet mandato papę ponere, vel publicare interdictū in terra regis, exiuit dictā terrā, & intra alios terminos suę legationis interdictum publicauit. Rex Frācorum ꝓquerebatur de ipso, & dicebat ꝙ egressus terram regis non poterat ibi ponere interdictū. papa rescribit regi, & dicit posse, quia non est ex̄ legationē suā, q̄ est in aliqua terra legationis. h. d. Facit. j. e. c. excōicatis. ratio aūt dubitationis esse poterat, quia videbāt legationes diseretę, & sic de vna in alterā nihil posse, arg. ff. de solu. l. q̄ro, & ff. de adm. tu. l. inter tutores, & ff. de uer. obli. l. scire debemus. sed ꝓriū hic terminatur, quasi vna sit legatio, sicut dicit lex, vna est via, licet extendat̄ p plura p̄dia, vt ff. de serui. rusti. p̄di. l. vna est via. † Quęro, nunqd legatus ex̄ puincia possit excōmunicare, vel absoluere? gl. dicit ꝙ non. excōmunicare enim non pōt, qa reqrit cāę cognitionē, & p tribunali sedere, ergo nec absoluere ex natura contrariorum correlatiuorum. gl. tamē sentit, licet hęc sint voluntarię iurisdictionis potius, q̄ contentiosæ secundū Ber.
3 ideo quia expediuntur sine libello. † Sed nunquid extra prouinciam existēs potest expedire prę̄paratoria iudiciorum? vī ꝙ sic, vt l. noluit. §. 1. ff. de interro. acti. sed dic contra, quia in illo loco est ad instar priuati, sed nunquid potest delegare causas? respon. sic. & idem in alijs, quę nullam causę cognitionē
4 requirunt, vt l. 1. ff. de offi. procō su. & lega. vbi est tex. no. † Sed nunquid extra existens potest conferre beneficiū? respon. sic secundum Ber. quia collatio magis accedit donationi, quàm iudicio, & ideo potest fieri de rebus vbicunque existentibus, vt infra. de concess. præben. cap. post electionem, & argu. in l. j.
5 C. de contrahen. emp. † No. hic expressum, quòd legatus facta vnius prouincię potest in alia prouincia sibi commissa exer-
6 cere, Inno. Ioan. An. † dicit hic Innocē. quòd in ꝓcessu legati inchoato

in choato nondum finito succedit papa, ſ. in eo ſtatu, in quo eſt cā. In ɔrium facit quædā gloſſella, quę eſt ff. de proc. in l. q̄ omnia, & in l. mutari, quæ dicit, omnia de nouo narrari oportet. Sed illa gl. loquit̄ in procuratore, qui reuocat inuitus, nec iura inſtantiæ cedit dn̄o, co. tit. l. in cauſæ. §. ſi ex tpe. Si. n. procu. conſentiret, vel cederet, nō eſſet neceſſe acta replicare. Itē ſi procurator eſſet mortuus, & loquor lite conteſtata, quia p̄curator eſt factus dn̄s litis. In legato aūt reuocato ceſſat iſta ratio, quæ eſt in procuratore, quia non eſt dn̄s cauſæ, & ideo recta via inſtantia redit ad ſuperiorem, quod eſt no. † Quæro,
7 vna cum Inn. vtrum legatus, qui exiuit prouinciam, iterū reuerſus poſſit extra prouinciam abſoluere, vel excōicare? & vr̄ q̄ non poſſit excōicare, quia requirit cauſæ cognitionē, ſed abſoluere ſic, quia non requirit cauſæ cognitionē, cū ēt inuitus quis poſſit abſolui dicit lex, q̄ dn̄s ſeruū inuitum manumittit. ff. de cond. inſti. l. ſub condōne. §. fi. dicit Inn. q̄ nec cōdemnare, nec abſoluere pōt cā cognita, ſi extra territorium cognouit de cā, niſi de licentia diœceſani illius loci. addit tn̄ vnum notabile verbum, q̄ ſi excōicator vidit ſe erraſſe, poſſit abſoluere vbicunq; locorum, quia hoc non eſt cognoſcere, ſed parere ex actis. idem ergo dicam in primo decreto & ſimilib. quod eſt menti tenendum. Nā ſi erronea ſunt, ſine aliqua cauſæ cognitione pōt iudex proprio motu reuocare, vt ff. ſi
8 mulier ven. noīe. l. j. §. j. † Quęro, nunqd hōs animum a reuer-
a tendi retinēat quaſi poſſeſſionē officij? rn̄. in reb. corporalib. retinet poſſeſſionē actu & habitu. Sed in iuriſdōne, qa nō p̄t exerceri extra territoriū, non ſufficit ſola qualitas animi, quia rō iuris repugnat, & ideo retinetur aīo ſolo, niſi exercitium ſibi concedat a diœceſano loci, q̄ eſt valde no. dicit Io. An. q̄ ſi iuriſdō delegati expirat, eodē mō iuriſdō prorogata in eū, vt in legatum, ſecus ſi noīe proprio ſi res non eſt integra. Io.
9 An. q̄ no. in ca. ſtatutū, de reſcr. lib. 6. in prin. † Sed tunc ego quæro, an iuriſdō prorogata p̄ nomen appellatiuum dignitatis ita tranſeat ad papam, ſicut iuriſdō ipſius legationis? rn̄. nō. ar. ff. de bo. poſ. l. ſed cū patrono. dicit Hoſt. q̄ appone prouin
10 ciæ continēt ciuitas metropolitana, q̄ eſt no. † dicit Io. An. q̄ ſnīa legati pōt mandari executioni p̄ ordinarium loci intentata actione iudicati, ſm Hoſt. q. d. non officio iudicis leuato velo, qa diuerſus iudex non p̄t illam executionē facere, niſi ad literas p̄nunciantis. ff. de iu. om. iu. l. cū quędā puella, p Cy. in additionib. d̄t Hoſ. q̄ eps p̄t mihi p̄cedere, q̄ ſubditos ſuos iudicem in mea diœceſi, q̄ eſt verum ipſis cōſentientib. alias
11 ſecus. Io. An. ēt hoc tene menti. Dicit Io. An. q̄ † legatus ante q̄ ingrediatur prouincias, pōt cauſas delegare, reſeruata ſnīa, p̄ter vltimum ſupplicium, & abſciſſionē membri, vt in Auth. de col. §. qa vero, ſm Philippum. Tu dic, vt legitur in l. ſolent. §. fi. ff. de off. proc. & le. prouinciā aūt ingreſſus dr̄, ſiue ingrediatur per terram, ſiue per aquam, ſiue per mare, vt patet, etiā ſiceſpitem ſit ingreſſus, vt ff. de acqui. poſſ. l. 3. §. 1.

ADDITIO

a Vinc. God. Adde quando animus per non factum declaratur & aditio inducatur, Ruy. conſi. 150 nu. 4. lib. 3. & quando animus alicuius ſi ſciuerit vel ignorauerit probetur per ſuum iuramentum. Ruy. conſi. 1. nu. 4. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Legatus minor ſilet in præſentia maioris, & an ſola præſentia ſit in cauſa, num. 4.*
2 *Eſſe non deſinit, quod ſilet ad tempus, & treuga finita bellum exerceri poteſt ſine alia diffidatione.*
24 cit ſpes modi, ſeu cauſæ finalis, deficit pactum. ff. de inof. teſt. l. ſi inſtituta. C. eo. tit. l. cum mota, & l. ſi maior, per Cy. † Pactũ, de non agendo tollit querelam inofficioſi, & actionem ſupplementi ipſo iure. C. de in integ. reſti. mi. l. j. vbi eſt gl. no. Obſeruantia pacti ratihabitionem ſignificat, vt no. ĩ. eo. tit. c. j. Pa
a ctum non futuræ ſucceſſionis a iuramento roboratur: dicit lex quod ex periurio Deus & natura contriſtatur, in Auth. de
25 nu. §. quę vero. † Sed pactum hæreditatis captandæ non valet. tunc arguo ſic, pactum, q̃ non ſuccedat primogenitus, includit, q̃ ſuccedat ſecundogenitus, ergo eſt de ſuccedendo. ideo de iure ciuili neutrum valet, vt no. C. de colla. l. pactum, quia omne tale pactum eſt mixtum. ſ. ſuccedendi & non ſuccedẽ-
26 di. † Si ſtipulor alteri, quod debetur mihi, iſtud pactum inutile habet vim mandati. ff. de ſol. l. ſi cum Cornelius, & non eſt alibi. Nam aliæ leges loquuntur de adiecto ſolutioni, non de directo obligationi, & de appoſito, non de ſuppoſito. Tem
27 pus non veſtit pactum, vt C. de pac. l. ſi certis annis. † Tranſactio, niſi ſit veſtita rei interuentu, non perimit actionem, vt no. ſupra de elec. c. cum inter R. & C. de tranſac. l. ſiue apud acta. Si ex relatione extremorum inducatur finalis cauſa, ea ceſſante ceſſat pactum. ff. loca. l. quęro. §. inter locatorem, qui proceſſum proſequitur ratum habere videtur. ff. rem ra. hab.
28 l. Paulus. etiam impugnando, eodem tit. l. 3. §. ſecundo. † Quantum ad conſcientiam non differt pactum nudum a ſolemni. eſt autem conſcientiam paſſio animæ rationalis ſuper omnem irrationabilem concupiſcentiam habens prædominium & virtutem.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde quando pactum de futura ſucceſſione valeat, uel non, Goza. conſi. 87. in prin.

SUMMARIUM.

1 *Contractus firmus in iure ciuili vocatur ſtipulatio. & quare. 4.*
2 *Obligatio oritur ex ſtipulatione, tum ciuilis tum naturalis.*
3 *Aduerbiũ turpiter quid ſignificet, & a nomine, turpe, quomodo differt.*
5 *Contractus in ſcriptis quot modis dicatur.*
6 *Actio ex nudo pacto quomodo vocetur.*
7 *Pactum nudum a cauſa extrinſeca, an ſeruandum ſit omnino.*
8 *Chirographum, an & quando probet ueritatem.*
9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quare expirat tpe, & non alia excep.*
10 *Pactũ quodlibet ſuperadditum in contractib. qui ineuntur re, dr̃ nudum.*
11 *Mercatores, & nummularij, an agere poſſint ex pacto nudo inter ſe.*
12 *Fideiuſſor, an obligetur ex pacto nudo.*
13 *Statuto quod inſtrumentum guarent. executionem paratã habeat ſi inſtrumentum fideiuſſoris nõ continet guarentigiam non exequetur, quã uis guarentigiatum ſit inſtrumentum principalis.*
14 *Inſtrumentum fideiuſſionis, an ſit ualidum, ſi in eo continentur hæc uerba, talis interſit pro tali.*
15 *Laborare in extremis, an ille dicatur, qui poſt contractum vixit multis dieb. ſi ſtatuto caueatur, quod in extremis laborantes non poſſint contrahere ſine præſentia ſuorum propinquorum.*
16 *Conditio, cã & modus quoad veſtiendũ pactũ, an & qualiter differãt.*

CAP. PRIMVM.

ANtigonus. Duo contendebant ad inuicem de iure parochiali. tandem inter ſe amicabiliter compoſuerũt, deinde vnus alteri non ſeruabat pactũ: quærebatur a concilio, q̃ eſſet remediũ: Antigonus epiſcopus homo ſimplex & rectus dixit, aut pacta ſuam obtineant firmitatem, aut contraueniens cõuentus in iudicio excõicetur. cõcilium dixit, pax ſeruetur, & pacta cuſtodiantur, & ſic hic ſecuti fuerunt vltimum notabi-
1 le ſupraſcriptum. † In tex. ibi, firmitatem, in iure ciuili p̃ctus firmus vocatur ſtipulatio, vt Inſti. de ver. ob. in prin. nec repe-
a ritur a aliquis contractus firmior, vt no. Cyn. ſi cer. peta. l. ſi ex pacto, & l. ſi non ſinguli. nam iure ciuili autores ideo ſtipulationẽ inuenerunt, vt eſſet firmitas inter homines fidei & pro miſſi

ADDITIO.

a Vide ad iſta omnino Ia. in repe. rub. ff. de uer. ob. in prin.

BIU Cujas

miſſi. vnde in ſtipłone nunq̃ hẽt locum pœnitentia. In ſtipło
ne ſufficit iuſta occaſio promittẽdi, ar. ff. de reſcin. ven. l. fi. §.
j. niſi in cauſa finali ſit erratum, vel cauſa ſit inepta. ff. de exce.
doli. l. 2. §. circa. ff. de don. l. ſi patronatus. Vel niſi ſit cã de futu
ro, qua ceſſante ceſſat mens ꝺ̃hentis, licet verba non deficiãt.
2 C. de pac. inter emp. l. cum te. † Ex ſtipłone oritur obligatio nã
lis ex gñali mã iuriſg. i. conſenſu & ciuilis ex forma ſpecifica-
ta verborũ, vt no. ff. de ꝺ̃d. inde. l. ſi fideiuſſor, & ff. de fideiuſ. l.
fideiuſſor magiſtratuũ. §. j. licet quidã dicant, ꝙ eſt vna obło
hñs duas æquitates & vires, i. nãlem, & ciuilem. Et vt boues
vnaliter funib. & hoĩes verbis ligantur. vnde verſus. Verba li
gant hoĩes, taurorum cornua funes, vt no. In ſti. de verb. ob. in
prin. ſed qa melius intelłr, ꝙ per ſingulas cauſas & voces diſ-
cutitur, ideo duas obłones eſſe dicimus, ſicut dicimus duas
eſſe poſſeſſiones relatiuas, ſ. nãlem, & ciuilẽ. nimirũ qa virib.
diſcrepant, ergo realiter & efficaciter differunt in modo ſi-
gnificandi, & intellectu verborũ, & in voce attributa dictio-
nĩ per legem ab intellectu. vbi non eſt vox, ibi non eſt intelle-
ctus, quia non hñt organa articulate proferendi. nã ſola vox
eſt inſtrm animę rõnalis ſm Alb. & tñ ſignificãt ſuas aĩę paſ-
3 ſiones per linguas ſuas. † Aduerbiũ, turpiter, ſigñat cãm, qua-
re promittitur, quę interdum præſumit ex qualitate perſona
rum, vt no. ff. de ac. & ob. l. fi. nec eſt in iure ad hoc melior lex:
ſed turpe nomen ſigñat rẽ, vel factũ, ꝙ promittit. turpe eſt ip-
ſo iure nullum, ſed turpiter ꝑ exceptionẽ, turpe ſigñat rei qd-
4 d tatem. † Nimirũ añt, ſi ſtipulatio, eſt ꝺ̃ctus firmitatis, quia ibi
funiculus triplex eſt, ſ. conſenſus, verborũ ſolennitas & pñtia
ꝺ̃hentium. In ꝺ̃ctib. qui ꝺ̃huntur per nuncium vel per epiſto-
lam, eſt quedam fictio repñtatiua; ſed ſtipło qñq; concipitur
verbis directis, vt promittis mihi, vel illi? qñq; verbis inflexis. i.
obliquis, vt promittis mihi recipienti pro illo? vt ff. de lega. 1. l.
huiuſmodi, in prin. Et conſidera ꝙ in nuncio pñs trahitur ad
abſentẽ; in procuratore eꝰ abſens trahitur ad pñtem. Porro in
ſtipłone requiriť pñtia, & iacula fortius infigunt, quæ corpo-
ri, quam quæ ſoli nuncio adueniunt. ff. de ver. ob. l. j. de don.
cau. mor. l. inter mortis. Dicet aliquis, ꝺ̃ctus emphyteuticus de
bet dici magis firmus ꝓ̃ ſcripturam. l. j. C. de iu. emph. rñ. ſcri-
ptura eſt vox mortua, quæ inter abſentes interuenire põt. vn-
de emphyteuſis põt fieri per epiſtolam, ſicut locatio, vt Inſtit.
5 loca. §. adeo. † Et ſcias ꝙ ꝺ̃ctus a in ſcriptis dr̃ duob. modis. Vno
a modo, qa ſumit nomen & eſſe a ſcriptura, vt ꝺ̃ctus literarũ, ſ.
accedente tali quali conſenſu, ff. de ac. & ob. l. non figura. zi-
fra. n. literarũ mentis eſt teſtimoniũ. Alio modo, qa actum in-
ter partes, ꝙ niſi in ſcriptura redigatur, non valeret, vt no. C.
de fi. inſtr. l. vbi ꝺ̃ctus. quod eſt. vbicunq; partes volũt, ꝙ inter
ſit tabellio, aliter non coniecturæ. In tex. ibi, pacta cuſtodian-
tur, non diſtinguũt inter nuda & veſtita: qa nec Deus nec bo
na conſcĩa diſtinguit, dummodo talis cauſa ſubſit, quæ eſſet
6 deducibilis in ſtipłonem. † Sed qũo vocabitur iſta actio ex nu
do pacto? rñ. ſm canones non eſt curandũ de noĩe actionis, qa
non dẽt edi actio. vel vocabitur actio in factũ, vt ff. de præſcr.
ver. l. quoties. C. de arb. l. ne in arbitris. vel condictio ex cano-
ne. & vocabit iſtud veſtimentũ canonis ſuffragio. Et erit iſta
actio nãlis & ciuilis, ſicut anteq̃ ius ciuile populis imperaret,
vt ff. de act. & ob. l. nãles. dicit Io. An. in c. rex pacificus, quod
in Cathalonia actio non dat ex promiſſo ꝓ̃ prauam conſue-
tudinẽ. ergo agetur crĩe ſtellionatus, vt dicit l. & eleganter. §.
ſeruus pactionis. ff. de dolo ma. & illa gl. non reperitur alibi.
7 † Sed ꝺ̃ opponitur, ſi omne pactũ nudũ eſt efficax ad excipiẽ-
dum ergo oĩ pactũ erit indifferens, & nõ erit dr̃ia inter ꝺ̃ctus
innoĩatos, & noĩatos, & nunq̃ habebit locũ pnĩa, & per pactũ
nudum tollẽt ſtipło ipſo iure. quę oĩa ſunt ambages & verba
ſuperflua in foro Legiſtarum, vt ff. mã. l. qui negotia, in prin.
hanc opi. concedo, vt Antigonus bñ cãtauit per nãm, ſed ar-
tem ignorauit. Amplius ex tranſ. daret actio, ꝙ falſum eſt, niſi
ſit ſuo implemento ꝓfirmata. C. de tranſ. l. ſiue apud acta. Inn.
intelligit illud capitulum cum diſtõne vocis ciuilis, & bene,
vbi pactũ requirit cãm extrinſecam, vt ff. de præſc. ver. l. nãlis.
& C. de rer. permu. l. ex placito. Sed vbi hẽt cãm extrinſecã, vt
liberalitatis, pacis, & ꝙcordiæ, tunc pactũ eſt oĩno ſeruandũ,
vt hic, ꝓterea iſtud non eſt pactũ nudũ, ſed veſtitũ robore ca-
nonicæ ſanctionis. vñ tu Canoniſta addis ad veſtimẽta pacto
rũ veſtimentũ, ꝙ appellat veſtimentũ roboris. Porrò de iure
ciuili eſt quoddã veſtimentũ, ꝙ appellat legis auxiliũ, ꝙ non
eſt aliud, niſi ſpãlis fauor attributus alicui actui a lege, nec hẽt
locũ niſi in caſib. expreſſis in iure. ſed de iure can. hẽt locum
ſiłr in omni pacto & ęquo cuiuſcunq; generis & formæ. Sed
nunqd eſt bonũ arg. gl. de pacto? Rñ. illud pertinet ad denun-
ciantẽ, non ad agentẽ directe. ĵ. de iudi. c. nouit. ſed datur ibi
forũ eccleſiæ ad iuſtitiã, non ad iniuriã, vt ff. de ſol. l. ſi is cui.
§. j. Præterea actiones ſunt de iure ciuili inuentione formæ, i-
cet mãm hẽant a iure gen. alioqn ius ciuile eſſet fruſtra: vnde
non dẽt trahi diuina ordinatio ad legũ impugnationẽ. prę̃ter-
ea illud capłm nõ hẽt locũ, vbi iudex ſecularis teneť abſolue-
re a petitis. tunc. n. denunciari nõ ꝓ̃t eccleſię, vnde dicit Spec.
ꝙ hñs chirographũ agens poſt bienniũ non repellit offõ eꝰi,
eo ꝙ peccatũ dicat non numeraſſe. & per hoc in repetendo
peccare. caueat tñ ſibi agens, ne dicat ſibi numeraſſe, qa tunc
ꝓ̃p mendaciũ repellit ẽt de iuris rigore, vt no. in Spe. de teſt. §.
8 j. ver. ſed pone egi. † Illud ſcias, ꝙ chirographũ ꝓbat veritatẽ,
niſi opponat exceptio non nu. pe. ff. ſi cer. pet. l. lecta, ff. de ver.
ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogo. niſi confitens ſit pupillus, ec-
cleſia vel ciuitas ff. ſi cer. pet. l. ciuitas. C. de ſacroſ. eccle. auth.
hoc ius porrectũ, loquor in mutuo, & nõ in aliis ꝺ̃ctib. l. j. C. ſi
aduer. cre. ꝓ Cy. & ĵ. depo. c. grauis, per Inn. dictæ. n. perſonæ
excipiunt odio ſęneratorũ, ſm Pet. de hoc no. ff. de neg. geſt.
9 l. ſi pupilli. in prin. † Sed quare exceptio non nu. pec. b expirat
b tpe, & aliæ excep. non? Rñ. quia facile erat debitori opponere
querelam, cũ non hret aliquid probare. vnde præſumit lex, ꝙ
obieciſſet, ſi pecuniam non habuiſſet. ſed alię excep. indigent
10 difficultate probõnis. † Sed volo vnum ſcias, ꝙ in ꝺ̃ctib. qui
re ꝺ̃huntur, oẽ pactũ ſuperadditũ eſt nudũ, vt d. l. lecta. & l. ro-
gaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. & ex tali pacto nudo neq; iure ciui-
li, neq; canoni. agi põt. Sed quare ex ꝓ̃ſtituta pecunia agitur?
Rñ. quia ex duplici fide & frequẽtia talis actus æquitatis auge
11 ret effectũ. † Ex pacto ẽt nudo agunt mercatores, & nũmula-
rij inter ſe, vt no. in Auth. de fideiuſ. §. j. & ſi artifices faciũt ſta
tutum inter ſe, ꝙ agat ex nudo pacto, tale ſtatutũ valet, vt no.
in l. 1. in fi. C. de ꝓ̃ſti. pec. vbi eſt tex. no. vbi ſtipło iungit cum
alio ꝺ̃ctu, reddit illũ ꝺ̃ctum fortiorẽ, vt no. ff. pro ſol. l. duo ſo-
cietatẽ. & d. l. emptor. in prin. ff. de pac. Ecce ſm cõem opi. Ca-
noniſtarũ, & verã, qa ad roborandũ pactũ ſufficit æqtas nãlis
12 impulſiua cã ſubſiſtente. † Pactũ nudũ parit actionẽ. Nunqd
ergo fideiuſſor obligat ex nudo pacto? rñ. nõ. vñ iſtud capłm
dẽt intelligi in eo, qui ſuo noĩe obligat, non alieno. ff. de ver.
ob. l. 5. & de fideiuſ. l. blanditus. niſi fideiubeat apud acta. ff. de
fideiuſ. tu. l. cũ oſtendimus. §. fin. an aũt fideiuſſor dicatur ſuo
noĩe debitor. dñt quidã ꝙ non, donec reus ſit excuſus. l. fi. ff. ſi
13 cer. pet. ꝓ Gui. de Cu. & Cy. † Si per ſtatutũ inſtra guarentigia
ta dñt exec. mandari, & inſtrm debitoris hẽt guarentigiã, ſed
non inſtrm fideiuſſoris, inſtrm ꝺ̃ fideiu. non hẽt exec. paratã,
qa fideiuſſor ex ſuo ꝺ̃ctu, non ex alieno ꝙuenitur, vt no. ff. de
14 inf. l. furti. §. ſi quis alieno. ibi gl. no. † Sed pone, ꝙ in inſtro ꝙ-
tinuant hęc verba, talis interceſſit pro tali, vtrũ valeat inſtrm.
& vr̃ ꝙ non, qa eſt incertũ, cũ quinq; ſint modi intercedendi,
vt no. ff. de pac. l. in perſonã. §. qui pecuniã. ſi iſtud verbũ eſſet
prolatũ a teſte, ꝙcederet hoc. ſed in inſtro præſumit ſtipłonẽ
15 interceſſiſſe, vt no. C. de vſu. l. j. vbi vide. † Pone ſtatuto cauet,
ꝙ in extremis laborantes non poſſint ꝺ̃here ſine pñtia ſuorũ
propinquorũ. nunqd dicet in extremis laborare ille, qui poſt
ꝺ̃ctum vixit multis dieb. rñ. oĩs ille, q ex illa infirmitate dece-
dit abſq; ſanis interuallis, dr̃ laborare in extremis, tex. eſt vni-
cus in iure, ff. de an. leg. l. alumnæ. §. fi. Pactũ nudũ ad non de-
linquendũ parit ac. qa veſtit legis auxilio, ꝙſilio, & fauore. &
idem operat, ꝙ ſtatutũ legis. ff. de pac. l non impoſſibile. & iõ
oĩs pęna in tali pacto appoſito efficax eſt ad agendũ, tex. eſt ibi
no. & ideo in ligis & treugis poteſt agi ex nudo pacto, & quia
pacta publica non egent fomento verborum. ff. de pac. l. con-
16 uentionum. † Sed an ſit differentia inter cauſam, condõnem,
& modum quo ad veſtiendum pactum? rñ. ſic. nam conditio
qñque vertitur in cauſam veſtiẽtem vbi reſultat obligatio ap-
pta ad agere, vt no. in l. periculi, de nau. fœ. ff. de pac. l. iuriſgẽ.
§. 1. Ratio Mauritiani contra Iul. non ob. l. ſi intra. ff. de pac. qa
non parit actionem, licet interdum hoc reperiatur. ff. de iure-
iu. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. 1. licet autem conditio impleat & ve-
ſtiat pactum, tamen ipſa non veſtitur a pacto, quia conditio
ad illud quod deuenit in conditione, non eſt apta ad agere. ff.
de iureiur. l. ſi quis cum debitor, in gl. ord.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde ꝙ contractus per notarium conficiendus, tunc dicitur perfe ctus, quando per notarium fuit partib. recitatus, & conſenſerint recitationi, Ruy. conſi. 1. nu. 10. lib. 3. & contractus non inducitur, neque cognoſcitur ex nomine, ſed ab effectu. Ruy. conſi. 107. nu 9. lib. 4.

b Vinc. God. Adde quod excep. non numeratæ pecuniæ, ſupponitur infra tẽpus actor habeat probare. ſi autem poſt tempus, reus. Soc. l. exceptio. §. ſane. nu. 8. ff. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quando eſt per principem ex certa ſcientia confirmatus, nõ debet dubitari de eius ualiditate.*

2 *Confirmatio, an retrotrahatur.*

3 *Pactum, quod aliquis nobilis ſit perpetuus poteſtas ciuitatis, an ualeat.*

CAP. II.

1 QVoties. † Quando ꝺ̃ctus eſt per principem ex certa ſcientia confirmatus, nõ debet dubitari de eius validitate. facit. ff. de adop. l. adop-
ptio non videtur facta. Et confirmatio retrotrahit,
2 ſicut ratihabitio. h. d. dic vt dixi in l. fi. C. ad Macedo. † & adde aut

aut ſuperuenit caſus nouus,& non trahitur retro.C. de pig. l. ſi fideiuſ.§. 1. Aut ſola ratificatio circa idem ſubiectū,& tunc trahitur retro,ſi tempora patiuntur,alias non. ff.rem ra.hab.l. bonorū.& l.fi.Item dicas,ꝙ quidam ſunt,qui habent poteſtatem confirmandi:quidā, qui habent poteſtatē decretū apponendi:quidā,qui habent poteſtatē ſuam authoritatē interponendi.Primo caſu pōt ex poſtfacto confirmari. ſecūdo & tertio non.dixi.ſ.de cōſue.c.cum cōſuetudines. quia quod nullum eſt,ipſo iure ſuppleri non pōt,de auth.tu.l.obligari. §. tutor.ecce quidā ꝺ̄hit cū pupillo ſub ꝺ̄one,ſi tutor cōſenſerit, an valeat iſte ꝺ̄ctus? rn̄deo nō,qa iſte ꝓfenſus,q dēt ſapere authoritatē, nō pōt īterponi ex interuallo,vt d.§. tutor. obligare ſe quis pōt ex interuallo,ſed obligare aliū qs nō pōt ex interuallo,†ſed an valeat iſtud pactū, ꝙ aliquis nobilis ſit ꝑpetuus poteſtas ciuitatis?dico ꝙ nō,qa ciuitas non habet merum imperium,ergo non pōt alteri dare ipſum,& maxime p̄iudicādo principi,hoc.n.ſolum conceditur, ꝙ poſſit ſibi eligere rectorem cōfirmandum vſq; ad annum,& ſufficit maior pars, vel vſque ad ſecundum annum,cum in ſecunda electione requiratur,ꝙ nemo diſcerepet,vt no.in Auth.de defen.ciui.§.fi.

SVMMARIVM.

1 *Promittens aliquid,an debeat facere,& curare vt illud fiat.*

CAP. III.

a 1 QValiter.[a] †Qui aliquid promittit, debet facere,& curare, vt illud adimpleatur,& ſic videtur, ꝙ in omni pacto intelligatur ꝑmiſſio ſe facturum, & curaturum.ergo ſi quis promittit factum alienum,videtur ꝑmittere ſe facturum,& curaturū, & ſic factum proprium,quod falſum eſt, niſi in ſtip. ꝓtorijs, vt ff.de verb.obli.l.quoties quis alium.Itē in ſtipulatione dādi aliud eſt promittere ſe daturum,aliud eſt promittere ſe curaturum dari a certa perſona,vt no.ff.ſi cer.pe.l fi.porro ſi quis promittit,ne extra familiam res perueniat, tenetur nō ſolum non alienare,ſed etiam facere, & curare, ne ad eū perueniat etiam ab inteſtato,vt no.ff.de ver.obli.l.ſi ita quis.§.ea lege,in gl.quæ non reperitur alibi.

ADDITIO.

a Adde ad iſtam materiam pro limitatione, ꝙ qui promiſit ꝙ minor ratificabit contractum,cum erit perfectę ætatis ſub pœna,non cadit in pœnam,ſi minor nolit ratificare eo,quia enormiter ſit læſus,ita per pulchras rationes cōſuluit Pet.de Anc.in conſ.237.in c.uiſa facti narratione,& refert,& ſequit do. Ia.in l.ſi pacto quo pœnam.circa fi.C.de pac.qđ no.qa bis in facto obtinui, & adde ad propoſi.ultra Ia.Bal.in l.magnam.in 1.& quę ibi ſuper eo ſcripſi. C. de contrah & com.ſtip.

SVMMARIVM.

1 *Pactū,quod inducit ſimoniā,nō tenet,ſed tenet reſignatio libere facta.*
2 *Qui amicabili compoſitione commodum non conſequitur,ad ius priſtinum redit.*
3 *Pactio non gratuita in beneficialibus eſt ſimoniaca, & papa non poſſet diſpenſare.*
4 *Renunciare liti abſente aduerſario an quis poſſit.*
5 *Literis, qui renunciat,videtur renunciare omni iuri ſuo, quod fundatur ex ipſis.*
6 *Liti cedere videtur qui aduerſario arma tradit.*
7 *Pactum aliud abſolutum aliud conditionatū, & de vtriuſq; veſtimēto.*
8 *Pacti veſtimentum quid ſit.*
9 *Perſona coniuncta in beneficialibus,an admittatur ſine mandato.*

CAP. IIII.

1 a 2 QVm pridem. †Pactum,qđ inducit ſimoniā[a] nō tenet,ſed tenet reſignatio libere facta,†& qui non cōſequitur cōmodum ex amicabili compoſitione, redit ad ius priſtinū,quod habebat. h. d. Caſus. Inter priorem,& monachos de Archia ex vna parte,& P.& fratrem eius ex altera,verteba tur quæſtio ſuꝑ ſpoliatione quorundā beneficiorū, venerūt ad inuicē ad iſtud pactū,ꝙ dictus P.noīe ſuo,& fratris ſui pro expenſis,quas fecerat in litem,reciperet a dictis priore,& monachis tres marchas argenti,& renunciaret liti petita fuit cōfirmatio illius pacti, papa noluit cōfirmare,quia renunciatio nō gratuita ſapit ſimoniā,attendens tñ ad ꝯcordiā ipſarū partium,mādauit dicto P.dictis noībus, ꝙ inſtra eorū in manib. papæ reſignaret,& dicto priori,& monachis mandauit,ꝙ ſtuderēt dictis P.& fratri de alio bñficio ꝓuidere, q monachi nō obſeruarunt mandatū Papæ,ideo Papa mādat,ꝙ ſi de violentia conſtat,dictis fratrib.reſtituantur bñficia,quib.fuerūt ſpo-
3 liati,non obſtante renūcia,& reſignatione p̄dicta.†No.ꝙ nō gratuita pactio in beneficialib. eſt ſimoniaca,& Papa nō poſſet diſpenſare ſm Ber.Itē no.ꝙ pactū,quod expēſæ reſtituant victo. i.ei,qui cedit liti,eſt ſuſpectū de ſimonia.ſđ in tpalibus laicorū bene valet iſtud pactū.Conſidera n. hic petebatur ꝑꝓ renunciationē,& no.renūciationē ſimoniacā non valere, q-
4 cunq; cauſa fingatur. † Quæro,vtrū quis poſſit renūciare liti abſente aduerſario?Inn.tenet ꝙ ſic.gl.C.de pac.l.poſtq̄ liti. & hoc odio litiū.itaq; ad officiū iudicis pertinet lites minuere. Sed nūquid aduerſarius pōt ꝺ̄icere? rn̄.ſic,ſi ſua intereſt. qđ dic vt plene no.per Cy.C.de eden. l.edita.ac in materia emendationis libelli,& facit quod no.ff.de rei ven.l.vtiq;.†Item no
5 ta,ꝙ qui renunciat literis,vī renunciare omni iuri ſuo,ꝙ ſun datur ex ipſis,tex.eſt hic no.Idem,ſi renunciat liti,vel qōni,vt no.dicit gl.in l.poſtq̄ liti.Sed pone,ꝙ aliquis p̄t ꝓbare ꝓteſtes, & inſtra,& renunciat teſtib.& inſtris, vtrū vī renūciare liti & cauſæ? rn̄.non,niſi quatenus dependet ex inſtris, vel teſtib.ſolis,quib.eſt renunciatū.C.de fide inſtr.l.ſi aduerſarius. vbi eſt
6 tex.valde no.†No.ꝙ ille,qui ſua arma tradit aduerſario,vī cedere liti.hīc eſt,ꝙ ſi creditor reddit inſtrm debitori,vī paciſci de non agendo.& ſi reus actori dat inſtrm, vī paciſci de non
7 excipiendo.†Item nō.ꝙ pactum eſt duplex.ſ.abſolutū, & conditionatum, vel modificatum. primum veſtitur ſtatim canonis patrocinio:ſed nō veſtitur niſi ſeruato modo, & nō parit actionem ante,etiā ſi incidat ꝺ̄ctui noīato,& hoc caſu tardius parit q̄ de iure ciuili.C.de rer.per.l.ex placito.de ele.c.cū inter
8 R.†Porro veſtimentum non eſt aliud, q̄ quædam virtus apta ad agere iure ciuili aduenies per actorem ſolum, & per reū ſolum quæritur ius inſtantiæ actori,& reo,vt no.C.de tēp. in inte.reſt.pet.l.petēdæ.qui cedit inſtātiæ,cedit iuri, & iudicio.
9 l.j.C.de p̄ſcri.lon.temp.†Quæro,vtrum in beneficialib. ꝓiuncta perſona admittatur ſine ſpeciali mandato?rn̄.non,vt in c. vlt.de iu.li.6.Dicit lex,ꝙ nemo alieno noīe ex lege agere pōt, & lex nō facit aliquē ꝓ.poſſet tñ,ſi vellet,vt ff.đ re iu.l. nemo alieno.No.ꝙ ꝓꝓ ſupuenientē casū quis redit ad ius ſuū in eo ſtatu,in quo erat,licet libere renunciauerit. Sed nunqđ ſi eo medio tpe monachi contuliſſent alteri,poſſet ab eo remoueri?gl.tenet ꝙ ſic.& eſt rō,qa trānſiuit cū ſua cā. C. com.de le. l.fi.§.ſinaūt ob auaritiā. Nō ob. c.quamuis.de reſcrip.lib.6.qa ibi nulla cauſa erat,cum qua tranſire poſſet, & ideo tranſiuit libere,& præciſe. & ſic non reſuſcitatur, quod fuit extinctū, iuxta not.ff.de libe.& poſthu.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.

ADDITIO.

a Vinc.Go d.Adde ꝙ ſimonia crimini læſæ maieſtatis aſſimilatur. Ruyn. conſil 158.nu.3.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio facta de beneficio poſt obitum poſſidentis,an valeat.*
2 *Remiſſio futuræ hæreditatis an poſſit fieri in renunciatione.*
3 *Ius,quod pendet ex morte,an veniat in generali refutatione.*

CAP. V.

1 a QAccepimus. †Nō valet prouiſio a facta de beneficio poſt obitum poſſidentis, & ſic nō valet pactum futuræ ſucceſſionis in beneficijs eccleſiaſticis, nec etiam in temporalibus, vt in c.j.§.qui ſuc.ſint legi.Sed quid ſi poſſeſſor cōſēſit? reſpondeo,idem in beneficijs eccleſiaſticis, ſed in beneficijs
2 tēporalibus dic,vt in c.1.§.rurſus.q.mo.ſeu.amit.†Quęro,vtrū in renunciatione poſſit fieri remiſſio futurę hęreditatis? dic ꝙ ſic,mortuo teſtatore,vt C.de pac.l.fi.& vide quod no.C.de tranſa.l.cum donationis.Et no.ꝙ non eſt licitum ſperare mortem alicuius.ff.de ver.obli.l.inter ſtipulantem. §.ſacram. ff.de condi.& demon.l.pater Seuerinam. §. ſocrus. vbi dicit glo. ꝙ
b multę mulieres ᵇgaudent de morte maritorum. † Extra not.
3 ꝙ in generali refutatione non venit ius,quod pendet ex morte,vt no.ff.de ver.obl.l.q Romæ.§.fi.niſi actū ſit, vt omnia veniāt tā cogitata,quā non cogitata,vt no.ff.de tranſac.l. de his. & ff.de teſta.mil.l.qui iure militari.& l.2. §. fi.cum l.ſequenti.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Adde ꝙ prouiſio in uno caſu extenditur ad alium,& ad oēs.Bawin l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthum.Alex.conſi.130.nume.2.
b Vinc.God.Adde ꝙ uxor dicitur magis dilecta,quàm ſoror,Ruy.conſ.8.nu.10. lib.3.& Apoſt.dicit,diligite uxores veſtras,dico,de bonis mulieribus.

CAP. VI.

QVm clerici. Is,qui per pactum penſionis augendę cōſecutus eſt eccleſiam,debet ea ſpoliari,& ſeuerius puniri.No. cēſum eccleſiarū augeri non debere, ꝙ eſt verum prætextu obtinendi beneficij.Idem,ſi poſt beneficium obtentum,ſi ſit authoritate priuatorum, ſed authoritate ſuperioris bene poteſt augeri,ſi auctæ ſunt facultates eccleſiæ,ſecūdum Ber. ſimile dicunt Legiſtæ, ꝙ augmentatis facultatibus augmentatur æſtimum in communi. E contra propter pauperta tem fit nouum æſtimum. No. iſtud capitulum contra illos,
a qui illicitis muneribus ᵃcaptant gratiam ſui ſuperioris. Item no.arg.ꝙ cenſus illicitus non præſcribitur.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde ꝙ de illis loquitur Pſal. 25. in quorum manibus inquitates ſunt,dextera eorum repleta eſt muneribus.

SVM-

BIU Cujas

Baldus super j. Decretalium.

SVMMARIVM.

1 *Pactum vnius an noceat alteri.*
2 *Recipiēs qđ ꝓcipere non debet, tenetur restituere ei, qui debebat ꝓcipere.*

CAP. VII.

PLerique Ecclesia rem suam locando, vel in feudum cedendo, nō potest apponere pactum, per quod iuri parochiali alterius ecclesiæ derogetur, quia hæc ꝓsueuerūt fieri in fraudem parochialiū ecclesiarum, papa prohibet. h. d. † Plus no. ꝙ
1 regula est, ꝙ pactum vnius nō nocet alteri. ff. de pac. l. si vnus, §. ante omnia. tñ promissori prēiudicat, vt leg. & no. ff. de pac. l. inter debitorē. Sed in casu huius cap. ēt promissori nō p̄iudicat, quia ꝓcedit de radice auaritiæ, & ideo reprobat. Item no.
2 ꝙ † qui percipit, & percipere non debet, tenetur restituere ei, qui debebat percipere, & hoc est bene no. vt patet in fi. literę.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod tendit ad ueniale peccatum, an sit validum.*

CAP. VIII.

RActiones. Non valet pactum pro spiritualibus obtinēdis, nec quod vergit in animæ detrimētum, nec quod est impossibile de iure, nec de facto, intellige, qñ est impossibile ꝓ facti naturam, secus, si sit impossibile per morbū promissoris, qa tunc dēt facere ꝓ aliū, vel soluere interesse, vt ff. de ver. obl. l. continuus. §. si ab eo. Item secus, si nō sit impossibile, sed difficile. v. g. si pars promittat mille marchas argenti, vt d. l. continuus. §. illud. adde, impossibile reputatur illud quod soli prin-
1 cipi licet, vt ff. de leg. j. l. apud Iulia. §. fi. Dicit Archi. ꝙ non valet pactum, etiam si tendit ad veniale peccatum, quia veniale efficitur mortale propter contemptum. ver. g. pactum de non alendo parentes, vel de non eundo ad aliam ecclesiam (puta fratrum Minorum) q̄ ad ecclesiam parochialem.

De transactionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Transactio quid sit.*
Non petere, vel nō agere si non ꝓmittitur in trāsactionibus nihil refert.
Ex transactione oritur duplex exceptio, & quando.
Delegatus iudex nō potest cognoscere de trāsactione corā se facta, et rō.
Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi cōtra transactionē.
Titulum in beneficialibus non dat transactio etiam facta cum auctoritate episcopi.
2 *Infamis est, qui transigit super crimine, sed qui transigit super infamia, non fit infamis.*
Compromissum, & laudum simul sunt quædam amicabilis transactio, & quando.
Arbitramentum, quod fertur pro altera parte tantum, est mera pactio, & non transactio, & causa.
Sententiæ renunciari non posse, quo casu intelligatur.
3 *Potestatem transigendi habens an possit terminum prorogare.*
Per transactionem uetera instrumenta quando tollantur.
In transactione non veniunt capitula non prosecuta nisi quis fuerit in mora prosequendi.
Transactio nulla non parit obligationem.
Prosequendi causam morę effectus.
Ad incogitata non trahitur.
Fides cui non seruatur, agere potest de transactione sed ex causa non potest conueniri.
4 *Pactum hæreditatis diuidendæ factum bona fide, & super re dubia, an arctet creditores hæreditarios quomodo agere debeant.*
Soluens bona fide ei qui cessit uel uendidit iura sua, quando tutus fiat.
5 *Sententia lata prætextu transac. an ualeat.*
6 *Transactio facta cum legitimis admi. an ualeat.*
Curator adulti debet adhibere consensum adulti, ac consanguineorum.
7 *Lesus si quis sit in trāsa. ultra dimidiā dubij euētus, an habeat remediū.*
Per instrumenta denuo reperta transactio non retractatur.
Litis dubius euentus inæstimabilis.
Præscriptio, & priuilegium vacua fiunt causa per transac. finita.
8 *Pœnam ex ueteri post translationem petere non licet.*
9 *Principale quoties est finitum transactione, an accessoria intelligantur esse finita.*
Venire contra pactum, & iuramentum, & propriam confessionem, an & quando liceat.
Cautio Mutiana, Iudicialis, & Conuentionalis, an habeant locum in transactione.
10 *Transactio an sit contractus uel distractus.*
11 *Transactio an sit distractus, nominatus, uel innominatus.*
Distractus etiam nominatus, & innominatus reperitur.
Contractus innominatus quomodo cognoscatur.
Actio utilis reperitur in contractibus innominatis, & uocatur in factum, & directa, & uocatur præscriptis uerbis.
Actio directa, & cōtraria reperit in cōtractibus nominatis, q̄ sūt adiectiones, non actiones, non innominatis.
Libellus non vitiat, si errat in nomine adiectiuo actionum, non proprio.
Remissio actionis in transactione non est rem dare.

1 TRansactio. † est a terminus litis. C. de transac. l. fratris. & futuri certaminis pro-
a hibitio. nec refert, vtrum in transactionib. promittatur non petere, an non agere, quia semper ex transa. oritur duplex exceptio vna ꝺ processum, alia ꝺ actorem, vt ff. de ver. sig. l. transacta & finita. ff. de cond. inde. l. eleganter. §. si post rem, & §. si quis post. iudex delegatus ad causam (ponamus) non potest cognoscere de transac. facta coram ipso, qa tempore datæ literarum non erat transac. & ad futuras causas delegatio non extenditur. Item quia per transactionem causa antiqua, quæ fuit delegata, est finita transactio. & succedit lis noua, vt ff. de min. l. minor 25. annis, cui fideicommissum. Cōtra trāsactionem non potest opponi exceptio non nume. pec. l. si transactionis, per Cy. C. eo. Transactio etiam facta cum authoritate ep̄i non dat titulū in beneficialibus. de off. deleg. c. si
2 quando. † Qui transigit super crimine, est infamis, sed qui trā-sigit sup infamia, nō fit infamis, ſm Pe. in §. pœna grauior. Cōpromissum, & laudum simul sunt quædam amicabilis trāsactio, vt no. in Auth. vt differ. iu. & hoc est verū, si extrema ꝙue niant transi. i. aliquo dato, vel retento, secus, si non conueniāt transactioni, ꝙt quia arbitramentum fertur pro altera parte tā tum, quia illud est mera pactio, non transactio, cum nō hēat ea, quę sunt trāsactionis. & ideo post rem iu. fieri potest, quia
b non est transactio. b Quod aūt dr̄, ꝙ snīæ renunciari non pōt, vt no. C. de transi. l. si diuersa, verum est litē differendo, sed nō
3 eam sopiendo. † Nunquid habens ptātem transigendi possit terminum ꝓrogare? vr̄ ꝙ non, vt ff. de verb. ob. l. qui Romæ. §. Callimachus. sed ibi loquitur in nuncio, qui nullum hēt arbitrium, sed an ꝓ transi. tollant vetera instra? dic ꝙ sic, si sunt trāsa. ꝺria, vt C. de trāsi. l. sub prætextu, & j. e. c. j. & ꝓpetuo no. Sed an capitula non prosecuta veniant in transa. rn̄. non, nisi quis fuerit in mora prosequēdi, vt ff. de arbi. l. de reb. vbi est tex. no. Transactio, q̄ nulla est, nō parit obli. vinculū, neq; exce. obstaculum. ff. e. l. de his. Transactio non trahitur ad nō cogitata. ff. eo. l. cum Aquiliana. Ille, cui nō seruatur fides, potest agere de transi. sed ex causa non pōt conueniri, vt no. ff. eo. l qui fidem.
4 Pactum hr̄ditatis diuidēdæ factum bona side, & sup re dubia arctat creditores hr̄ditarios, qūo agere debeant. ff. eo. l. controuersia. Licet quis cesserit, & vendiderit iura sua, tñ debitor bona fide soluens cedenti, vel trāsigens cū eo tutus est si ignorāter soluit, vel trāsigit, secus si scienter. ff. e. l. fi. dic ꝙ non liberat sciēs, si fuit eidē denunciatū, vel cedens p̄uenit agere, vt no. ff. de pac. l. si cū emp. si vero cessio eneruauit ius agēdi actione directa, tūc soluēs cedenti nō liberatur, sed si sunt duo rei credē
5 di unus directa, alter vtili, dic. vt l. 3. C. de noua. † Sētentia lata prætex. transa. valet, licet transactio non valeat, vel ad id se nō extendat, ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. fin. sed in lectu. q̄ ibi fuit male pronunciatum per transactionem nō potest iustificari contractus vsurarius, vt no. Inno. j. depos. i. c. j. in fi. hoc verum nisi res sit dubia in facti causa, dummodo ista dubitatio non sit colorata, vel conficta, vt ff. de transa. l. cum hi. §. si cum
6 lis. † Transactio facta cum legitimis administratio. valet, si est facta bona side, & ex iusta causa, alias non. C. de transac. l. prę ses. ff. de pecu. l. item magistri. dummodo sit talis transigens prælatus, & interueniat consensus capituli. j. eodem. c. cōtingit. & cap. constitutus. Item dico, ꝙ curator adulti debet adhibere consensum adulti, quia adultus dominus est, & prudenter facit, si transigat de consensu consanguineorum adulti, q
c consilium capiunt pro minore, c vt singulariter no C. de his,
7 quibus ut indignis. l. Polla. † Quid iuris, si in transac. d quis sit
d læsus vltra dimiam dubij euentus, no. Bart. de verb. oblig. l. si quis cum aliter. & ff. ad Treb. l. Lucius. §. fi. & dicit, ꝙ habet remedium. l. j. C. de rescin. ven. dic ꝙtra, si transactio est facta bona fide, & inter personas legi. quia imponeret finem liti. vnde hoc statutum est, ne lites ex litib. oriantur. j. de emp. & vēd. cū eam. hoc probatur, quia per instra de nouo reperta non retractatur, nedū si in tanto, sed ēt si in toto sit læsio. C. e. ti. l. sub p̄textu. Præterea dubius euētus litis vix potest æstimari, vbi est p̄clusa via probationis, vt ff. de eden. l. argentarius. §. cū aūt pro princi-

ADDITIONES.

a Vide Pau. de Cast. ponentem etymologiam in rub. C. de transac.
b Vinc. God. Adde ꝙ transactio post rē iudicatā valet in uim pacti, qñ it a est cōuentum, etiam propter iuramentum, Rui. consi. 109. nu. 10. lib. 1. Et etiā post sententiam. ibid. nu. 11.
c Vinc. God Adde ꝙ transactio super re minoris valet, si fiat cum decreto iudicis. Rui. co nsi. 129. nu. 6. lib. 5
d Vide Alex. consi. 42. inci. super puncto thema. nu. 3. & melius in 7. col. j. vol. & in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.
Vinc. God. Adde ꝙ transactio non rescinditur remedio l. 2. C. de rescin. vend. Rui consi. 132. nu. 3. lib. 1.

BIU Cujas

ptin cipali cauſa per tranſa, finita vacuum eſt quicquid ex prę ſcri. vel priuilegio fit, vel attētatum eſt, quod eſt no. dignum, pōt ipſi cauſæ opem ferre. ℨ. eo. c. j. vbi melior tex. qui reperiť. poſt tranſactionem non licet petere pęnā ex veteri, quia oīa
8 vetera ℨcta caſſat, vt l. 2. in prin. ff. ſi qs cau. † Et fuit qō de facto inter Regē Vngariæ & Venetos, & inde mota eſt horribilis guerra & peſſima. & facit ad prædicta, quia quoties principale eſt finitum tranſactione, puta guerra, acceſſoria intelliguntur eſſe finita. ℨ. de pęn. c. calumnia, ꝑ Inn. puta impēſa, dāna, & intereſſe, ciuitates aūt captæ, & captiui non debent relaxari, ꝙ factæ ſunt capientiū, niſi aliud in pace ſit cōpilatū, videlicet ecce guerra eſt inter exititios et extrinſecos, aliq de exititijs ſunt ꝓdēnati ad mortē, fuerūt capti & ſunt in carcere, modo fit pax, & ſtatutū ꝙ oēs exbāniti rebannianť, & ꝑ rebannitis habeanť: Nunqd intelligāt de prædictis, q ſunt in carcere? & vr ꝙ non, ꝙa abolitio non ꝑtinet ad carcerationē, vt dicit illa l. ſingularis. ff. ad Turp. l. Domitianus. Item ꝙa ſunt ſerui pęnæ, q non hńt ius poſtliminij, vt ff. de cap. l. mulier in opus ſalinarū. In ℨriū vr, quia inſtrm banni dēt eis reddi caſſum & cācellatum, vt de cond. ſine cau. l. diſſoluto. & ꝑ hoc redduntur penitus liberati, vt ff. de pac. l. Labeo. & l. poſtq̄. præterea pax eſt quædā tranſa. ꝑ q̄ vetera inſtra tolluntur. ℨ. eo. c. j. & iſta eſt veritas, ꝙa ſunt penitus liberati & intellectualiter a carcere rę laxati, & ſicut ſunt relaxati intellectualr, ita debēt relaxari corporaliter. Nō ob. l. Domitianus, ꝙa illa gn̄alis abolitio, de quā ibi loquiť, erat ad tps, & non in ꝑpetuū, & ideo illi non dēnt liberari a carcerib. & cuſtodia, ꝙa non ſunt immunes a pęna,
9 & ita tenet ibi Bar. † Vnicuiq; licet ꝑuenire ℨ pactū & iuīm & propriā ꝓfeſſionē, ſi poſtea pronunciatū eſt ꝑ ipſo, de iure iu. c. mulieri, ꝑ Inn. ꝙa ſnīa potior eſt. l. 2. ff. de iureiu. In tranſ. non hēt locū illa cautio legalis, q̄ vocatur Mutiana. C. eo. tit. l. ſiue apud acta, & C. de pac. l. j. ſed ꝙuentionalis ſic. ff. de ꝙd. ob cau. l. dedit, in prin. Itē iudicialis ꝑ l. in oīb. ff. de iu. q̄ eſt paſſiua, & nō actiua, & præſtat ab inuito, non vt ipſe agat. ꝓſidera, cautio Mutiana facit, vt certū ſit ꝑ eā ꝓdōnē negatiuā, tn̄ in ℨctib. q tranſmittunť ad hr̄dem, non fuit a Mutio introducta,
10 nec ſunt ita fauorabiles, vt eſt vltima volūtas, in Auth. de nup. §. ꝙa vero. † Nunquid tranſactio ſit ℨctus, vel diſtractus. rn̄. diſtractus eſt in quantū eſt liberatio, ℨctus eſt, in quantū eſt promiſſio. C. eo. l. q̄uis. † Sed nunqd eſt diſtractus noīatus, vel innoīatus? rn̄. dici pōt ℨctus ſiue diſtractus noīatus ſi fiat ꝑ acceptū. C. e. l. vbi pactū. ſi aūt nudo pacto, tūc diſtractus eſt innoīatus. Et ſic ꝓclude, ꝙ ſicut eſt reperire ℨctum noīatū & innoīatū, ita eſt reperire diſtractū noīatū, & innoīatū. cognoſcimus aūt ℨctum innoīatū eſſe ꝑ talē doctrinā, videlicet quoties ex eo ꝓcedit actio p̄ſcriptis verbis, vel in factū, vel condō ex le-
11 ge, de iſto tn̄ vltimo dic, vt no. in l. ſi. ff. de ꝓd. ob cau. Item quatenus cōdō ob cām proficiſciť, eſt ℨctus noīatus, vt ibi dr̄. Itē in ℨctib. innoīatis reperitur vtilis, & vocatur actio in factū, & directa, & vocať actio præſcriptis verbis. Item in ℨctib noīatis reperiť directa, & ℨria, q̄ ſunt adiectiones, non actiones. v. g. directa depoſiti, & ℨria depoſiti. nam cū dico, depoſiti, nomē eſt actionis, & dū dico, directa, & ℨria, nomen eſt adiectionis, nec oportet hoc adijcere in libello, nec vitiat libellum, ſi errať in ipſa adiectione, ꝙa ſatis eſt adiecta actio ꝑ nomē ſuum propriū. In trāſactione remittere actionē nō eſt dare rē. C. de trāſa. l. ſi pro fundo, q̄ lex notabilis eſt. in ℨctib. innominatis non reperitur directa & contraria, quæ ſumunt aliud nomen. ſ. a ſuis extremitatibus, ꝙ eſt valde no. pro Legiſtis.

SVMMARIVM.

1 *Firmitatem recipiunt per confirmationem Papæ, ea quæ ſunt infirma, vel minus valida.*
Tranſactione tolluntur inſtrumenta & alia iura partium.
Confirmatio quædam præparata, quædam minime.
Materia non præparata, quæ.
Confirmationis natura.
2 *Tranſactio, ſi eſt vtilis eccleſiis, an dēat ualere ſine aliqua cōfirmatione.*
Caſſare, & irritare omnem alium contractum in contractibus non eſt neceſſe, niſi pręceſſißet obſtatiua proteſtatio, & ratio.
3 *Reuocari in dubium, an poſſit illud, quod facit Papa, uel princeps, qui habet plenam mundi, uel populi diſpoſitionem.*
Retractatio tranſactionis per inſtrumenta denuo reperta, quare non ſit, & quandoque ſit ex cauſa ſurreptionis ipſorum.

CAP. PRIMVM.

1 SIcut graue. Inſtrumenta † & alia iura partium ℨria tranſactione tolluntur. Caſus. Inter quoſdam prælatos eccleſiarum fuit facta ſalubris tranſactio. Papa, ne poſſit de eius valentia dubitari eam confirmat, decernens, vt ipſa ſeruetur, & alia inſtrumenta omni virtute ſint caſſa. h. d. No. ꝙ ea, quæ ſunt infirma, vel minus valida, per confirmationem Papæ recipiunt firmitatē, ſm Ber. & ſcias, ꝙ quędā eſt ꝓfirmatio præparata ex præcedenti mā, quædā non pręparata. Exemplū de prima eſt hic. v. g. ſalubritas. i. vtilitas eccleſiarū. mā aūt non præparata eſt duplex. ſ. obſtatiua, ſeu repugnans, vt ff. de act. & ob. l. obli. quæ proprijs viribus nō ſubſiſtunt. alia eſt mā talis qualis, vt ff. de adop. l. adoptio non iure facta. & nā ꝓfirmationis eſt valida re inualidū, & approbare validū, ſed non extendere. ff. de lib.
2 leg. l. Aurelius. §. teſtō. † Sed nonne ſi tranſactio eſt vtilis eccleſijs, dēt valere ſine aliqua ꝓfirmatione, vt no. ff. de tranſa. l. cū
a hi. §. cauſa. rn̄. non, vt hic, ꝙa ſolēnitas nō eſt omittēda. a Deinde no ꝙ in ℨctib. nō eſt neceſſe apponere illa verba, caſſantes & irritantes oēm aliū ℨctum &c. quia hoc tacite intelr, tex. hic ſing. niſi præceſſiſſet ꝑteſtatio obſtatiua, ꝙa tūc eſſet neceſſe apponere verba ipſi ꝑteſtationi ℨria, vel derogatoria, vt ff. de leg. 3. l. ſi quis in prin. teſtamenti. & C. de pac. l. pacta noniſſima, ꝑ Cy. † Itē no. ꝙ non pōt in dubiū reuocari illud ꝙ facit
3 Papa, vel princeps, qui hēt plenam mūdi, vel populi diſpōnē. Item no. rōnē, quare ꝑ inſtra de nouo reperta non retractať
b tranſactio. b ꝙ eſt no. dignum, ēt ſi illa inſtra eſſent priuilegiata. Nam ratio eſt, quia illa intelliguntť caſſa eſſe. text. eſt hic mirabilis, niſi illa inſtra eſſent ſubtracta per aduerſarium. ff. de pac. l. tres fratres. C. de probat. ſi de poſ. tex. eſt valde no.

ADDITIONES.

a Vide Iaſ in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. primo. & in l. ſancimus, C. de teſtamen.

b Vinc. God. Adde quādo tranſactio generalis præiudicet, & ꝙ non valeat ſuper ea, dependet ex teſtamento, Goz. conſi. 36. nu. 16. & 17.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio facta ſuper decimis cū authoritate ſuperioris, an ſit valida.*
2 *Obligatio decimarum licet ſit ſpiritualis, tamen res, quæ præſtatur, eſt temporalis.*
Compoſitio perpetua ſuper annua præſtatione inter immobilia cōputať.

CAP. II.

1 TAtuimus. † Valet cōpoſitio facta ſuꝑ decimis cū authoritate ſuperioris. Caſus. Quædā vniuerſitas habebat qōnem cū perſona eccleſiaſtica ſuꝑ decimis: queriť, vtrū poſſit
2 interuenire compoſitio? rn̄. ſic cū authoritate epi. h. d. † No. ꝙ obło decimarum licet ſit ſpiritualis, tn̄ res, quæ præſtatur eſt tpalis, & ideo interuenire poteſt tranſactio, ſiue ſint decimæ reales, quæ præſtantur pro prædijs, ſiue perſonales, quæ præſtantur pro diuinis officijs, ſm Inn. Sed quare requiritur authoritas epi, vel archiepiſcopi? reſpon. quia compoſitio perpetua ſuper annua præſtatione inter immobilia computatur, vt in Auth. de non alic. §. oportet. ℨ. eo. c. ſuper eo. ſol. vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio, vel cōſenſus capituli ſubſequēs confirmat ꝑlati trāſactionē.*
2 *Cōtractum q plurib. annis obſeruat, an poſſit poſtea reſilere a contractu*
Tranſigere ne poſſit prelatus.
Tranſactio eſt ſpecies alienationis & quando.
3 *Libera, an videatur conceſſa per literas de rato.*
Prætoris ciuitatis poteſtas.
In republica non poteſt quis, niſi quatenus ſit conceſſum.
Legis, ſtatuas, de acq. rer. dom. intelle.
Legis, de iure, ad municip. intell.
Immobilia non poſſunt alienare etiam qui liberam adminiſtrationem habent a lege.
Liberam facilius lex, quam homo concedit, & ratio.

CAP. III.

1 COntingit. Si prelatus † hēt literas de rato, vel ꝓſensum capituli ſubſequentem, tranſactio prelati obtinet firmitatem. Caſus. Abbas, ſiue prior alicuius ꝙentualis eccleſię hēt cām cum alio corā iudice ordinario, vel delegato, tranſegit cum aduerſario, capitulum vult illam tranſactionē reuocari, queriťan poſſit? rn̄detur ꝙ nō, ſi a capitulo habuit literas de rato, vel capitulum poſtea ratum habuit aliquib. annis obſeruando. No. ratihabitionem capituli confirmare factum prælati. Item no. ꝙ per obſeruantiam contractus inducitur ratiha-
2 bitio. † Item no. ꝙ qui a obſeruat ℨctum pluribus annis, non
a poteſt poſtea reſilire a ℨctu, & hoc q̄n non deficiebat niſi ſolus ꝓſenſus. ſecus, ſi deficeret ſolennitas verborū, vel quęuis alia ſolennitas ſubſtātialis, vt C. de pac. l. ſi certis annis. hic q̄ritur, vtrum prælatus poſſit tranſigere? & vr ꝙ non, quia habēs mandatum ad agendum non tn̄ habet mandatū ad tranſigendum, vt ff. de pac. l. & ſi tantum, quia mandatum non debet extendi, vt ff. de ſol. l. hoc iure. Et li. ꝓteſtatio nihil adijcit mandato. præterea tranſactio eſt quædam alienatio, vt ff. de prædi. mi. l. ſi ad reſoluendū. præterea dato, ꝙ prælatus ſit legitimus admini-

ADDITIO

a Qui obſeruat contractum pluribus annis, non poteſt poſtea reſilire a contractu. iſtud repet. ſingu. d. Hier. Tor. in quodam ſuo conſilio, quod eius propria manu habeo.

BIU Cujas

adminiſtrator, non tñ habet liberam, vt ff. pro emp. l. qui fundum, §. ſi tutor. Item quia tranſactio eſt ſpecies alienationis, ſi ille, qui non hẽt plenam rei ſuo nomine diſpoſitionem, non põt renunciare, vt no. C. de pac. l. pe. & per Pe. & Cy. in ꝺ̃rium vr̃. C. de tranſa. l. præſes. ſol. ſi bona ſunt cõia, vel debitum eſt liquidum, nõ poteſt, ſed ſi non eſt liquidum, & conditio dñi non eſt deterior, poteſt, ff. de pac. l. item magiſtri, & l. contra
3 iuris. §. fi. ibi no. Sed an per literas de rato † videatur conceſſa libera. dicit Cy. ꝙ non. C. de procu. l. ſi procuratorem. ſed per hæc verba, omnia poſſis, quia poſſum ego, vel quæ poteſt verus dñs, bene videtur concedi libera, dumtamen bona fide. C. mand. l. creditor, §. fi. Ex hoc apparet ꝙ habens literas credentiæ genera'es, non poteſt renunciare beneficio. Quid de potestate alicuius terræ rñ. hoc non põt, niſi hoc ſit ei conceſſum a conſuetudine, vel a lege municipali, quia in republica nullus poteſt, niſi quatenus eſt ei conceſſum, ff. quod cuiuſq; vni. no. l. nulli. & ff. quod vi aut clam l. phibere, §. plane. igitur hic eſt ex mandato pendens qõ, ſic intelligitur. l. ſtatuas, ff. de acqui. rer. dom. qũo igitur debet intelligi lex, de iure, ff. ad muni. rñd. ſi eſt qõ ciuilitatis cum ipſo iure, poteſtas cognoſcit tanq̃ magiſtratus ex mero officio, ſed ſi eſſet qõ cum alio, ptãs non poſſet cognoſcere, niſi haberet mandatum a republica, quia poteſtas non eſt legitimus adminiſtrator bonorum, ſed ſuæ
a iuriſdictionis. Adde, ꝙ quidam habent liberam a adminiſtrationem a lege, & iſti non poſſunt alienare immobilia, quidã ab homine, & iſti poſſunt, dummodo ex cauſa, & non perfunctorie, vt ff. mand. l. creditor. §. fi. & ideo l. facilius concedit liberam, quam homo, vt C. de bo. ma. l. 1. quia minus periculum eſt in conceſſione, quæ fit a lege. porro homo, quia poſſet incurrere magnum periculum, nunquam videtur concedere liberam, niſi hoc dicat expreſſe, vt ff. de pec. l. quam Tuberonis, §. alia, & eſt melior tex. qui ſit in iure ciuili. & facit ff. admi. tut. l. intra bonorum, ꝙ eſt valde notabile.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde ꝙ liberam poſſeſſionem non dicitur quis tradere, ſi det alteri ſeruitutem, Goz. conſi. 24. num. 3. Et inſuper liberum dicitur, ꝙ ſit nullo cogente imperio, Ruy. conſi. 1. nu. 21. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Tranſigi non poteſt ſuper beneficio eccleſiaſtico.*
2 *Guarentigiæ inſtrumentum dici non poteſt, quod non tenet.*
Tranſactio, quæ non tenet, liti finem non imponit.
Nullitati renunciari non poteſt, & quare.

CAP. IIII.

1 Onſtitutus. Super beneficio † eccleſiaſtico tranſigi non põt, & ſi tranſigi-
2 tur, iurm & inſtrm eſt nullum ipſo iure. h. d. Sume hic argm̃ ꝙ † non põt dici inſtrumentum guarentigiæ id, quod de iure non tenet. no. ꝙ tranſactio, quæ non te-
a net, liti terminum a non imponit. nã quod nullius eſt momenti non ſufficit paciſcenti, nec per mutuum conſenſum recipit firmitatem, & huic nullitati renunciari non põt, quia eſt inuitis partib. introducta, ff. de ritu nup. l. a diuo, & ibi no.

ADDITIO.

a Adde tex. in l. cauſas, in verbo, legitimis tranſactionibus.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio quæ fieri poſſit inter clericos.*
2 *Realitas in pactis, quid ſit, & quo pacto cognoſcatur.*
Obligatio tranſiens in ſucceſſorem, an ſit eadem cum prima.
Vtilis obligatio ceſſa, eſt eadem cum directa.
Sententia indulgentiæ, & Gratiæ, vtrum præſumantur reales.
3 *Compoſitio in ſpiritualibus ſecundum ius fieri debet.*
Pactum perſonale non afficit ſucceſſorem.
Leg. ſi conſul. ff. de adop. intell.
4 *Cauſa ſi eſt inter epiſcopum & ſubditum, an ſi epiſcopus amicabiliter componit, requiratur ſuperioris decretum.*

CAP. V.

1 De cętero. Compoſitio † inter clericos non de titulo beneficij, ſed de alio iure, puta de annuo cenſu, fieri poteſt. tñ cẽſus ſolutus huius compoſitionis prætextu non afficit ſucceſſorem. Caſus. Rector vnius eccleſiæ impetrauit ꝺ̃ aliũ, tandem compoſuerunt de lite, quę erat ſuper cenſu, videlicet vt alter ꝺ̃ alterũ ageret de cenſuali ſubiectione. eps vult hanc pactionem reprobare. Papa dicit, ꝙ non põt, tñ iſte cenſus, q̃ ex
2 compoſitione petitur cum vita finitur. † Quęro, quid eſt realitas in pactis? rñ. idem, quod trãſactio, alias tranſmiſſio ad ſucceſſores. ſed quomodo hoc cognoſcam? rñ. ex duob. ſ. potentia, & actu, ſunt. n. quidam, qui poſſunt quo ad ſe & non quo ad ſucceſſores. quidam, q̃ perpetuo pñt. porro realitas cognoſcitur per hoc, ꝙ habet perpetuam cauſam. hęc conſideratio probatur ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium, & l. 4. ff. de ſer. Item actus ſapiens realitatem, vel perſonalitatem colligitur ex verbis & mẽte, & ipſius rei natura, ff. de pac. l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de ſer. ruſti. pręd. l. Lucius, & vide quod no. Cyn. C. de ꝺ̃hen. & commi. ſtip. l. veteris. Sed an obligatio tranſiens in ſucceſſorem eſt eadem numero cum prima. dic ꝙ ſic, ſicut ea dem ſeruitus, ad quodcunq; ambulet prędium. Prętera vtilis ceſſa, eadem eſt in iure cum directa. ergo multofortius ea, quę tranſmittitur in propria virtute & figura. de hoc ꝑ Cy. C. de pac. l. pacto ſucceſſorum, ff. ad Treb. l. ex aſſe. vtrum ſnia p̃. ſumatur realis, vel perſonalis, no. Inn. j. de inſt. c. cũ veniſſent. in indulgentijs & gratijs, vtrum præſumantur reales, aut perſonales. dicit gl. ꝙ reales. ff. de cenſi. l. forma. §. q̃q̃, vbi gl. nota-
3 bilis. † No. ꝙ compoſitio in ſpiritualib. ſm ius fieri debet. No.
4 ꝙ pactum perſonalis vigoris non afficit ſucceſſorem. † Quæro, quid ſi cauſa eſt inter epm̃ & ſubditum, nũquid ſi eps amicabiliter componit, requiratur decretum ſuperioris, puta archiepiſcopi? vr̃ ꝙ non requiratur alia authoritas, q̃ ipſiuſmet, vt ſic gerat duas perſonas. ſ. ꝺ̃hentis & authorizantis, vt ff. de adop. l. ſi conſul. ſed illa lex non habet locum, niſi requiratur cauſę cognitio per modum iuriſd. diſputatiuę, ſeu contentio ſæ, ſed melius facit ff. de auth. tut. l. accipientis, & quod no. in l. j. C. de contracti. iu. & C. de contrah. emp. l. cum ipſe. Inno. dicit, ꝙ ordinarius ſolus, ſi conſenſiſſet, eccleſiam cenſualẽ cõſtituiſſet. Quęrit Inn. ſi clericus petijt ſuam ele. vel prouiſionẽ confirmari, qui ſint citandi? dic vt no. in c. vlt. de elec. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, quod per tranſactionem poſſidetur, ſi per mediatorẽ, vt vacans impetretur, an impetratio ſit valida.*
Scire quis præſumitur, quia aduocatus, & quia teſtis.
Aduocatus contra clientulum ſuũ turpiter impetrans tenet pena falſi.
Tonſuratus quis nõ eſt, clericus nõ eſt, & an poſſit impetrare beneficiũ.
2 *Dolus partis, & dolus aduocati, inuicem compenſantur.*
3 *Aduocatus poteſt eſſe teſtis in inſtrumento tranſactionis, uel compoſitionis partium, non tamen poteſt eſſe teſtis in cauſa principali.*
Recordari præſumitur is, qui interfuit actui.

CAP. VI.

b lis præfertur directę. Ber. Et † no. ꝙ in eodē inſtro vir & vxor b poſſunt eſſe duo rei credendi in ſolidum, ſed non debēdi, niſi tota pecunia perueniat ad vxo. vt no. in Spe. de obl. & ſol. mat. ver. pone, ꝙ in inſtro locationis, vel emptionis cōtinet vir, & vxor, tñ gl. habes, ꝙ vnuſquiſque pro parte acquirit, et pro parte tenetur in l. ſcripture. C. de fi. inſtr. Ibi, non viderit. no. ꝙ per inſtm̄ probatur mandatū non eſſe ſufficiens ꝙ eſt valde no.

ADDITIONES.

a Vinc God Adde ꝙ uir & uxor pro vno reputantur Soc. conſ. 7 nu. 25.
b Vide Aret in l reos § in tabulis, ff. de duo. re. et ibi etiam allego quoddam conſilium, Bar.

SUMMARIUM.

1 *Regula quoties traditur, non eſt neceſſe quæſtionem formare, nec caſum in terminis ponere.*
Reuocatio procuratoris qñ ualeat. & non reddit proceſſum nullum, non ſignificata iudici, uel aduerſario, itē an ꝓſſit aduerſario diſſētiēte fieri.
Procuratoris mutatio cauſat repetitionem nouam actorum niſi in caſu.

Repetitio

BIU Cujas

Repetitio noua actorum ex mutatione procuratoris quando facienda.
Cessio instantiæ facta domino, a ꝓcuratore, non contrahit vitiũ litigiosi.
Dominus & procurator fingitur eadem persona.
2 *Reuocatio an possit notificari per alium quam per reuocantem vel eius mandato.*
2 *Denunciatio prohibentis requiritur, cum quid prohibetur.*

CAP. XIII.

Mandato. Casus in terminis nõ ponitur hic: 1 quia † quoties traditur regula non est necesse qõnem formare, & per ꝑticulã nec casum in terminis ponere; tñ tex. est exponẽdus. Dicitur ergo hic, ꝙ si post li.cont. supple, vel quasi, vt no.Cy.C. eo. l.ni hil arbitramur, proc. supple, volens, vel ex cã est reuocatus, & iudici, vel aduersario nõ constat de reuocatione, processus cũ tali procu. factus efficax est censendus, supple, si aliud nõ impedit. Sed pone, ꝙ procu. consentit, sed aduersarius dissentit, resp. si subest cã, valet reuocatio, si nõ subest cã, non ualet reuocatio: quia interest aduersarij in mutatione tali: ꝙa omnia de nouo narrari oportet, vt no.ff. de proc. l. mutari. & hoc tam ex parte actoris, q̃ rei. ff. eo. l. quæ omnia. tamẽ si proc. cederet dño ius instantiæ, nihil repeti oporteret. ff. eo. l. in causæ. §. si ex parte. nec obs. vitium litigiosi: quia non pertinet ad istum casum, cum sit prosecutio eiusdem iudicij, & quia dominus, & 2 procu. fingitur eadem persona. † Quæro, an reuocatio notificari possit per alium, q̃ per reuocantem, vel eius mandato? vr̃, ꝙ sufficiat sola scientia: at contrarium est verum, quia scientia debet procedere a reuocatione, alias a reuocante secundũ Io. An. quia cum quid prohibetur, requiritur denunciatio prohibẽtis, tex. est no. in l. nomẽ. i ver. certiorare. C. q̃ res pi. ob. poss.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias potest constitui procurator absque consensu patris.*
Filiusfamilias an possit acquirere actionem contra patrem ex iure cessa.
Conditio occupantis procuratoris melior fieri dr̃ post litis contestationẽ.
Præueniſſe procurator comprocuratorem, quando dicatur.
2 *Procuratores plures an possint constitui ad agendum, vel defendendum insolidum.*
Actori magis, quam reo in quibus faueatur.
Prohibentis conditio melior in procuratore, quando sit.
3 *Procurator victus, appellare & quando debet & nu. 4.*
Sententia iusta quibus casibus præsumitur iusta.
4 *Excusator, uel nuncius an teneatur appellare.*
Appellationem prosequi an teneatur procurator, qui tenetur appellare.
Pauper qui est, an admittatur ad tutelam, procuratorem, & aliam administrationem alienam.
Idoneus quis existimatur ex satisdatione.

CAP. XIIII.

Non iuiuste. †Filiusfa. potest constitui proc. 1 supple, nec requiritur patris cõsensus, vt no. C. de bo. quæ li. l. fi. Sed nunquid põt filiusfa. acquirere acti. ꝯ patrem ex iure cesso? vr̃ ꝙ non, ꝓpp prñã reuerẽtiã, vt ff. de act. & ob. l. actiones aduersus. Cessio est exercitiũ iudicij, ꝙ non cadit inter prẽm. & filiũ in ptãte ꝯstitutum, & quia in iudicio quasi ꝯhitur, inter patrem & filium in ptãte obligatio non ꝯhit, vt ff. ad Tre. l. Imperator. Bar. dicit ꝙ tenet cessio, si fit ex cã aduẽtitia, & filius, donec est in ptãte, hẽbit act. habitu & virtute, non actu & exercitio. Cõsidera in hoc iure cesso, pr̃ vsumfructum vel quasi habere nõ põt, quia esset debitor, et creditor sui ipsius, ꝙ est impossibile. Op. igitur ex vi rõnis vsumfructum cõfundi, & filium petita venia admitti ꝯ patrem. Mõ sequit in tex. ꝙ procu. põt constitui ad futuras cãs, & istud est clarũ. Sequitur in tex. ꝙ qñ sunt plures procuratores insolidum eodem instr̃o cõstituti mel. or esse ꝯdõnẽ occupantis, dummõ sit li. conte. Ergo no. ꝙ per ꝑparatoria causæ non intelligit præuenisse. & est rõ, quia nõ est factus dñs litis, sed si talis esset cã, in qua non requireretur li. conte. intelligeretur tunc occupare faciendo actũ, qui hr̃ ꝓ li. 2 conte. vt no. in c. 1. de elec. li. 6. †Sed nunquid põt constitui ad agendum, et defendendũ plures procuratores insolidũ? rñ. sic, tñ ex parte rei non possunt constitui nisi vnus ex eis, qui ꝑt iudiciũ suscipere ex parte actoris & vnus, & oẽs, & est rõ, quia nõ interest rei ꝓ vnum conueniri, sed actoris interest iudiciũ nõ irritari, quia vnus posset ꝯfiteri, alter negare, text. est not. ff. iud. sol. l. 3. §. si tñ plures. nec est nouum, ꝙ in processib. magis faueat actori, q̃ reo. sed in ꝑticulã añ ltt. ꝯt. q̃ post magis fauetur reo, vt j. de rest. spo. c. cũ ad sedẽ. ðt lex ꝙ est melior est ꝯdõ ꝓhibẽtis. ff. de cu fu. l. ꝯsil. §. fi. Tu dic, ꝙ aut tractat de alie. aliàs libera; & tũc est melior ꝯdõ ꝓhibẽ. aut de iudicio, & tunc aut manifeste vnus facit id ꝙ est dño manifeste vtile, alter non, & ꝑferr̃ ille q̃ vtilitatẽ dñi ꝓc. vñ si vnus ꝯfiteꝫ, alter negat, stat ne gãti, ꝙa q̃ ꝯfiteꝫ, dñm ꝺefensum relinqt. Si aũt nõ apparet, q̃d expediat dño, inuicem se impediũt, ꝙa duo simul in ꝯd. agere 3 non põt, vt ff. de admi. tu. l. decreto. §. fi. †Sequitur in tex. ꝙ ꝓc. victus debet appellare, supple, nisi paupertas eũ excuset, forte quia oporteret eũ facere expen. in veniendo ad iudicẽ, tex. est a no. ff. man. l. idemq;. §. si ignorantes. Item si snĩa est iusta, nõ tenetur appellare, & ꝑsumitur iusta, si snĩa est absolutoria, secus si ꝯdemnatoria. vel dic ꝙ ẽt condemnatoria ꝑsumitur iusta, si sit lata a viris lr̃atis, prouidis, & discretis, nisi ꝯriũ probeꝫ, text. est no. s̃. e. c. in nr̃a. §. nos. no. ff. de eui. l. Herẽnius. §. Caia. & ad de ꝙ dixi s̃. de renun. c. in ꝑsentia. Sed nunquid in cã crimina li est idem, ꝙ dicit in ciuili, ꝙ proc. victus teneatur appellare? ar. est ꝙ non, quia agit ad merã vindictã, pro hoc tex. no. ff. ad 4 Sil. l. pp̃ veneni. §. nep. Sed nunquid †excusator, vel nuncius teneatur appellare? rñ. tex. est vnicus in iure. l. liberto. §. fi. ff. de nego. ge. Sed nunquid in procu. qui tenetur appellare, tenẽ pro sequi? tex. dicit ꝙ non, & est rõ, ꝙa sumus in alio tribunali, vt hic, & C. eo. l. inuitus. Quid si procu. petat in inte. rest. corã eodem iudice? die ꝙ tenetur prosequi, si ab interlocutoria, secus si sit diffinitiua, ꝙa interlocutoria est de appendici. vt no. in l. q proprio. §. itẽ quare. ff. de proc. vbi oĩno vide. Adde, ꝙ si ꝑcu. non fuit legitime ꝯstitutus, non tenetur appellare. ff. de admi. tut. l. tutores. §. j. vbi tex. no. dicit ibi gl. nisi esset ꝯiuncta psona, q̃ admittitur pro ꝯiuncta ꝑsona ẽt in minore, & illa gl. sæpe al leg. sed certe coniuncta psona habet facultatẽ, sed nõ necessitatẽ. C. de nẽ. ge. l. tutori. Pone filiusfa. nulla hẽt bona, qũo erit idoneus proc. nã non põt fieri in eum executio qui nihil hẽt, vt no. C. qui bo. ce. pos. l. pe. rñ. satis est, ꝙ dñs sufficiẽter releuet eum, vt ff. de ma. vin. l. collactaneus, & ff. de ꝑcu. l. Titius, & ꝙa idoneus ex facultatib. dr̃ ille, qui habet fideiussorẽ idoneum. Hinc est, ꝙ tutor, licet sit pauper, admittit tñ ad tutelã, si dñs satisdedit idonee, licet ꝓp paupertatẽ posset se excusare. ff. de excu. tu. l. paupertas. sic & rector hospitalis ꝑt esse pauper, si facit inuentarium, & idoneè satisdet, quia boni mores magis respiciuntur, q̃ cumulus facultatũ. ff. de suspe. tu. l. suspectus. tu dic, ꝙ si procu. est ita pauper, ꝙ nõ ꝑt facere sumptus litis, ꝙ repellit a procuratione, vt no. ff. de iniur. l. sed si vnum. §. procu.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde ꝙ sententia super nullis probationib. est inefficax. Matt. de Affric. in decis. Neap. decis. 28. latæ fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum procura. uniuersitatis absque specificatione nominũ quod sit validum, nisi in casu.*
Ciuitatem qui regunt, iurare debent officium, in principio.
2 *Excommunicatio, si est occulta, non habet elidere syndicatum.*
Excommunicati non constituentes procuratorem nomine suo sed uniuersitatis vel alias alieno, non vitiant constitutionem.

CAP. XV.

Consuluisti. Constitutus ab aliqua cõitate procu. ad impetrandum, non repellitur pro eo, quod maiores, & iurati, per quos cõitas regitur, sunt excõicati, nisi in literis eorũ nomina sint exp̃ssa, & eorũ authoritas necessaria, vel nisi cõitas sciens eos excõicatos vna cũ eis ꝯstituerit eũdẽ. In tex. ibi, maiores, ꝓ hoc videbat, ꝙ nõ teneret ꝯstitutio, ꝙa morbus i capite ificit totũ corp⁹. Ibi, & iurati, no. ꝙ illi, q̃ regũt ciuitatẽ dẽnt 1 iurare officiũ. †Ibi, exp̃ssum, no. ꝙ valet instr̃m ꝑc. vniuersitatis absq; specificatiõe noĩum, hoc tenet Bar. i l. pe. C. de p̃d. cu. a li. 10. & Inn. hic. & est no. ꝙ est verũ, si nõ op. de incertitudine ꝑsonarũ. Ad hoc ergo, vt nõ possit opponi, debent specificari noĩa, p̃sertim eorũ, a ꝙb. pẽdet authoritas fm Ber. ad hoc optime facit. l. vlt. C. de ven. re. li. 11. de hoc ẽt statĩ dicã i ti. de syn 2 dico. No. hic, ꝙ †si excõicatio est occulta, nõ habet elidere syndicatũ. istud. c. loq̃t, qñ ꝯstituẽtes sũt excõ. & est rõ, ꝙa nõ ꝯstituũt noĩe suo, sed noĩe ciuitatis, q̃ nõ est excõ. & est ar. ꝙ exc. possit aliũ non excõmunicatum substituere nomine dñi sui.

ADDITIO.

a Vinc. Cod. Vide Alex. conf. 1. ponderatis, nu. 7. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus dicitur quasi singulorum causam gerens, siue dicens, sed ista etymologia non est completa.*
Ex interuallo fieri nõ debẽt sed generaliter, omnia, q̃ fiunt ad solẽnitatẽ.
2 *Syndicus ciuitatis, uel uniuersitatis an possit nominatim obligare ciues.*
Lex publica. i. generalis ligat omnes etiam pupillos, & mulieres.
Collectam decernere possunt, & distribuere ciues, & quomodo.
Obligatio secundaria talis est, qualis est primitiua.
Minor pars facit collegium ad uniuersitatis defensionem.
3 *Pronunciatio iudicis an faciat illũ syndicũ vel procuratorẽ qui non est.*
Consiliarij, siue Antiani possint ne constituere procuratorem, uel syndicum ciuitatis sine eius prętore, uel potestate.
Syndicum constituentis ætas quanta debet esse.
4 *Syndicus, si est minor. xx. annis, & denuntiat maleficium, an possit opponi, quia denunciatio non ualeat.*
Syndicus minus legitime constitutus obligat constituentes tantum.
Syndicum potest facere consuetudo.
Pubertati proximus doli capax esse præsumitur, vrbanus maxime, non tamen hominum sapientum iura tractare potest.

BIU Cujas

5 *Menſis quot debet habere dies, ſi ſit aliquis ſyndicus conſtitutus ad tẽpus ſemeſtre.*
An dubium vel patris, vel prælati, vel ſyndici, reuocatio, vel perſona reuocatur, vtrum cautio rati ſufficiet, & qualis.
Electiones, & conſtitutiones ſyndicorum ſecundum conſuetudines locorum fieri debent.

a *De ſyndico.*[a] *Rubrica.*

1 DIcitur. †Syndicus quaſi ſingulorum cãm gerens, ſiue dicens, ſed iſta etymologia non eſt completa, quia iam ſequeretur, quod vnus poſſet cõſentire hodie, alter cras, vt ff. de ſer. ru. prę. l. per fundum. quod falsũ eſt. quia conſenſus debet præſtari in capitulo, ſeu congregatis ſimul eodem contextu, vt ſ. c. proxi. & generaliter omnia, quæ fiunt ad ſolennitatem, generaliter fieri debent, non ex interuallo, vt C. de teſta. l. hac conſultiſſima. C. de decu. l. pe. li. x. & C. de prædi. cur. l. fi. & C. de uen. re. ciui. l. 2. dic ergo, ꝙ ſyndicus dicitur quaſi ſimul plurium cãm dicens, & eſt alluſio vocabuli a ſyn quod eſt cum. ideſt. ſimul, vt dicit Catholicum, & dicus. i. dicens, ſicut dicitur cauſidicus. i. cauſam dicens, ſm Vgo. † Sed nunquid ſyndicus ciuitatis, vel vniuerſitatis põt noĩatim obligare ciues ita, puta Pet. & Io. tñ non ex vi ſyndicatus gñalis, ſed ex vi cõſenſus bñ poſſet obligare conſtituen. vt no. in l. 2. C. q̃ ſit ſon. conſuet. Itẽ poſſet fieri ſuper hoc ſtatutum, quo præcedente poſſet ſingulos obligare, & eorũ bona. nam lex publica. i. generalis ligat oẽs etiam pupillos, & mulieres, tex. eſt no. & ſemper allegat. ff. de admin. tut. l. ſine hærede. ſ. Lucius. & no. Bar. in l. actor. ff. rem ra. ha. & in l. 4. ſ. actor. ff. de re iu. Item intra ſe poſſunt ponere collectã, & diſtribuere eam, vel ſm æſtimum, vel in capita. tñ rationabiliter diſtributio eſt ſm æſtimũ, vt no. in l. j. ſ. quibus. ff. ꝙ cuiuſq; vni. no. & per In. de ſen. excõ. c. graue. quod intelligo, qñ collecta ſupponitur ꝓ munere patrimoniali. ſed ſi ꝓ munere capitũ, tunc dẽt diſtribui in capita, vt eleganter no. Bar. in d. ſ. actor, quia quale eſt vnumquodq; tale, & id ꝙ ex eo ſequitur, pro hoc talis eſt obligatio ſecũdaria, qualis primitiua, ar. ff. cõmo. l. ſi vt certo. ſ. ſi duobus vehiculũ. dicit Spe. ꝙ ad defenſionẽ vniuerſitatis minor pars facit collegiũ, in Spec. de ſyndico,
3 ad hoc C. de ſacroſ. eccl. l. ſancimus. Dicit Spe. †ꝙ pronũciatio
b iudicis nõ facit ſyndicũ billũ qui nõ eſt. die generaliter, ꝙ vbicunq; requiritur mandatum dñi, vel quaſi, & tunc interlocutoria iu. nõ ſufficit, ſi mandatũ deficit. ſed vbi ad iudicem pertinet ꝺſtitutio, interlocutoria iudicis ſufficit, vt l. 1. ſ. idẽ Põponius. ff. ꝙ fal. tu. auth. tex. eſt ibi no. & non eſt alibi, & ibi per Ia. de Are. ꝙ de ꝓcuratore dixi, eſt verũ, ſi falſus eſt procurator, ſed ſi eſt minus idoneus, vel inhabilis, ſtandũ eſt pronũciationi, niſi appelletur, vt C. de proc. l. ita demum. an conſiliarij, ſi ue antiani poſſint ſine poteſtate illius terræ ꝺſtituere ꝓcuratorẽ, vel ſyndicũ ciuitatis. Dy. dixit, ꝙ ſic, ꝓ l. vbi abſint. ff. de tut. & cur. da. ab his. quod eſt verũ, qñ officiũ poteſtatis vacat, ſed ſi nõ vacat, & poteſtas eſt p̃ſens in ciuitate, requirit in ꝺſtõne ſyndici eius authoritas, ſicut in ꝺſtõne actoris, vt no. in l. nulli. ff. quod cuiuſ. vni. no. Conſueuit quæri, cuius ætatis debent eſſe conſtituentes ſyndicum? & videtur ꝙ debẽt eſſe talis ętatis ad obligandũ ciuitatẽ, qualis debent eſſe ad obligandum ſe ipſos, ar. C. de le. tut. l. fi. ſed vr̃, ꝙ ſufficiat, ꝙ ſint maiores annis 18. quia iſta ætas eſt affinis ltiæ ætati, vt not. in l. de pupillo, in prin. ff. de no. ope. nũ. alij dicunt, ꝙ quilibet adultus hẽt ltiam ætatem. Dy. dicit in d. l. de pupillo. ꝙ adultus habet vocẽ in cõcilio, in elec. & conſtitu. ſyndici. ꝯrium tenet Bart. ibidem per l. ſpurij. ſ. 1. ff. de decu. & l. ad rẽ publicã. ff. de mun. & ho. & facit quod no. in Spe. de ſyndico. ſ. j. ver. ſed cuius ętatis. ibi dicit Spe. ꝙ quilibet adultus debet iurare fidelitatem, ergo & facere
4 ea, quę mandant fidelib. †Si ſyndicus eſt minor xx. ann. & denunciat maleficium, an poſſit opponi, ꝙ non valet denunciatio, quia eſt quodãmodo teſtis, cum denunciatio officialis faciat iudicium? & vr̃ ꝙ ſic, ff. de accu. l. 2. ſ. fi. adde c. vt hi, qui. de æta. & quali. in cle. Et no. ꝙ ſyndicus minus legitime ꝺſtitutus põt obligare conſentientes, ſed non ipſam vniuerſitatẽ, vt in l. j. ſ. j. ff. de magi. conuc. vbi tex. eſt ſatis no. hũc tex. alle. Alber. Galeoti in Margarita. vtrum ꝺſuetudo poſſit facere ſyndicũ. dic ꝙ ſic, vt ff. quod cuiuſ. vni. no l. nulli. Adde, ꝙ quilibet ꝓximus pubertati præſumitur doli capax, maxime ſi eſt de vrbe, quæ cunctos tales gñat, vt no. ff. de vſuc. l. ſequitur. ſ. pupillus, tñ non põt hoĩum ſapientũ iura tractare, ẽt ſi eſſet rex Frãcię,
5 vt C. de teſt. mi. l. fi. vbi tex. valde no. † Pone, aliqs eſt ſyndicus ꝺſtitutus ad tps ſemeſtre, quot dies debet habere menſis, vide pleniſſime in c. licet. de ſupp. neg. p̃la. ĩ nouel. li. 6. & iſtud ſemeſtre incipit immediate, vt ff. de ver. ob. l. eum, qui calendis, niſi aliud tps ſit determinatũ ad ingreſſum officij. ff. de cõd. & de. l. Publius. vbi eſt tex. no. Ecce dubitatur, an ille, qui agit tanq̃ pater, ſit pater necne, vel dubitatur, an qs ſit prælatus necne, vel an quis ſit ſyndicus necne, vel an quis reuocatus necne, nũquid ſufficiat, ſi cauet de rato? rñ. ſic, vt ff. quod cuiuſ. vni. no. l. item eorum. ſ. ſed interdũ. Item licet non dicat, cauco de rato, ſed dicit, caueo ꝙ aduerſarius non patietur damnum, ſatis eſt, vt ſing. legitur & no. ff. de admin. tut. l. vulgo. Item no. ꝙ ſecundum conſuetudines locorum, & villarum debent fieri electiones, & conſtitutiones ſyndicorum. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. l. item eorum.

ADDITIONES.

a Vide late & pulchre per Brixien. in rep. ſuo, in verbo, ſyndicus.
b Vinc God. Syndicus an poſſit renunciare appellationi in præiudicium eccleſiæ. Alex. conſi. 115. attentis narratis, nu. 1. lib. 5. Et an ſyndici confectio in iudicio præiudicet communitati, Dec. conſ. 221. non patitur. colum. j. lib. 2.

SUMMARIUM.

1 *Monachi tenentur conſtituere ſyndicum generalem, cui poſſint conſtituere ſalarium.*
Mandatum ſyndici non oportet quod ſit gratuitum.
Syndicus non conſtituitur inuitus, niſi ab habente in eum imperium.
Mandatum a lege ſyndicus quando intelligitur habere.
Ruſticus ubi teneatur eligere ſyndicum.
2 *Vniuerſitas, & multitudo quælibet cogitur conſtituere ſyndicum.*

CAP. PRIMVM.

1 SIcut. †Monachi tenentur conſtituere ſyndicum generalem, cui poſſint conſtituere ſalarium authoritate beati Gregorij. & no. ꝙ non oportet, qđ mandatum ſyndici ſit gratuitum. In text. ibi, cum Fauſto loqui debes, dicit lex loquere cum Hibero, vt ff. de ſer. vrb. præd. l. quidam Hiberus. ratio autem huius, dicit, quia ſyndicus non conſtituitur inuitus, vt hic, niſi conſtituatur ab eo, qui ſuper eum habet imperium, vt ff. de mu. & ho. l. munerũ. ſ. defenſores. & tunc ſyndicus intellr habere mandatum a lege, vt no. ff. de iureiu. l. iuſiur. ſ. defenſores. Sed pone, ꝙ ruſticus in vna villa hẽt æſtimum, in alia laborat poſſeſſionẽ cuiuſdã dñi; quæro, vbi tenet facere ſyndicũ? rñ. vbi hẽt æſtimũ, qa ibi hẽt domiciliũ, & ſi ptãs cogeret eũ alibi, põt appellare. l. 1. C. de po. ad mu. noĩan. li. x. p Bar. & tenẽt villa eligere meliorẽ.
2 Itẽ no. ꝙ vniuerſitas cogitur ꝺſtituere ſyndicũ. Itẽ q̃libet multitudo, ẽt ſi nõ faciat vniuerſitatẽ, vt ff. de fidei. lib. l. ergo. ſ. creditores. ibi, oportet, & c. vbi Iac. de Are. dicit ar. ꝙ vniuerſitas ſyndicum facere compellatur officio iudicis, Iac. de Are.

De his, quæ vi, metusve cauſa fiunt. Rubr.

SEMMARIVM.

1 *Metus qs, ꝺpediat actũ in quo reqrit volũtas ſpõtanea et ꝓpria, & nu. 6.*
2 *Metus qualiter probetur, & nu. 48. & 15.*
3 *Tortura, quam faciunt officiales in camera, per quæ probetur.*
Tortus quis non præſumitur, niſi de mandato iudicis.
Sæuitiæ iudicum eſt occurrendum.
Torturam præcedere debent indicia, & diſputatio ſuper eis.
4 *Præſumitur interdum metus ex qualitate perſonæ, & nu. 8.*
Metus qnandiu durare intelligatur, & nu. 5.
Proteſtationis vtilitas in metuente.
5 *Metus an purgetur per actum ſpontaneum.*
Turpitudo per actum ſequentem purgatur.
Nullitas nunquam conualeſcit.
6 *Metus quid ſit, & nu. 7.*
Homo eſt naturaliter liber, niſi ſeruus.
Seruus cogi & torqueri poteſt a domino.
7 *Coactio abſoluta an cedat in actum verbi.*
Homo in membris, non in anima & verbis poteſt vim abſolutam pati
Verba ſunt animæ rationalis inſtrumenta.
Compromiſſum, & Tranſactio ex metu, vel inter perſonas imperantes, & ſubiectas facta, non valent.
6 *Metus præſumitur illatus ex damno ſubſecuto, & minis prȩcedentibus.*
Metus multiplex eſt.
Redimere captiuum quis teneatur.
Captus ab inimicis ſtipendiarius amittit ſtipendium.
9 *Actio, ꝙ metus cauſa, an competat contra raptorem, uel expulſorem.*
10 *Condictio ex canone an creſcat in quadruplum, vt actio, ꝙ metus cauſa.*
Actio, & condictio ſubrogata loco alterius, an ſapiat eius naturam accidentalem, uel primordialem.
Condictio ex canone non eſt arbitraria.
Interpretatio legis ceſſat in pœnis.
11 *Violentia an ſit delictum in perſonam, vel ꝓſonas, an in rem, ſicut furtũ.*
12 *Accuſari an quis ſimul poſſit in eodem libello de homicidio, & robaria.*
Violentiæ nomine, multa facinora continentur.
Violentia accipitur actiue & paſſiue.
Aggreſſor tenetur de morte vtriuſque.
13 *Societas corporalis an teneatur de damnis datis a ſuis ſocialibus.*
Congregator gentis an ita teneatur de ſuo, & congregatorum damno.
De congregato quid iuris.

Adiuuare

BIU Cujas

14 *Adiuuare vel liberare amicũ ſuum, ne vim patiatur, an quis teneatur.*
15 *Probatio incerta in metu an valet.*
Metus cauſa actio quo tempore tollatur.
Poſſeſſio metum inferentis cõt momentanea ſufficit, vt perpetuo teneat.
16 *Prouincia vna an poſſit vim inferre.*
Congregatio ad malum qualis debeat fieri.
Factum manet, etiam ſi de iure non duret factum.
17 *Pœnæ, quæ non poſſunt cognoſci per propriam diffinitionem, cognoſcunt per æquipollentia.*
18 *Sententia ſi ſit lata in actione, quod metus cauſa ſuper ſimplo, an poſſit appellari, & an quadrupli proceſſum impediat.*
Per appellationem ſuſpenditur, quicquid deriuatur ex vi proceſſus.
Violentia duplex eſt.
Crudelis ſemel, inimicus, mens mala ſemper præſumitur.
In inicitiam, & timorem capitalem quę inducant.
Iuramẽtum metu extortum quatnus obſeruari ſufficiat quibus caſibus abſolutionem exigat nu. 19.
Legis, inter Caſtellianum, de arb. ff. intell.
19 *Exceptiones certæ obiiciuntur contra iuramentum de futuro, ſed non cõtra iuramentum de præterito.*
Naturę ius obedit.

1 METus impedit oẽm actũ, † in quo requiritꝰ volũtas ſpõtanea, & ꝓpria, cũ hac diſtinctione, ꝙ aut ſubſtantia actus eſt libertas voluntatis; & tũc actus eſt nullus ipſo iure, vt ff. ꝙ me. cã. l. ſi mulier. §. ſi duos, & ĵ. de ſpõ. l. cũ, locũ ff. de iu. l. 2. poſt prin. ſi aũt actus non requirit pciſam libertatẽ, tunc inſpecto cõſenſus rigore valet ſed inſpecta æquitate ptoris non hẽt virtutem efficacię, vt ff. e. l. metũ. §. volẽti. nec oportet adiri ptorẽ viuũ, vt inualidet actũ, vt eleganter no. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. hẽt aũt. Sed quędã ſunt, quę ẽt inuito accidũt vt vigor iudiciorũ. ff. de ver. ob. l. inter ſtipulantẽ. §. j. Diſciplina morũ, & coerctio delictorũ, & iſte metus eſt laudabilis, vt ff. de q̃ſti. l. de minore. §. tormenta. & ex tali metu factũ non reſcindit, niſi modus excedat, ꝙ plerumq; iudicis arbitrio relinquit, vt ff. de q̃ſt. l. j. §. qõni fidẽ. † Mõ quærit, qualiter probet metus? rñ. aut.
2 actus hẽt in ſe euidentiã, & tunc probat ꝑ ſeipſum, vt ff. q & a quib. l. priuatus, & ff. de polli. l. toties, & ſ. de ele. c. Oſius. aut actus nõ hẽt in ſe euidentiã metus, & tunc ꝙ nõ ꝑt ꝓbari liquido, probat argumentis. vt ff. de re mil. l. non oẽs. §. a barbaris. † Vnde tortura, q̃ faciũt officiales in camera, ꝓbat ꝑ ſigna.
3 & indicia violẽta ꝑ corporis inſpectionẽ, qa nõ vr̃ veriſimile, ꝙ aliquis fuerit tortus, niſi de mãdato iudicis, in cuius fortia tenet ad diſtrictũ. nã ad ea q̃ frequenter accidunt, iura adaptãtur. Sunt. n. quidam iudices, qui ex crudelitate famã capiunt, quorũ ſeuitię eſt occurrendũ, vt C. de cuſto. re. l 2. vbi eſt tex. valde no. in materia tormẽtorũ. Nam ibi dr̃, ꝙ indicia debẽt pręcedere torturã, & prius eſſe diſputandũ ſuper indiciis cũ aduocatis partiũ, vtrum talia indicia ſint ſufficientia, vel non
4 † Itẽ aliq̃n ꝓſumit metus ex qualitate ꝓſonę, vt eleganter no. C. ꝙ me. cã. l. metũ, & ꝑ Bar. in l. de pupillo. §. ſi qs ipſi ptori. ff. de ope. no. nun. dicit Cy. in l. 2. C. ꝙ me. cã. ꝙ ꝯ officialem ꝓſumit metus, & impreſſio, ꝙ dictũ nõ eſt ſemꝑ verum, ſed tunc q̃n detentio incipit ab impreſſione ẽt ex interuallo tpis. Itẽ ait ꝙ metus incuſſus a iudice ꝓſumit durare, donec iuriſdõni pręeſt, & eſt verbũ no. item q̃q; nimia reuerentia eſt ar. metus, vt no. in l. j. §. quæ onerandę, ff. qua. re. ac. non datur. aliq̃n metus ꝓbat ꝑ proteſtationẽ ꝓcedentẽ, vt no. ff. de acqui. hę. l. qui in aliena. §. Celſus, vbi optima gl. nã ptẽſtatio multũ valet vbi cũ indicijs ꝯcurrit, vel nemini ꝓiudicat, vt ff. de manu. l. 4.
5 §. ſi ab iguoto. † Sed nunquid ꝑactum ſpontaneũ purgatur metus? rñ. ſic, ſi quis eſt in loco tuto. ſed ſi nõ eſt in loco tuto, ſemꝑ ꝓſumitur metus durare. vt ſ. de procu. c. accedens. ſimiliter dico de turpitudine, qa purgat ꝑ actũ ſequentẽ, vt legi. & no. ff. de cond. ob turpẽ ca. nullitas aũt nũquã cõualeſcit. ſ. de
6 ele. c. innotuit, & ibi no. † Eſt aũt metus a paſſio voluntatis ꝯ
a naturalem, qa hõ naturaliter eſt aĩal liberũ. ſed ſi aliquis eſſet ſeruus, poſſet plagis & verberib. per dñm ſuũ cogi, quia in eo non eſt libertas arbitrii, vt C. de hęr. inſt. l. cũ ꝓponas. Hinc eſt, ꝙ dñs de ſeruo ꝑt hẽre qõnem in ꝓpria domo, & gerit in hoc vicẽ iudicis, vt no. C. de his qui. vt indi. l. ſi ea, in gl. parua, q̃ dicit, in domo, non dico in iudicio. & facit. ff. ad Sill. l. & ſi per-
7 cuſſor, §. ſi appetitus, & ff. de condi. ob cãm. l. j. † Vtrum abſoluta coactio cadat in actũ verbi, dic vt ĵ. c. ſacris, in nouel. Mẽbra hoĩs poſſunt vim abſolutã pati qa nemo eſt dñs mẽbrorũ ſuorũ. ff. de adul. l. vim paſſam. l. j. §. remouet. ff. de poſt. ſed oĩa rõnalis nõ ꝑt pati vim abſolutam Porro verba ſunt inſtra aĩæ rõnalis, ſm Albert. & iõ non ꝑnt pati violentiam abſolutam, ſi cut nec proijci in mari. Non tenet cõpromiſſum factũ ꝑ metum illatũ ꝯ bonos mores, ſicut nec tranſactio. C. de tranſa. l. in terpoſitas, tex. no. Nõ tenet cõpromiſſum factũ inter dñm & ſeruum, nec inter patrẽ & filium in ptãte, nec inter abbatẽ &
8 monachũ, cũ inter eos non ꝓſtet iudiciũ, & eſt no. Ex † minis ꝓcedẽtibus, & dãno ſubſecuto ꝓſumitur metus illatus, vt no. ſ. de renun. c. ſup hoc. Ex rumoribus, & terroribus populi ꝓſumit mens ꝓcuſſa, ꝑſentib. gladijs ꝑſumit metus. ĵ. eo. c. j. ꝑ Inn. dicit Inn. ꝙ ſi negẽt iuſtus metus, arbitrio iudicis relinquit. ĵ.
b c. c. cum dile. dicit Inn. ꝙ ex cã timẽdi probat metus ſi poſtea ſequit grauamen. ĵ. de app. c. conſuluit. dicit Inn. ꝙ metꝰ mortis eſt timere crudelitatem hoĩs potentis. ĵ. de ſent. excõ. c. qđ de his, & eſt tex. valde no. in l. 3. ff. de dona. cã mor. dicit Inn. ꝙ ille, q probat iuſtã cãm metus, ſatis probat metũ, q poſſet cadere in ꝓſtantem virũ, qa nemo dẽt ſe exponere alicui piculo ꝑſonali, de ele. c. bonæ memoriæ Magũti. ẽt unius alapę, vt no. ĩ l. j. C. vñ ui. dicit Inn. ꝙ metus probat ꝑ viſum, quia ꝑcipitur oculis, ſed cor hoĩs nõ ꝓbat viſu, de renun. c. ſuper hoc. Dicit Tullius in lib. qõnũ Tuſculanarũ, ꝙ metus facit quẽdã receſſum animi & fugã. dicit Arc. ꝙ ille, q ſimulat habitu nunquã intelligit conſentire, ſecus in eo, q ꝑ metum 27. diſt. ꝙ ĩterrogaſti, & ar. ff. de proba. l. cum tacitũ. dicit Io. An. ꝙ metꝰ ꝓbat ꝑ veriſimilia & ꝯſueta, de ap. c. bonæ, in nouel. Nã arbitrium iudicis q̃ ĩ in hoc verſat, naturalib. ꝯuenire dẽt, qa eſt iudiciũ rõnis. dicit Vegetius li. 2. de diſciplina militũ, ꝙ animis hoĩm naturaliter ineſt, vt trepident, cũ ad ꝯflictũ hoſtiũ veniũt. Idẽ a t ꝯflictꝰ ſemꝑ timere. Itẽ arctatus ſic, ꝙ ñ poſſit aufugere iu è timet, vt no. in c. 1. de homi. in cle. Metus eſt humanarũ mentium timor a ꝑpotenti terribili cauſatus in eo, qđ nocet. Itẽ dicit tex. qđ timendũ eſt, abſq; piculo eſſe nõ ꝑt, in c. . de bap. in cle. Itẽ Io. An. ꝙ ele. q̃ ſit ꝓꝑ metũ, nulla eſt, & nunq̃ conualeſcit in c. dudũ, de re eccl. nõ alie. li. 6. Dic vt no. Arc. 63. di. c. in
c 4. de mã. metus vide pleniſſime ꝑ Arc. 15. q. 6. c. ſacerdotib. 7. di. fuerunt, & 22. q. 4. ex his. dicit Alb. mag. in li. 16. de proprietatibus, c. de Anglia, ꝙ libera gens eſt, cui libera mens, & libera lingua eſt, qđ eſt no. dicit Arc. ꝙ ſi a prĩcipio coactio diſplicet, ſi ex poſt facto placet, valet actꝰ. 22. q. 4. c. ex his, & ſ. de ele. quia ꝓꝑ, & ꝑ Inn. qui coactus vult, non dr̃ velle. ff. ad Trc. l. debitor, in fi. prin. & ibi no. Metus ergo eſt participatio duarum qualitatum, ſ. voluntatis, & noluntatis, cuius affectus declinat ad nolle, & effectꝰ declinat ad velle. De mã neceſſitatis, & metus vide plene ĵ. c. c. ſacris, in noue. dicit Accur. ꝙ volũtas meticuloſa eſt quædam tacita ꝯdictio, & magis accedit diſſenſui. Porro metus eſt paſſio aĩæ rõnalis & q patitur, ſanus non eſt. ff. de acqu. hæ. l. ſi metus cã. C. de iu. deli. l. cum aliquis. Deinde no. de multiplici metu ſ. ruinæ. ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. ſi qs metu periculoſi. ff. loca. l. habitatores. §. fi. Item no. de vi flumi nis. ff. de dam. infe. l. hoc amplius. §. đ his, & oĩm fortuitorũ. c. ti. l. fluminum §. ſeruis. de vi maris, & ventorũ. ff. de pub. l. Cęſar. ff. ad l. Rho. de iac. l. nauis onuſtæ. de vi ꝓdonum, & redẽptionis ſeu tales eadem l. §. ſi nauis, vbi tex. valde no. ff. de neg. geſt. l. nã & ſeruus, in prin. tex. vnicus ĩ iure. Si ciuitas redimit ſe a latronibus, cõe ciues ꝓtribuunt, vt aſſimilemus nauẽ ciuitati. Sed ſi aliquis ſingularis ciuis rapitur, & redimit ſe, ciuitas non tenet contribuere. Si ſtipendiarius capit ab inimicis, ꝓdit ſtipendium, & nihil ſibi emẽdandũ eſt. l. 1. C. de re mil. lib. 12.
9 † Quęro, nunqđ actio, ꝙ metus, ꝓperat ꝯ raptorẽ, vel expulſorem? Rñ. non, vt no. ff. e. l. extat. ſed bñ cõpetit ꝓdõ ex canone reintegranda, q̃ eſt indifferẽs ad oẽm violentiam tã expulſiuã
10 q̃ compulſiuã, vt no. In. ĵ. de reſt. ſpo. c. ſæpe. † Sed nũc q̃ro, an dicta ꝓdictio ex canone creſcat in quadruplũ, ſicut actio, qđ met. cã? Rñ. non; nam actio ſubrogata loco alterius non ſapit nãm eius accidentalem, ſed originalẽ, vt ſin. not. in l. certi ꝓdictio, in prin. ff. ſi cer. pet. & ideo ꝓdictio ex dicto canone ñ eſt arbitraria, nec in ea ferunt duæ ſnĩæ. Sed nũqd ꝓdictio ſubrogata ex illo canone ꝓdictionis ex lege, ſi qs in tãtã, cõpetat ad pœnã illus. l. uĩ qđ ſic, quia illa eſt pœnalis ab origine; ergo & condõ ſubrogata loco ipſius, ut d. l certi ꝓdictio. §. cõperit. 2. rñ. ubi dr̃, ꝙ certi condictio generalis ſapit naturã primordialem act. legis Aquil. q̃ tñ actio eſt pœnalis primordio aptitudine, & non actu, vt no. Inſti. ad l. Aquil. §. his aũt uerbis. So, dico ꝙ ꝓdictio ex canone reintegranda, hẽt naturã reſtituẽdi, ſed non extra puniẽdi, qa hoc ueniret non ex uerbis canonis, ſed ex interpretatione, ut Inſti. ad l. Aquil. §. illud, ubi eſt tex. not. q̃ interꝑtatio ceſſat in pœnis, ut ff. de pœn. l. interpretatione.
11 † Quęro, utrum uiolentia ſit delictũ in perſonã, uel ĩ ꝓſonas,
d an in rem, ſicut furtũ? Rñ. ꝙ eſt delictum in ꝓſonã, ſi corporaliter inferꝛ, ut ſin. no. ff. đ fur. l. itaq; fullo. §. fđ ad furti. Et plenè no. ꝑ Bar. ff. de publ. l licitatio. §. qđ illicitè. Sed nũqd de homicidio,

ADDITIONES.

a Vinc. God. Metus Adde qđ metus in mãimonio contrahendo illatus, non purgatur per oſculum illatum in ſponſalib. per ſponſum ſponſæ. Alex, conſi, 156. Viſo proceſſu lib. 5. & uide conſi. Alex. de Neuo, inter conſi. Alexan. conſi. 99. in caſu prædicto, lib. 3. & conſi. Alex. 98 eo. lib.

b Vinc. God Poitea Adde quod metus contrahentis ſponſalia probetur, ut per Corn. conſi. 12. uidetur per totum lib. 4.

c De materia uide omnino Brixien in uerbo metus, uerſic multa pulchra.

d Vinc. God. Violentia. Adde, quando uiolentia dicatur publica uel priuata, Cor. conſi. 175. licet. litera, j. & ſeq.

BIU Cujas

micido, & robaria p̄t qs ſimul accuſari in eod̄ libello? rñ. ſic, ſi eod̄ tp̄e ſunt cōmiſſa, & abſolutus ab vna parte libelli, non ꝓpea eſt abſolutus ab altera, & tex. eſt ſing C. de accu l. ſi quis homicidij. Illud ꝓſtat, q̄ multa facinora ſub vno violētiæ noīe ꝓtinent̄, p̄ ſertim quia violentia dr̄ actiue, & paſſiue, qđ ē val de no. Aggreſſor tenet̄ de morte vtriuſq; partis, vt C. ad l. Iul. đ
13 vi. l. qm̄ multa facinora. qđ nō reperit alibi † Sed an caporalis ſocietatis teneat̄ de dānis datis a ſuis ſocialibus? rñ. ſic, ſi ſit ſub eius ꝓſcīa, vt no. in l. ſi qs a barbaris. C. de re mili. li. 12. ſecus, ſi eo abſente abſq; ipſius ꝓſcīa & hoc ē, qđ dicit gl. ff. vi bo. rap. in l. 2 ſi qs non hoīes. quæ dicit, q̄ comes Albertus, qui erat capitan eus bannitorū Bonon. non tenet̄ ex dāno dato a bannitis Bononienſibus, ſi ipſe non dedit, q̄ gl. tene menti & dic nō ded t, qa illud nō intendebat, vt nō in l. metū. in prin. ff. q̄ me. cau. vel ibi comes nō erat principalis, ſed de ꝓplicibus, tu dic, q̄ ille, q ꝓgregat gētes, tenet̄ de oī dāno dato a quolibet đ congregatis, ſed ille, qui non ꝓgregat, ſed eſt ꝓgregatus, nō tenetur niſi de eo, qđ facit p̄prio corpore, ꝓſilio, ope, vel manda to; & hoc p dictam gl & hoc ēt loquēdo ī foro ꝓſcīæ ſm Ber.
14 q̄ nō dēt qs teneri tanq̄ principalis, & tanq̄ acceſſorius de eo,
a q̄ fit eod̄ tp̄e, vt l. qui ſeruo. §. fi. ff. de fur. † Quęro, vtrum a qs tenetur adiuuare, vel liberare amicū ſuū, ne vim patiat? & vr̄ q̄ non, quia nec ſeipſum adiuuare p̄t poſt factum authoritate p̄pria, vt C. ad l. Iul. de vi, ſi qs ad ſe fundū, & l extat ff. q̄ me. cā. Præterea lex dicit, q̄ p̄t ex hoc paciſci đ mercede. ff. qđ me. cā l. metū. ergo non tenet̄ facere gratis vt no. in l. idem eſt § ſi tibi. ff. de cōd. ob tur. cau. Item culpa eſt, ſe immiſcere alienæ vindictæ. ff. de re. iu. culpa eſt, qđ no in l. cū fundum, in prin. ff. de vi, & vi ar. In p̄riū facit, qa p̄t quis ī uocare amicos ad ſuā iniur ā propulſandā ſm Inn. So. d. c, q̄ p̄t quis iuuare amicū ſuū cū moderamine; non tñ licet vim inferre p̄pria authori-
15 tate. † Quęro, nunqd in metu valeat probatio incerta? rñ. aut ē incerta circa res, & dic vt j. e. c. ſi. p Inn. aut eſt circa ꝓſonā, & dic vt in l. cū excep. §. hęc aūt actio, & l. metu §. aīa aduertēdū. ff. q̄ me. cau. Quæro, qñ o actio qđ me. cau. poſſit tolli anno vti li, cū metū inferēs ſit malæfidei poſſeſſor? ergo nunq̄ p̄ſcribit. rñ. iſta non eſt p̄prie p̄ſcript. o, qa nō regrit titulū. Quęro, qđ ſi metū inferēs tm̄ poſſedit p momentū tpis? rñ. ſufficit poſſeſ. ſio momēti, vt in p̄petuum teneat. Nam ab initio actio forma ta eſt, vt ꝓſecutoria. ergo ſemp durat vt ꝓſecutoria. ff. q̄ me.
16 cā. l. 2. & l. q̄ diximus, & nō eſt alibi. † Sed an vna p̄uincia poſſit vim inferre? vr̄ q̄ non p̄p ꝓgregationē impoſſibilē. ff. de do lo. l. ſed ex dolo. §. j. In p̄riū. ff. qđ me ca. l. metū. & licet. ibi Capani, &c. & ē hic q̄dā fictio mixta cū veritate. ff. d re. iu. l aliud. § refert. & iſta ꝓgregatio ad malum p̄t fieri, niſi fiat in forma & iure. i. cū ſolēnitate ꝓgregationis, Item no. q̄ remanet factū q̄ non durat factū de iure, & eſt qñ qō eſt principalis, e. ti. l. fd
17 partus. §. fi. † Itē no. optimam doctrinā in pęnis, q̄ pęnę, q̄ non poſſunt cognoſci p propriā diffinitionem, cognoſcunt̄ p æqpollentia, vt no. Inſti. quib. mo. ius pa. po. ſo. §. relegati, de dedi
18 ti. lib. tol. l. j. † Quęro ſnīa eſt lata in act. qđ me. cā, ſup̄ ſimplo, nunqd p̄t appellari? rñdeo ſic, tñ tp̄s appellationis nō impedit proceſſum quadrupli, qa venit ꝓſecutiue, & eſt quaſi quoddā integrale, vñ non dr̄ innouari, ſed exeq̄, & iſta eſt nā actionis, qđ metus cā & ſimilium, q̄ p̄p celeritatem p̄prię naturę hoc patiunt̄. Item actio quadrupli non orit̄, neq; deriuat a ſnīa, ſd a delicto mediante tpis curſu. ſed hoc non placet, qa quicqd oritur, vel deriuat ex vi proceſſus, ſuſpendit̄ p appellationē. ff. de vſu. l. tutor, & ff. de re iu. l negociorū, & C. de iudi. l. j. & ff. q̄ † me. cā l. ſi cū exce. §. qđ ſi homo. Et no. q̄ duplex ē violētia ſ. abſoluta, & conditionalis: abſoluta eſt, ex qua reſultat cōſenſus, conditionalis eſt, p quam ꝓſenſus applicatur p p̄riū. Item donec vir viuit, vxor timet eius ſæuitiā, qa ſemel crudelis sēp p̄ſumitur crudelis, & ſemel inimicus ſemp p̄ſumit̄ inimicus Et gladij, fuſtes, & arma, inducunt inimicitiā, & timorē capitalem Item no. q̄ mala mens durare p̄ſumitur, vt j. eo. c. j. per Inn. q̄ eſt no. No. q̄ ex iuramēto extorto p metum, ſufficit q̄ obſeruet̄ quo ad corticē literæ, licet non obſeruet̄ quo ad ſpeciem, i. finalem effectū. & eſt rō, qa p̄p metum non hēt cām p petuo ſubſiſten. verbi grā, ſi iuro renunciare, poſſum repetere, qa ſola renunciatio me liberauit. non ob. ff. de arbi. l. inter Caſtel. qa ibi actus habet cām p̄petuæ & efficacis ſubſiſtentię.
19 Contra iuramentū de futuro obijciuntur certæ exceptiones, ſed p̄ iurm de præterito non, quia periurium exceptiones nō recipit. nā aut verum, aut falſum, & non eſt dare medium in nā, licet in opinione ſit dare mediū, i. dubitationē. Iurm factū per metū requirit abſolutionē, ſi eſt de futuro, niſi id iuret, q̄ non eſt in hoīs ptāte, qa tunc non ligat ipſo iure ſm Inn. Nā ius obedit naturæ. ff. de interrog. ac. l. 1. & l. confeſſionibus.

A D D I T I O.

a Quæro utrum. Vide do Clan. in repe. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu.

S V M M A R I V M.

1 *Velum ſuſceptum metu mortis non obligat, niſi ſponte ratificetur.*
2 *Ratificationem negans an id debeat probare.*

Silentium habetur pro diſſenſu, ſi diſſenſus anteceſſerit, niſi in caſu.

C A P. I.

1 PErlatum. Velū ſuſceptū † metu mortis nō obligat, ſi nō eſt ſp̄ōte rati
2 ficatū. † Quęrit in gl. an q̄ đt ſe ratū nō habuiſſe, dēat p̄bare hāc negatiuā? hic vr̄ q̄ nō, niſi poſtea apparuerint ſigna ꝓſenſus, & dic q̄ ſilē tiū hr̄ p̄ diſſenſu, vbi p̄ceſſit diſſenſus, niſi me dio tp̄e ſup̄uenerit cā conſentiendi, vt ff. ſolu mat. l. 2. §. volūtate. & ſic puella, q̄ per metū renunciauit hęreditati paternę, licet poſtea nihil dicat, tamen ratificare non videtur.

S V M M A R I V M.

1 *Obſeruans iuramentum poteſt ratione metus venire contra eius effectū. Dominium vtile an retineat metum paſſus.*
2 *Metus iuſtus an ſit, arbitrio iudicis relinquitur, excipiuntur duo caſus. Terribilia neceſſe eſt timere. Arbitraria iudici data ſunt in his, quæ ſub regula nequeunt limitari.*

C A P. II.

1 ABbas. Qui † ſeruat iuramētū, pōt rōne metus venire p̄ effectū eius. h. d. An metū paſ-
2 ſus retineat vtile dn̄ium, dic q̄ ſic, vt ff. q̄ me. cā. l. metum. §. volenti. Et † no. q̄ qs ſit iuſtus meus, relinquit arbitrio iudicis, tamē vbi eſt metus mortis, vel cruciatus corporis, & hoc conſtat, nō cadit ad arbitrium, quia neceſſe eſt timere maximum terribilium. Arbitria. n. data ſunt in his, quę non poſſunt ſub regula limitari propter varietatem humanam, vt eleganter notatur. ff. de legi. l. non poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Vim abſolutam patiens non punitur, ſecus in conditionali.*
2 *Metus extenuat delictum, ſed non tollit in totum. Motus primi conſiderantur cum opere poſtea ſubſecuto.*
3 *Coactio abſoluta an cadat in conſenſum verbi. Propria non ambulant de ſubiecto in ſubiectum.*
4 *Virginitatis flos perditur etiam per vim attractiuam in fęmina: ſecus in maſculo.*
5 *Fingit qui vim, nihil ei prodeſt. Vim minime patitur, qui ſponte ſe offert. Dolus non prodeſt procuratori, & ratio.*

C A P. V.

1 SAcris. Patiens † vim abſolutam, non punit: ſed patiens vim conditionalem, ſi facit p̄ vir-
2 tutem clauium, punit̄, ſed mitius. & eſt rō, qa digni miſericordia ſunt, qui alieno morbo laborant. † Et ſic no. q̄ metus extenuat delictum, ſed non tollit in totū. aliqñ tñ excuſat in totum ipſo iure, vt qñ quis ſe defendit: nā tunc principaliter dat operā rei licitæ, licet incidēter ſequat̄ illicitū, vt no. ff. de iuſti. & iu. l. vt vim. Nā regula in implicitis hæc eſt, q̄ ſemper conſiderant̄ primi motus cum opere poſtea ſubſe-
3 cuto; tex. eſt no. C. de ſer. fu. l. quicunq;. in fi. † Quęro, nunqd abſoluta coactio cadat in conſenſum verbi? Rñdeo non, quia actus verbi habet organa propria, q̄ de ſubiecto in ſubiectum ambulare non poſſunt, nec extorqueri p vim, niſi interueniat aliquis conſenſus, ſicut totus mundus nō pōt facere, q̄ mutus
4 loquat̄. † Exemplum no. q̄ flos a virginitatis perditur ēt p vim
a attractiuam, nec p̄t corrupta velari inter virgines, etiam ſi ſit deflorata dormiendo, vel in furore, vel in phreneſi exiſtens, ſi cut liliū corrumpitur non ſentiens. maſculi aūt hoc caſu non
5 perderent florē virginitatis, vt ff. de poſtu. l. j. §. remanet. † Exē plum no. q̄ ſi quis fingit ſe per vim attrahi, hoc ſibi non prodeſt, quia fictio duplicat delictū, adiungit. n. dolo fraudem, vt ff. de pac. l. iuris gentium. §. ſi fraudandi, & ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. l. 2. in fi. nec dr̄ vim pati, qui ſponte ſe offert. ff. de ver. ſig. l. q̄ neq; ſequant̄. ſimiliter dolus procuratoris non p̄deſt, qa non cadit in cōſtantem virum, vt j. c. cum dilectus.

A D D I T I O.

a Flos. Vide Alber. de Ro. in l. j. C. de rap. vir.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum de tranſeundo ad regulam, vel vitam arctiorem ſeruādū, exceptis duobus caſibus, & nu. 3.*
2 *Collegium vnum totum poteſt tranſire ad alterū, & fieri ex duob. vnū. Metus & dolus parificantur, vt debeant cadere in conſtantem virum. Simplicitas, & ignorantia votū non reſcindunt, vel dedicationē bonorū.*
3 *Reſtitutio in integrum an detur contra ſpiritualia. Paternæ indignationis metus an ſufficiat.*

C A P. VI.

CVm dilectus. Iuramentum † de tranſeū do ad regulā, vel vitam ar-
ctiorem eſt ſeruandum, licet dicat̄ dolo extortū, niſi interuenerit metus mortis, vel cruciatus corporis. h. d. Caſus. Canonici Inſularum vnanimiter ſe tranſtule runt in totum ad Ciſtercien. ordinem, & iurauerunt q̄ nō impedirent alios volentes tranſire, demum volebant infringere iurm prætextu doli, vel metus, dr̄ q̄ nō poſſunt prętextu doli, quia

BIU Cujas

qa nō est proprie dolus pp salutē aīc, ēt si per eorum simplici
tatem, vel fatuitatē transiuerint, qa inconsulta facilitas non
excusat. Item non obstat metus, qa non fuit metus mortis, nec
2 cruciatus corporis. h. d. † No. ꝙ totū vnum collegiū a ꝑt transi
a read alterum, & fieri ex duob. vnum, cum authoritate tñ epi;
alioquin non possent transferre nisi suas ꝑsonas, ſm Ber. ꝙ te-
nementi. No. ꝙ sicut metus debet cadere in ꝑstantem virum,
ita dolus, ſm In. No. ꝙ illi, qui ꝑtendunt simplicitatem & igno
rantiam, per hoc non ꝑnt rescindere votum, vel bonorum de
3 dicationem. † No. ꝙ ꝯ spiritualia non datur restitutio in inte-
grum, ſm Ber. No. speciale, quod cum allegat metus ꝯ religio-
nem, ꝙ ex nulla cā concedit, nisi cā mortis, vel corporis cru-
ciatus interuenerit. Et adde ꝙ nō sufficit timere indignationē
paternam, qa volebat filiū exhęredare, nisi fieret monachus,
clericus, vel sacerdos. hanc materiam examinaui. §. in rub.

ADDITIO.

a Vinc. God. Collegiū. Adde qđ etiam collegiati possunt exire de vno collegio & intrare aliud Bar. in l. j. col. 6. ff. de colleg. illic. & in l. qui sub prætextu. C. de sacro san. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Violenia probata probantur dāna, & interesse per iuramentum, & an de omni intelligatur nu. 2.*
Malitia probata, an sit idem.
2 *Res ablatæ qualiter probentur.*
3 *Adiectio pluris, quæ est incerta, an vitiet certum.*
In æstimationem qualiter fiat condemnatio, quæ pertinet ad officiū iudicis
Dolus, & culpa non eandem postulant probationem.
Probatio ordinaria exigitur dolo, vel culpa cessante, secus interuenie nte.
4 *Damnū si esset datum in locis syluestribus, vbi nō sunt periti causarū, suf ficerent testimonia rusticano modo suscepta q̄ de fide veri attestarent.*
Testimonia grosso modo suscepta sufficiunt in imperitis.

CAP. VII.

1 SVper eo. † Probata violentia ꝓbant dāna & interesse per iurm, inspecta p-
sonarum & negocij qualitate, & loco rerū ablata
rum fit cōdemnatio in æstimatione. Op. de rebus
amissis nihil fuit ꝓbatum, ergo nihil potuit pronunciari, quia
vbi deficit probatio, deficit snīa. ff. de eden. l. argētarius. §. cum
aūt. j. de sen. excom. c. solet, per Inn ff. de ar. l. si de meis. §. fi. sed
hic nihil erat ꝓbatū de rebus subtractis ergo iudex irrationa-
a biliter condemnauit. Sol. hic est spāle, & rō specialitatis cōsi-
stit ex tribus simul iunctis. ex dolo rei, difficultate ꝓbationis,
& quia reus hanc difficultatē induxit, vt C. vnde vi. l. si qñ, &
C. de ꝓba. l. si de posse. nec ꝑt reus conqueri, nisi de seipso, qa
iudex moderatur ex coniecturis. dicit tñ Innocētius alibi, ꝙ
ex coniecturis mitius est iudicandū. Quæro, qd si non intenue
nit violentia, sed alia malitia; vt quia aperuisti valisiam meā
2 sigillatam tibi cōmissam, vel apud alium cōstitutā? Rñ. † ꝙ res
ablatę probant ꝑ iurm, ꝑ doctrinam quā ponit glo. eleganter,
Insti. de ver. obl. §. pe. & ꝑdicta, q̄ in isto c. dicunt, hūt locū in
qualibet violentia tā cōpulsiua, quā expulsiua, vel inquietatiu-
a, & in quolibet interdicto, & ēt in c reintegranda, si probet
dolus, ſm Inn. & ꝑdicta ēt hūt locum in accessorijs; sed princi
3 pale non ꝓbat ꝑ iurm, vt l. Marcellus. ff. de re. amo † Sed nun
quid adiectio, pluris, quæ est incerta, vitiet certum? Rñ. nō, vt
ff. de in litem iur. l. cum furti. Sed qūo fit condemnatio in æsti
matione exec. cum non fuerit petita ęstimatio, no. l. fi. C. de fi-
deicom. li. Rñ. ad officium iudicis pertinet post litem cōtest. vt
ff. de dam. infe. l. si quis missum. §. iudex. & ff. de cond. fur. l. in
re furtiua. & est verum, rebus non extantib. Vnde iudex dēt
dicere in snīa, cōdēno in tot & talib rebus, si extant, & si nō ex
tant in æstimatione; dicit Ber. vel si extant, & nō appareant,
vt ff. de le. j. l. ꝙ in rerum. §. sed si res, ꝑ Bart. ꝙ est no. Exemplū
no. ꝙ qñ dolus est ingestus in difficultate probationis, tunc
obtinet c. nostrum, & ff. ꝙ vi aut clam. l. semper. §. in hoc in-
terdicto, cū gl. sua, sed qñ est ingesta culpa, tunc sufficit ꝓbatio
summaria. ff. ad l Aquil. in l. Aquilia. §. si delictum, sed si hoc
ꝓtingit cessante dolo, vel culpa requirit probatio ordinaria.
4 † Sed si esset damnum datum in locis syluestribus, vel multū
remotis, vbi nō sunt periti causarum, sufficerent testimonia
grosso & rusticano modo suscepta, quæ attestarentur de fide
veri, vt C. de naufr. l. quoties, & l. de submersis, lib. 11.

ADDITIO.

a Speciale. Vide Ias in §. ex maleficijs, Instit de act. & Fel. in c. sicut, de re iud.

De in integrum restitutione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum nō potest alieno nomine peti sine speciali mādato*
Mandatum speciale postulat, quod sit contra ius commune.
Rescissoria, & executio non possunt absque mandato speciali peti.
Mandatū, qui habent a lege, nō indigēt speciali mādato, & qnā hi sint
Cautio rat. iudicio dul io a quibus præstetur.

Restitutionionis in integrum causa est iudicium duplex.
2 *Restitutio in integrum petenda an habeat tempus vniforme.*
Dilationes cognitionales, & decisiuas iudex abbreuiare potest.
Renunciari non potest in integrum restitutioni.
3 *Restitutio in integrum datur contra laudum, dolo, vel lata culpa, latū.*
4 *Restitutio & rescissoria idem reputantur.*
Gratia omnis in iudice fit dolo.
Restitutionem petens, debet quo iure petat, allegare.
Petitio indiscreta, cum agitur de iure repellitur.
5 *Restitutio non datur nisi qñ contractus tenet, & est remediū subsidiariū.*
Dubitationis amouendæ gratia aliquando fit declaratio.
6 *Restitutio in integrum aud adiētiam causæ, an detur ex minus sufficienti probatione.*
Probatio prior præsumptiua & summaria sufficit, vbi bis idem in causa probandum est, & ratio.
Ad audientiam restitui aliud est, quam per sententiam.
7 *Curator datur mulieri luxurioſe viuenti, & si postea dilapidet, restituit in integrum.*
Minor, prodigus interdictus, & mente captus, pariter eisdem legum potiuntur beneficijs.
Prodigus ante interdictum non habet priuilegium.
Subornatio testium, in minore, & quibus alijs quando non præsumatur.
Restitutio petenda a minore aduersus propriam, nō alienam obligationē.
8 *Minor si est tutus exceptione fauorabili, non potest petere restitutionē in integrum secus si odiosa.*
9 *Restitutio in integrum datur minori pro leui culpa, non pro culpa lata, & ex omissione contractus.*
In vtero, qui est, etiam restituitur.
10 *Prodigus, cui per iudicem non est interdictum bonis, causa cognita, an obligetur ex quolibet contractu.*

1 REstitutio. † in integrum non pōt alieno no
mine peti sine spāli mandato. Et
est rō, quia ꝯ ius cōe petit, & idem puto in recisso
ria, per rōnem eādē. ff. de act. & obli. l. in onerariis.
§. sed cum rescissa. Item quia trahit secum executionē, & exe-
cutio non ꝑt peti absq; spāli mandato, vt no. ff. de procu. l. non
solum. §. qui alieno. Sane qui hūt mandatum a lege, non hūt
necesse docere de speciali mandato, quia sufficit mandatum
publicum, ꝙ hūt a lege, vt sunt tutores, & syndici creati autho
ritate pupuli ad vniuersitatē cārum. ff. de mu. & ho. l munerū.
§. defensores. ff. de iureiu. l. iusiuran. & ad pecunias. §. j. Sed syn
dici collegiorum, vel alicu us numeri, debet hīre spāle manda
tum ad instar procur. in his, in quib. requirit, spāle mandatū
ex priuilegio, vel ex natura cāę, vel in dubio cauere de rato; &
idē in actione tutoris, vel curatoris, quia priuatę personę sunt,
vt ff. ꝙ cuiusq; vni. no. l. item eorū. §. actor, & ff. rē ra. ha l. actor
Item qa cā restōnis in integrum est iudiciū duplex, vt C. de re
pu. q̄ fiunt in iu. l. j. requirit duplex cautela, vt ff. de ꝓcu. l. si de
2 functus § q ad cōi. † Restitutio in inte. a petenda, habet tēpus
a vniforme, ſ quadriennii, vt no. in l superuacuā. tñ puto, ꝙ iu-
dex possit abbreuiare in iudicio dilationes cognitionales & ēt
decisiuas, de auto. tu. l defendēte. sed restitutio petita & con-
cessa, de quo surgit rescissoria, non hēt tps vniforme. sed illud
ꝺ per snīam est restitutū, vt ff. de mi. l. fi. Restōni in integrum
non pōt renunciari, nisi spālis de ea fiat mentio. vt no in l. cū
3 minor. ff. rē ra. ha. † Ex hoc sequitur, ꝙ restō in ītegrum datur
ꝯ laudū dolo, vel lata culpa latum. ff. ad Treb. l. sei uo in tuto. §.
cum ꝓtor, nisi huic bñficio sit spāliter renunciarum quod no.
4 † Restō & rescissoria idē reputāt, qñ descēdūt ex eodē fonte &
cā. An. de Pis. no. in l. q proprio. §. itē quare, de ꝓcu. An. vt quia
quis sit simul lęsus promittendo, & tradendo ex eadē cā, do.
Ptās debuit condemnare in decē, & fecit sibi grām, & condē-
nau. t in 5. nunquid respublica poterit in integrum restitui? rñ
non. ff. de mi. l. auxilium. quia oīs grā in iudice fit dolo. c. cum
ęterni, de re iudi. li. 6. q petit restōnem dēt dicere, quo iure pe-
tat, qa indiscreta petitio repellit tanq̄ inepta, vbi de iure spāli
agit, vt ff. de mi. l. minor aūt magistratus, in verbo, incoloratè,
5 & ponitur hic color pro cā. † Dicit Inn. ꝙ restō non dat, nisi
qñ ꝯ actus tenet, quia restō in integrū est remediū subsidiarium
ff. de mi. l. in cāę. Ego non puto, ꝙ repellat libellus, quia intel i
git petitum, quatenus de facto ꝓcessit læsio, vel est apta proce
dere. Itē ptor est liberalis, vbi ēt nō oportet, tñ ꝓprie nō est in
integrum restō, sed est q̄dam declaratio, & dubitat onis amo-
10 terdi. & releg. l. relegatorum.† Opp. q̄ siue quis consenserit ī iudicem suum, siue alienum, non habeat locum pœnitentia, vt ff.de iur. om. iud. l. est receptum. Sol. aut consensit in figura iudicii, & nunquam habet locum pœnitentia ante lit. contest. Aut non in figura Iudicii, & tunc subdistingue, aut cōsentit promittendo dare, vel facere in illo iudicio, puta iudicatum solui, vel de iudicio sisti, & item ratione contractus sortit̄ qs forum non solum in loco, puta in ciuitate, sed etiam in loco loci, puta corā certo tribunali, vt no. in l.j. ff. si quis in ius voc. non ier. Aut promittit respondere. i. litigare, & tunc aut corā iudice suo, & non potest declinare, vt hic. Aut coram alieno, & potest pœnitere vsq; ad lit. contesta. d. l. si conuenerit. Intellige, nisi fecerit aliquem actum sponte coram iudice prorogato. quia tunc non licet pœnitere, licet lis contestata non sit, ut ff.de iud. l. sed & si susceperit, in prin. vel ibi erat declinatoria fori competentis, sed l. si conuenerit, loquitur in declinatoria fori incōpetentis. Quod dico, quod licet pœnitere, ītel ligo, saquo interesse aduersarii in damnis, & expensis lit. vsq; ad tempus pœnitentiæ, vt no. C. de eden. l. edita. non enim petuntur ex nudo pacto, sed officio iudicis ratione temeritatis, arg. ff.de iud l. destitisse. & Instit. de pœna temere litig. & j. d̄
11 appella. l. interposita. §. 2. Item oppo. q̄ etiam post lit. contesta. possit dici processus non valere, vt C. de iur. om. iud. l. priuatorū. Sol. distingue, aut pactū est iurisdictionis dādæ priuato homini, & sic ad originem iurisdictionis fundandam, & radicādam funditus vt quia non habet, & non ualet processus, vtibi, qa iurisdictiones sunt publici iuris, & ideo pacto priuatorū nō ꝯferunt, vt patet in diffinitione iurisdictionis, & in Authen. de defen. ciuita. §. interim. & C. de iurisd. omnium iu. §. fin. Aut est pactum iurisdictionis, progādæ ad nō suppositos illi iurisdictioni; & loquit̄ lex. si cōuenerit. quia eligitur quędam media via distinguendo. aut est lis contesta. aut nō. Aut est pactum iurisdictionis coadiuuandæ, validandæ, seu nō d̄clinandę, & loquitur capitulum nostrum, vel dic, quod aut vtraque pars submittit se iudici p̄senti, & receptanti, & nō habet locum pœnitentia, quia est acquisitum ius reipublicę. aut eo absente, & tunc sic, nisi interuenerit actus p̄ quem iudicium firmet̄, puta litis contesta. vel quasi, vel legitimatio p̄sonarum, vel satisdationes iudiciales, hic tamē vide, quod no. Cyn. in l. fi. C. de sponsa consydera, aut si haberet locum pœnitentia, rescinderetur actus, vel eius forma. Aut sola iurisdō. primo casu, non habet locum pœnitentia, vt ff. de actio. & oblig. l. contraxisse. secundo casu in prorogatione habet locū
12 pœnitentia re integra. alias non. Sed hic quæro, an sicut prorogatur iurisdictio, an prorogari possit mandatum tutoris, vel curatoris? & est vnicus casus in iure, q̄ sic. ff. de solutio. l. quæro.† Quęro, an pactum de iurisdictione prorogāda sit pactū
13 de iurisdictione danda. dicit Spe. quod sic, quia qui prorogat, dat eatenus, quatenus prius non erat, & confirmāt tali ratione, sicut se habet excessus modi, ita excessus territorii metro. cum est territorium iuis finibus circumscriptum, & nec vltra porrigitur, nec citra restringitur, ut C. d̄ iu fisci. l. certa forma, lib x. & arg. Inst. de actio. §. plus. sed prorogatio facta elapso tempore est quid nouum, ergo idem, si vltra metam. Sol. si actum consideras potentium, nō est omnino datio, sed extensio iuris authoritate facta. quia permanente iurisdictione fit, & super illo fundamento. ff.de precar. l. sed & si manente. nam iurisdictio similis est homini, cuius status crescit. ff.de fur. l. in ficiando §. infans. ff.de peculio. l. peculium nascit, nisi forma prorogata mutaret̄, ut nota. in ca. hi qui, Authen. de preb. li. 6 uel de nouo reformaretur, ut no. Bar. in l. 4. ff.de dā. infecto. vbi omnino vide. Et quia prorogans, & prorogatum sunt eiusdem formæ & naturæ & eiusdem vitæ, censet̄ vnū & idem per vnionem & aggregationem, tamen propter diuersitatem principiorum & temporis, a quo, non sunt vere vnum & idem, sed ficte, ut no. Cy. in l. si cum dies, in prin. ff.d̄ arbit. Ex prædictis apparet, quod durius est rem ad originem producere, quam fouere productum, ut C. de edendo. l fi. & iterum fortius vigoratur, quod minorem defectum patit̄, & quod suę nature redditur, ut ff.de pact. l. si vnus. §. quod & in
14 specie dotis. † An procuratores partium de communi consensu possint consentire in iudicem suspectū, die vt plene j. de cā pos. cum olim. no. q̄ ualet sententia cōcilii lata sub hac

forma,

A D D I T I O.

a Vinc. God. Adde quod verba præteriti imperfecti subiunctiui habent quandā dependentiam de scriptura, & idem important quod futuri indicatiui, Rui. cons. 39. nu. 4. lib 5.

BIU Cujas

forma.nos concilium,vt notat Archi.17 distin.generalia.† Et
15 an multitudo,a & concilium possit dispensare,vide per Arch.
a 11.distin.consequens.Aut quis promittit non declinare iudi
cem suum & tunc valet statim,& trahit secum effectum suũ,
aut alienum & tunc valet,sed non trahit secum suum effectũ
quin habeat locum pẽitentia, nisi lite contestata. Aut nec
suum,nec alienum,& tunc non valet.l.priuatorum.C. de iu-
risdic.omn.iudic nec conualescere potest.ff.de offi.procon. l.
obseruare.§.fi.& in summa,si renunc atur exceptioni fori nõ
habet locum pẽitentia,secus,si prorogatur, quia renuncia-
tio inuenit quid destruat, C.de pac.l.si quis in conscribendo,
sed prorogat o nondum inuenit,quod construat ante lit.con
testa.quia nondum est constructum iudicium,vt dicit lex illa
16 singularis.ff.de probatio. l. si reus paratus.† Quẽro vna cum
Ioan. An. nunquid interrogationes possint fieri, vbicunque
iudici ęquum videtur? respondeo,sic,nõ solum super scriptis
partium,sed super iurisdictione.casus est istius capituli, & nõ
alibi.Et facit regula generalis.ff.de interrog.actio,vbicunque.
dummodo non interroget de his,quę natura causæ non desi-
derat,puta an conuentus rei vẽdicatione habeat titulum nec
ne,vt ff.de rei vendica l.in speciali,& arg.ff.de postulan.l.quis
17 quis,ibi dum dicit,agant quod causa desiderat.† Secũdo quæ
ro,vtrum excommunicatus recepta ex officio iudicis idonea
cautione,possit absolui absente aduersario,& non citato? Ioã
An.remittit ad no.ĩ.de appel.qua fronte,vbi dicit,quod tenet
absolutio,tamen iudex non iuste procedit, nimirum. Nam sæ
pe iudex aliquid facit proprio motu, & ex propria conscien-
tia, vbi non requiritur citatio,vt solenniter no. ff. de bonorũ
pos.l.3.§.si causa cognita,quæ gl.nõ est alibi.Ex hoc collige,ꝙ
b carceratus b ad meam petitionem non potest per iudicem re
laxari,nisi me citato, secus, si esset carceratus proprio motu
18 iudicis,vt ff.de fur.l.si quis vxori.§.si fugitiuum.† Quẽro vna
cũ Innoc.nunquid contumaci possint subtrahi atque auferri
fructus beneficii? dicit Innoc.ꝙ sic per c.pastoralis in fi. de ap-
pel.Quod intellige,quando est contumax verus & expressus.
alias secus,vt ff.quibus ex cauiin posses.ea.l.Fulcinius.§.fin.&
19 adde.ĩ.de dolo & contum.veritatis,quod ibi no.† Quæro,an
ille,qui stetit in cõtumacia per annum, possit priuari propria
dignitate,licet facinus intentatum non sit ꝓbatum? dicit Ber.
ꝙ sic p c.rursus.11.q.2.& est simile.C.de asser.tol.l.j.versi. ꝙ si
post actore non comparente in termino,quem fecit assigna-
ri,vel sibi assignato,cancellabitur processus.hodie non est ita,
vt no.in auth.vt oẽs ob.iudi.prouin.circa medium,in glo.sup
20 verb. eremodicum. quam gl.no.† Quæro,vtrum recedens li
centiatus possit excommunicari sine alia citatione? respon-
deo sic,vt hic,quia eius cõtumacia est notaria & actu perma-
21 nens.† Quẽro,reus fuit citatus ad causam, comparuit tamen
actor,& rei contumaciam incusauit,quærit, vtrum reus de-
beat dici contumax,& in expensis condemnari? dicit Inn.ꝙ
sic,de offic.dele.consuluit,& in c.calumniam,de pœnis. Sed
contra hoc videtur. ff. quod vi aut clam,l.si vitẽ.§.fi per Dy.
Tu dic,quod iste potest mulctari quo ad fiscum quia iudicẽ
contempsit,sed quo ad expensas,seu interesse partis,quia vter
que est in pari causa non comparentiæ,distingue,aut dies est
certa & incommutabilis, quia est proprio nomine expressa,
puta die Iouis, vel secunda feria; & tunc non tenet vlterius
expectare,vt ff.quãdo appel.sit l.j.§.quid ergo,& ff.de sta. libe.
l.Aretusę. Aut est dies commutabilis,siue purgabilis propter
iustum impedimentum & æquitatẽ tam canonis,quam prę-
toris,& tunc refert,aut recedens sine licentia sciebat aduersa
rium impeditum, & est verum dictum Inno. aut ignorabat;
& tunc non fit condemnatio,vel resarcitio expensarum,vt ff.
nequis eum,qui in ius voc.l.2.ff.de eo,p quem fact.erit.l.fi.§.
sed si stipulatio.2.respon Item impeditus non fuit contumax
cum in sequentem diem potuerit iudex expectare,si actor se
quenti die comparuit,videtur comparuisse in termino,ecus
si comparuisset ex longo temporis interuallo.Casus enim for
tuitus in psonam actoris contingens velat culpam rei, argu.
22 ff.de consti.pecu.l.item illa, ver.proinde.† Pone, reus recessit
morbo impeditus,actor non comparuit,nunquid actor tan-
quam cõtumax est ei in expensis condemnandus? & videtur
quod sic. In contrarium videtur per d.l.si vitem.§.fi ff.quod
vi aut clam.nec potest intelligi contumax, cum contomacia
non obfuerit aduersario, iudice nihil acturo ea vice.ff.si quis
in ius voc.non ierit.l.ex quacunque,ver.item si nihil interfit.
vel dic aut casus contingit in personam citantis;& nouo edi-
cto opus est,vt d.l.si vitem.§.fi quod vi aut clam. Aut in perso
nam citati;tunc non circumducitur edictum, vt ff.de arbit.l.
Celsus.vnde adhuc citatus tenetur comparere,& si non com
paret,tenetur in expen.vt ff.si quis cautionibus.l.2.§.si quis iu
dicio.quia dilatio, quæ prorogatur ex ęquitate, prorogatur
cum sua causa,suisque vitijs,vt no.Inno.ĩ.de iureiu. Quinta
nallis.ff.de pa.dot.l.inter.§. cum inter. dum tamẽ non agatur
de præiudicio tertij, vt dicit l.illa notabilis. C.lo.l.si cum Her-
mes.vel dic,vt dicam infra,de dolo & contuma. cum dilecti.
23 † Vltimo no.quod in concilio quis nõ debet loqui,nisi prius
concessa audientia.Item est argum.quod licet partes sint præ
sentes coram iudice,non tenentur respondere,nisi concesso
tempore ad deliberandum & componendum sarcinulas, &
quęrendum aduocatum,vt ff.qui.ex cau.maio.l.ab hostibus.
§.fin.& l.2.C.de exhib.reis, & C. de lit. conte.auth. offeratur,
nisi in citatoria fuerit expressa causa, supra qua citabatur, ita
ꝙ itra illum terminum potuerit & debuerit deliberare. Nam
negligentibus non est succurrendum,vt d.§.fi.& l.non enim
negligentibus,& ꝙ no.C.de eden.l.edita, in gl. magna ibi dũ
dicit, nisi in secunda potest esse instructus ex deliberatione.
Nam subterfugia dilationum sunt amputãda, vt C. de temp.
24 appel.l.2.in princip.de hoc no.ĩ de dila.c.2.& j.† Et est regula
c quod dilatio deliberatoria c non debet dari, nisi semel. no. in
isto c.ꝙ non fuit pronunciatũ contra dilatoriam fori,& tamẽ
valet excommunicatio,vnde est hic expressum,ꝙ pronuncia
tio super iurisdictio.non est de substantia iudicii, quia hic iu-
risdictio erat liquida,& nihil erat obiectum,vel hic non erat,
declinatoria,sed perlusoria fori, quia recesserat illicentiatus.
nec enim ꝓ prius declinauerat, imo cõsenserat. Vltimo no.
istud capitulum, quod si causa committitur cõsilio alicuius
magni collegii, puta Bonoñ. possit recusari collegium tan-
quam suspectum,sicut quælibet singularis persona; & ita pra
cticatur,& est casus istius capituli.Et ratio est,quia collegium
non est aliud,quam personæ, quę faciunt collegium, vt sin-
gulariter no in l.sicut.ff.quod cuiusq; vniuersi.nomi.

ADDITIONES.

a Vinc God. Adde ꝙ multitudo nõ seruat modum,& nihil rite agit.Barto.in trac.
scismat.col.5.& Paris de lut in trac.de sindic.fol.7.col.3.

b Viucen.God. Adde quod carceratus dicitur, qui extractus de carceribus manet
sub custodibus.Goz.consi.9.num.16.

c Adde quod dilationes deliberatoriæ nõ de sunt substantia iudicij nisi petantur
gl.sing.in c.vxor Felicis 17.q.4.

Vinc.God. Adde quod dilatio potest assignari parte non citata,si postea notifi-
catur absenti.Rui.consi.62.nu.7.lib.5.

SUMMARIUM.

1 *Consentiens in iudicem pœnitere an possit,& nu.2.& 3.*
Interrogationes quæ fieri possint in iudicij præludijs.
Contumax verus est,qui recedit illicentiatus a iudicio & excõmunicat absque citatione,non tamen priuatur episcopus episcopatu.
Defensionibus quibus in criminalibus renunciari non possit,& nu.1.
Dilatorias non tollit cautio de iudicio sisti.
2 *Bannitus si per formam statuti potest impune occidi,an exceptio banni saltat innocentiam,an sit quoddam subterfugium delinquentis.*
Legum & capitu.loquẽtiũ de prorogatione iurisdictionis intell.& nu.3.
3 *Rescindi non debet quod est legitime factum.*
Competẽtis iudicis interlocutoria transit in rẽ iudicatam, nisi appelletur.
4 *Non comparendo an dicatur procedere ad aliquem actum citatus,*
Reiterari acta denuo oportebit post pœnitentiam,effectibus iam productis remanentibus,& quibus.
5 *Iurisdictiones taxatæ & distributæ per formam statutorum ,an possint prorogari.*
6 *Prorogatio an locum habeat in causis criminalibus.*
7 *Prorogatio quæ fit de priuata psona ad priuatam, an sit valida, & in quibus locum habeat prorogatum.nu.15.& 16.& 19.*
Prorogatio non præsumitur,sed compromissum in dubio.
Glossæ in l.1.ff.de iudi.intellectus.
Submittere se quando quis possit alienæ iurisdictioni,& nu.8.& 9.
8 *Iurisdictio multiplex est.*
9 *Ciuitas vna an possit se submittere alteri.*
Datio omnis exigit,vt dans possit transigere.
Potestas superior non recipit ab inferiori legem.
10 *Existens coram iudice ob vnam causam, an sit trahẽdus ad aliã causam non precedente citatione,vel monitione.*
Testes an dẽat aliquo præsente non tamen citato, neque monito produci, & an ipsi sint citandi.
11 *Citatus si comparuit.sed non citator,an citatus teneatur expectare citatorem saltem perdiem, vel horam.*
Arbitrium iudicis attenditur in absentis expectatione.
12 *Excommunicatus an debeat percipere fructus.*
Redditus percipiendi fundamentum est possessio.
13 *Præsidere in consilio qui debeant.*
14 *Priuatus beneficio propter contumaciam, & inobediẽtiam, & postea redeat ad obedientiam,an recuperet fructus medij temporis.*
Restitutio nunquam inteligitur in integrum,nisi exprimatur.
Indulgentiæ eorum sunt odiosæ.
15 *Iurisdictio an prorogetur ad hęredem,& nu.16.*
Regni successores qui.
Virtutes non ex genitore,sed ex animo cuiusque procedunt.
16 *Princeps si concedit iurisdictionẽ alicui nobili pro certo annuo cẽsu, an transeat ad hæredes eiusdem generis,an vero præsumatur contractus personalis,& intransitiuus.*

BIU Cujas

Transmissio ad hæredes quando fiat.
Rutionis naturalis particeps est omnis homo.
17 *Castrametatus est quidam in territorio iurisdictioni & longissimo tempore possedit exercendo ibi iurisdictionem, & merum imperium, an præsumatur feudum.*
18 *Testari an quis possit de dignitate.*
Militiæ species.
Testatorum quidam necessarij, quidam voluntarij.
Duces & Marchiones dignitatem suam legare quibus possunt.
Retrahere domino quando liceat feudum.
Cap inter dilectos, de fid. inst. intell.
19 *Iurisdictio an possit prorogari de masculo ad fœminas.*
Finitur facilius, quod alieno, quàm quod proprio retinetur beneficio.
Hæres secundus, tertius & deinceps qui intelligantur.
20 *Gradus quid sit, & quis sit terminus, a quo.*
Terminus qui euanuit, non prorogari, sed repeti potest.
Extinctum quod est, continuari non potest.
21 *Si prorogasset dominus noster gratiam exemptionis suæ factæ per verba supradicta, graduum vel lineæ, an contineantur transuersales.*
Transuersales non continentur nomine gradus, neque lineę.
Verba debent intelligi recta via, non in obliquum.
22 *Dictio, seu, quot modis ponitur.*
23 *Terminus prorogatus, an sit idem essentialiter cum termino prorogãte.*
Ab imperfectis nihil denominatur.
Præceptum vnum vel duo oratione vnica, quando videãtur contineri.
25 *Excõmunicatio an sit quid maius, quam missio in ueram possessionem.*

1 DE quouuldeo. † Qui consensit in Iudicem, pœnitere non põt. Quouultdeus eps consensit concilio. tandem pœnituit, & illicẽtiatus recessit, excommunicatur, tamẽ ex hac sola contumacia nõ priuatur episcopatu. h d. Nota primò, quandam interrogationem fieri, quæ in iure ciuili non reperitur, & habet locum in ciuili & criminali, s. an quis consentiat in iudicem. Secundo no. interrogationem posse fieri super iurisdictione, & in præludijs causæ. Tertio nota, q̃ post consensum non habet locum pœnitentia. Quarto no. q̃ qui illicentiatus recedit, est verus contumax. Quinto no. q̃ excõicatus est sine alia citatione. Vltimo no. q̃ ex vna contumacia etiam vera & verissima & notoria non põt episcopus priuari suo epãtu. Oppo. aut concilium erat iudex competens, aut incompetens, primo casu frustra reus consentit, quia iudiciũ redditur in inuitum, vt ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. j. Secundo casu potest pœnitere, vsquequò iudicium sit firmatum, & absorptę oẽs declinatorię fori, vt ff. de iurisd. om. iud. l. si conuenerit. Sol. per hunc cõsensum excluditur Quouultdeus ab opponendo & probando tale quid, per quod impediatur limes iudicij, siue sit suspicio, siue priuilegium. sed si nõ cõsensisset, posset exceptiones declinatorias a iure permissas opponere, & probare, vt legi. & not. C. de adul. ita pudor. Modò collige ex tuo intellectu, q̃ si istud capitulum loquatur in criminali, potest renũciari exceptionibus fori. Dicet aliquis, in criminali non potest renũciari defensionibus, licet possit renũciari cauillationib. emẽdicatis suffragijs, vt no. ff. de pac. l. pactum inter hęredem. So. ibi loquitur in defensionib. facti, quæ sapiunt innocentiam, vt ff. de quæstio. l. j. §. si quis vltro,
2 † Sed dubitatur, ecce quod per formam statuti bãnitus a po-
a test impunè occidi, nunquid exceptio banni sapiat innocentiam, an sit quoddam subterfugium delinquẽtis? Rñdeo, hęc qõ potest considerari dupliciter, vno modo quo ad considerationem delicti. Alio mõ quo ad considerationem pęnę. Primo modo non sapit innocentiam, quia homicidium sine immunditia esse non potest. quo ad sm sapit effectum innocentiæ, ex quo statutũ permittit, vt l. si seruus C. de his, qui ad eccle. confu. l. j. §. qd aũt. ff de aleatò. & l. opprimendorum. C. qñ liceat vnicuique se sine iudice vindicare. huic tamen exceptioni puto renunciari non posse, quia est principaliter & secundariè introducta fauore publico. Secundò opponitur, & videtur, q̃ habeat locum pœnitentia, vt d. l. si conuenerit, qa ante lit. cont. est res integra, vt in auth. de litigio. §. omnem. ẽt si sit promissum de standoiuri coram ipso, quia satis stat iuri ille, qui se iustè defendit. Preterea cautio de iudicio sisti nullas dilatorias tollit, quia dẽt intelligi iuridicè, vt no Cyn. C. de spon. l fi. So. l. si cõuenerit, loquitur, quãdo quis consentit nõ in proprium iudicem, sed in alienũ. sed nostrum c. loquitur, qñ in iudicem proprium, quia facilius iurisdictio fouetur, q̃ fraudetur, ar. C. de eden. l. fi. vnde c. nostrũ nõ loquitur in iurisdi. sed in iurisdictione. iam essentiali non declinanda. Ita dicunt Doct. & optimè. Sed tertiò opponitur, & immo vr. q̃ ẽt in proroganda non possit pœnitere, vt ff. de iurisd. om. iud. l. est receptum. vbi dr, quod & si superior submittit se inferiori, tenet obedire. Solut. quod dñt quidam, q̃ aliud est se submittere, vt ibi, aliud nudis verbis consentire, quia iste consensus habet similitudinem contractus innominati, in quo pœnitere licet vsque ad litem contest. postea non, vt C. de cõtrahẽ & commit. ltip. l. nuda. Alij dñt, q̃ aut fac t aliquem actum, si. curhic fecit, quia rñdit interrogationi; & tunc nõ põt pœnitere. aut non fecit aliquem actum, & tunc potest pœnitere gl. in l. j. ff. de iud. sentit q̃ si prorogat o non steriti n finibus suis, sed transiuit ad aliquem actum iudicialem presente & cooperãte iudice, quod non habet locum pœnitentia, ratio est autho-
3 ritas iudicis. † Item quia quod legitime factum est, non debet rescindi, vt ff. de iud. l. sed & si susceperit, ĩ prin. p̃sertim si iste pronũciauit se iudicem competentem, quia hęc interlocutoria transit in rem iudicatam, si non appelletur, vt no. C. ne filius pro pa aut. habita. in hac solutione stant communiter doctores. At tu cõclude, q̃ aut quis recognoscit primum iudicem, & loquitur hic, aut prorogat, & tunc aut statur in finibus prorogationis, & loquitur. l. si quene. aut procedit ad alium actũ,
4 & loquit. l. sed & si fuscepcrit. † Sed hic quęrit, vtrum citatus non comparẽdo dicatur producere ad aliquem actum? & videtur q̃ sic, quia contumacia est actus negligentiæ contumeliæ. Sed contrarium potest colligi ex dicto Archi. qui dicit, q̃ qui nunquam comparuit, nũquam consensit, neq; expresẽ, neq; tacite. 96. dist. nobilissimus. Sed ecce, q̃ si habebat locum pœnitentia, nunquid iteratò oportebit offerre libellũ? rñdeo omnia de nouo narrare oportebit. ff. de pro. l. mutari, remanentibus effectibus iam productis in esse, vt interruptione prescriptionis. vitium tñ litigiosi non durat, vt no. in l. j. C. de præscriptio. lon. temp. nec accessio fructuum, vt no. C. de fruc. & lit. expen. l. terminato, quia materia prorogationis est affinis
5 huic c. † Quęro, an iurisdictiones taxatæ & distributæ per formam statutorum possint prorogari, & Iac. de Aret. dicit, qã non, quia statuta nõ recipiunt interpretationem extẽsiuam;
6 ad hoc ĵ. de iureiur. c. clericus. † Item quęro, nũquid in causis criminalibus habeat locum prorogatio. Spec. dicit, quod nõ. gl. ord. dicit q̃ sic de eodem genere causarum, vt de crimine libus ad criminalia, vt not. in l. j ff. de iud & C. ubi de crimina agi oportet l. j. tu dic, q̃ si non est dubium de iurisdictione habet locum prorogatio. secus, si est certum de non iurisdictione, quę nõ generet prejudiciũ fisci, qa habet suos iudices, & magistratus, neque possunt declinari, ut l. j. C. de peda. iud.
7 † Vlterius sciendum est, q̃ interdum fit prorogatio de priuata persona ad priuatam, & ista non valet; qa nulla iurisdictio suppetit, & ex nullo aliqd fieri impossibile est, vt C. de iurisd. omn. iudi. l. priuatorum. compromissum autem bene posset fieri tam per modum conuentionis, & cõtrouersię, quã per modum amicabilem, & beneplaciti, & in dubio potius prę-
sumeretur compromissum, quã prorogatio, quia debemus interpretari, vt valeat, non vt pereat. Non ob. quod no. in d. l. j. ff. de iud. vbi dicitur, quod apposita pœna præsumitur compromissum, perat. a solitis. seu a practica, quę multum cõfert ad præsumendum, quod quid est, arg. C. locati. l. licet. Si autem non est apposita pęna, tunc præsumitur prorogatio, quia illa gl. dicit verum, vbi procedit iurisdictio quæ possit prorogari sed de priuato ad priuatum non procedit iurisdictio, ergo nõ potest prorogari. Interdum fit prorogatio de publica p̃sona ad personã publicam, vt qa vnus magistratus prorogat iurisdict. onem in alium magistratum, & ista potest fieri. ff. de iurisdict. omn. iud. l. est receptum. non dico, quod possit submittere officium officio, quia hoc esset contra maiestatẽ sui imperij. ff. de offi. præti. l. obseruandum sed bene potest submittere causam pertinentem ad suam personam, saluo honore sui imperij: gerit enim magistratus dupliceꝫ personã, vnam inquantum homo simpliciter, & aliam inquãtum officialis, vt ff. ad Treb. l. nam quod. Interdum priuata persona submittit se publicæ personæ, & publico magistratui, & ista submissio, seu prorogatio valet, dũmodo fiat spõtè & ex certa scientia, vt ff. eo. l. 2. & hoc est verũ in quocunque gradu, & genere similium causarũ. habet. n. iurisdictio tres gradus, s. minorem, medium, & maiorem. † Nam quędam est iurisdictio basa vsque ad Laureos. Quædam media vsque ad ccc. Quædam
8 maxima a ccc. supra, & bene voco eam iurisdictionẽ simplicem ex natura suæ diffinitionis, vt not. ff. ad municipa. l. inter conuenientes. Sed ex quibusdam attributis sibi, vt quia est indelegabilis, & ideo nõ competit iure magistratus, potest dici mixti imperij, vt no. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic. Et ideo, si Papa cõcederet mihi in quodam castro iurisdõnes innominatiuè loquendo, non intelligeretur supra ccc. Flo. Quãdoque tamen accidentia, seu incidentia iurisdictionem ampliãt, qa ad hoc cogit necessitas & ẽ casus. C. de app. l. amplio-
rem. §. fi. Dicto de gradib. iurisd. dicen. est de generib. Tria autem sunt genera subalterna. s. merũ imperium, mixtũ imperium,

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde quòd bannitus pro contumacia compreheuditur in statuto disponente bannitos posse impune offendi. Gozad. consi. 6. nu. 19.

BIU Cujas

rium, & iurisdictio simpl'r. † Dubitat aũt, nũqd vna ciuitas a possit se submittere altri? & vr̃ q̃ sic, maxime faciendo super hoc statutum, vt l. oẽs populi ff. de iustit. & iu. Item hoc põt cõsuetudo ciuitatis, per quam acquiritur iurisdõ, & imperium, vt l. 1. C. de eman. liber. Item hoc põt fieri per colligationem, seu confederationem. vnde duæ ciuitates possunt facere inuicem ligam cum pacto, q̃ altera ciuitas sit superior altera subiecta, vt ff. de capti. l. nõ dubito. In p̃riũ vr̃, quia ciuitates nõ habent mixtum, nec mixtum imperium, ergo q̃ nõ hãt, dare non possunt. omnis. n. datio requirit, q̃ ille qui dat, possit transigere, & transactio non fit de nullo ad aliquid, vt no. ff. ad iust. & iur. manumissiones. j. q. 7. Dalbertum. ff. de acquir. rerum do. traditio. Præterea assumendo rectorem ciuitatis est data certa forma ab Imperatore, quæ mutari non potest per ius municipale, vt in Auth. de defen. ciui. §. fi. Præterea istud dũ-
11 nire potest in derogationẽ imperatoris. Nam merũ & mixtũ imperium est de regalibus, vt in c. j. quæ sunt reg So. si quidẽ ciuitas nõ recognoscit superiorem, nec est spes q̃ superior ei possit dominari, potest se submittere ei qui possit eam regere & tueri, & hoc potest de iure nãli, quo tutela sui corporis vnicuiq; permissa est. ff. de iust. & iu. l. vt vim. & pp istam rationẽ multa regna sunt hodie, quæ non subsunt Imperatori, cui de iure orbis subest. Si autem est spes, q̃ imperator possit regere & gubernare, & ista spes sit in aliquo apparatu, tunc non potest sine licentia imperatoris. Nam imperator semper videtur excipi, quia superna potestas non recipit legem ab inferiore, vt in c. j. §. fi. de pace tenẽda, & eius vio. colla. x. Ioan. And. sentit tamen indistincte partem negatiuam. j. co. c. fi. secũdũ Host. & Ar. hi. vt no. Ioan. And. in c. præsidentes, de hæret. l. b. 6. in nouel. Dicto de gradibus, & generibus iurisd. sumissionum, & prorogationum, venio ad aliud notabile. Dicit hic, q̃ pro vna naturali contumacia, siue decisione iudicum Episcopus excõmunicatur per illa verba, ne quis ei communicet. quod secundum alios non est verum, quia non est excommunicatio integra, sed pars, vt ita dixerini, seu vnum capitulũ excommunicationis, sic C. de iud. l. si tibi. † Quæritur, vtrum
10 ille, qui est coram iudice ob vnam causam sit trahendus ad aliam causam non præcedente citatione vel monitione. Ioã. An. sentit in nouella q̃ non, quia in ipsa citatione deliberationem debet habere, quæ sibi auferretur per instantaneum processum. Porro citatio debet esse expectatoria, nec dẽt iudex fulminare, quia non est constantis animi ad impetum se mouere, vt C. de sen. ex peri. rect. l. 1. per hoc etiam videtur dicendum, q̃ testes producti aliquo præsente, tamen non monito, nec citato, non possint testificari de iure ipsi testes, etiã si casu venerint ad tribunal, non compelluntur iurare, sed debẽt citari, & moneri aliquo dato interuallo, quo possint cogitare quid sit eis agendum. hoc verum si petant inducias. nam sponte & sine vllo termino possunt testificari, vt no ff. de his quibus, vt ind. l. post legatum. §. his vero. de qua gl. Doc. mei
11 faciebant magnum festum. † Dubitatur, si citatus comparuit sed non citator, nũquid citatus teneatur expectare citatorẽ, i. aduersarium, saltem per diem, vel horam? videtur q̃ nõ, vt ff. q̃ vi aut clam. l. si vitẽ. §. fi. & ibi per Dy. & Bar. In contrarium videtur, q̃ si æquitas moueat iudicem, quod iudex mandare debet, quod expectetur citator. Nam hoc potest facere econtra, vt ff. de offic. delegati. consuluit. ergo vt in proposito, qa
12 æqualitas debet seruari in iudicio, vt C. de fruc. & lit. expen. l. si Sol. hoc est in arbitrio iudicis, quia potest esse, q̃ citans, & citari faciens fuit impeditus, vt l. 3. §. si ad diem. ff. de re mili.
13 & de hoc per Inno. j. de pœnis. ca. calumniam. † Quæro num quid excommunicatus debet percipere fructus beneficij? Inn. hic videtur dicere, quod non. facit j. de do. & contuma. veritatis. Sed hic certe propter contumaciam nõ priuatur qs fructib. nisi iudex priuet, vt l. apud Iulia. §. fin. ff. quibus ex cau. in pos. ea dic quod in horreo ponere non poterit ad custodiã, & coloni soluentes liberantur, quia est in possessione quę est fundamentum percipiendi reditus, vt leg. & no. ff. de acquir.
b possi. l. 3. §. ex contrario. Nam & prędo tenetur fructus percipere, ne dilapidentur, vt no. ff. de petit. hære. l. hęres furiosi. tamẽ eos non lucratur excommunicatione durante, sed tenẽt resignare in manu capituli, vel œconomi, vel sequestri, vt nec inde auferantur, quia inimicus Dei non debet viuere de patrimonio Iesu Christi. † Quæro, qui debeant esse præsidentes in
13 consilio? Ioan. An. tangit hic, & gl. Ac. in titu. C. de man. vin. quæ est prima rub. 7. Tu dic quod ipsa congregatio eligit eos
14 ca. j. de maio. & obe. † Restaret videre de priuatione beneficiorum propter contumaciam & inobediam, quæ est quędã rebellio in non faciendo, dic vt in c. rursus, allegato in gl. qd si postea redeat ad obedientiam, nunquid recuperat fructus medij temporis. videtur quod sic quia sit restitutus ī integrũ. In p̃rium vr̃. C. de hæreti. authẽ. idem de Nestorianis, & ff. de reg. iu. l. quod a quoquam. præterea ista est indulgentia, non restitutio in integ. nunquã. n. Intelligitur in integrũ restitutio nisi nominatim exprimatur, vt l. j. C. de sent. pas. Item qa istæ indulgentiæ reorum stricte sunt interp̃tandæ, quia sunt odiosę, & p̃ publ. cam vtilitatem. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. & l.
15 j. C. de conducto. & p̃cu. domus Augustiæ. li. xi. & c. † Ampliq̃ quæritur vtrũ iurisdõ prorogetur ad hẽredem? & si quidem est iurisdõ generosa procedens ex nã primæ ex radice parentũ tãquam gnali thoro, transit ad posteros suos iure gentium, vt extra, de voto. c. licet, etiam si moriẽte rege erat in vtero, & ẽt si erat viuens, dum tñ haberet quinque sensus corporis, &
c non esset monstruosus, nam monstruosi non succedunt in regno, de supp. neg. p̃la. c. grãdi, & in c. j. in 6. An surdus & mutus vel aliter ip̃fectus, vt no. in proœmio huius sacris voluminis. Si ãt nõ est iurisdõnis oriẽtalis, sed accidẽtalis, in ea nõ succedit hẽs, ẽt filius, nisi ex p̃suetudine, vel ex priuilegio, qa non est eadem p̃sona patris & filij in prudentia, neq; in fide, imo a cõiter accidentibus nimis sapiens generat stolidos, vt patet in Roboam filio Salomonis, ideo quia iura fidelitatum renouantur a filijs, quia nescimus, quales sint futuri. porro prudentię virtutes non sunt ex radice, sed ex animi virtute.
16 ff. de cur. furio. cuius bonis. de sup. neg. p̃la. c. grandi. & no. in l. tutel ff. de tutelis. † Dubitat, si princeps concedit iurisdõnẽ alicui nobili pro certo annuo censu, vtrum transeat ad hẽdes eiusdem generis, an vero p̃sumatur p̃sonalis, & an intrãsitiuus? quod vr̃ dicendum per l. diem functo. ff. de assess. ff. de iud. l. j. §. mortuo. In p̃riũ vr̃, quod si verba nõ repugnãt, iste p̃actus sit transitorius ad hęredes. C. loc. l. viam veritatis. ff. de pac. l. iuris gentiũ. §. pactorũ. Nec obstat quod iurisdõnes publicę non possunt vendi, neque pecunia locari, vt in Auth. vt iudices sine quoquo suffra. §. 2. vnde iurisdõnes nõ vendũtur, neq; locantur ad incantum, quia ista non est vẽditio, sed recognitio ceusualis, vt no. in l. j. ff. de publi. Sed certe nõ põt negari, quin iste sit p̃actus. i. quoddam pactum, vt no. in l. j. §. j. d actio. & obl. Item istud pactum est reale ex parte promissoris, ergo idem ex altera parte, vt seruetur æqualitas, ar. ff. de min. l. si iudex. So. Bar. tenet, quod quicquid sit de nuda cõmissione iurisdõnis, tñ iste cessionarius in rem suam transmittit ad hæredem suum eiusdem generositatis, vt ad filium suum, qa pp ardorem charitatis paternæ de eo videtur cogitatum, quæ cogitatio nãli ratione videtur prodesse successori, quia ratio naturalis participat se cum omni homine. ff. de le. 3. l. Paulo Call. macho. §. Pomponius. & ita intelligitur & suppletur di-
17 ctum Bar. in l. pater ff. de fer. le. † Sub ũgitur alia qõ, quidam nobilis castrametatus est in territorio iurisdictionali, nõ dico dominicali ecclesiæ, & longissimo tpe possedit exercẽdo ibi iurisdõnem, s. merum & mixtum imperium. Quæro, vtrũ præsumatur feudum? rn̄. nõ, quia castrum põt esse propriũ. Item feudũ est quædam seruitus, quæ non p̃sumit, iurisd. aũt est in potestate papæ, & põt papa facere castrum de me-
18 liori, vt l. 4. C. de fundis limit. † Quæritur, vtrum de dignitate possit quis testari? & videt quod sic. ff. de legat. 3. l. his verbis §. alumnos. nam quod vendi potest testabile est. ff. de leg. 3. l. chirographum. Sed militia cõsuenit vendi & locari, vt C de pig. l. fi. ergo de ea potest testari. C. de inof. testam. l. omnimodo. §. fi. In p̃rium vr̃, quia non potest quis testari nisi de re familiari, aliæ res non sunt in bonis nostris. l. cum emancipati. §. 1. ff.
d col. bo. So. quędam est militia, quę post mortem remanet in hereditate, qa est quæstuaria, promercalis, & in commercio, & de ista põt quis testari. Quędam, quæ morte finitur, & de ista non põt quis testari. C. de leg. l. vxor patrui. Quedam, quæ non transit nisi ad certam qualitatem successorum, vt ad liberos tñ, & de hac põt testari inter liberos, sed si aliis relinquat, non valet relictum, vt l. 2. C. de vsuca. pro emp. dic ergo, q̃ sicut est reperire qualitatem hæredum, quia aliqui sunt necessarii, aliqui voluntarii, ita est reperire qualitates habentium hæredes, quia aliqui habent certos hæredes de necessitate, aliqui nõ & hoc procedit interdum ex ipsius rei natura. De fructibus tñ potest testari, si ad eum sunt deuoluti, & non sunt consumpti tpe mortis. ff. de leg. 3. l. si mulier. §. sed si habenti,

etiam

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde quod bene etiam potest ciuitas recommendare se alteri ciuitati, vt habetur de ciuitate Pistorij, quæ se recommendauit ciuitati Florentiæ, propterea non dicitur subdita, sed recommendata, quia ciuitas recommendata non dicitur subdita. Curt iun consi. 224. lib 2.

b Vinc. God. Adde quod prædo tenetur de fructib. quos percipere potuisset, quãdo agitur rei vendicatione. Bar. in l. ed si lege. §. quod autem. ff. de petit. hære & in l. ex diuerso col. 2 de rei ve di. Et no. quod prædo ille dicitur, qui negat rem ad eius manus peruenisse, vel occultauit. Soc. consi 213. in præsenti. versi quinto lib. 1.

c Vinc. God. Adde quod homo monst. uosus non succedit in feudo, si sit omnino imperfectus, alias sic. Bal. in l. quoties. C. de inis & legi. sed homo dicitur, si habet animalem rationalem. l. quod dicitur. ff. de libe. & & posthum. & ibi Alexand.

d Vinc. God. Adde quod militia dicitur tribus modis, equestris, terrestris, & legalis glo. in l. pe. ff. de test. mil. Et an malitia sit dignitas. Feli. in c. clerici. in prin cip. de iudic.

BIU Cujas

ēt & in c.p̄senti,de offi.or li.6.ergo duces,& marchiones suā dignitatem legare non possunt,vt in c.j.de alic.feu. neq; prorogare dignitatē ad alios,q̄ ad naturales & iustos successores, ēt ipsi Deo relinquendo,quia & ipse Deus (vt ita dixerim) recipit legem humanam,quæ habet naturalem motum licet ciuilem statum,vt ff.ad l.Falc l.1.§.ad munic & in c.1.§.donare, qui mo.feud.alic.potest.& non ob.de fide instrum.c.inter dilectos,quia ibi non loquitur proprie in feudo, sed in re cēsua li vel ibi ita erat de eō suetudine,vel dominus nolebat retrahere, nā quando est apertū ius reuerētiæ,est in domini arbitrio, vtrum velit retrahere, vel dimittere,neque inspicitur volūtas recedētis,vt no.l.1.ff.si ager vectigal.vel emphy.pe.& in Aut.
19 de alie.& emphy.§.j.† Vltimo quęro,nunquid iurisdictio possit prorogari de masculo ad fęminas? videtur q̄ non,qa omnes iurisdictiones sunt generis masculini, q̄ mulieres nō habent cōsilium validum. nam,vt ait Ari.mulier inualidum,& minor imperfectum consilium habent, dic q̄ sic, si alias p̄sidet iurisdictioni,valet progatio, quia qualitas iurisdictionis magis inspicitur,quā qualitas mulieris.C.de arbi.l.fi. vnde ēt mulieres sunt illustres etiā per se ipsas absque eo,q̄ coruscēt radijs maritorum,& tunc legatum earum dignitatum trāsit ad aliam succedentem. non ob.l.fi Augustæ, de leg.2.qa ibi splendebat radiis mariti,non propriis Nam facilius finit, q̄ alieno beneficio retinetur,q̄ quod ex proptia radice possidet, vt ff.de fideic.l.b.l.si filius.§.erit Rubriano,& ff.de cap.l si qd bello.Pone,dicunt verba priuilegij,cōcedimus iurisdictionē Titio vsque in quartum hæredem siue generationem, siue in tertium hæredem.Modo hic quæritur primo, quid est dictū, esto quartus hęres,nūquid si filius decedit viuo patre,nepos est secūdus hęres,an primus?respon.si ponatur pro sanguine est secundus,si pro successione,est primus in succedēdo, sed
20 secus in nominando,vt l.si ego.ff.de iniu.re. † Secundo quæritur de gradu,quid est dictum,gradus, & quis est terminus, a quo.rn̄deo,gradus est ascēsus,vel descēsus,verbi gratia imagineris,q̄ vnus homo stat rectus pedibus in terram positis,demum vnum pedem eleuet sursum in aere,vel deprimat deorsum,iste pedis motus facit gradum,sed pes,qui remanet ī terra,non facit gradum,sed stipitem.ergo,si tenet vtrunq; pedē
a in terra,non est ibi gradus,quia sequitur,q̄ gradus a trāsuersalis non est proprie gradus.tamē largo modo est linea, q̄ ductibilis est in directum,& in anfractus, vnde sequitur videre, an idem sit linea,quod gradus.& videtur q̄ nō.linea fit a pari,& superiori & inferiori,sed gradus non fit a pari. Nam gradus est ad modum scalarū,vt gl.ponit exemplum in pari gradu in fenestra,quæ habet colonellam in medio,vt no.Inst.de gradi.dicit Ia.Bu.q̄ inter pares nō est gradus,vnde appellatione gradus nō cōtinetur frater.dico neque filii fratrum, quia si genitor ipsorum non cōtinetur,ergo nec ipsi, quia vbi nō est principium,ibi nō est motus, qui non est nisi de termino ad terminum dicit A q̄ terminus, q̄ euanuit, prorogationē non recipit ff locari l.qui ad certum.repeti enim potest,quod extinctum est,sed continuari non pōt. vnde si dns noster generali sermone omnes terminos progauit, intelligit solū de
21 pēdētibus in quacunq; cā principali,& appellationis.† Quod, si dns noster gratiam exemptionis suæ factæ filiis progasset per verba supradicta graduum,vel lineæ,nō cōtinerent trāsuersales,quia in computatione graduum trasuersalis nō potest esse sine quadam fictione,seu suppletione, quia in cōputatione suppletur stipes ex tacito intellectu, & est cōputatio obliqua,non certa.verbi gratia,inter fratres suppleo patrem, & deinde procedo in consratrem,& tunc arguo vltra, verba debēt intelligi recta via,& nō per obliquum, vt ff.de vulgari
22 sub.l.quia liber.§.fi.† Sequitur vide e de dictione,seu,nābista
b dictio,seu ponitur trib.modis,scilicet clarificatiue,vt ibi,Alexander,siue Paris,nā multi sunt Alexādri,nominati, sed vn' Paris,& sic terminus singularis determinat terminum cmunem.quandoque ponitur alternatiue,verbi gratia,si dico cō cedo tibi vnum ex seruis meis.s.Damam,seu Erotem.quādoque ponit ampliatiue,quia est coniūctio subiunctiua, quod
13 dic vt ff de auro & argēto le.l.si quis ita.† Quæritur,an terminus prorogatus sit idem essentialiter cum termino prorogāte? Cy.dicit q̄ est idem per fictionem,non per veritatem, qa non terminatur ad eundem motiuum.Et si dicat contra, qa primo termino inerat virtus potestatiua prorogationis,& trā sumptiue ex dicta virtute intrinseca & inhærente fit extēsio. Sed rn̄deo,illa virtus est informis,& non sufficit per se. ltē illa virtus est motiua,sed non effectiua.vnde est virtus imperfecta,& ab imperfectis nihil denominat, vt ff.ad l.Fal. l.si is q̄ ducenta.§ quædam.Tu dic,q̄ si ex appositione diei resultant duo præcepta.s.q̄ fiat,& q̄ intra diem fiat,terminus prorogatus fit idem numero,secus,si oīo non resoluitur in duo p̄cepta,sed vnum,quod expirat tempore.hoc sic probo. progās & prorogatum sunt contraria.ergo vnum nō trāsit ad essentiam alterius.probo maiorem,quia quando terminus apponi tur exceptiue, videtur actum ne post fiat. nūc vero apponit pactum contrarium,s.q̄ fiat post.ff.de leg.2.l.statu li.§.Stichū. & dicas,q̄ duo sunt præcepta in sensu diuiso,si interest stipulatoris,sed si nō interest,est vnum tantū in sensu composito.
24 † Quæro,quid est maius, vel excommunicatio,vel missio in veram possessionem? videtur excommunicatio,quia æquiparatur morti,qa mortifere vulnerat,vt no.Inst.de cap. di.§.minor,& in tit.hic finitur lex.c.dño guerram.In contrariū videtur,quia in missione assecutiua veræ possessionis requirit trina citatio,vel peremptoriū,vt no.ff.de dam.infec.l.si finita.§. Iul.& C.de his,qui ad eccl.cōfu.l.p̄senti.licet tędialis possessio possit ex vna contumacia fulminari,vt l.j.si quis ius di.nō ob.sed istum punctum alibi declarabo.satis dictum est super isto c.in honorem principij secundi libri.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Adde qnod in computatione graduum, in successionibus attenditur ius ciuile,in matrimonijs autem ius canonicum. Goz. consi.19. in priac. & pluribus existentibus in eodem gradu,ille præfertur,qui duplici iure vocatur.ibi.nu.9.

b Vinc.God.Adde quod dictio seu,auget, no.in l.si quis ita legauerit. ff.de auro & arg leg Cyn.Bar.& Bal.in l.cum quidā.C.de verb.fig.Bar.in l.si is,qui 100. §.vtrum col.3.de reb dub.Soci.consi.63.in causa vertente.lib.1.& consi.180. considerata.versi.circa princ lib 2.

SVMMARIVM.

1 *Laici an possunt negocia ecclesiæ tractare.*
2 *Laicus an possit esse iudex delegatus in causa ecclesiasticæ iurisdictionis & nu.4.& 11.& 18.*
3 *Si confirmauit Papa delegationem, quæ nulla erat, an illa iurisdictio dicatur delegata vel ordinaria.*
4 *Clericus an possit prorogare, vel cōsentire in laicū tanquā in suū iudicē. Fori congruitas sortitur ex persona rei,non actoris.*
5 *Clericus quando est torquendus, an episcopus possit committere laico, quod eum torqueat.*
6 *Laicus an possit esse nuncius episcopi,an assessor,& nu.10. Assessoris officium.*
7 *Episcopus an possit habere consilium cum laico super causa spirituali. Consilium a quibus & laici & clerici petere queant. Testamenti executio etiam ad pias causas laico demandari potest.*
8 *Laicus an possit esse æconomus ecclesiæ,& quis. Oeconomus ecclesiæ nuda constituentium voluntate potest remoueri. Virtus animi pro satisdatione habetur.*
9 *Laicus pronus rectore vacāte,an possit administrare res ecclesiæ,& qs.*
10 *Laicus an possit administrare,& esse vicarius episcopi. Vicarij nomine improprie accipimus assessorem.*
11 *Papa an possit delegare omnes causas indistincte laico.*
12 *Laicus an possit esse custos altaris. Custodi altaris licet laico quando valeat quod ei legatum fuit. Contra regulam,& eius glossam quod fit a fratribus minoribus,est nullū.*
14 *Laicus an possit constitui procurator,ad acceptandum beneficium. In procuratore qaando quid intelligitur radicatum.*
15 *Laicus an possit esse notarius in causa electionis.*
16 *Causa ecclesiastica an possit compromitti in laicum. Bigamia ad quę pertineat.*
17 *Laicus an possit esse arbiter an arbitrator in causis ecc. Inhibitiones laicorum,etiam regum,timere non debent ecclesiastici iudices,quando faciunt iustitiam. Libertas clericorum non potest minui per laicos iudices.*
18 *Causæ criminales an de iure canonico & ciuili possint delegari. Clericus nequit sortiri forū laici neque in realī neque personali actione.*

CAP. II.

DEcernimus. Laici negocia ecclesiæ tractare nō possunt. h.d Et hēt tria dicta,primū in genere, vt dixi in summario. Secūdū in specie.quod episcopi,abbates, archiepiscopi, & alij ecclesiarū plati laicorum iudicio de negociis ecclesiasticis maxime spiritualibus non disponant. Tertiū dictū est specialissimum,q̄ propter prohibitionē laicorū nō dimittant iustitiā exercere.dicit Arch. q̄ spiritualia nō cadunt in nō spirituales,& in non consecratas psonas.63.dist.nullus.
a Arch.Dicit Arch.q̄ de causa spirituali non cognoscit laicus, etiam incidenter,si sit causa iuris,sed si sit facti, verbi gratia petо hętediratem non tanq̄ filius Petri,sed filius Martini,laicus certe de hoc potest cognoscere.16.dist.bene,p Arch. ff.soma.l.Titia,Ber.quod est bene no.Si autem obiiceretur, quod non esset legitimus,non posset cognoscere,quia est articulus spiri-

ADDITIO.

a Vinc.God.Laicus in locum ecclesiæ succedens debet eiusdem gaudere priuilegiis.Rui.consi.142.num.3.lib.5.Et quando possit disponere de vtili dominio bonorum ecclesiæ ad eum spectante.Rui.consi.109.num.25.lib.3. non autem liberatur de decimis debitis ecclesiæ consuetudiue,vel prælcriptione.Rui.cōs. 142.num.18.lib.5.

BIU Cujas

26 gladio iudicis ſęcularis. † Quęro, an minus punitus, quam debeat, poſtea debeat in plus puniri? Reſpon. aut iſta pęna pluris deſcendit ex eadem.l.aut ex diuerſis.ll. quarum vna punit in plus, alia in minus, vel mitius. Primo caſu debet in illo pluri puniri, & quatenus punitus eſt, non debet plus iterato puniri. ſed vna pęna poteſt velli de corpore alterius. ff.de cōd. fur. l.ſi ſeruus.§.bonæ. idem eſt, ſi minor pertinet ad minorem iudicem, maior ad ſuperiorem. Quia vnuſquiſque iudex ſuam propriam iuriſdictionem exercere debet, vt C.de ſpor.l.2.aut iſtę pęnæ deſcendūt ex diuerſis.ll. & tūc aut quælibet lex ſuis finibus eſt contenta quaſi integra pęna, & ſufficit punitio ex

vna

ADDITIONES.

a Vinc.God. Adde quod apoſtata non recuperat bona. Soci conſi.222. præſens cō ſultatio. verſ ex qua concluſione, lib.2.

b Vinc God. Adde quod homicida priuatur hæreditate eius, cuius filium occidit. Bar.in l.cum ratio ff.de bonis dam.not.in l.2.§.ſi patris.ff.ſi quis aliq.eſt.prohib. Lud.Roma.in ſing. Homicida. verſ. tu ſcis.

BIU Cujas

vna.ff.de accusa l.senatus censuit,quia hic est terminus pęnę. & maxime si lex posterior sit mitior ita, ꝙ a seueriori pęna videatur discessum,vt ff.de re mil.ta.l qui cum vno. § qui post. & non ob.ĵ. e.cum non ab homine. quia ibi prima pęna nō erat terminus pęnæ.sed præparatoria alterius pęnæ vltimatæ,vt ī Authētica,vt iudi.sine quoquo suffr.§.oportet. & hęc vera sunt nisi posterior loquatur copulatiue,& non derogatiue,nec absolute.vbi enim est vna copulatiua ꝓiunct o pęnarum,ibi vna soluta adhuc alia remanet in obligatione,sicut ille,qui debet Stichum & Pamphilum, soluto Stricho liberatur a Sticho,sed non a Pamphilo. sicut si pro eodem vulnere debet alicui impũtari pes,& manus, amputato pede non liberatur a pęna manus,vt C.de sepulchro violato l.sepultura. vide quod no.Arch.s 9.distin.ca.nũquam, & loqu tur de benigni
26 tate canonica.† Quęro,nunquid ex quolibet maleficio potest quis deponi a beneficio? Respon.sic, si tale est maleficium, quod de iure ciuili irrogaret infamiam, & sic aptum ad hoc via ordinaria,vt infra de do.& contum.c.veritatis,& infra de accusa.cap.inquisi.c.qualiter.ij.de simonia.cap.licet.eo.l.b.& C.de digni.l.iudices.lib.12.& C.de suscep. & arch. l.si aliqd, & maxime in assistentibus principi,vt C.de condu. & procu. do.Augustæ. lib. 12. l.j.quia reatus honorem omnē excludit, vt C.vbi sena.vel cla.l.j.& hoc no.per Io.And.& Archid.in c. generali.de elect.lib.6.& lxxxj.distin.Maximilianus,& lxxxij.
27 distin.presbyter.† Quæro,an depositus ab vno episcopo intelligaī depositus a beneficijs quæ habet in alijs diœcesi. Respōdeo,infamis in vno loco est infamis vbicũque, quia fama est indiuisibilis,vt no.a.ff.de postula. l.ex ea.au trahat secum executionē depositionis.dic quod non in beneficiis alterius diœcesis,vt ff.de bo.aut.iudi.pos.l.cum vnus. §.3. quia nec etiam tenetur vnus episcopus sequi acta alterius,quia res inter alios acta & in auth.de sanctiss.episc.§.si vero crimen, colla ix.vel die vt no.Inno.ĵ.de fo.cōp.c.postulasti Illud scias, ꝙ licet episcopus pronunciet aliquem deponendum, vel degradandū non tamen per hoc deponitur,vel degradatur,vt no Io.Ant. in c.transmissa.s.de elect.in nouel.vt probatur.ff.de leg. 2.l.j.§. a præfecto & ff.de iniu.test.l.si quis filio exheredato,circa medium.ff.de offi.præsi.l.illicitas.§ qui vniuersas, & C.si adue.li.
28 l.j.per Iac.de Are.& alios Doc,† Quęro. an quis præsumatur clericus? respon.non, quia homo non nascit sub isto habitu, cum efficiatur quis clericus per accidens,& accidētia nō prę sumūtur inesse,& maxime ea, quę vt plurimū vident abesse. Item clericus est quædam seruitus ad officium personarum diuinarum deputata,cū iudicijs,& possessione clericatus prę sumitur aliquando,vt no.C.de epis.& cler. l.si qua per calumniam,per Iac.Bu.puta per famam,& opinionem incōcussam vel publica authoritate percussam;puta quia est apud diœce. sanū, vel priorem collegij,& per locum a communiter accidentibus illud est verum prę sumptū,quod omnibus,vel pluribus partium comparatione minorum,vel saltem sapientib. apparet esse verum,quia fama, quam multitudo famat stabiliter,non ex toto perit,vt ait Aristoteles. & quia de fama tactū est superius,scias,ꝙ fama est quandoque ab aliquo. i.a famāte.vnde Arist.fama,quam multi homines famant, non ex toto perit;& hoc dicitur fama prædicans, vt ĵ.de do & cōtu.ca. veritatis quædam est fama ad aliquem. & ista est tonās in ma
a lum,& dicitur infamia,& est fama prædicata passiua. quędā est in aliquo, & ista est infamia proprie iuris,quæ ē terminus pęnæ i est vltima pęna infamationis, vt ff de var.& extraor. cog.l.cognitionum.§.minuitur. & omnis infamia est quędā macula,vt no.in Auth.de monachis,in prin.

ADDITIO.

a Vinc.God. Adde quod fama sufficit ad transferendum onus probandi in aduersarium. Rui.cons.128.nu.10 lib 4.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius est iudex.faliit in feudis,in prin.& numero 1.& 2.*
Feudales iudices sunt tres,& viae nu.12.13.14.
Vasalli de feudo litigantes debent adire dominum,& quando pares.
3 *Pares curiæ qui dicantur,a quibus eligantur, an habeant iurisdictionē ordinariam,an eligere sibi possint locum,vbi sedeant pro tribunali,& vtrum ab eorum sententia possitt appellari.*
4 *Iudices feudorum an sint iudices,si agatur de iniurijs personalibus.*
Feudum illicite alienatum possit ne dominus reuuperare.
5 *Sententiam latam inter vasallos quis mandabit executioni.*
6 *Vasallus cōuentus si negat se vasallum,dominus summatim cognoscet, & an amittat ex mendacio feudum.*
Authen.de trien.& semi.§.pen.l fi.ff.de rei vend.& §.item mixta ĵnst. de actio. Intellectus.
De amissione feudi vbicunque fit mentio,intelligitur culpa, & de communi ordine iudiciario.
ĵnauditus nemo priuandus,vel expoliandus.
Ordine malo factum debet in irritum reuocari.
7 *De feudo ligio cognoscit solum Princeps.*
Vasallos ligios habere plures dominus potest,non contra,nisi in casu.
Feudi duplex est ca sa cardinalis & quæ nu.8.& 9.
ĵnuestitura est duplex,& quod ius ex vtraque quæratur.& nu.9.
Verbum Regis habetur pro lege.
Possessiones duæ vtrum sint in eadem possessione.
9 *ĵn feudo qui succedere non possunt,& nu.12.*
10 *ĵnuestitura abusiua quid operetur.*
Feuda in quibus similia contractibus anonymis.
11 *Inuestitura abusiua quid operetur.*
Feudi natura quæ.
Natura est vniformis.
Accidentia nō sunt vniformia,& præter subiecti corruptionem possunt abesse,& adesse.
Feudalia pacta pter feudi naturam faciunt cōditionale feudū,& exēpla.
Feudum reuocari non potest regulariter neutram ex parte.
ĵnterpretationem non recipit obligatio certa.
Dominus inter emphyteutas an habeat iurisdictionem.
Feudi receptio pro se & alijs masculis & fœminis,non ponitur adæquatiue,sed ordinatiue,vt superstite masculo fœmina repudietur.
Et dictio,quando ponitur ordinarie,non adęquatiue.
Filius filiæ dicitur esse ex corpore aui.
A & ex,præpositionum differentia.
12 *Infeudare an possit episcopus suos consanguineos,sicut alios.*
Episcopalia iura an possint in emphyteusim concedi.
Consilium exigitur,vbi requiritur tractatus.
Feudatarius potest esse iudex inter vasallos suos.
13 *Vasallus alienans de volūtate domini desinit omnino esse feudatarius, secus in casu.*
14 *Controuersia si est inter duos vasallos,si vterq; cognoscat eundem esse dominum,cognoscet dominus feudi.*
De feudi iure,iudicibus,& ordine iudicij,ex Innoc.multa.

CAP. V.

Aterum. Istud capitulum habet notabilem, & vtilem materiam. Et h.d. Si controuersia feudi est inter vasallos eiusdem domini,& reus est paratus coram domino feudi respondere, non cogitur sub alio iudice litigare.h.d. Diuiditur in tres partes. In prima facti narratio.In secūda prohibitio. In tertia modificatio. secunda ibi,nos.tertia ibi,quamdiu. Ad euidentiam præmitte tria nomina,scilicet dominus in capite, vasallus in feudo, homo in subiectione & seruitio,dominus ī capite nō cognoscit de se proprio,sed bene cognoscit de causis vasallorum,& hominum suorum.fiunt autem vasalli per pactum,& feudū, subditi autem per originem & incolatum,& consuetudo seruanda est,& quia causa feudi est in rē, causa possessionis est in personam,ideo Ber.facit differentiam inter petitorium,& possessorium feudi.No.regulam,ꝙ ordinarius est iudex,vt C. de iurisdi.om.iu.l.nemo.fallit in feudis propter ipsius cāæ feu-
1 dalis naturam.i.priuilegium.† Tres sunt iudices feudales in cā principali,quilibet tamen suo casu,s.dominus feudi,pares curiæ & arbitri.Sed in causa appellationis nō reuertitur iurisdictio ad istos,sed appellatur ad eum, ad quem appallaret a sententia iudicis ordinarij,vt in c.remanet,de appel.li.6.Casus.Duo vasalli episcopi Bono.litigabant ratione rerum existentiū in diœce.Mutinen.reus comparuit, & dicebat quod erat paratus sub dominio feudi respōdere,& non coram domino episcopo Mutinen.Episcopus ipsum reputauit contumacem, & excōmunicauit, vel ecclesiastico interdicto subiecit,hoc significatum fuit Papæ:Papa prohibet ordinario loci,vbi res sita est, & ꝙ cōsequens ibi erat competens forus in alijs rebus, quam in feudalibus,,pcedere, donec vasallus sub domino feudi est paratus iuridice respondere.intellige,vel vicario eius,vel delegato ipsius, vel si feudum regis coram consilio iustitię regis,
2 puta Francorum.† Nota ibi,ab ecclesia tua,quod sicut vasalli alicuius domini laici inter se litigantes de feudo debent adire dominum feudi,ita dēt vasalli ecclesiæ. & sic no.ꝙ consuetudines feudorū habent locum in ecclesiasticis feudis, & est rō,quia illa cōsuetudo est natura feudi, cum origini feudi sit annexa,vt in cap.imperialem.§.quoniam,de prohi.feud.alie. per Fede.Oppo.dicitur hic, vasallus fuerit paratus in pśentia domini iustitiam exhibere.Contra,imo videtur,quod etiam oportet,quod dominus sit paratus iustitiā facere, alias possit ordinarius cognoscere,quia iurisdi.a se excutit, qui eā denegat exhibere.ĵ.de fo.comp.c.licet,& c.ex tenore. Sol.cōcedo, quod ꝓpter negligentiam redit iurisdictio ad ordinarium. Secundo oppo.nam inconueniens est, quod propter negligētiam vasalli dominus perdat iurisdi.suam, vt ff.de iur. & fac. igno.l.iniquissimum.fol.timore istius contrarij dicit gl.quod si vasallus nolit respondere sub domino,potest puniri, & cōpelli etiam ex mero officio domini, & si alias dominus non habet iurisdi. secundum Vincen. qui ita no. ĵ.c.nouit. Tertio oppo. & videtur, quod non cognoscat dominus feudi,sed ordinarius,vt ĵ.de fo.compe.c.ex parte.fol.ibi in possessorio, hic in petitorio secundum Ber. Ex quo no.talem conclusionem,ꝙ domini feudorum non habent iurisdi.in possessorijs feu-

feudorũ, ſed ſolũ in petitorijs. & eſt rõ, quia qõ nude poſſeſſionis eſt qõ facti, & non iuris. Vnde non tangit ſubſtantiã feudi, ſed quandã ſuperficialem & materialẽ poſſeſſionẽ, q̃ non tangit ius. dñi, vt ff de acqui. poſſ. l. naturaliter. §. hoc commune. Sed Doctores communiter reprobant gl. & dicunt, q̃ ẽt in poſſ. ſi agatur ad rem feudalem quoquo modo, ſemper iſta qõ dẽt tractari corã domino feudi. Nã ẽt rõne poſſeſſionis intereſt dñorũ, ne re ſua vtat extraneus, vt Inſt. de interd. §. commodum. Inno. aũt loquitur per hęc verba. Alij dicunt coram ordinario rei conueniri, non coram dño feudi agen. interdicto, ẽt ſi laicus ſit ſpoliatus. j. de fo. comp. c. ex parte, & ſorte hoc eſt melius. Inn. tñ, dicit, q̃ aut intentatur poſſeſſio ſimplr, & tunc non cognoſcit dñs. Aut intentatur poſſeſſio qualificata, i. tanq̃ feudalis, & tunc cognoſcit dñs, & iõ ẽt inſpiciendus eſſe libellus actoris, ex cuius perſona ius metitur. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hęr. pe. ff. de iur. om. iu. l. cum quedam puella. §. fi. ſtud conſtat, q̃ ſi eſſet qõ inter dõm, & vaſallum ſup interdicto, q̃ cognoſcerent pares, vt j. c. ex eo, de controuer. quę inter vaſal. & epi. vt c. j. quod incip. dominus. §. ſi vero. de milite vaſal. qui contumax eſt. Eodem ergo modo dicã, ſi qõ eſt inter vaſallum, q̃ cognoſcat dñs non ſolũ de potioritate feudi, ſed ẽt feudalis poſſeſſionis, & hoc teneas, quia eſt verius.

Vlterius oppo. q̃ cã ſit tractanda corã alijs paribus, non corã dño feudi, vt in c. vno. de controuerſia per pares terminanda. ſolu. ibi erat qõ inter domi. & vaſal. vnde dñs non põt cognoſcere de cã propria, vnde deuenitur ad pares. & ſi non eſſent pares, deueniretur ad arbitros eligendos de cõi conſenſu. nũquam. n. in aliquo actu iudiciali dẽt procedi ad elec. ẽt ſimplicis tabellionis, niſi ſit de confidentibus, vel ſaltem de non ſuſpectis, vt ſing. no. in Auth. de tr. en. & ſemi. §. & quod ſępe. Vlterius oppo. nã ſi vaſallus agit q̃ Titium, & Titius negat rẽ eſſe feudalem, nec eſt iſte Tirius vaſallus ex alio feudo, cognoſcit ordinarius, vel eius delegatus, & non dominus feudi, qa non põt eſſe iudex in cã propria, vel in qua tenetur de euic. vt ff. de iu. om. iu. l. qui iuriſd. Sol. aut qõ eſt ĩter vaſallos, & loquitur iſtud c. aut inter vaſallum, & non vaſallum. & tũc ceſſat conſuetudo feudi, iõ ſtamus iuri communi ſm Ber. & eſt
3 expedita glo. breuis & vtilis. † Modo quærntur, qui dicuntur pares? rñ. ſi eſſet qõ de comitatu, vel baronia, dicerentur pares comites, vel barones. ſic de inferioribus bñficijs, ſiue feudis dicũtur pares, qui poſſident feuda, & iurauerunt fidelitatem, vel per eos nõ ſtetit. nã ſuper hoc iuramento fundatur eorũ iuriſdictio, vt dicit tex. in c. j. in fi. de controuer. feudi apud pares terminanda, quia plenitudo feudi non conſtat abſq; iuramento fidelitatis, quanquã interdũ regula fallat, vt in c. j. §. j. quæ ſunt prima cã. benefi. amit. & in c. fi. per quos fiat inueſtitu. & pro quo recipiatur. Quęro, per quos eligantur iſti pares? rñ. dñs eligit vnum, & vaſallus alium, & ſi diſcordarẽt, debet eligi alius tertius per eos pares, arg ff. de arbi. l. item ſi vnus. §. principaliter. nec ſunt omnes vaſalli vocandi ad iſtam electionem ſm Inn. & ẽt ita contĩnetur in pace Conſtantiæ. Sed nũquid iſti pares habent ordinariam iuriſdictionem. reſpõdeo ſic, quia eſt iuriſdictio nãlis ex natura feudorum, & quia dat a conſuetudine. & ſic poteſt eſſe ordinaria, & tñ non eſt vniuerſalis, ſed ſpecialis ad vnã ſpeciem cauſarum, puta feudi. ita dicit gl. in c. vaſalli. §. illud. de inueſti. per mari. facta. Sed nunquid iſti pares poſſint ſibi eligere locum, vbi ſedeãt pro tribunali? rñ. ſic, quia non habent ſedem determinatam a iure, vt dicit gl. de iudicibus communis Bono. C. qũo & qñ iud. l. cũ ſententiam. Quæro, nunquid ab eorum ſnĩa poſſit appellari? rñ. ſic ad imperatorem, vt in c. ſancimus, quo temp. mil. ſ. in feudo ſęculari. Quæro, quid ſi in cõi concordia partes volũt coram alio litigare, an poſſint? & vr̃ q̃ ſic, quia põt prorogare iuriſd. alterius iudicis. Item compromitterę, niſi ſit qõ de iuriſdictione. ar. ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. de liberali. & no. in c. imperialem. circa fi. de prohi. alie. feu. per Fede. & dic, vt
4 ibi dixi. † Sed nunquid iudices feudorum ſint iudices, ſi agatur de iniurijs perſonalibus? rñ non, ſęcus, ſi de de realibus, vt
a de fructibus feudi. & eſt rõ, quia iniuriæ a perſonales nõ ptinẽt ad leges fęudorũ, nec pp eos põt vaſalli priuari feudis, & ſm Inn. datur talis doctrina, q̃ iudices feudorum nõ hñt aliq̃ iuriſ. ꝓter naturas feudorum, & eſt no. dignum. Pone ẽt, vaſallus alienauit feudũ illicite, nunqd dñs ſua authoritate poſſit recuperare? dic q̃ ſic vt eſt gl. fing. in Auth. vt de cætero commutatio. poſt prine. collatio. v. in gl. ſup verbo, damus. † Quę
5 ro, quis mãdabit executioni ſnĩam latam inter vaſallos? rñ. ipſe dñs, quia in ipſo feudo hẽt iuriſdictionem realem, & ꝑſonalem, qm̃ ipſum feudum reputatur ipſius territorium, vt ff.
6 de re iu. l. a diuo Pio. † Quęro, quid ſi vaſallus cõuentus negat ſe vaſallum? rñ. dñs ſummatim cognoſcet de hoc, & ſi reperiret eum in mendacio, aufert ſibi feudum, & transfert poſſeſſionẽ in aduerſariũ, vt in c. vaſallus feudũ, ſi de feu. fuerit cõtrouer. & hoc verum, niſi negauerit per ignorantiam, vel per errorem iuris, vel facti, quia tũc ei parcitur, & ita debet intelligi, quod ſolenniter no. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. pen. & ff. de rei ven. l. fi. & Inſt. de ac. §. item mixta eſt actio cõtra eos, & hoc egregie dicit. tex. in d. c. vaſallus. & vbicunq; in feudis fit mẽtio de amiſſione feudi, intelligitur culpa, & de cõuicto iudiciario ordine, vt in c. quicũq; aduocatur, de pace enẽda. nemo enim inauditus priuandus eſt vel ſpoliandus, vt ff. de re mi. l. 3. §. ſi ad diem, & 2. q j. in primis. Et malo ordine factum debet bono ordine in irritum reuocari, vt no. ff. de euic. l. minor, in princ. ff. ſi mulier ven. no. l. 2. §. j. C. vnde vi. l. meminerint, & l. ſi quis in tantam. in gl. magna Quæro, an ſupradicta habeãt locum in feudo ligio, de quo no. in c. paſtoralis, de re iud. in cle. quod non põt concedi, niſi a principe? rñde idem, quod in alijs feudis minoribus, eſt in eo, ſi quęritur de natura feudi, ſicut idẽ iuris eſt de naui, & nauicula, vt ff. de euict. l.
7 ſchapham, & l. fi. ff. de fun. inſtru. Eo ſaluo, q̃ † ſolus princeps poteſt in talibus feudis ligiis cognoſcere, quia ſolius principis eſt inſtituere, & deſtituere, vt d. c. paſtoralis, & ĩ c. j. apud quẽ & quos controuerſia feudi finiri debeat. & in c. l. Corradi. de
b l Corradi. Addc q̃ dominus põt habere plures ligios b vaſallos. Sed econtra vaſallus ligius non põt habere plures dominos ęquales, niſi ſit ligium paternum. Nam vaſallus poteſt habere duos ligios dominos ex vno fonte, ſeu ſtipite natos, arg. ff. de cond. & demon. l. cui fundus. §. fi. & in c. 1. de quibuſdã extraordinarijs capitulis feudorũ, q̃d capitulũ eſt extrauagãs, & non eſt in volumine, & non allegarem niſi quia ſummiſtę iſtorum feudorum allegãt. Deinde ſcias, quod duplex eſt cã, ſ. vt ita dixerim, Cardinalis feudorum. ſ. inueſtitura, quæ late patet. nam etiam fęmina & infamis poteſt de feudo inueſtiri, vt in c. inueſtiturã. §. perſona, per quos fiat inueſti. & p̃ quos
8 recipiatur. † Eſt aũt duplex inueſtitura, ſ. abuſiua & imperfecta, & per hanc non quæritur ius in re, ſed ad rẽ, afficit enim feudũ, vt alteri, q̃ cui debetur, non poſſit cõferri, vt in c. ſi vero archiepiſcopus, es qui ſucceſſore. teneantur, ſed ante illã inueſtituram, licet præcederet obligatio perſonalis in perſona vnius, poſſet alius inueſtiri, vt ff. de pub. l. ſiue autem. §. ſi duobus. & facit c. eſt & alia. §. ſi vera ĩueſtitura, de noua for. fidel. Et dẽt fieri iſta inueſtitura abuſiua per aliquod ſignum corporeũ, quod eſt præludiale, & modus ſignificandi eius eſt, ſicut circulus ad tabernam. Præterea vr̃ ex hoc licentia data vaſallo ingrediendi poſſeſſionem, vt in c. 2. de cõſuetu. per Inn. ſed do. Dy. vr̃ notare in c. i. de reg. iu. ii. 6. Item conſueuit dari executor, & tunc niſi per eum introducatur in poſſeſſio. poſſeſſio non acquiritur, vt ff. de acquir. poſſ. l. qui abſenti. §. ſi qs. Sed nunquid in teſtamento non ſolenni põt concedi licẽtia apprehendendi poſſeſſionem defuncti? rñdeo ſic. tex. eſt in illa l. notabili, vltra. C. de reb. eo. Alia inueſtitura eſt plena incorporalis, & per iſtã hẽt perfectũ ius feudi, & vtile dominiũ, vt in c. 1. quid ſit inueſtitura. hæc vera propter inueſtiturã regis, vel imperatoris, quia ibi ẽt per inueſtituram verbalem trã ſit poſſeſſio, vt vtile dominium. Nam verbum regis, habetur pro lege, vt C. de quadrien. preſcript. l. bene a Zenone. & C. de dona. inter virum & vxorem. l. pen. ſicut n. rex per iuramentũ fidelitatis acquirit plenam fidelitatem, ita econtrario trãsfert plenitudinem iuris feudalis, vt correlatiuorum ſit eadem virtus, vt C. de indic viduita. l. fi. & ſcias. q̃ ciuilis poſſeſſio eſt apud dominum. naturalis, id eſt corporalis, apud vaſallum, & ſunt duæ poſſeſſiones, id eſt duobus poſſidentibus realiter oppoſitæ. Sed an in eadem poſſeſſione vtrum ſunt duæ poſſeſſiones, magna eſt controuerſia: ſed conſidera, q̃ poſſeſſio põt conſiderari dupliciter, vno modo prout homo eſt in poſſeſſione, & iſta eſt poſſeſſio naturalis. alio modo, prout poſſeſſiõ eſt in hoĩe, & iſta eſt poſſeſſio ciuilis. vñ dũ ſedeo ſup equo, naturaliter poſſideo equum, & dum in conſpectu habeo. Sed pone, q̃ non habeo in conſpectu, tñ figura mentalis & abſtracta illius equi ab intellectu eſt in mente & in voluntate mea, & illa poſſeſſio dicitur ciuilis per ſenſum exteriorem intellectus, & volũtatis, vnde dicit Ariſt. quod lapis nõ eſt in anima,
9 ſed ſpecies, id eſt idea lapidis. † Secunda cauſa cardinalis feudi eſt ſucceſſio. & iſta non tam late patet, quia non ſuccedit fœmina, nec bannitus cum infamia. vt in capitulo 1. §. eo vero Corradus, in titulo, hic incipiunt conſuetudines feudorum, & in cap. domino guerram. in titulo, hic finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiunt, maſculi vero in perpetuum ſuccedunt, dummodo conſtet eos ab eo per maſculum deſcendiſſe, vt in c. vaſal. feudũ. ſi vaſallus feudo priuet, cui deferatur. Idem in feudo non ſuccedunt mõſtruoſi, vel orbati.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde quid ſit iniuria, Ruin. conſil 81. num. 1. lib. 4. & no. quod iniuria ſine animo & intentione iniuriandi, non committitur, Rui. conſil. 45. nu. 10. lib. 5.

b Vinc. God. Adde quod feudum ligium non tranſit de iure ad fęminas. Rui. conſil. 39. nu. 8. lib j.

BIU Cujas

orbati. Nam & hi minus participant de ſpecie humana q̃ fœminæ, vt in c. mutus, & ſurdus. in ti. an mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus feudum retineat. Item in feudo nō ſuccedūt clerici, quia non pñt deſeruire in humanis. Nam quicquid eſt cā priuationis, eſt cā impediēdę ſucceſſionis, vt ī c. miles, de eo, qui arma bellica depoſuit. Et propterea filius, qui viuo patre commiſit feloniam ꝺ̃ dñm, non ſuccedit in feudo, niſi ſatisfactum ſit dño, vt in c. imperialē. §. inſuper, de prohi. alie. feu. per Fed. Item in feudo nō ſuccedit, q renunciauit in manibus dñi, & fecit aliū inueſtiri, vt in c. j. §. prętera. qui. mo.
10 fe. ami. † Quęro, qd operetur inueſtitura a facta verbo, cū per
a eā neq; vera, neq; abuſiua poſſeſſio acquiratur? rñdeo aut fit apud rē traditioni paratā, & acquiritur vera poſſeſſio, & verum vtile dñium, vel vſucapiendi conditio. ff. de ꝺhen. empt. l. clauibus. C. de dona. l. j. ff. de ſolut. l. ſi alicui. aut fit alibi, quā apud rem ipſam, & tunc per inueſtituram conſuetudinariā vera poſſeſſio nō acqritur, nec vtile dñium, ſicut acquireret ſi dñs diceret vaſallo, vade in poſſeſſionē, antequam erat, ut in c. ſciendum, de cōſue. recti feu. Iſta enim verba ſuſpēſiua ſunt, donec ampletur ꝺ̃ctus rei interuētu, quia in hoc feuda
11 ſunt ſimilia cōtractibus innominatis. † Si vero quæris, quid operatur inueſtitura abuſiua; rñdeo, quia inueſtitus poteſt agere vtili interdicto adipiſcēdę poſſeſſionis, ſiue officio iudicis, ar. eorum, q̃ no. In. de lib. ob. c. i. & hoc eſt vtile vaſallo, quia a tali ſententia nō appellatur, & in hoc ius canonicum imitatur ius ciuile in feudo laicorum. Itē operatur, quia iſta præiudicialis, ſeu primordialis inueſtitura fortificat actionē perſonalē ex ꝺ̃ctu feudi, vt dñs compellatur pręciſe tradere, ſi tradere pōt, non ſolum ſi poſſideat, ſed ſi poſſit redimere a poſſidente, ar. ff. de leg. j. l. non dubium. Item operatur, qa veſtit pactum nudum auxilio conſuetudinis, vt ff. de pac. l. legitima. vt conſuetudo inueſtituræ aliquid operetur, & ꝙ approbatio conſuetudinis veſtiat pactum, ſatis probatur. ff. ſi cert. pe. l. certi condictio. §. ſi nūmos. Sed ſtatim quęritur, quid eſt nā in feudis? tñ. ꝙ natura in feudis eſt naturalis rō formæ & origini ſuæ cohęrens, qd aūt amplius eſt, nō eſt naturale, ſed accidentale, & natuta eſt vniformis, ſed accidentatia nō ſunt vniformia, ſed poſſunt adeſſe, & abeſſe abſq; corruptione ſubiecti, vt ff. de ꝺhen. emp. l. pacta conuenta. & iſta pacta, quæ nō cadūt in feudo ſm naturam feudi, ſed præter naturam, vt de aſſociāda vxore dñi, vel de maritanda filia domini, faciūt ꝙ feudum dicitur conditionatum, quod non habet naturā ſimplicis feudi, nec poteſt vaſallus inuito domino ei renūciare, nec econtra dñs pōt renunciare fidelitati, & fundum revocare, quia illa licentia non habet locū, qñ feudum eſt datum ad ſeruitium certū, quia fortior eſt obligatio certa, q̃ incerta. Nam certa obligatio non recipit interpretationem legalem, ſed incerta ſic, vt ff de verb. obli. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. Similiter, ſi feudum eſt francum, non habet locum pœnitentia hinc nec inde. idem, ſi ligiū. quia turpe eſſet principi fidem frangere, quia beneficiū principis dēt eſſe manſurum, vt in Auth. conſtitutio, quæ de dig. §. illud. Quęrit Hoſti. vtrū dñs inter emphyteutas habet iuriſdōnem, ſicut inter vaſallos? & dicit quod ſic, ſed hæc opin. a nullo relata eſt, niſi a Saturnino, & iō falſa, qa Saturnina, vt l. j. ff. de ſena. Itē ſcias, ꝙ ſi quis recipit feudū pro ſe, & alijs ſuis maſculis, & fęminis. dictio, &, non ponitur adęquatiue, ſed ordinatiue pp ipſius rei nām. non. n. patet locus fęminę in feudi ſucceſ. donec maſculus ſupeſt, eo qd prius de hoc feudo fuerit inueſtitus, vt in c. qui ſibi. de eo, qui ſibi & hīibus maribus, & fęminis inueſtiturā accepit. & ſi deceſſit tribus fęminis relictis, & vna decedit cū filio maſculo, & alia ſine hīde, ſuccedit maſculus, & aon ſoror defuncti, quia filius filiæ dī eſſe ex corpore aui. tñ melius diceretur a corpore aui, q̃ ex corpore, qa dictio. ex, exigit eādē nām, ſed dictio, a, ſignificat deciſionē ab illo, & ſeparationē quandā, & facit l. j. C. de condi. inſer. Sed nunquid
12 † ep̄s poſſit infeudare ſuos conſanguineos, ſicut alios? rñ. ſic
b x. q. 2. c ep̄s. b per Arc. ſcias tñ, ꝙ iura ep̄alia non pñt aliquibus in emphyteuſim concedi, niſi ex antiqua cōſuetudine, ea. cā & q. perpetua, per Arc. & in quibuſcunque requiritur tractatus, exigitur conſilium, & ideo nō ſufficit ratihabitio ex poſt facto, ea. cā & q. quod ſi. per Arch. Item in ſucceſſione feudi monaſteriū nō habetur loco filij, in Auth. de alie. & emphy. §. j. Item legitimatus nō ſuccedit, quia æquiparatur adoptato. C. de muni. & orig. filijs. per gl. & Bar. Quæro, ſi feudatarius regis ſum, deinde de meo feudo acqſiui plures feudatarios, uūc vertitur qō inter eos. Modo quæritur, vtrum cognoſcā ego inter eos, an dominus rex? & videtur ꝙ dñs rex, qa nihil penes me remanſit. ſecus, ſi remanſiſſet, ſeu reſeruaſſet. in cōtrarium vī, quia reſeruatur mihi fidelitas vaſallorum meorū, quod verius eſt, quia vaſallus meus non eſt vaſallus regis, ſicut nec eꝺ̃ rex tenetur ei aliqua lege feudi, & correlatiuorū eadem eſt diſciplina, & ſi a me appellatur appellabitur ad regem. Et ſi rex haberet ſuperiorem, appellabitur gradatim, &
non per ſaltum omiſſo medio, ſicut debitor debitoris mei nō eſt debitor meus, quia cum eo nullum pactum habeo, vt C. de ac. & ob. l. cū. ita vaſallus vaſalli mei nō eſt vaſallus meus
13 quia ſecum non pepigi. Et ſcias, ꝙ † licet qñ vaſallus alienat de voluntate dñi, definat omnino eſſe feudatarius, tā quo ad poſ. q̃ ad vtile dñium, vt no. ff commo. l. ſi vt certo. §. ſi duob. vehiculū. Secus eſt, ſi vaſallus ſuo nomine acquirat ſibi al ū vaſallū, quia tunc non deſinit eſſe vaſallus dñi, nec cedit feu dū alterius, ſed cōcedit, & ſic eſt reperire. vtile dñiū ſuperius, & vtile ſub illo, vt no. in ſimili de vtili do. vtilis in illa ſubtilli gl. quę eſt ff. ad Tre. l. ex aſſe. & patet in c. imperialem. §. illud. de prohi. feu alie. per Fede. Exemplum: quęritur, prælatus nō poteſt dare in feudū res eccleſiæ ſibi ſubiectæ, vt in V ſi. feud quib. cau. feu. amit. §. item ſi ep̄s? rñ. quia illa eccleſia hēt proprium & per ſe rectorem. vnde adminiſtratio rerum nō pertinet ad maiorem prælatum, vt no. Io. Mo. in ti. quę res in feu. dari poſ. in ſumma ſua, & facit ēt de priuilegijs. c. cū capella. Quero, cum ſit regula, ꝙ reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. ff. locati. l. quis. § huic. Quæro, ſi vaſallus primus infeudauit ſecundo, moritur primus ſine hīde, ꝙ ſecundus vaſallus recognoſcendo a dño dēt feudū retinere, vt ſ. qualiter iurare dēt vaſallus. §. ſi aūt? Rñdę id eſſe benigne receptum, vt ff. de aqua quot. l. j. §. præſumitur quod dic vt dixi in Auth. qui. mo. feu. amit. §. rurſus. Dicit Inn. in c. cęterū, qđ ſi qō feudi vertitur inter ep̄m & vaſallum eccleſiæ confitentem ideo feudalem eſſe, tñ forte qō eſt de redditione tributi, ꝙ prima iuriſdictio pertinet ad pares. Sed ſecūda iuriſdictio. ſ. cā appel
14 lationis ptinet ad ſuperiorē eccleſiæ. Inno. idē ait, ꝙ † ſi inter duos vaſallos eſt controuerſia, & vterque fatetur eundem eſſe dñm, cognoſcet dñs feudi. ſi vero negat alter ſequitur iter feudi qui auditus eſt cognoſcere. hoc. n. tenet in effectu. Idē ait, ꝙ qui agit rei vendicatione directa, non patrocinatur dominiū p̄ſcriptū, vel feudale. Idē ait ꝙ ſi feudatarius cōceſſit in feudū, dñs feudi cognoſcit, & ſi ab eo appelletur, cognoſcet dñs dñi, & ſi nō ſit dñs dñi cognoſcet curia gñalis loci, ſed ſi agitur actione iniuriarum, ordinarius rei eſt adeūdus, ſi agit de iniuria in re nō feudali, ſeruatur ius commune, vt no. in auth. quia in prouincia. C. quo. & qñ iudex. Idē ait, ꝙ vaſalli nō pñt dimittere dñm feudi, ſed dñs & vaſallus cōcorditer pñt dimittere pares, quia eorū non intereſt, cū nō habeāt ius in feudo, de quo litigatur. Idē ait, quod non oēs vaſalli ſūt citandi ad eligendum arbitros, ſed ipſi tm̄ litigantes eligent. ſ. dñs vnū & vaſallus alium. Itē pñt pares in hoc concordare. Idem ait, quod pares vaſalli dñr alij vaſalli ſimiles, puta in cauſa comitatus alij cōiter eius dñi. Item ait ꝙ ſeruare debent ordinem iudiciarium, quia ſunt ordinarij tā pares q̃ arbitri. Idē ait, ꝙ prędicta ſunt vera, qñ agitur reali actione, ſed in perſonali actione ordinarius loci cognoſcit, tamē ſi iuriſdictio eſt infeudata, ipſe dñs cognoſcit de omni cā iure ordinario, qa habet directum dominium iuriſdictionis. Idē ait, ꝙ dñs feudi iure talis dominij non habet iuriſdictionem in vaſallum, niſi agatur de lege feudorū. Idē ait, quod etiam pro maleficio non imponitur pęna pro lege maleficiorum, & feudorum, niſi priuationis feudi. Idē ait, quod hęc qō, an res ſit feudalis, prędecedere debet principalem quęſtionem, puta rei vendicationem, quia primo debet conſtare de iuriſdictione. Idē ait, quod vaſallus, qui negat feudum, perdit feudum. Inſup idē Innocen. ait, quod feuda rerum eccleſiaſticarū odioſa ſunt, & ideo reſtringenda. infra de feudo, c. j. Idem dicit, qđ nulla res preſumitur feudalis, ſed libera, vt no. in c. vt ſuper, de reb. eccle. non alie. Idem ait, ꝙ ſi feudantur incorporalia mera, ſufficit inueſtitura incorporalis, vt no. per Inno. in c. cum noſtris. j. de conceſ. præben.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde quod inueſtitura & iuramentum fidelitatis in feudis præcedere debet, Rui. conſi. 43. num. 7. lib. j. & inueſtitura noua per antiquam declaratur. Rui. conſi. 187. num. 1 lib. 1.

b Vinc. God, Adde quod epiſcopus non poteſt conſanguineis ſuis dare in emphyteuſim feudum in perpetuum, ſed ad tempus. Bar. in auth. quibuſcunque, nu. 3. C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſi. 4. col. 2. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Actionis nomen non cogitur actor in libello exprimere, & nu. 4*
A libello caditur quandoque ex iure municipali.
2 *Subtilitas nimia reprobatur.*
Item groſſities, & quid ſit.
3 *Libellus poteſt formari in vulgari.*
4 *Actor de iure ciuili nō tenetur exprimere nomen actionis, niſi in caſib.*
Condictio ex lege, & in factum, qua.
Contractum nominatum quomodo cognoſcimus.
Expreſſum videtur, quod concipi poteſt ex verbis.
In libello narratio eſt loco cauſæ, concluſio loco actionis.
Legis nomen non eſt exprimendum in libello, ſi ex pluribus legib. agā, ſed

BIU Cujas

ſed coniunguntur.

5 *Libellus an poſſit eſſe conditionalis.*

6 *Actio quid ſit.*

7 *Actionis nomen ſi reus in libello petat exprimi & expreſſa fuerit inepta actio, an vitietur libellus.*

Ineptitudinis libelli exceptio eſt declinatoria.

CAP. VI.

Dilecti. Sufficit actori factum cum concluſione proponere & rei veritatem intentare, nec cogitur in
1 libello nomen actionis exprimere propter authoritatem veterum. Olim actiones, id eſt, actus agentium, ſeu libelli, vocabantur vulgares formulæ, & qui cadebat a ſyllaba, cadebat a cauſa, id eſt a libello. Sed in iure canonico non habet locum illa authoritas, nec de ea curandum. h. d. Scias, ꝙ in ſtatutis municipalibus, qui cadit a ſyllaba vbi ſit pondus ſyllabæ, uel formulæ, cadit a libello, quia ſtatuentiũ authoritas ei non ſuffragatur, ſed ſufficit verba ſtatuti in effectu proponi. ff. de neg. geſt. l. actio. cauti aduocati ſemper in libello ponunt verba ſtatuti formaliter propter groſſos aſſeſſores, qui multi ſunt Diuiditur in partes duas, in prima ponitur pars querelæ. in ſecunda parte prouiſio. ſecunda ibi, prouideatis. Caſus. Eboracen. epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus cõpellebat clericos coram ſe agentes exprimere nomen actionis in libello, nec aliter volebat recipere libellum, vnde ad hoc clerici ſunt conqueſti. Papa mandat iſtam ſubtilitatem non curari, & ſcribit quibuſdã iudicibus, quod ſuper libellum ſimpliciter & pure factum narrantem ſm rei veritatem procedant, ſ. non obſtante ꝙ nomen
2 actionis non ſit expreſſum in libello. † No. ꝙ nimia ſubtilitas [a]
a reprobatur, ſic. ff. qui. mod. pig. vel hypo. ſol. l ſicut. §. ſi debito, & ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. quadam. adeo, quod magis reprobatur nimia groſſities, vt C. de hær. inſt. l. fin. Nam nimia ſubtilitas tendit ad perniciem. ff. de exçu. tu. l. ſed hæc nimium ſcrupuloſa. & nimia groſſities eſt quædam ineptia, quæ a iure reprobatur. † Sed nunquid libellus poteſt formari in vulgari? Nã
3 vulgare plerunque continet groſſitiem quandã. dic quod ſic, dummodo contineantur in vulgari, ea quæ debent contineri in literali, & hoc apparet, quia in pleriſque locis iudices ſunt illiterati, & no. C. de ſen. ex peri. reci. l. fi. Quid ſi eſt qõ ſcrupuloſa de apicibus iuris, puta an oriatur condictio ex l. vel actio in factum. Item an contractus feudi, vel emphyteuſis ſit contra-
4 ctus nominatus, aut innominatus. † Nunquid de iure ciuili teneatur agens exprimere nomen actionis? reſpon. non, vt l. 1. §. quod autem. ff. quo. leg. licet verus legiſta cognoſcat iſtas opiniones. nam condictio ex l. eſt, quoties procedit obligatio nuda non apta ad agere, ſed lex inuenit ipſam actionem, vt C. de dona. l. ſi quis argentum, ſed condictio in factum eſt, quoties cedit obligatio apta ad agere, tñ dubitatur, quæ actio competat, ut ff. de præſcr. ver. l. quoties. Item contractũ nominatũ cognoſcimus per hoc, quod ex eo naſcitur actio eiuſdem nominis, ſed ſi naſcitur actio præſcriptis verbis, vel condictio ex moribus, ut in feudis, ille non eſſet contractus nominatus, & ideo non perficitur conſenſu, ſed rei interuentu, vt c. 1. quid ſit inueſtitu. C. de iure emphy. l. fi. Opp. quod talis libellus non procedat, niſi nomen actionis exprimatur, quia licet ſit perfectus in materia, non tñ eſt perfectus in forma. Nam formę nihil debet detrahi. ff. de fur. l. ſi ſeruus nauem, & C. de interdic. l. fi. Sol. de iure ciuili procedit opp. vt no. in l. 1. poſt prin. ff. de eden. in fin. magnæ gl. Nam libelli formantur per aduocatos, apud quos debet eſſe legum peritia. Et ideo non eſt graue nomen actionis proponere, & quia ita conſtitutum fuit ab initio, quando ll. ad iudicia prodierunt, ut ff. de orig. iur. l. 2. Itẽ quando ex vna cauſa oriuntur plures agendi formæ ad diuerſos effectus tendentes, non dẽt procedi in æquiuoco, ut ff. de iureiu. l. duobus. §. colonus. & ſtultus agens ſibi imputare debet, vt no. in l. quidam. ff. de in rem verſ. & errare in iure eſt lata culpa. Item ineptus libellus non concludit iudici, & ideo officio iudicis repellitur, vt l. j. ff. de offic. aſſeſ. Item ſi non dẽt exprimi nomẽ actionis. ergo cauſa, & actio ſunt idem, quod eſt falſum. dicas, ꝙ iſta procedunt de ſubtilitate iuris ciuilis, non de naturali iuſtitia, nec de canonica æquitate, niſi in caſu, qñ actor debet eligere actionem. Nam tunc oportet, ꝙ cauſam nominet in libello, vt l. ſi. C. de collat. & l. 1. C. de fur. & ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere, & ff. de leg. 2. l. cum filius. §. varijs. vel ꝙ intellectualiter propter modum agendi ſpeciem exprimat actus, vt C. de eden. l. edita actio, in uerbo ſpeciem. nam quod ex verbis concipi poteſt, uidetur prolatum uerbis expreſſis, ut ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. quidam, & argu. C. de teſta. l. quoniã indignũ. Et ſi dicas, quòd ſecundum canonem, ſequitur quod cauſa, & actio ſunt idẽ: reſpondeo, non eſt uerũ, quia narratio eſt loco cauſæ, concluſio eſt loco actionis. uel ſi vis fateri, dicas ꝙ actio, & cauſa ſunt idẽ de iure canonico ſcilicet de actione deducta in caſu agendi, ſed cauſa, & nomẽ actionis non sũt idẽ. Secundo oppo. quia imo ſubtilitates approbãtur, vt C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur. l. vni. §. in alijs. ſolu. ibi loquitur de ſubtilitate inuentiua veritatis, & hic loquitur de ſcrupuloſitate libelli. Præterea de iure ciuili nimium ſcrupuloſa non eſt neceſſe exprimere in libello, ar. ff. de acq. hæredi. l. quid ſi dubitet. ff. de libe. & poſth. l. Gallus. §. ſi eius. Quæro, quãdo ex eodem facto reſultant plures accuſan. leges, vtrum nomen legis debeat exprimi in libello? & eſt ar. quod ſic, infra de excep. pia, lib. 6. Contrarium ſeruat cõſuetudo, quia leges combinantur in libellis criminalium cauſarum, vt eſt gl. ſing.
5 in l. ſenatus cenſuit. ff. de accu † Quæro. nunquid libellus poſſit eſſe conditionalis? & videtur ꝙ ſic. ff. ad l. Aquil. l. ſi delictũ. ſed ibi actio erat de præſenti propter delictum, vt no. ff. quod me. cau. l. ſi cum exceptione. §. pe. licet non fieret exactio propter incertitudinem intereſſe. dic, quòd nõ procedit libellus conditionalis, ſi incipit a condirione, vt ff. de iud. l. nõ quemadmodũ. & ratio eſt, qa deficit actio, & ſine actione. i. ſine acti origine nemo experitur, vt ff. de neg. gc. l. ſi pupilli. §. pen. nam actio dicitur, prout eſt apta ad agere. ſed id, quod non eſt in rerum natura, non eſt aptum ad agere. ſi autem libellus incipit a præcedente obligatione poſſunt conſecutiua eius cõditionalia adiungi in libello, vt pœna, & intereſſe, & ſimiliter no. ff. de ver. obl. l. 2. §. item ſi in facto, & C. loca. l. cõductor. C. vnde vi. l. non ab re. vide glo. in c. Raynutius, in ver. ſi contra ipſum, de teſta. & ibi per Io. An. & Inno. Item quoties futura præſentib.
6 cumulata procedũt, poſſunt ſimul proponi, & ſucceſſiue exe qui, vt C. de fideicommiſ. l. j. † Vltimo ſcias, quòd actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi detur, vt Inſt. de act. in prin. ergo, qui illud ius proponit, actionem proponit, quia vbi intẽtatur diffinitum, intentatur & diffinitio, & e cõtra, & ſatis pro
7 batur in capitulo noſtro. † Vnum quæro, libellus fuit formatus non expreſſo nomine actionis in libello, reus petijt exprimi nomen actionis, & expreſſa fuit inepta actio, nũquid vitietur libellus? & dico quòd nõ etiam de iure ciuili, quia quod rite factum fuerat, ſuperueniens imperitia non habet vitiare, quia non cohæret inutile vtili, argum. ff. de leg. 3. l. ſi de iure. Sed gl. Acc. dicit cõtrarium, vt l. j. ff. de eden. quaſi videatur ſe actringere ad actionem ineptam declarando ſe ad illam. Nam qui declarat, pęnitere non poteſt vt eſt gl. ſing. ff. de ver. oblig. l. quicquid aſtringendæ. ſed ego puto, quòd ad ineptias nemo poſſit aſtringi quia ſunt cõtra ius. Item quia iudex ex officio debet eas repellere, & non repellet actum aptum propter ineptum. dicit Innoc. quòd omittere actio non nocet, ſed ineptã exprimere nocet. ſed. j. in c. examinata, dicit quòd non nocet exprimere ineptam actionem, ſi cauſa eſt apta ad agere. nam ineſt actio apta de neceſſitate, ergo expreſſio in contrarium nihil operatur, quia ſuperuacuum & inutile. Ad tertium hic oppo. nam debet quis eligere actio. ſed iſte eligit ineptam. ergo eligendo ſibi præiudicat. Item non edit qui ſtulte edit. Itẽ iſte proponit contrarium. ſ. actum ineptum. Solu. ſi ante litem conteſtatam excipitur de ineptitudine debet emendare libellum, ne aduerſarius cogatur litigare ſuper inepto. & quia iſta exceptio eſt declinatoria, caueat ſe, ne conteſtetur litem, quia poſt litem conte. ſufficeret cauſa apta, licet eſſet inepta actio, & ita poteſt intelligi dictum Inn.

ADDITIO.

2 Vin. God. Adde ꝙ ſubtilitas & ſcrupuloſitas non obſtant in contractib. rudium. Fulg. in l. ſi neceſſarias. §. ſi annum. ff. de pig. act.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus agere non poteſt per ſe, nec per procuratorem, conueniri tamen poteſt, & tenetur per procuratorem reſpondere, & nu. 2.*

2 *Verbum, debet, ſignificat aliquando honeſtatem, non neceſſitatem.*
Nuncii, & procuratoris differentia.
Procurator Aduocatus, & alii litis magiſtri non incidunt in excommunicationem cum domino excommunicato, ex licentia canonis.
Excommunicatus quibus caſibus admittatur in iudicio.

3 *Excommunicatis an debeat ius reddi & nu. 8.*

4 *Et an exceptio excommunicationis poſſit opponi in foro laicali.*

5 *Excommunicatus an poſſit opponere exceptionem compenſationis.*
Compenſationis exceptio ſapit reconuentionem.

6 *Excommunicatus eſt turpis perſona.*

7 *Excommunicatus obtulit libellum, & fecit partẽ citari, an poſſit ſuperſedere, vel poſſit cogi ad procedendum.*
Nolle dicitur qui facit, vt non poſſit velle.
Excommunicatio, vel bannitio non elidunt actionem iam propoſitam.

8 *Excommunicatus an poſſit facere teſtamentum.*
Excommunicatus, vendere iura ſua, & contrahere poteſt.
Bannito quando ius reddatur.

9 *Excommunicatus an poſsit accuſare.*

10 *Excommunicatus an poſsit allegare exceptionem præſcriptionis.*

11 *Excommunicati ſi ſint actor, & res, an reus poterit opponere mutuam exceptionem excommunicationis.*
A iudicio repellere non eſt lucrum.
Actor potius attenditur, quam reus in legitimatione perſonarum.

12 *Monachus de teſtando a Papa licentiatus, de bonis relictis a patre, ſi eſt excommunicatus, an teſtari poterit.*

BIU Cujas

Testamentum an conualescat cessante causa impediente factionem, quid autem e contrario.

Excommunicatus ab intestato succedit, & non perdit iura patrimonii, neque agnationis & tutelæ legitimæ.

13 *Excommunicatus potest ab intestato patri succedere.*

CAP. VII.

Intelleximus. Excommunicatus ad iudicium trahitur, ne de sua malitia glorietur. Primo ponit quæstionem. Secundo solutionem. Tertio reddit rationem. secunda ibi, rñdemus. tertia ibi, ne videatur. Casus. quæsitum fuit, vtrum publice excommunicatus maiori excõmunicatione in iudicio stare possit? resp. ꝙ conueniri põt, & dẽt rñdere in iudicio per procuratorem, ne sua contumacia ei prosit. Opp. ꝙ non possit stare in iudicio, vt in c. excommunicatus. §. credentes. j. de hære. & j. de sen. excom. c. si vero. So. agere non põt per se, nec per procuratorem suum, licet procurator non sit excõicatus, sed bene potest conueniri, & tenetur
a rñdere per procuratorem non excõmunicatum. † Sed secundo opp. ꝙ non teneatur constituere procuratorem, quia vsus procuratorum est voluntarius, & non necessarius, vt ff. de procu. l. j. §. vsus, & in c. querelam. s. de proc. So. concedo, ꝙ præcise non teneat rñdere per proco. sed causatiue sic, si ipse perso-
2 naliter nõ comparet, & sic verbum † debet, significat honestaa tem non necessitatem. vel dic, ꝙ excommunicatus [a] comparatur leproso propter vitium contagionis, vt in Auth. iusiur. ꝙ præstatur ab his. §. fi. & ideo cogitur constituere procuratorẽ & sic verbum dẽt, proprie souar. si tñ vult constituere nunciũ, qui nihil sciat, & nihil faciat eo inconsulto, quia nuncius proprie est, qui nihil ex animo suo facit, sed dñi. procurator autẽ plerunq; ex animo suo facit, quia causa requirit, dico ꝙ non sufficeret, quia iungeret difficultatẽ processui causæ, sed si esset nũcius constitutus cum libera, iste potius esset procurator & haberet idoneum mandatum, tex. est valde sing. de ver. obl. l. qui Romæ. §. Callimachus, in fi. Oppo. ꝙ immo teneatur personaliter comparere, s. ad iurandum de calumnia, vt C. de iur. calum. auth. principalis. Sol. illud est verum, nisi constituat procuratorem specialiter ad iurandum de calumuia. Item concedo, ꝙ interdum teneatur dominus comparere, vt ff. de procu. l. si actor malit. vt C. de procu. l. fi. Oppo. si potest constituere procu. ergo procurator erit excommunicatus, quia participat cum excommunicato. Solu. ex hoc non incidit in excommunicationem, quia participat de licentia canonis. Et idem dico de aduocatis, & alijs litis magistris. Econtra oppo. nam immo videtur, ꝙ excõmunicatus possit agere, vt patet in actore appellante, qui prosequitur suam appellationẽ, vt in c. j. de rescr. li. 6. Sol. speciale in appella. & idem puto in nullitate, quæ colligitur ex actu, cũ nullitas appellationis demergatur, vt not. in
3 l. j. C. quando prouo. non est nec. † Quæro, vtrum excommub nicato [b] debeat ius reddi, exemplum, pone iuraui soluere Titio. x. certo termino. Titius adueniente termino reperitur excommunicatus maiori excommunicatione, vtrum si ei non soluo, suũ periurus? dic ꝙ non sum periurus, quia excommunicatus est a communione hominum segregandus, vt in ca. j. §. j. in tit. hic finitur lex, deinde incipiunt cõsuetudines regni.
4 † Quæro, nunquid exceptio communicati possit opponi in foro laici? respon. sic, vt C. de sacrosanct. eccl. l. placet, & no. C. de iu. & facti igno. l. j. est rõ, quia hĩ pro mortuo, vt no. Inst. de
5 capi. dimi. §. minor. † Quæro, vtrum excommunicatus possit opponere exceptionem compẽsationis? rñ. non, si replicetur. nam replicatio necessaria est, sicut contra agere necesse est excipere, ita intelligitur. j. de excep. cum inter. & rõ, quare exceptio compensationis differt ab alijs exceptionib. est, quia sapit reconuentionem, vt singulariter no. C. de compensa. l. neque.
6 † Sed nunquid excommunicatus est turpis persona? resp sic per locum a remotione, quia remouetur a consortio catholi
7 co & honesto, vt C. de spectaculis. §. si qua. † Quæro, excõicatus obtulit libellum, & fecit partem citari, deinde supersedit in procedendo, reus petit eum cogi ad procedẽdum, ipse dicit se non posse procedere, quia excommunicatus, nunquid põt allegare propriã turpitudinẽ? & vĩ ꝙ sic, quia est detecta per snĩam excõicationis. nam idem dicimus in periuro, qñ põt se allegare periurum, quia magis allegat snĩam, quam crimen, vt singulariter no. per glo. & Bar. ff. de iureiu. l. alias, & per Inn. j. de iureiu. c. mulier. In cõtrariũ vĩ, quia sentiret lucrum ex malitia sua, ꝙ esse non debet, vt hic. & hæc vera, quia in agendo actor, efficitur reus in procedendo. Sed quid dices de bannito bonis adẽptis? rñ. iste liberatus est. ff. de fideiusso. l. si debitori deportato, nisi fiscus repudiet bona, quia tunc non liberatur, ar. illius no. gl. quæ est. ff de leg. j. l. sed si seruus plurium. §. quis aũt, & facit ꝙ no. ff. qui. ex ca. maior. l. si qua muliet. §. j. Sed pone Titius accusauit Seium de homicidio, lite pendẽte iste Titius fuit excommunicatus, vel bannitus, nunquid poterit procedere ad vlteriora? resp. in bannito dico ꝙ sic, vt ff. de publi. iudi. l. is qui reus. §. inchoatas, vbi est tex. vnicus in iure. In excõ
8 municato puto ꝺrium, tñ iudex ex officio procedat tanquã si accusator procedere uellet, ut C. de accu. l. 2. Ista. n. est bona æquiparatio, qa nolle dĩ, qui facit, ꝙ non possit uelle, ut no. in l. 1. C. de natu. li. & no. in c. 1. de iu. pa. lib. 6. & scias, ꝙ excõicatio, vel bannitio non elidit act. in essentia, sed in proponendo. nã si elideret actionem, non posset cedi, ut eleganter no. ff. de exce. do. l. apud Celsum. §. sicut licẽtia. † Sed an excõmunicatus possit facere testm̃. & vĩ ꝙ non, quia testamenti factio est publici iuris. Sed iura publica sunt excommunica. interdicta. dic ꝺ, ut no. in c. decernimus de sen. excom. lib. 6. in nouella. Non ob. ꝙ sint publici iuris, quod uerum est authoritate, sed non utilitate. Itẽ non obst. ꝙ excõicatus est infamis, qa etiam infamis potest facere testm̃, ut C. de secun. nup. l. 1. nisi sit damnatus de publico, uel ad mortem, ut ff. de testa. l. collegæ. Sed nunqd excõmunicatus potest iura sua uendere alteri? rñ. sic, quia cõtrahere potest. nec obstabit cessionario ex causa non lucratiua exceptio excommunicationis, secus si prætenderet causam lucratiuam secundum Dy. idem, qui non perdidit bona. Nam bannito, sicut excommunicato in cõtrahendo & etiam in se defendendo ius redditur, ut no. ff. ex qui. cau. in possi. ea. l. ad cogni
9 tionem, ubi est gl. sing. † Sed nunquid excõmunicatus potest accusare. rñ. non, præsertim tanquam quilibet de populo, & hoc si excipiatur de excommunicatio. aliter bene tenet processus, ut in c. pia, de excep. lib. 6. ar. contra, quod processus sit ipso
10 iure nullus de illa singulari. l. ff. de aleato. l. 1. §. quid autem, sed ibi ipso iure non competit actio. † Sed nunquid excommunicatus potest allegare excep. præscri. respon. sic, quia reus, & qa præscriptio similis est solutioni, ut ff. de admi. tu. l. si pupillus, et
11 ff. de iureiur. l. unus. §. sed autem. † Quæro si ambo sunt excõmunicati actor, & reus, utrũ reus possit obiicere actori repetẽti mutuam exceptionem excõmonis. & ũ ꝙ non, quia reus tractat de lucro captando, actor de damno uitan. per doctrinã Inno. j. de adulte. c. intelleximus, ubi dicit contra, quia repellere aliquem a limine iudicii nõ est lucrum, & quo ad legitimationem personarum debẽ potius attendi actor, quam reus, ut
12 C. qui da. tut. poss. l. in uniuersis. † Pone, Papa dedit licentiã monacho testandi de bonis sibi relictis a patre. Iste monachus est excommunicatus, nunquid poterit testari? respon. non, qa iste monachus similis est militi misso ignominiæ cã, qui non põt testari fm priuilegium militum, ut ff. de testamento militis. l. testamenta eorum. tñ si postea sit restitutus, testamentum conualescit, quia excommunicatio nõ habet perpetuam causam prohibitionis, sed vsquequo durat, ar. ff. de leg. 2. l. Titia Seio. §. usuras, & ff. de hære. instit. §. si is qui soluendo duos non erat, & qđ nota. in c. quanquam. de usu. lib. 6. Nam testatio mentis aliqua fuit potentia, ex qua sequitur conualescentia. Ar. contra, qa eodem statu durante perpetua est prohibitio, quòd ũ uerius, nisi statu mutato & habilitato tacite, uel expresse confirmat priorem uoluntatem, ꝙ tacite facit eam reformando nõ solum totaliter confirmando, ꝙ est multum notabile, ut ff. de testa. mili. l. tribunos. §. fi. ff. de secun. tab. l. qui ex libero. §. testamento. Sed quid econtra, si tempore testamenti erat in gratia, postea est excommunicatus, respondeo rumpitur testamentũ tantũ propter suum delictũ, quinimo etiam si iniuste excommuni catus sit propter authoritatem rei iudicatæ, ut no. ff. de secun. tab. l. 1. §. exigit, & ff. de bo. lib. l. si deportatus. Sed nũquid excõicatus succedit patri ab intestato tanquam suus hæres, ut l. ex testamento, & ũ ꝙ nõ, qa hĩ pro mortuo, ut in l. 1. §. si pater. ff. de conĩugen. cũ eman. lib. & l. eius. Contrarium est uerũ, quia iura patrimonii non perdit, & qa iura agnationis retinet. non enim qa excõmunicatus, ideo cõfiscatus, uel deportatus, tamen in iudicio non erit, nisi absolutus sit. licet ideo etiam tutelæ legitimæ sibi deferuntur, tamen decreto iudicis nõ põt ei concedi administratio tutelæ publica excommunicatione durante, & multominus durante solenni anathemate.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde, ꝙ excommunicatus dicatur improbus & inhonestus. Socin. consi. 45. visa. versi. quis autem. cum seq. lib. 1. & excommunicatus a testimonio repellitur. Rui. consi. 7. num. 5. lib. 5.

b Vinc. God. Adde, an excõicatus possit contrahere matrimonium. Ioan. de Lig. in tract. de cens. eccl. §. decimoquinto. nu. 3. lib. 9. tract. fol. 299.

SVMMARIVM.

1 *Canones an possint cognoscere de successionibus, quæ sunt de iure ciuili.*
Matrimonii qualitas potest interdici laicorum, non autem matrimonium.
2 *Statuta ciuitatis an possint prohibere, ne alienetur in personã ecclesiasticã, & si prohibeant, an sit interpretandum contra libertatem ecclesiæ.*
Respublica æquiparatur ecclesiæ.
3 *Legem rei suæ potest imponere dominus, ut non alienetur in ecclesiam, uel potentiorem.*
Alienatio in ecclesiam nunquid vetari possit a laicis, & nu. 2.
Ecclesia nec iniustum facere nec pati debet.
Commercia iuris gentium possunt arctari iure ciuili.
4 *Consuetudines contra libertatem clericorum non valent.*
5 *Testamentum factum contra libertatem prælati, vel regulæ, an valeat.*

CAP.

BIU Cujas

CAP. VIII.

Clerici. Clerici de omni crimine debent coram ecclesiastico iudice conueniri, nec valet consuetudo contraria. No. ꝙ ll. non dedignantur sacros canones imitari. Item in consuetudinibus, & statutis municipalibus, quia canones non mittentes falcem in messem alienam, sed in propriã,
1 prævalent legibus, & statutis. † Sed nunquid canones possunt mittere falcem in alienam messem, puta in successionibus, q̃ sunt de iure ciuili, vel prætorijs? verbigratia dixit lex, mulier nubens intra annum luctus non succedit nisi in quibusdam, sed Apostolus dixit in Domino. Dicit Petrus, ꝙ non est standum iuri canonico, sed ciuili dicto, de hoc, ut not. in l. 1. C. de secun. nupt. Quidam tamen dicunt quod dictũ Apostoli debet intelligi, quod nubat in domino, tamen non sine infamia vulgi. dic, vt ibi dixi, & no. j̃ de secun. nupt. c. pe. per Inno. Et si imperator potest dispensare, quod non contrahitur infamia, multomagis Apostolus. Sed hic quæritur de tali dubio, pone, statuto ciuitatis Floren. cauetur, quod propter vitandum scandalum ciuitatis nullus possit contrahere matrimoniũ cũ forterrena sub pœna capitis. Quæritur, vtrum teneat statutũ quoad pœnam? respon. sic, quia non punitur matrimoniũ, quod est de iure diuino, sed eius qualitatis, ut l. 1. de secũ. nup. de hoc no. in c. statutũ, de hæreti. li. 6. in nouella. In matrimoniis enim non punit matrimoniũ in quantũ matrimonium, sed põt puniri in sua qualitate. ff. de ɔ̃trab. l. non tm̃. §. si emancipatus. † Sed
2 hic quæritur de tali dubio, statuto ciuita. Mediolani cauet, qd̃ nullus subditus potestati Mediolani possit alienare rẽ immobilem in non subditum, nisi soluat tm̃ pro libra. Quæritur, an possit alienare in personam ecclesiasticam? & si prohibeatur expresse, an sit interpretandum ɔ̃ libertatem ecclesiæ? & in hac qõne laudabilis memoriæ d. Signorolus de Mediolano post ꝑ lixas allegationes pro & ɔ̃ finaliter consuluit cons. 19. & sequitur, ꝙ posito pro constanti & pro vero, sicut est, quod dictum statutum comprehendat prohibitionem alienationis, quæ fieret in personam ecclesiasticam, nihilominus dictum statutum est iuridicum & non improbandum, nec censendum ɔ̃ libertatem ecclesiæ, quia est conditum fauore publici & cõis boni & subditorum, vt eis salua immobilia & territoria conseruent. vnde non est censendum esse ɔ̃ libertatem ecclesiæ, sed pro libertate publici territorij, & publicarum functionum. & ego
2 dico, qd̃ respublica a æquiparatur ecclesiæ, vt C. de sacrosan. eccl. l. fi. vñ sicut ecclesia defendi dẽt in iurib. suis, ita & ciuitas.
3 † Item non est dubium, ꝙ dñs possit imponere legem rei suæ. vt non possit alienari in ecclesiã, vel in aliũ potentiorẽ, ut not. ff. de verb. obl. l. si ita quis. §. ea. l. & id quod potest fieri per pactũ unius, multo fortius per pactũ populi põt fieri, cum ciues ita statuunt super reb. proprijs ut no. C. de decre. decurio. in rub. lib. 10. quod proculdubio est verum in prædijs tributarijs, uel affectis perpetuo onere collectarum. Nam ecclesia nec iniustũ facere, nec iniustum pati dẽt, & maxime circa diuidendas reipublicæ vires, vt in c. 1. de feu. ali. si clientibus, collat. x. est expressum in c. 1. §. donare, aut ꝑ aĩa iudicare, qualiter olim feudum alienari pote. & de prohi. feu. alie. per Lotharium. c. 1. in fi. in princ. ibi dum dicit, nemini licere, per quod imperij, vel dñorum minuatur vtilitas. Præterea licet commercia sint de iure gentium tantum, possunt arctari per ius ciuile, vt C. non lice. habitatoribus Metrocomiæ loca sua in alios trãsferre. l. 1. lib. 11. † Deinde no. ꝙ non valent cõsuetudine ɔ̃ libertatẽ cle-
4 ricorum, id est ɔ̃ eorum iurisdictiones, uel priuilegia, vel dñia, vt hic. Idẽ in statutis, per quæ hoies inuitantur ad offensas clericorum, ut dicam. j̃. de restit. spolia. Pisanis. Et adde hic, quod no. de consuetudinibus prauis nõ seruãdis, ut in Auth. ut nulli iudi. §. 1. & C. de agrico. & censi. l. dñi prædiorũ, lib. 11 † Quę-
5 ro, utrum valet testamentum factum ɔ̃ libertatem prælati, uel
b regulæ, vt si legatur monacho, [b] ita tamen ut ne Abbas faciat ei controuersiam? gl. dicit ꝙ sic. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. tres hę redes, & ar. ff. de cond. & dem. l. Titio centum. §. 1. Sol. aut legatum tendit ad pietatem, ut legatum alimentorũ, & debet seruari forma testamenti: aut tendit ad proprietatem, & tunc ualet testamentum, & non forma eius, quia ista adiectio est contra expropriationem, quæ debetur ex vi regulæ monachis. vnde nedum testator, sed nec Papa secundum quosdam posset dispensare, de hoc dixi in l. 1. C. de his, quæ pœnę nomine.

ADDTIONES.

a Vinc. God. Adde ꝙ respublica & res fisci differunt. Bart. in l. 1. C. de pœn. q̃ male iud. oppos. 1.

b Vinc. God. Adde quòd monachus potest dari pro obside per Abbatem, cũ licentia Papæ, non aliter. glo. in c. ex rescripto. de iureiur. Ludo. Rom. in suis sing. verſi. Treugæ. & per Fely. in d. c. ex rescripto.

SVMMARIVM.

1 *Ne iudicium fiat elusorium, ad iudicis officium pertinet, in princ.*
Prælatus an possit esse in iudicio sine consensu capituli.
Alienare qui non potest, nec agere, fallit in quibusdam.
Syndicus non generalis, iurare non potest absque speciali mandato.
2 *Prælatus an faciat mediam partem totius capituli in collectis subeundis.*
Capitula æquiparantur minoribus.
Priuilegium cessat cum similiter priuilegiato.
3 *Collegia an possint compelli ad constituendum procuratorem, vel syndicũ.*
4 *Episcopalis ecclesia potest esse regularis, & monachalis.*
5 *Abbas an possit ratificare processum monachi.*
Capitulũ plati sui, & Prælatus capituli in factis arduis indiget cõsensu.

CAP. IX.

Causam. Iudex prouidere debet, ne collegium litiget coram eo sine authoritate prælati. Casus. Fratres Dulmen. monasterij habebãt causam cum monachis sancti Albani. Qui fratres Dulmen. erant monachi episcopi Dulmen. Papa commisit causam cuidam iudici dans ei in mandatis, quod prouideat inter cætera, quod fratres Dulmen. monasterij authoritate & consensu episcopi sui ingrediantur iudicium, ne si fratres sancti Albani obtinerent in causa, frustratoria esset eorum victoria Episcopo Dulmen. proponẽte, quòd fratres Dulmen. non habebant legitimam personam sine episcopo. Not. quod iudex debet prouidere, quod litigetur per
1 personam legitimam, ne iudicium sit elusorium. † Sed quid e contra, an prælatus possit esse in iudicio sine consensu capituli? Et respondeo quòd non, scilicet iure communi, allegat gl. l. ait prætor. ff. de iure delib. vbi dicitur, quod qui non potest alienare, non potest actiones proponere, quæ regula est, & sic intelligitur, scilicet qui non potest nomine proprio alienare, nec nomine proprio agere. tutor tamen non potest alienare, & tamen causam agere potest alieno nomine, quia illa regula non habet locum in administratoribus. Item patet, vt C. de bo. mater. l. 2. & dic, vt ibi. Inno. hic dicit, quod in negocio cõmuni prælati & episcopi non licet commercium agere sine episcopo. Item in quolibet grandi negocio, licet non sit commune, tamen requiritur episcopus vt authoritatem præstans. Inde dixit Archi. quòd solus prælatus no potest agere. 68. dist. c. fi. Dicit Arch. quod syndicus, qui non est generalis non potest iurare sine licentia & speciali mandato. 63. dist. vt nullus. Nam libera adiecta speciali mandato non auget mandatum.
2 ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Callimacus, per Bar. † Quæro,
a an prælatus a faciat mediam partem totius capituli in collectis subeundis? & dic, vt de priuile. cum & plantare, per Innoc. Oppo. nam si sententia esset lata in fratribus Dulmen. valeret, quamuis prælatus non ratificaret, vt C. de procu. l. non eo minus. Sol. ibi minor erat in iudicio cum maiore. sed capitula æquiparantur duobus minoribus, ita quod cessat inter eos pri-
3 uilegium, arg. ff. de excu. tuto. l. sed & milites. in princip. † Extra quæro, nunquid collegia possint compelli ad constituen. procuratorem, vel syndicum? respon. sic, vt ff. de fideicommiss. li. l.
4 ergo. & ibi per Iaco. de Are. † No. in isto capitulo, quod ecclesia episcopalis potest esse regularis, & monachalis. secundum Io. An. Host. raro tamen hoc inuenitur, quòd fit monachalis, ita quod episcopus fit episcopus & Abbas, secũdum Hostien.
5 † Quæro, nunquid Abbas possit ratificare processum monachi? potest dici quod non, quia monachi persona in iud. est ipso iure nulla, vt no. in filiosa. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. necessita. Sed contra ibi videtur, quia ibi filius non agebat nomine pateis, sed monachus agit tanquam procu abbatis, siue monasterij. & ideo iuxta regulam generalem potest ratum haberi, quod verius est. sed vtrum prælatus dicat, mandamus, vel dicat, consentimus? respondeo, non quia mandatum consensu contrahitur, vt ff de procu. l. filius. §. si de filia, & C. de collat. aut. quod locum. Item scias, quod in factis arduis semper capitulum indiget consensu prælati sui, & prælatus capituli, licet bona sint diuisa, secundum Io. & alios, qui tangunt statum ecclesiæ in c. j̃. de procura.

ADDITIO.

a Vin. God. Adde, an prælatus regularis præferatur ſęcular, Dec. cons. 161. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Deponitur clericus probato crimine, & sufficit depositio, nisi aliud enormitas inducat.*
Contra contumacem in criminali causa processus, & num. 7.
Inter contumaciam, & contemptum discrepantia.
Consecratus nunquam reconsecratur.
Concordiæ studere iudex debet ante factum, post autem punitioni.
Correctio a quo incipiat.
Deprehensio non sufficit, nisi conuincatur reus criminis, & nu. 2. & 4.
2 *Clericus qualiter sit puniendus, quando pœna incipit a crimine.*
Exilio etiam ab ecclesia quis mulctari potest, & quis.
In profundum malorum uenisse quis dicatur.
3 *Incorrigibilis quis dicatur.*
Excommunicatus propter contumaciã quando quis intelligatur, & quando propter crimen.
4 *Deprehensus in crimine an habeatur pro conuicto.*
5 *Deprehensus clericus potest detineri per uiginti horas, & a quo.*
Capere malefactores si uillæ teneantur, non cõprehenditur clericus, & n. 4.

BIU Cujas

6 *Bannitus an poſsit a quolibet, capi.*
7 *Clericus, qui fugit cum pecunia mea, poteſt a me capi, & detineri per xx. horas, poſtea iudici præſentari, ſi poſſum.*
Ordo ſeruandus in reo criminis contumace.
8 *Clericus an perdat priuilegium ſuum propter locum delicti, in quo ſeruatur ius commune.*
Depoſitus a quo ſuſpendatur.
Deponi qui poſsint.
9 *Incorrigibilis eſt corrigendus, & quia correctio eſt actus iuſtitiæ.*
Temporis ad quid faciendum ſtatuti lapſus expectandus eſt etiam ſi condē natus ad id, poteſtetur ſe minime facturum, & ratio.
Defenſioni ſuæ quis renunciare non poteſt.
Voluntas hominis mutabilis.
Reſtitutio in integrū, quæ ſoli principi competit, exiſtimatur impoſsibilis.

CAP. X.

Cum non ab homine. Eccl'ia optat hominis ſalutem, & non interitum. & ideo gradatim emendando procedit, & non fulminat degradando. hoc intendit iſta decretalis. vel ſic. Clericus depoſitus & incorrigibilis traditur curiæ ſeculari. Caſus, quæſitū fuit, vtrum licet regi, vel alicui ſeculari perſonæ iudicare clericos in quocunque ordine conſtitutos deprehenſos in crimine furti, homicidij, vel periurij, vel alio reatu? reſpondeē quod non. ſed debet deprehenſus atque legitime conuictus ab eccleſiaſtico deponi iudice. Et ſic depoſitus, ſi eſt incorrigibilis, debet primo excommunicari ſcilicet minori excommunicatione, deinde creſcente cōtumacia excommunicari maiori, poſtmodum vero, ſi in profundum omnium malorum veniens omnino contempſerit, cum eccleſia non habeat vltra quid faciat, ne poſſit eſſe vltra perditio plurimorum, comprimendus eſt per ſecularem poteſtatem, ita quod ei deputat exi
a lium, vel alia pœna legitima imponatur. Dicit † Inno. quòd probato crimine clericus deponitur, & non proceditur ad aliam pœnam, ſed ſufficit depoſitio. Secus, ſi enormitas cauſę aliud inducat, vel niſi ſit incorrigibilis; in quo caſu proceditur ſecundum formam huius decreta. at contra contumacē proceditur interloquendo hoc modo, quia primo excōmunicatur, poſtea ſi eſt incorrigibilis, anathematizatur, & poſtea deponitur. & anathema eſt maxima excommunicatio. Item dicit Archi. quod differentia eſt inter non obedire, & contēnere. & ideo eſt differentia inter cōtemptum clauium, & ſimplicem contumaciam, quia contemptus clauium eſt contemnere diſciplinam eccleſiæ, ſed contumacia eſt contemnere iudicem. 60. diſt. nullus. Item dicit Arch. quod conſecratus nunquam reconſecratur ad eundem ordinē. 68. diſt. c. archi. j. mul
a lominus ille, qui eſt deconſecratus, poteſt reconſecrari. iudex ante factum debet ſtudere concordiæ, poſt factum autem debet punire. ff. de vſufr. l. equiſſimum, quia ante factum quis eſt
a monendus, *poſt factum plectendus. No. ꝙ clericus in minoribus conſtitutus debet deponi. Item no. & præmitte ad euidentiam, quod interdum correptio incipit a crimine, interdum a contumacia. No. ꝙ dixi in ſummario. Item no. ꝙ ad puniēdū clericum, vel alium de crimine non ſufficit ſola deprehenſio,
2 niſi poſt deprehenſionem conuincatur. facit. c. j. j̄. de pœ. † Itē no. qualiter ſit puniendus clericus, quando pęna incipit a crimine, quia primo deponitur, ſecundo excommunicatur minori excommunicatione, tertio maiori, quarto traditur iudici ſeculari, quinto punitur ab eo pœna exilij, vel alia pœna legitima. In tex. ibi, in quocunque ordine, ſacro, vel non ſacro. Pe. & Abbas. ibi conuictus, pondera hoc verbū, ꝙ nō fuit poſitū in cōſultatione, nō ſufficit ergo ſola deprehēſio niſi quo ad infamiam. ff. de ritu nupt. l. palam, ſ'm Goffre. Ibi excōmunicari, ſ. minori excommunicatione, Inn. idem Goffre. ibi, cōtempſerit, cōcor. 17. diſt. c. nec licuit. Pet. & Abbas. ibi, quid faciat, propter forte ipſius potentiam ſecundum Abbatem. ibi, comprimendus, & primo degradandus ſ'm Pet. quod nō credo verum de neceſſitate. ibi, exilium, quod etiā ab eccleſia imponi poteſt. j. de pę. c. vlti. Et no. quod ex quo prius excommunicatur, quam exilium patiatur, ſequitur, ꝙ excōmunicatio non eſt exilium. Item no. ꝙ illi qui veniunt in profundum malorum. i. qui non timent. ll. neque præſidem, debent poni in exilio & ſic expelli de ciuitatib. cum nolunt ciuiliter communicare cum alijs, & ſic nō ſunt ſociales, ſicut debet eſſe homo,
3 vt dixit Ariſtoteles primo politicorum. † Sed hic quæro, quis dicatur incorrigibilis? reſpon. ille, qui non obtemperat prętori in eo, quod extremum, i. vltimum iuriſd. eſt, vt quia depoſitus non dimittit beneficium, vel gerit officium. Ille autē, qui non obtemperat in eo extremo, quod eſt primum in iuriſdi. i. quia citatus non cōparet, nō dicimus, ꝙ ſit incorrigibilis, licet ſit cōtumax & excommunicādus propter eius contumaciam. ff. ſi quis ius di. nō obtem. l. j. §. j. & iſta dicitur excōmunicatio propter contumaciam. Sed quando iam condemnatus eſt, & poſtea excommunicatur, quia non obtemperat, propter crimē dr excōicari. Porro ſcias, ꝙ qui obtemperat prætori ſpōte, vel non ſponte, vt quia viribus præturæ eſt expulſus de bñficio, nō
4 debet tradi iudici ſeculari, vt hic, quia iā correctus eſt. † Opp ꝙ deprehenſus in crimine habeatur pro conuicto, vt l. palam. ff. de ritu nupt. Sol. ibi fuit deprehēſio publica, quæ ſufficit quā tum ad infamiam, ſed non quantum ad diffinitiuam, niſi pro
5 betur actus delicti. † Sed nunquid iſte deprehēſus pōt detine
b ri per xx. horas? dicit Ber. ꝙ ſic, vt ff. de adulr. capite quinto. Sed nunquid poſſunt detineri pro laico? dicit quod ſic. de authoritate prælatorum, non autem authoritate propria laicorum, aliter ipſi laici excōmunicati eſſent ipſo facto, de hoc no. lxxxj. diſt. presbyter. l. diſt. ſi qs diaconus, & c. de his, el 2. Et no. ad ſtatuta, quæ dicunt, quod villæ teneantur capere malefactores,
6 quia non habent locum in clericis. † Sed quid de bannitis, nunquid poſſunt a quolibet capi. dic ꝙ ſic, vt C. de mal. & mathe. l. fi. quæ proprie loquitur in diffidatis, qui & debent pñtari in
7 iudicio, & eſt lex ſing. † Quid in clerico, qui fugit cum pecunia mea? reſponde, poſſum ipſum capere cū pecunia mea, & detinere, non tamen vltra. xx. horas, ſed debeo iudici præſentare, ſi poſſum, vt l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. credito. & hoc ideo, quia periculum eſt in mora, vt ff. quod metus cauſa. l. extat. & hoc eſt licitum, quia pro proprio intereſſe, & ideo ſi reſtituit mihi pecuniam, non poſſum ad iudicem ducere qa ſtatim ipſo facto eſſem excōmunicatus, arg. ff. de fur. l. qui vas,
8 in prin. Quæro, † nunquid ordine ſit proceden. quādo pœna imponitur propter cōtumaciam? reſpon. non, quia per contumaciam non deponitur primo, ſed ſuſpenditur ab ingreſſu eccleſiæ, & ſimilib. a quibus etiam ſuſpenditur laicus. Secundo creſcente contumacia excōicatur. tertio deponitur. quarto & vltimo traditur curiæ ſeculari ſ'm Ber. & iſta gl. reputatur multum notabilis. Quid ſi epiſcopus non ſeruauit iſtum ordinē, ſed depoſuit, & videns eū obſtinatum tradidit curiæ ſeculari? videtur, ꝙ teneat proceſſus vt in Aut. vt clerici apud proprios ep̄os, colla. v. ꝙ verum eſt, ſi degradatur, quo caſu non eſt neceſſaria alia traditio fienda iudici ſeculari, quod dic vt in c. de
c gradatio, de pœnis, lib. 6. Ego nō puto, ꝙ omiſſo ordine iſtius c. poſſit tradi iudici ſeculari, qa iſte ordo eſt datus pro forma & nihil de ſolennib. eſt omittendū, vt ff. de in integ. reſt. l. diuus. & p̄dicta vera, qñ deliquit in laicatu, & in fraudem pęnę factus eſt clericus, eſt degradandus, & ſine iſto ordine deducēdus eſt ad ſtatum laicatus, & puniendus ſ'm tps delicti, ut no. in ca. ne-
9 mo. per Arc. xj. q. j. & l. j. ff. de pę. & s̄. de obl. ad ratioci. c. 1. † Sed ecce quæritur, an clericus perdat priuilegium ſuū propter delicti locum in quo ſeruatur ius cōe? rñ. ſic ſ'm Pe. & Cy. in aut. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. in 2. q. in glo. 1. ſuſpēdi. Quæro, a quo ſuſpendetur iā depoſitus? dic ſ'm Pet. & Abb. ꝙ ſuſpendetur ab ingreſſu eccleſiæ & finibus a quibus ſuſpenditur laicus. ego dico etiam ab ingreſſu ciuitatis, licet talis ſuſpēſio ſit meri imperij, ut C. de ſen. & interlo. om. iud. l nullus. deinde vide hic, ꝙ pro quocunq; periurio pōt clericus deponi. Item ſimplices clerici ſ'm Hoſt. Item nota. ꝙ non eſt recurrendum ad brachium ſeculare, niſi tunc demum, cū eccleſia nō poteſt exhibere iuſtitiæ complementum, de hoc p Arc. xxxiij.
10 q 4. ad miniſtratores. † Quæro, nunquid ille, qui eſt incorrigibilis, ſit corrigendus? & videtur ꝙ non, quia fruſtra eſſet. In cōtrariū, qa correctio eſt actus iuſtitiæ, & actus charitatis, ut not. Arch. 2. q. 1. ſi peccauerit. vbi videas. & per hoc determinatur q. dicit ſtatutū, ꝙ ſi quis vulnerauerit aliquem puniatur in centum, quæ ſi ſoluere noluerit, vel non potuerit intra menſem, amputēt ei manus, qa licet proteſtetur ſe nō ſoluturum, tñ dēt expectari menſis, qa voluntas hominis eſt mutabilis, vt no. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. Et no. ꝙ huic menſi non pōt renūciari, nā per hoc renunciaretur defenſioni, poſſibile eſt. n. naturaliter, ꝙ condemnatus moriatur interim, quo caſu non fieret executio ſententiæ nec decederet inteſtabilis, & defenſioni, quæ poteſt eſſe naturalis & perpetua nō pōt renūciari in criminali, vt ſingulariter not. ff. de pac. l. pactū inter hæredem. Itē accidentaliter poteſt ſuperuenire defenſio p gratiam Imperatorū, & etiam huic ſpei renunciari non pōt, tamē lex dicit, ꝙ reſtitutio in integrū, quæ ſoli principi cōpetit reputatur quid impoſſibile, & ideo nō curatur, vt ff. de fideic. libertatibus. l. ergo. & ideo prima ratio eſt melior.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde ꝙ corrigere ſe dēt primo qui vult aliū repræhendere, Spe. de aduoc. §. 6. Paris de Put in tract. de find. in proceſſu.
b Vinc. God. Adde ꝙ deprehenſus in crimine dicitur qui conuictus eſt l. 2. & ibi Bar. C. de pet. bon. ſubl. lib. 10.
c Vinc. God. Adde, ꝙ degradatio ex quib. cauſis fiat & de eius forma, Ange. in tract. maleſi. in uerbo, & caput a ſpatulis. col. 5. & ſeq. Caſus plures & crimina plura, digna degradatione, ponit Dec. in c. at ſi clerici. col. 24. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Si agitur nomine eccleſiæ, tranſit inſtantia in ſuccedentem, & nu. 36. Reſcriptum, & libellus an tranſeant ad ſucceſſores, in prin. & num. 1. & ad alias perſonas, num. 2. & nu. 4. & 5.*
2 *Succedens in eccleſia, vniuerſalis ſucceſſor an ſit.*
Iudicis datio non tenet, mortuo eo, contra quem datus eſt, niſi in caſibus.

Reſcri-

BIU Cujas

Reſcriptum quando extendatur ad futura.
3 *Inſtantia ſi erat cœpta contra poſſeſſorem violentum, vtrum tranſeat contra nouum poſſeſſorem, & nu. 1. & 5.*
Succeſſor quis dicatur.
Interdictum, vnde vi, eſt actio perſonalis.
4 *Succedit quis iniuſte in uitio poſſeſſionis, reſcriptum durat quantum ad ueram iuriſdictionem.*
Reſcriptum durare aduerſus nouum poſſeſſorem quomodo intelligatur.
Receptio noui proceſſus facienda contra nouum poſſeſſorem, & qualiter.
Sentētia non læditur ēt citatus, qui nō afficitur ex inſtantia, & excipitur.
5 *Literæ ſi ſint impetratæ contra uenditorem, utrum exceptio fiet ſententiæ contra emptorem.*
Impetrari nunquid poſſit beneficium pendente reſcripti controuerſia.
Extenſio decretalis epiſtolæ quando fiat.

CAP. XI.

Quia. V. Per reſcriptum impetratum ꝯ violentū conuenitur eius ſucceſſor, qui ſcienter ſucceſſit in vitium. h. d. ſm glo. Vel Decre. iſta nihil aliud dicit in ſumma, niſi ꝙ ſingularis ſucceſſor conuenitur auctoritate literarum, quæ obtentæ ſunt ꝯ defunctum, cui ipſe ſucceſſit etiam expreſſo proprio nomine ipſius defuncti. & hoc eſt verum cū ſucceſſor ſucceſſit in vitium defuncti, vt hic, alias ſecus, vt ſup. de reſcr. c. ſignificauit. & hoc eſt ex vi interdicti, vñ vi, quia pſonale eſt nec ex rigore reſcripti, ſed eius interpretatione extē ſiua auctoritate & æquitate huius no. c. & hoc tene concluſiue, expreſſum interdictū, vñ vi, dirigitur ſpoliatori, non ei, qui non ſpoliauit, ſed ſpoliatū inuenit. Sed reſcriptum papę dirigitur in rem ipſam, & extenditur ꝯ poſſeſſorē, cum tpe datæ nō poſſideat, ſed poſtea lite pendēte ſucceſſit in vitiū. h. d. de libello iudiciali, aut in rē dirigit, vt peto me reſtitui amoto quolibet illicito detentore, & tranſit aut dirigitur in pſonā ſpoliantis, & non tranſit, ſed nouo libello vi tm̄ eiuſdē reſcripti agi debet. j. de reſt. ſpo. cum ad ſedem. & ita teneas concluſiue. Ēt primo ponitur facti narratio tria continēs. ſ. impetrationē, mortem, & ſucceſſionē in vitiū. ſeđa ibi, Præcipimus, ponitur mādatum papæ cōforme priori mādato, ſaluo ꝙ loquitur de noua pſona ſucceſſoris. Caſus. Quidā G. clericus ſpoliauit. P. poſſeſſione, iſte P. ſpoliatus impetrauit reſcriptum ſuper reſt. ſuæ eccleſiæ ad quoſdam iudices delegatos. mortuus fuit G. cui ſucceſſit quidā Rub. ſciēs vitium poſſeſſionis, ſignificatū fuit papæ. papa mandat eiſdem quod procedant ꝯ ſucceſſorem in forma prioris mandati, quēadmodū procederent, & negotiū terminarent, ſi G. viueret in humanis. In tex. ibi, Ingreſſus, ſub audi ſciēs ab V. violētiam fore commiſſam. Ibi, Præcipimus, per hoc dicunt Inn. Vin. Gof. Hoſt. & Aegy. ꝙ proceditur hic ex vi huius ſecundi reſcripti, quaſi primum expiraſſet, aliter non diceret litera, præcipimus. ſed dixiſſet reſpondemus. & eſt ſimile. ſ. de offi. deleg. cum R. & quod ſubdit, literarum, ſ. confirmatarū. Alij dicunt, quod authoritate primi, quia violentia afficit litem, ſicut vitium litigioſi. hoc non placet Inno. etiam ſi concluſum eſſet in cauſa, & etiam ſi ageretur reali iudicio, quia inſtantia non tranſit ad ſingularem poſſeſſorem, qui incipit poſſidere a ſeipſo, & non per tradi. rei conuenti. Item ait ꝙ etiam ſi lata eſſet ſententia, & cōdemnaretur mortuus nō mandaretur ſentētia executioni, non præmiſſa ſummaria cognitione, ſi ſint aliqui qui. velint dicere ꝯ eum, Inno. idem ait,
1 † ꝙ ſi agitur noīe eccleſiæ, tranſit inſtantia in ſuccedentem p̄latum, ſecus ſi noīe perſonæ. Inn. dicit, ꝙ eſt no. & adde ꝙ no. Cy. C. de ali. iud. ſed ſm Ber. proceditur ex vi primatū ſrarū. & iō dicit, præcipimus, quia forte iudices nolebant procedere credentes expiraſſe mandatum. Modo venio ad apparatum,
2 in quo ſunt duæ lecturæ ꝯriæ. ſeđa ibi, alij dicūt. Et primo examinabo primā lec. ex qua no. ꝙ dixi in ſummario. dicunt quidam, ꝙ qui ſuccedit in eccleſia, eſt vniuerſalis ſucceſſor, vt inf. de reſt. ſpo. cum ad ſedem. hoc non eſt verū, ꝙa hic nō ſucceſſit in iure, ſed in vitio rei violentæ, ergo cū notabili bñ cōcor. ſ. de ali. iud. c. j. iſta non eſt bona concor. ꝙa ibi interuenit alienatio cā mutādi iudicij, hic mors, q̄ non pertinet ad illud edictum, vt ſ. de ali. iu. vt l. ex hoc edicto. §. ſed hīdem. So. inducit gl. ad probādū ſuum notabile, ꝙ decre. epiſtola ſiue reſcriptū obtinet vim ꝓſtitutionis, & iō porrigitur ad ſimilia, ſed iſta rō eſt falſa, ꝙa reſcriptū eſt ſtricti iuris, ar. ff. ſo. ma. l. ſi vero. §. de vi ro. So. inducit gl. rōnem, quia decretū factum in perſona anteceſſoris tranſit in perſonā ſucceſſoris, & iam defuncti ut ff. de fideicom. libe. l. cū quaſi, & not. ff. de reg. iu. l. Neratius. ſed ibi eſt ſpeciale fauore libertatis. ff. q ſatiſ. cog. l. ſi deceſſerit. ff. iud. ſol. ſi ante. Modo gl. opponit, quia reſcripta non extenduntur ad alias perſonas, uel res, de offi. dele. c. P. & c. cum olim. Et eſt expreſſum ēt de ſucceſſore uniuerſali, ut no. ſ. de reſcri. c. ſignificauit. Præterea iudicis datio nō tenet, ſi is mortuus eſt, ꝯ quē iudex datus eſt, ut ff. que ſen. ſine ap. re. l. Pau. alias incipit, eum qui. So. hic dicit gl. ꝙ illa regula fallit cū ſucceſſor ſuccedit in uitio iudiciali, ut C. de alie. iud. ꝙa iſti ſimiles ſunt in uitio. Itē iſte B. qui occupauit de nouo, quaſi continuauit occupationē veterem, & ideo æquum eſt, ꝙ reſcriptum extendatur ad eū, p̄ſertim quia hēt ratum factū illius. ſimile, j. de immunita. eccl. c. aduerſus, & probat gl. ſuā opi. quia ſi nō ſuccederet in reſcripto prioris, iſta decre. nō eſſet ſituata in tit. de iud Præterea non contineret caſum dubitabilem, quia certum eſt, quod ex nouo reſcripto agi poteſt. Modo ſequitur ſecūda lectura in ſi. gl. ibi alij dicunt. quæ dicit, quod authoritate primi reſcripti iū dices nullam habēt iuriſdictio. nec poſſunt procedere per primas literas, & hoc probatur quadam demonſtratione, quia reſcriptum nō extenditur ad futura. ſed iſte nouus poſſeſſor eſt perſona olim futura, & nunc preſens, vt ff. ad exhiben. l. curſui §. fi. Item ꝙa perſona non ſubintelligitur, niſi exprimatur, ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. Tū dic, ꝙ aut ſciēr ſuccedit in vitium occupando poſſeſſionem violentā, & tūc pōt conueniri ex vi primarū literarum nō de rigore iuris, ſed de æquitate ſcripta iſtius c. mirabile eſt, ꝙ verba edicti ſunt in perſonā, vt ff. de vi & vi ar. l. cum a te. & verba reſcripti ſonāt mihi in rem mediante interpretatione exrēſiua huius c. & eſt rō, quia papa vadit ad realitatem. l. aut qui abeſt. §. fin. ꝙ vi aut clā. nec. n. eſt aliqua differētia in effectu quis fecerit ex quo expulſus eſt quis. l. extat. ff. ꝙ me. ca. & de ver. ob. l. cū ſeruus. aut ſine vitio, & tunc nō pōt conueniri, vt quia occupauit cum titulo, ſi enim abſque titulo, ſemper tenet cum vitio, vt C. vñ vi. l. cum quærebatur. Expedita eſt gl. Ber. Modo venio ad aliam. Pondero quatuor, primo reſcriptum an durat, & hoc eſt determinatū ſuperius: ſcđo quid de inſtantia, ſi erat cepta ꝯ vio-
3 lentū vtrū tranſeat ꝯ nouum poſſeſſorem. dicit Inn. † ꝙ non, quia ſingularis ſucceſſor non ſuccedit in inſtātia. dicit Bar. ꝙ aut ſingularis ſucceſſor eſt ſucceſſor neceſſarius, & tunc ſuccedit inſtantia. ſi aūt voluntarius, tunc non ſuccedit, ita elegāter no. ipſe. ff. de fideiuſ. l. ſi cum hominem quæ diſtinctio nō cadit hic, quia hic non eſt ſucceſſor, ſed occupator. Succeſſor aūt dr̄ ille, qui in ius ſuccedit, vt ff de eden. l. quędā. §. his aūt. iſte ergo non ꝓuenitur ex eadē inſtantia, ſed p nouum libellū. Sed ꝯ hoc oppo. ꝙa res erat facta litigioſa, ergo transfertur iudiciū, & procedit in codē iudicio, vt C. de litig. auth. nūc ſi hæres. ſed erat litigioſa res, hic non, ꝙa interdictum vnde vi, eſt actio perſonalis, q̄ vocatur in factum, Inſt. de interd. §. fi. Tu dicas, ꝙ duptex eſt ſucceſſor. ſ. vniuerſalis, & iſte non poteſt eſſe ſucceſſor vniuerſalis, niſi ſuccedat de iure in ipſa vniuerſitate, vt not. ff. de trā. ſ. l. controuerſia. & de iſto non hic loquitur. Qui dam eſt
a ſucceſſor ſingularis, & hoc dupliciter, vel quia ſuccedit in iure, & de iſto nō loquitur hic, ꝙa ſuccedit in facto, i. in poſſeſſione detinenda, & de iſto loquitur hic. Circa ꝙ eſt ſciēdum † ꝙ
4 ſi ꝙs iniuſte ſuccedit in vitio ipſius poſſeſſionis, tunc reſcriptū quātū ad verā iuriſdōnem durat, quia duo ſunt præcepta reſcribentis, primum eſt poſſeſſionem reſtitui, ſm eſt p talē reſtitui. Ex primo igitur capite durat reſcriptum & iuriſdōnem ſuam extendit, licet ex mero capite. Secundo non vī durare, ꝙa in pſonam ſcriptum vī. Sed quæro, quid operatur hoc, ꝙ dicimus reſcriptū durare? rñ. vt iudices delegati poſſint ꝓcedere ꝯ nouū poſſeſſorem, & habeāt iuriſd. eandē quo ad genus, & formā ipſius. oīa tū ꝯ nouum poſſeſſorem, a capite narrari oportebit, & ſatiſdationes renouari, & reformari iudicium peas, & iterum poterit diſputari de valentia reſcripti, ſi forte dicatur obrepitiū. & breuiter oīa paſſiua tanq̄ re integra ventilabuntur. nec vllæ ſatiſdationes poſſent committi, pſona rei funditus mutata, vt ff. iud. ſo. l. ſi añ, & no. ff. de proc. l. mutari. & l. quæ oīa, & proceſſus, qui fieret ꝯ veterem detentorē, nouo detentatori non p̄iudicaret. non ob. C. de liti. auth. nunc ſi hīs. ff. de alie. iudi. l. cum miles. quia ibi loquitur in eo, qui ſuccedit in præiudicio eiuſdem inſtantiæ ex iuris diſpoſitione, & facit ff. de pac. l. ſi tibi. §. poſſeſſor, & l. tale pactum, §. fin. & ff. ſi mulier ven. no. l. j. §. neceſſario. Tertio quæritur, quid ſi eſſet lata ſententia contra V. vtrum mandaretur executioni ꝯ Rub. dicit Inn. quod non. nam ille qui non afficitur ex inſtantia, nō læditur ex ſententia ēt citatus. vt ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori §. fi cum l. ſequenti. niſi poſt ſententiam ſit facta alienatio cā impediēdi executionem ſententiæ, vt ff. vt in poſſ. le. l. is cui. §. qui in poſſeſſionem. Et no. Cy. in l. vnica. C. de alie. iud. Item ſi fiat alienatio in fraudem poſt primum decretum, vt not. ff.
5 ut in poſſ. lega. l. certa forma, quod eſt no. dignum. † Quæro ſi literę ſunt impetratæ ꝯ uenditorem, utrum fiat executio ſentētiæ contra emptorem, uel eꝯ. gl. dicit ꝙ ſic, quia reputatur eadem perſona propter litis præiudicium. ita dicit gl. ſingularis.
b ff. de iud. l. uenditor. Extra quæro, nunquid inſtantia tranſeat ad uni-

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde quod in beneficijs non datur ſucceſſor. Pariſ. conſilio. 36. nu. 7. li. 4.

b Vnc God. Adde ꝙ inſtantia tranſit in hæredem, vniuerſalem, ſi quidem fingitur vna & eadem perſona cum defuncto. Soc. conſ. 31. proſequendo. ver. aduertēdum eſt. l. b. j. Quod enim tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, Bal. & Bar. in l. fi. ff. famil. erciſ. & Soc. in conſi. 31.

BIU Cujas

ad vniuersalem successorem? rñ.aut succedat per damnationem,& non transit,quia iudicium soluitur deportatione,ut ff. so.ma.l.si constante.§.fi.ff.de noua.l.quoties.in fine. aut transmissione?& tunc transit,ut ff.de iudi.l.tam ex ℈ctib.ff.de præt. sti.l.2.& ff.de his,qui no.infa.l.seruus. Sed nunquid hoc est uerum in instantia arbitri?dic ꝙ sic, quando transit ad heredem aliter secus, ut ff.de arb.l.diē proferre.§.nec utimur. In arbitramento autem non est quæstio, quia ibi non est iudicium,sed contractus qui transit ad hæredem. & tene mēti prædicta. Sed nunquid beneficium poterit impetrari pēdēte rescripto,casu, quo non transit instantia?videtur ꝙ non,ut c.2.ut lite penden. li.6.sed ibi erat res litigiosa,hic non. Item hic erat quæstio de possessione,ibi de beneficio,& dic ut ibi no.deinde, quia glos. dat nobis materiam cuiusdam utilis brocardi dicendo, quod decretalis epistola extenditur de similib us ad similia, scias ꝙ in l.[illegible].C.de secundis nup.sunt duæ glo.contrariæ,& sæpe de facto contingit.dicit statutum,quod forensi non possunt uendi, vel donari inter uiuos res ciuium existentes in æstimo communis,nunquid poterūt legari,uel donari causa mortis? & uidetur quod nō,quia quod rationis nexus connectit,dispositio iuris non separat,& non solum hoc contingit per extensionē sermonis,imo uerius per tacitam dispositionem eiusdem.l. ut singulariter no.C.de reuo.do.l.his solis.In contrarium facit ꝙ no.per Dy.ff.de leg.j. l.quod in rerū.§.eum qui chirographū. quod est verius.non obstat gl.hic posita,quia loquitur,quādo decre.continet ius commune,& cultum naturalis iustitię,sec⁹ si exorbitet,quia tunc casus omissus habetur pro omisso & relinquitur in dispositione iuris cōmunis,ut ff.solu.ma.l. si cum dotem, in princip.& l.si uero.§. de viro, & dic quod no. c. susceptum, de reseriptis,li.6.in nouella,quod bene notabis.

SVMMARIVM

1 *Priuilegium,an papa possit solus priuilegium suum interpretari, & numero 2.4.5.*
2 *Dictio, vsque,potest poni inclusiue.*
3 *Principis potestas suprema nulli subiacet regulæ, nisi soli legi diuinæ vel naturali.*
Interpretationi ubi sit locus,& à quo fieri possit.num.1.2.4.& 5.
4 *Interpretationem eandem recipit testamentum,& priuilegium.*
Capituli huius intellectus.
De sedis Romanæ iuribus nemini iudicium competit,nisi papæ.
5 *De priuilegio papæ an quis incidenter cognoscere possit alius a papa.*
Officia an transeant ad hæredem.
6 *Papa an possit alicui concedere castrum ecclesiæ,& eius potestas.*
7 *Imperator an possit rem meam alteri donare.*
Testamentum,an principis priuilegio rumpatur.
Incontinenti,aduerbii significatio.
8 *Dilatio non debet dari reconuento ad deliberandum,postquam reus respondit libello.*
Transactio, uel compositio,est litis terminus,& quando mandatur executioni absque libello.
Aduocatus,qui pepigit sibi palmarium,an idem debetur.si transigatur.
9 *Reconueniri potest super infinitis,qui quæstionem unam mouet,& an hoc casu poterit actor reconuenire reconuenientem se.*
Reconuentio fieri potest etiam coram delegato habente limitatum mandatum.
Quod prorogatur, omne debet esse eiusdem formæ & naturæ cum antecedenti suo,& exemplum.
Sententia iudicis,uel arbitri non est necessaria,ubi concordia decidatur.
Si litem dirimi mandatur in ea tempus, quid agēdum parte nolēte psequi.
Ordine omisso,uel præposterato in conuentione, & reconuentione, appellandum est,alias processus ualet.
10 *Reconuentio quo tempore fieri debeat,& nu.13.*
11 *Reconuentio an in causa appellationis habeat locum ante li.contest.in ipsa causa appellationis.*
12 *Reconuentio an habeat locum in causis extraordinariis, criminalibus & summariis,& nu.13.*
Iudicium quousque duret.
Reconuentionem fieri eodem durante iudicio debere tantum,an sit æquum.
13 *An iudex possit statuere terminum ad reconueniendum actorem.*
Exceptio ubi non potest ex statuto probari per testes,ita & actio,uel replicatio.
A pari locus infert in omnibus parilitatem.
Voluntas principis inquirenda semper.

CAP XII.

Cum venisset. Super priuilegiis apostolicæ sedis, nullus alius quam papa potest iudi
1 care.Casus per se patet in nube. Sed † in terminis q̄ritur,vtrū papa solus possit suū priuilegium interpretari?rñ.Aut p̄ probabilē rationem disputandi,& tunc potest interpretari a iudice, & non requirit̄ authoritas papæ, vt ff.de vul.subst.ex facto, q̄ est ad hoc multū no.& in l.q̄ filiū. §. Sabinus,ad Treb.& ff.pro ſi socius pro filia,aut non subest rō, quare magis sit interpretādum vno modo,quam alio,vt si papa priuilegiat mihi vnū
2 castrum vsque ad flumen.† Nam dictio,vsque,potest poni in
a clusiue,& exclusiue,[a] & sumus incerti de mente loquentes,& tunc recurremus ad principem.nam sicut ipse fuit origo beneficij,ita dēt esse interpres, ut ff.de re.iuris.l.in ambig.dt Inn. qđ solius principis est exponere, siue interpretari.Inno.& multo fortius ad eum solum pertinet priuilegium suum extendere, vel restrīgere,uel perimere,nisi sit casus per l.scriptā.ff.de vulg. subst.l.ex facto.& dic ut plene no.C.de legi.l.cū de nouo.Illud tñ scias,ꝙ de potentia principis non est disputandum,quia su-
3 prema potestas eius nulli subiacet† regulæ,nisi soli legi diuinæ vel naturali immutabili,ut plene no.C.si contra ius,uel utilitatem publicam l.fi.& scias quod omnes uerbum abbreuiatum, puta regula iuris (quia omnis regula potest dici uerbum abbreuiatum) indiget solenni & sana interpretatione, sed non verbum specifice demonstratum,ut no. C. de fideicommiss. l. voluntatis. & dic ut ibi dixi.idem si in priuilegio esset dubitatio in iuris significatione,ut C.de legi. l. fi.& si princeps nō interpretatur verba, quę possunt alii præiudicare, interpretantur contra proferentem, & sic stricte.ar.ff.de pact.l. veteribus. & C.de pe.bo.sublatis.l.1.li.x.& C de ope. publicis. l. si alium. & per Guli.ff.de consti.prin. l. beneficium. Et no.ꝙ interpretatio habet locum super incertis, non super certis, vt ff. de aur. & ar.le.l.pediculis.§.argento potorio, & ff.de lega.3.l.item legato. §.parui.& l.librorum.§.quod tamen Cassius,& ff.de usu & ha.l.plenum.§.equitii, & ff.de uer.obl.l.quicquid astringendę,rertio responso,& ff.de pe.le.l.fi.† Illud scias, ꝙ eandem in-
4 terpretationem recipit priuilegium,ꝙ testamentum in eo sensu,qui ex uerbis concipi potest,ut ff.de pe.le.nā quod liquidę. § si cui penus.& ff.de vino,oleo.leg.l.fin.§.cui dulcia, & in c. j.de conce.prēben.li.6.Alio modo potest intelligi nostrum capitulum,quando esset dubium de iuribus Romanę sedis concessis principibus, vnde etiam isti principes temporales postea non possunt de ipsis iudicare, quia sanctorum facta non sunt in dominio. Nam inferior papa nō potest super hoc iudicare, & iste est verus intellectus, & facit ff.de his,quæ in testam. del.
5 l.proxi.& ff.de hæ.instī.l. & hic Tiberius Cæsar.† Quærit glos. nūquid saltem incidenter per alium possit cognosci de priuilegijs papæ? Respon.sic, tamen hęc sententia non facit ius nisi inter partes, nec pronunciabit principaliter de priuilegio, sed de priuilegio.i.an ei obstet,an non,in l.j.C.de ord.iudi.Idem,si incidenter opponatur simulatio priuilegii, uel falsitas, secundū Inn.arg.C.de iudi. quo. & j. de re iudic. suborta,& facit.C. de legi.l.cum de nouo.Pone,papa concessit cuidā principi officium vicariatus ad x.annos, dubium est, vtrum transeat ad hæredem?dicit Bar ꝙ sic, quia officia Romanæ ecclesię consueuerunt vendi & concedi pro se,& heredibus suis,præsumitur concessio realis ſm Bar. qui ita no.inl.pater, de ser.lega.in contrarium faciunt, quia officia non transeunt ad hæredem, nec aliquid operatur appositio temporis in re non transmissi-
6 bili,vt ff.de vsufr.l.vxori vsumfructum villæ.† Quæro,an papa possit alicui concedere castrum ecclesiæ?rñ.non est dubium, qđ sic ut in feudum, uel emphyteosim, legatus tamen nō posset sine speciali mandato,ut no.Bar.ff.quod ui aut clam.l.prohibere.§.planc.Et adde, quod no.Arc.9.q.3.per principalem, & quod no.in c. .§.item si clericus.de capitulis Corradi,& facit.ff.de nat.resti.l.quæris.& in summa quicquid potest rex in suo regno,potest papa in ecclesiastica monarchia, & sicut olim oīa à manu regis gubernabantur.ut ff.de orig.iur.l.2.in princ.
7 ita & hodie quicquid regi placet,legis habet vigorem.† Quæro,an Imperator possit rem meam donare?no.Arch.9.q.vlti. principalem, vbi omnino uide.an principis priuilegium rumpat testamentum.dicit Arch. quod non, licet priuilegiū præcedat,quia fauorabilibus est testamentum,quam priuilegium dicit Arc.38.dist.Episcopus.Arc.

De mutuis petitio.c.ex literis.

Ic deficit lectura Bald.preut communiter habetur, C. quia in illis verbis iudex.l. consentaneum fit transitus ad titulum de mutuis petitionibus, vnde autē hoc prouenerit, ignoratur.Sed vitio & culpæ primi scriptoris tribuendum censemus.cum in lecturis antiquis illa dictio, iudex, ita precedentibus sit connexa,ut nil noui inducere videatur.quod non nisi scribentis errore factum fuisse iudicandum est Iudex.l.consentaneum,ibi,Incontinenti.i.antequam
8 tendat vias suas, &c.vel diuertat ad alium actum.. † Et sic no, reconuento non dari ad deliberandum dilatio post q̄ reus rñdit libello.Ibi,Vicissim,no. ordinem procedendi.Ibi, concordia

A D D I T I O.

a Vinc.God Adde de dictionis taxatiuæ materia per Bar.in l.j.ff.si quis iussu, non obtemp.& in l.cum ita legatum.de cond.& demonst.& quando dictio taxat.ua excludat.Rui.cons.3.nu.26.lib.2.

BIU Cujas

dia terminetis. No. ꝙ amicabilis compositio lit. dicit terminus lit. concor. C. de transac. l. fratris dicit Inno. quod absq; libello debet mandari executioni, vt ipse no. in c. ſ. ti. 1. quod est sine dubio verum, quando transactio est facta apud acta, vt C. de transac. l. siue apud acta. Sed nunquid aduocatus, qui licite facit pactum palmarij, idem mereatur, si clericus transigit? dic quod idem meretur proportionaliter, id est tm̃ pro tanto, vt ff. mã. l. fi. quæ l. est ad hoc multũ notabilis. Ibi, Super quæstionibus, no. † ꝙ mouens vnam quæstionẽ põt reconueniri super
9 infinitis, ꝛcor. ff. de procur. l. oĩum. q̃ lex est ad hoc no. Sed nunquid hoc casu actor poterit reconuenire reconuenientẽ se? rn̄. non, ar. in l. fi. ff. quod quis. iur. & ibi per Gul. de Cu. No. in hoc cap. quod coram delegato, qui habet limitatum mãdatũ, põt fieri reconuentio, & sic ꝓgatur manda tũ iurisd. & vtraq; iurisdictio est delegata, vt ſ. c. prox. & ar. ff. de pac. do. l. inter socerũ. §. cum inter. nã oẽ, quod ꝓgatur, debet esse eiusdẽ formę & naturæ cũ suo antecedenti, vt no. in c. hi qui authoritatẽ. de præb. lib. vj. si aliquid substantiale mutuaretur, non esset prorogatio, vt ibi sing. no. Pone, officium Potestatis ex forma statuti est semestre cũ salario mille florenorum tenendo tot equos, & tot assessores, &c. tandem ꝓgatũ est sibi officium cũ diminutione salarij. dico ꝙ istud non est idem officiũ, nec erit idẽ syndicatus, quia mutatur id quod substãtiale est. i. merces ꝓductæ vt ff. de ꝓh. emp. l. pacta ꝓuenta. §. Pau. de hoc no. per Bar. in l. 4. ff. de dam. infe. dicit aliquis, certe & tps officij est de substãtia, sicut merces, ergo non est vera ꝓgatio. rn̄. veritate inspecta non sunt vnum & idẽ, sed vnũ fictione sic, vt no. Cy. in l. si cum dies. in prin. ff. de arb. in addi. suis. Item no. hic, ꝙ vbi partes decidunt litem per ꝛcordiã. sn̄ia iud. vel arbi. non est necessaria. Et ideo si statutũ diceret, ꝙ arbitri teneãtur intra mensem pronunciare sub certa pœna, & partes interim transigunt, non teneantur arbitri pronunciare, quia nec possunt, cũ lis sit sopita, vt ff. de cõd. ind. l. eleganter. §. si quis post. Quæro, quid si actor noluit rn̄dere? Sol. patet per d. l. oĩum; l. sed hæc. §. defendere. & l. mutus. §. pœna. imo plus dico, & est valde no. ꝙ iudex põt denegare audientiam actori in omni alia cã, & etiam mandare alijs iudicibus, ꝙ eũ non audiant, nisi purget morã, vt ff. qui. ex cau. ma. l. sed & si per prætorẽ §. sed si dũ decreto. & illa gl. non
a est alibi. Quæro, qd̃ si iudex[a] non procedat ſm ordinẽ conuentionis, & reconuentionis, sed omitten. vel præposterando ordinem, vtrum ꝓcessus sit ipso iure nullus? & vr̃ ꝙ sic. C. de sen. & interlo. om. iu. l. platam. dic ꝙ valet iudiciũ, sed põt appellari, nec oportet iustificare appellationẽ aliter q̃ per ordinis præpostérationem, vt ff. qn̄ ap. sit. l. 1. in fi. ar. ff. de min. l. ait prætor, §. permittitur. & vide oĩno quod no. 2. q. 1. in gl. ſummæ. q̃ glo.
10 est solennis. † Tertio quæro quo tpe debeat fieri reconuentio? rn̄. quo ad parilitatem ꝓcedendi debet fieri ante litem conte. vel parum post anteq̃ sit iuratum de calumnia, vt c. dispendia. §. reus, de reser. lib. vj. & C. de sen. & interlo. om. iu. auth. & cõ sequenter. Si ergo fiat post litem contest. talis reconuentio meretur eundẽ iudicẽ, tn̄ non meretur parilitatẽ tpis in ꝓcedendo, & ideo est ſm quid ꝛuentio, & ſm quid reconuẽtio, vt no. in c. sæpe. de ver. sig. in cle. † Sed nũquid in cã appellationis hẽt
11 locum reconuentio ante li. conte. in ipsa causa appłonis? & vr̃ ꝙ sic, quia quo ad cãm appella. iudiciũ est in principio non in medio, nec in fine. In ꝛrium vr̃ glo. ſ. de proc. ita demũ, quia id quod excluditur per lit. conte. in primo iudicio non potest reputari in cã appłonis, tex. est ibi sol. ẽnis. Sol. dic vt no. per Cyn. de temp. app. l. per hanc. dic ꝙ si appellatũ est ante li conte. de
12 hoc no. per Inn. ſ. co. c. prudentiam. † Quæro, nũquid in causis extraordinarijs habeat locum reconuentio? rn̄. sic, si põt saluari forma parilitatis in processu, vt ff. de procu. l. sed hæc. §. non solum. & ff. de var. & extraor. cog. l. 1. in fi. Quæro. vtrũ in crimi nalibus habeat locũ reconuentio. Sol. dic vt dixi s̄. de iudi. c. at si clerici. Qnæro nunquid ille, qui petit se mitti ex edicto diui Adri. in quo ꝓcedit leuato velo uel aliquid petit in quo nõ requiritur ſtrepitus iudicii, possit reconueniri? & ur̃ ꝙ non vt ff. de iud. sed si restituatur, in prin. vbi omnino uide. Quęro, quòd in §. reus quoq;. dicitur eodẽ durante iudicio, quouique durat iudiciũ? dicit Ber. donec sit renunciatum, uel cõclusum in cã, nõ post. caue tibi, quod uerum est quo ad descriptionẽ, sed bene durat quo ad decisionẽ, ut ff. ad leg. Aqui. l. prouide, & C. de adul. l. quãuis indubitati. Quæro, quæ æquitas est ista, ꝙ agens non possit reconueniri nisi corã iudice durante iudicio? nã fingam me creditorem, & agam coram iudice mihi gratioso, & in ueritate ſum debitor aduersarij mei, nõ poterit interim ius suum cõsequi? rn̄. licet istud uideatur iniquum, tn̄ iniquius esset oppositum. ut C. de fruc. & li. expẽ. l. fi. Item si consideretur de fraude coram alio iudice posset fieri conuentio, non dico reconuentio, arg. C. de asser. tol. l. 1. in fi. facit quod no. glo. quæ
13 incipit, forte ponitur quæstio. † Quæro an iudex possit statuere terminum ad reconueniendũ actorẽ? & vr̃ ꝙ non, quia in statutis est statutus terminus a iure, sed gl. ord. determinat ꝛrium, ff. de procu. l. omnium. & est gl. multũ no. No. ꝙ ꝛriorum vnũ & idẽ est statutum, & est ar. ꝙ vbi exceptio non potest probari per testes ex forma statuti, similiter non potest probari per testes actio, vel replicatio quia iudex, & iudiciũ non debet claudi care. sed quid de duplicatione? si quidem venit ad coroborationem scripturæ, põt ꝓbari per testes. aliter non, quia qui duplicat excipit. facit quod no. C. de excep. l. si pactũ. de hoc alibi est latius dicendum. Item no. ꝙ locus a pari infert parilitatem in omnibus, vt no. ff. de ope. no. nun. §. nuncius. l. hoc amplius.
b in fi. Quæro, [b] quid si princeps mandat, vt statim aliquid fiat, quo casu non procedit reconuentio, si constat de mẽte principis, nunquid tamen est inquirendum de veritate? respõ sic. gl. est ordinaria & singularis. ff. ste dam. infe. l. qui bona. §. quidam. in glo. quæ est super verbo, non inquirent, & tene menti illum textum cum glo.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde ꝙ iudex potest a prouisione testatoris recedere, ubi expẽdit pupillo. Ruy. consi. 69. nu. 11. lib. 11.

b Vinc. God. Adde quòd princeps in dubio non præsumitur dispensare contra solennitates requisitas ad actum. Soc. consi. 15. nu. 17.

SVMMARIVM.

1 *Parilitas debet esse in iudiciis.*
Forma data expresso trahitur ad tacitum.
Fauor reuertitur in damnum in correlatiuis.
Prorogatio vel extensio fit cum suis qualitatibus, & clausulis.
Petere ab alio non possum, quod illi non confessi.
detesti. prę̃sentata. Porro etiam cõtractus possunt fieri vsque ad vltimum vitæ spiritum, si mea memoria nõ sit læsa, tex. est singularis in l.Sęia.§.fin.in fi.ff de do. cau. mor. Sed nunquid hi testes debent iurare? respondeo, sic, licet extra ordinem recipiantur, vt ff.de do.prę̃le. Theopompus.alias non dicit̃ testificari quis, sed dicere quędam verba, ex quibus non posset de falso accusari.h.d.quędam gl.vnica in iure.ff.de fal. l. athletę. † Quęro, vtrum mors a naturalis dicatur casus fortuitus? & videtur ꝙ non.nam casus fortuiti dicuntur illi, qui non consistunt in culpa, nec in prouidentia humana, vt in l.2.ff.de adm. rerum ad ciui.perti.vt ff.de actio.emp.l.si ea res.Sed mors naturalis potest prę̃uideri, vt in ꝓnosticis Hippocratis.ergo non dicitur casus fortuitus.ad idem facit ff.de dam.in fe.l.fluminũ §.seruus,& ff.commo. l. si vt certo.§. quod vero senectute. ff. ad l.Aquil.l.si seruus seruũ. §. si fornacarius. Præterea casus fortuiti dicunt̃ casus insoliti,& nõ imaginabiles, vt ff.ꝓ socio. l.cum duob.§.condemnata,& ff.de contrah.empt.l.fistulas. §. frumenta. Aduertas tu legista, vt intelligas illum §. Et prę̃mitte, quod ille, qui emit frumenta in herba, emit̃ spem,& sic periculum casus fortuiti, qui est natura fallibilis spes pertinet ad emptorem etiam ante traditionem, vt ff.de acti.emp.l. si iactũ retis † Pone ergo quod venditor suscipit in se periculum casus fortuiti,& ꝙ frumenta destructa sunt in niuibus, nũquid debeꝫ precium conuentum? Rn̄detur, aut sunt niues insolitæ & immoderatę, & non debetur precium, quia est casus fortuitus.idem in grandine.Et idem dicendum etiam, si quis emit fructus alicuius lacus,& piscatio parum valuit ꝓp mortalitatẽ piscium.nam damnũ pertinet ad emptorem, quia emit iactũ retis, nisi ex precio periculum casus fortuiti venditor in se susceperit, quod est no.dig. In contrarium vr̃, quia mors naturalis dr̃ esse casus fortuitus, prout refertur ad alium actum regulandum ex casu tex.est hic,& C.de pig.act.l.quę fortuitis, sed in sui essentia non est casus fortuitus, sed est quidam ordo naturę, quia vt dr̃ in Psalmo, Innumerabiles posuisti dies eius.& alia scriptura dicit, posuisti terminum, quem prę̃terire nõ poterunt. Sed Phytonissa suscitauit Samuelem, vt legitur in historiis scholasticis, nunquid poterit Samuel testificari de his q̃ vidit anteq̃ morereꝫ? Rn̄deo, illa non fuit vera resuscitatio, quia cum homo sit ad similitudinem Dei, impossibile est, ꝙ hanc imaginem faciat nisi solus Deus, & ideo testificari non potuisset: secus in Lazaro, quia illa fuit vera resuscitatio. vere autem resurgit, qui idem numero resurgit, vt ff.de iure fil.l. sed reuocata.† Quæro, nunquid ꝓ receptionem ipsorũ testiũ interrumpat̃ prę̃scriptio? Rn̄deo, non, quia hoc nullo iure cauet̃, sed super prę̃scriptione probãda bene possunt hi testes recipi, sicut super probanda solutione ſm Ber. Et no. ꝙ isti testes etiam possunt recipi super articulis negatiuis, vt C.de vsur.pu pil.l.fi.& ibi no.† Sed nunquid contra hereditatem iacentem possunt recipi? Rn̄deo, sic, ar.optimum.ff.de dam.inf.l.4.§. toties. Extra quæritur, nunquid denunciatio, de qua hic loquit̃ debeat fieri scienti? & dic ꝙ sic, quia est de solennitate; quo casu non sufficit scire, nisi denuncietur ſm regulam Cy.& ff. de adul.l.denunciasse.† Quæro, nunquid sufficiat denunciatio ad domum rn̄deo, sic, vt d.§.toties,& ff.de excu.tut. l. sceri oportet,§.oportet, & C.de anna.exce.l. vt ꝓfectus.& puto ꝙ sufficiat vna denunciatio per regulam traditam a Bar.ff.de re iud.l.ꝓtumacia.§.fi.ad hoc.ff.de vsur.l.mora. Non obst.j.eod. c.§.porro, in ver.peremptorio, quia alius est ibi casus sed contrarium C.de vsur.pupil.l.fi, C.de inge.& ma.l.diffamari.ff.de dig.act.l.si cõuenerint.ff.de ver.obl.l.qui Romę.§.cohęredes. Sed respondeꝫ, ꝙ aut agitur de grauamine inferendo absenti; & tunc requiritur trina citatio, aut non agitur de grauamine inferendo, sed de sola notitia inducenda; & tunc satisfit iuri ꝓ vnicã denunciationem, siue fiat præsenti, siue absenti. † Extra quæro, quid si testimonia sint publicata, cum non debuerint publicari. Rn̄deo, per hoc non perdunt vires suas; sed ille, qui ꝓcuntactus est attestationes, non poterit vlterius ꝓducere, hoc singulariter no.2,q.j.in primis, in gl.publicabuntur. ergo tempore publicandarum attestationum, & nisi publicẽtur, non probant.alias frustra fieret publicatio, ꝙ tene menti.

A D D I T I O.

a Vinc.God.Mors. Adde qđ alia est mors naturalis, alia ciuilis mors q̃ ciuilis, fit ꝓgressum religionis, non habet eundem effectũ, quæ habet mors naturalis, Goz.consi.41.nu.11.

S V M M A R I V M.

1 *Peremptorium vnum an sufficiat in tota causa.*
Peremptorium vnum num sufficiat, remittit.
Condemnatio etiam in fine termini fieri potest in prin.
Citatio peruenisse nunquid præsumatur, & nu.3.& 4.
2 *Impedimẽtũ, qui præstat, ne citetur, perinde est, ac si citaret̃ psonaliter.*
3 *Citatio facta ad domum, an præsumatur in notitiam deuenisse.*
4 *Quæstio quando dicatur esse super electione.*
De dictione, super, remissiue.
5 *Edictum publice propositum, an sufficiat ad scientiam præsumendam.*
Contumax an audiendus.

§. Porro. Iste §.ponit exceptionem a regula, sed ad illũ finem. Nam in superiorib. testes recipiuntur, sed tunc non publicantur, & fertur diffinitiua ꝺ absentem verum contumacem.hic autẽ recipiuntur oblato libello, & publicantur.quæ vera cõtumacia committit̃, quia peremptorie citatus comparere comtempsit, vel ne citaretur, se absentauit, vel impediuit, ne posset ad eum citatio peruenire. In verbo, Contemnit, sufficit, ꝙ contemnat in fine termini, licet a prin-
1 cipio ignorauit, vt ff.de appel.l.ex consensu.§.cum.† Sed nun
a quid sufficit vnũ peremptoriũ a in tota causa? dic vt no. Inn. s.de offi.dele.consuluit. Ibi, Malitiosè; quod prę̃sumitur, si ad eum citatio peruenit, vt ff de leg.j.l.eũdem.§.j.& ff. de re. iud.
2 l.non potest dolo carere. Ibi, Impedit.† No.ꝙ qui prę̃stat impedimentum, ne citetur, perinde est, ac si citaretur personaliter. ff.de euic.l.si ideo.§.fi.& ff.de fideicom.lib.l.si cum.§.ex iniusta.† Sed an citatio facta ad domum præsumatur in notitiam
3 diuenisse? Respondeo sic qualiquali prę̃sumptione, nõ quod constituat eum verum contumacem, nisi forte ei esset notificatũ ab amicis, vel domesticis, vt no.ff.de noui ope.nun.l. pupillo.§.si quis forte,& §.habet autem.† Quæro, qñ dicatur esse
4 qõ super electione? rn̄deo dupliciter, vel quia actus electiuus non fuit canonice celebratus, vel ratione personæ, quia erat electus criminosus.& idẽ dici põt in electione cuiuslibet clerici, ẽt si vocetur, vt veniat ad cõsentiendum electioni.omnes
b isti articuli dicunt̃ super electione.de ista dictione, super,b ha
5 bęs in l.j.C.commu.de leg.† Quæro, nunquid, sufficiat ad scię̃ tiam prę̃sumendam edictum publice propositum? Rn̄det gl.ꝙ sic;ꝙ verum est, nisi esset absens in partib.remotis, vt dicit illa.l.singularis.ff.de decre.ab or.l.fi. Quæro, qđ si receptis testibus appareat ꝓtumax & petat fieri litis ꝓtest. vel libellum sibi offerri, nunquid est in hoc audiẽdus; dic ꝙ nõ, vt no.Inn. & Io.An.in c.statuimus, de elect.lib.6.quod no.bene.

A D D I T I O N E S.

a Vinc. God.Peremptorium. Adde ꝙ peremptorium vim habet trinæ citationis & simplicis. Card. in clem. 1.5.nu.de foro comp.& peremptorij sunt termini probatorij. idẽ Bal.consi.77. lib.2.

b Vinc.God.Super. De ista dictione, super, adde Bal.in l.rescriptum.§. si pacto.de pact.vbi Alex.& in l.ad diem. de verb. obli. Aret. in auth. sacramenta. C. si aduers.vendit.

S V M M A R I V M.

1 *Coniugium spirituale quando contrahitur.*
Tempus legale ex causa potest arctari, & prorogari.
Dilatio quę sit in iudicis arbitrio.
2 *Mors per coniecturas, & formam probatur.*
Mors per coniecturas atq; famam probatur, & nu.4.
Tempora a sacris canonibus ordinata. quæ.
Priuatio beneficiorum, vel iuris alicuius, officij vel administrationis, si ea obtinentes absint, quando & quomodo facienda.
Citare prælatus clericum, vt ad ecclesiam reuertatur, etiam extra diœcesim suam potest.
An tempus quod permittitur, postea prohibetur.
Citari quis potest per edictum publicum. si nescitur, vbinam sit, & vbi proponendum.
Lex, Reus.ff.de mune.& hono.non habet locum in beneficijs.
3 *Fama & suspicio triplex, & ex eisdem oriuntur causis.*
De famæ ratione & causa potest interrogari testis.
4 *Diligentia ex parte citantis an sufficiat licet in citato nulla reperiatur culpa, vel contumacia.*

Si vero. Supra dictũ est, qualiter procedat̃ sup electione & matrimonio ꝺ contumacẽ: hic dicit, qualiter ꝓcedatur ꝺ absentẽ, non ꝓ contumaciam.& dicit, ꝙ aut agit̃ de matrimonio spũali ia ꝺcto, aut ꝺhẽdo, aut agitur de carnali cõiugio. Primo casu expectanda sunt tpa a sacris canonib. diffinita. Scdo casu expectabit̃ ꝓ spatiũ sex mẽsiũ, nisi ex cã statuat̃ plus, vel minus. Tertio casu expectatur tãdiũ ꝙ redeat, vel
1 moriat̃, vel ꝺstet de malitiosa eius voluntate.† Quæro qñ ꝺhit̃ coniugiũ spirituale? Rn̄deo ꝓ electionẽ, & ꝓ cõsensum electi ẽt añ ꝺfirmationẽ ſm Inn.& Host.Ibi, Nisi pẽsatis, No.ꝙ tps legale ex eã pt̃ arctari,& ꝓrogari.ꝺcor.l.2. ff. de re iu. & vide ibi Bar.& per Cy.in c.indultũ, de re.iu.li.6.dic ꝙ ꝺis dilatio ad veniendũ est in iudicis ptãte. Item dilatio ad ꝓbandum, nisi lex vltra ꝓcedat ꝺrium statuendo. sed dilatio ad appellandũ non est in iudicis ptãte. porro dilatio ad se ꝑsentandum corã iudi-
2 ce ad quem, est in arbitrio iud.cis, vt C.de app.l.ꝑses.† Ibi, Obitu verisimiliter, no. mortem probari ꝓ ꝓiecturas, & ꝓ famã, vt hic no dicit Ber.& no.C.so mat.l.si quidẽ. Quęro, q̃ sunt tpa a sacris canonibus ordinata? dic vt in gl.per Inn. Quęrit gl. de priuationibus istorum absentium a beneficijs, vel a iure suo. & dicit quod requiritur citatio, & causę cognitio, & verum dicit, & ad hoc optime facit l.3.§.si ad diem. ff.de re. milit. ibi est tex. multum notabilis. alia gl. dicit, quod si quis non potest

BIU Cujas

citari, contra ipsum non potest procedi; & bene dicit. cõcor. glos. Accur. q̃ nisi quis sit legitime citatus, sententia est nulla ipso iure, vt no. C. de accusa. l. si accusatoribus, vbi videas in glo. magn. ibi, in studio, vel in alio loco. Ex hoc manifeste apparet, quod prelatus potest citare clericum suum vbicunque existentem, quamuis extra diœcesim sit, vt ad ecclesiam reuertatur. Ibi, Primare, sic & tutor priuat, si non vult pupilli negocio interesse, vt ff. de suspe. tut. l. impuberibus, & ff. vbi pup. edu. de l. fi. sic & Doctor, qui negligit legere, põt priuari suo salario, nisi sit impeditus morbo, vel alia rationali causa. Ibi, vsq; ad certũ tempus. nam quod ad tempus permittit, post tẽpus prohibetur, vt ff. de leg 2. l. statu liberum. §. Stichum. Ibi. Si vero nescitur, nõ. optimam regulam, quod vbicunq; nescitur, vbi sit quis citandus, ibi sufficit edictum, vel bannum publice proponi. Ibi, vel amicos, vtrum amici sint citandi, alibi cam. Ibi. ff. de mune. & hono. reus, no. hic i lam l. non habere
3 locum in beneficijs ecclesiasticis. † In glossa, per famam, dic quod triplex est fama. s. temeraria, probabilis, & violenta. sic triplex est suspicio, temeraria, probabilis, & violenta. Et ex eisdem causis nascitur fama, & suspicio. & testis, qui deponit de fama, põt interrogari, quare homines ita famant, siue loquntur. quia ratio multum addit ad famam, vt no. Bart. ff. de qõ. l.
4 de minore. §. tormenta. † In gl. Si non potest, ibi, diligens inquisitio, no. q̃ sufficit diligẽtia ex parte citantis, licet in citato nulla reperiatur culpa, vel contumacia. & adde. ff. de dam. infec. l. si finita. §. si forte, & C. de resti. mili. ignorare. Item ad id, quod hic dr̃ de incertitudine mortis, facit. C. de capti. l. nec nos, & ff. de secun. tabulis. l. qui ex libertis, in principio. In tex. ibi, Eo ne quaquam. &c. No. quod mulier debet claudere os vuluæ, donec vir sit absens.

SVMMARIVM.

1 *Procedi potest in causa inquisitionis, lite non contestata.*
2 *Lis non est contestanda quando petitur sola publicatio.*
Attestationes non publicatæ, non probant.

1 **§. Sunt & alii.** † In tex. ibi, Inquisitio, no. q̃ in causa inquisitionis potest procedi, lite non contesta. quę inquisitio fit ex parte rei tantum, si præsens est si absens, non est necessaria respõsio rei, & hæc est regula, vbi in casu aliter põt procedi lite non contestata, vt no. j. qui filij sint legitimi, ca. per venerabilẽ, & C. de temp. ap. l. 1. §. illud. Si
a vero ex causæ natura non requirit litis a contestatio; & tunc distinguit, vtrum sit reus prẽsens, aut non, vt in c. dispendiosam, de iudi. in clem. † In tex. ibi, Testium publicatio, hic tãgit materiam c. significauit, j. de test. & no. q̃ quando petitur sola publicat. o, non est lis contestanda. Item no. attestationes non publicatas non probare, de hoc no. in l. 3. ff. quæ in frau. credi.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde, qd̃ lis non dicitur pendere ante litis contestationem. Rui. cons. 150. nu. 20 lib. 5. & lis in præsentia iudicis contestari debet. Rui. consi. 249 nu. 11. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Actiones multiplices sunt.*
Hypothecaria ex quibus oriatur.
2 *Actor an, & quando in reali actione mittatur in possessionem repetita, & quare.*
Fructus suos an faciat in possessionem ex primo decreto missus.
3 *Missio in Publiciana qualiter fiat.*
4 *Missio in hypothecaria qualiter fiat.*
Hypothecaria habet in se quid personalitatis.
5 *Mitti an possit quis in possessionem rei pohibitæ alienari.*
6 *Possidens rem pohibitam alienari, an lucretur fructus.*
7 *Alienatio si prohibeatur per testamentum, an præscribi possit.*
Satisdatio etiam ab immobilia possidente in casu præstatur.
Do expensis incertis satildare sufficit.
8 *Secundum decretum, an locum habeat in realibus.*
9 *Secundum decretum, quare non habeat locum vniformiter in psonalib.*
Possessionem quando locator, & deponens amittat, alio rem possidente.

1 **§. In aliis.** † Iste. §. est fundatus in iure ciuili. No. qũo hic ponitur distinctio actionum. Nam quædam sunt in rem, quædam in personam. in rem sunt, quæ oriuntur ex dño, vel quasi; hypotheca, vel quasi, vt ff. de rei. vend. in rẽ actio. & de quasi hypotheca dat duo exẽpla notabilia. primũ est, ff. de pig. l. si ab eo. fm est, ff. de dam. infe. l. vtique, & ff. vt in pos. leg. l. is cui. §. quæri, & l. 2. C. de præto. pig. hypothecaria. n. qñq; surgit ex dño obligantis, vt ff. de proba. l. ante oĩa, & no. in Insti. de act. §. Seruiana. qñq; ex publiciana hypothecantis, vt d. l. si ab eo. qñq; ex authoritate p̃toria, vt ff. de pig. act. l. non est mirum. §. sciendum. sed actio personalis, ex suis radicibus oritur, s. ex ꝯctu, vel quasi; delicto, vel quasi. Est & quinta cã anomala, quæ vocatur ex varijs figuris causarum, & plerunq; dr̃ actio datiua, & non natiua, vt ff. de act. & obli. l. j. & Instit. de ver. ob. §. sequens. Sunt & quadã actiones mixtæ in rẽ, & in p sonam, vt est petitio hæreditatis, & omnes vniuersales actiones. Item omnia iudicia diuisoria, vt C. de petit hęredi. l. hęreditatis. C. quibus non obiicit longi temporis præscriptio. l. hæreditatem, & Insti. de offi. iudi. §. fi. & ff. de vsuca. l. cum solus. in istis diuisoriis quis prosequitur ius suum, & alienum, quia interuenit quædam permutatio, vt no. ff. de verb. oblig. l. qui
2 Romæ. §. duo fratres. † No. q̃ in reali actione mittitur actor in possessionẽ rei petitæ. & hoc verum, vbi agitur de re corporali. Sed in incorporalibus dic, vt no. ff. de no. oper. nũc. l. si prius. ff. si ser. ven l. is cuius. Item no. q̃ ista missio ex primo decreto fit, vt reus attædiatus veniat responsurus. Sed quæro, in quo est illud tædium, nunquid missus poterit eũ expellere? rñdeo non, cum non fiat verus possessor, sed similiter secũ erit com possessor, & in hoc est tędium magnum, præsertim quando esset simul, & secum in cohabitione domus, vt l. 2. C. qñ & q. quarta pars debe. lib. 10. Item an missus lucrabitur fructus? rñ, nõ vigore primi decreti, nisi in casu, vt ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. apud Iulianum. §. fi. vel nisi hoc dictaret lex municipalis, vt est gl. sing. in Auth. de exhi. re. §. si vero etiam, in gl. quę incipit, q̃ ll. appellant. sed si missus est dñs, & constat de dñio, bene facit fructus suos tanquam dñs, vt ff. de rei ven. l. solum. §.
3 meum. † Quero, qualiter fiat missio in Publiciana? dic eodem modo quo fit in rei vendi. vt ff. de Publi. l. eum qui. §. in Publi
4 ciana, vt ibi no. † Quero, qualiter fiat missio in hypothecaria? Rñdeo iuxta mẽsuram debiti declarati, sicut in personali. vel dic, quod in tota re pignorata, etiam si vnus nũmus restaret ad soluendum, vt ff. de distr. pignorum. l. quamdiu. ff. de verb. obli. in executionibus. de hoc no. ff. de acqui. pos. l. 3. §. genera, & C. de præscrip. 30. an. l. si quis emptoris. §. si. Illud no. q̃ hypothecaria habet in se aliquid psonalitatis, quia accedit obligationi, vt no. ff. de pac. l. si tibi. §. de pignore. nõ tamen est vnũ cũ ipsa, vt ff. ad Treb. l, debitor, & l. si hęres pecuniam, in gl. & ff. de excep. rei iudi. l. ex cessante. §. latius, & ff. de pig. l. si fundus. §. si pluris, & §. in vendicatione. † Extra quæro, nunquid
5 quis possit mitti in possessionem rei ꝓhibitæ alienari? Rñdeo, nõ iure debitoris, nisi debitum descendat a ꝓhibente, vt dicit illa. l. notabilis. ff. de fideicom. libert. l. cum fideicõ. hęc q̃stio non procedit, si agens est dñs, quia tũc sine dubio mitti põt, quia mittitur tanquam in rem suam, & nemo est prohibere
6 valens, vt l. fi. ff. de Publiciana. Sed nunquid possidens rẽ alienam prohibitã alienari, lucretur fructus? glo. singularis distinguit, aut ꝓhibetur alienatio ꝓp rei vitium; & non lucrat fructus; aut ꝓp solennitatis defectum; & tũc lucratur, vt no. in l. 2. C. si quis ignorans rem minoris præ em. & illa gl. non est alibi.
7 † Sed quid si prohibetur per testamentum? Respondeo, hic reputatur rei vitium vnde prescribi non potest, hoc dicit lex illa vnica in iure. C. de vsucapione pro emptore. l. 2. Sed certe hoc vr̃ fallere propter iustam ignorãtiam possessoris, & eius a quo habet causam possidendi, vt ff. de leg. 2. l. fi. §. qui. glo. & omnes leges loquuntur de materia hmõi ꝓhibitionis fm Dy. In tex. ibi, iudicio fisti. No. quod hoc casu satisdat etiam possidens immobilia, vt no. Auth. de exhi. reis. §. si vero, & ibi longa glo. vnde hoc casu fallit regula, quæ ponitur in l. sciendũ, in prin. ff. qui satisd. cog. In tex. ibi, Exhibita satisfactione. hoc est verum, si expensę sunt certę, sed de incertis sufficit satisdare, vt dixit lex illa notabilis. ff. de statu liberis. l. statu lib. & vide quod no. de istis expensis in glos. magistra. 2. q. j. capitulo, in primis.
8 † In tex. ibi, Verus. i. plenus. sic. C. de episc. & cler. l. raptores. Quęrit glo. nunquid in realibus habeat locum fm decretum rndet quod non de necessitate, sed ad cautelã sic. hoc verbũ. s. ad cautelam, alibi nõ reperitur. dicet ergo iudex, quia nobis plene constat de dolo & contumacia, ideo rem ei adiudicamus ex secundo decreto. sed Accur. dicit contrarium. ff. de
9 dam. infec. l. si finita. §. Iulianus. † Quero, quid vult dicere glo. quod in personalib. hẽt locum fm decretũ, sed non vniformiter? dicunt quidam, quia non habet locum in cã noxali, vel damni infecti, contra quos est l. ædium. ff. de pecu. & fuerunt verba Accursij. ff. de iurisdi. om. iu. l. iubere cauere.

SVMMARIVM.

1 *Dominus in iudicio nominandus quis dicatur.*
Nominatio domini in iudicio a quo, in quibus, & quando fieri possit, & eius effectus, & nu. 4. 5. 6. 7. 9. 10. & 12.
2 *Litis contestatio an sit necessaria ad interrumpendum præscriptionem.*
3 *Depositarius an possit cõueniri rei vẽdicatione ab alio, quam a deponẽte*
4 *Nominatio an habeat locum in personali actione.*
Authen, Qua in prouincia. C. vbi de crim. agi op. intellectus.
5 *Feudatarius an possit nominare dominum feudi in iudicio, & per hoc transferat iudicium in ipsum dominum feudi.*
Vtilis actio prefertur directæ.
Emphytcutæ, & superficiarij possessionum genera distincta sunt a pre- & æquiparantur in hoc feudatario.
6 *Laicus conuentus coram iudice sęculari, quid iuris, si nominat clericum tanquam dominum suum.*
Mendaci in aufertur posessio, nisi pęniteat ante litis contestationem.

Pœnitentia

Pœnitentia liberat a pœna, ſi oportune fiat.
Poſſeſſionis in aduerſarium quæque fit ex mendacio nominantis translatio.
7 *Nominare dominum quid ſignificat.*
8 *Poſſidere qui dicit ſe alieno nomine, an hoc debeat probare.*
9 *Nominatio an habeat locum in actione mixta.*
10 *Dominus ſine nominatione ſciens cauſam ſuper re ſua agi, an poſſit comparere, & in ſe iudicium ſuſcipere.*
11 *Vſufructuarius, vel emphyteuta an ſit procurator domini ſui.*
12 *Summaria cognitio, & probatio triplex dicitur.*
13 *Probatio ſummaria fit per ſolum iuramentum calumniæ quantũ ad primum decretum interponendum etiam in reali iudicio.*
Seruare illud ſufficit, quod ſtatuta volunt.

1 **Quod ſi ſuper.** Iſte.§.ex iure ciuili ſumit.† Quæro quis dr̃ dn̄s in iudicio noīandus, Rn̄.ille, cui poſſeſſio euincitur, ſi noīatus ſe nō defendit, vt C. vbi de crimine agi oportet, auth.qua in ꝓuincia. Et circa hũc §.j.q̃ro, quì poſſint noīari? Secundo qui noīare. Tertio in quibus reb. Quarto quo tpe. Quinto quis ſit noīationis effectus. Circa primum dicit litera, ꝙ iſti poſſunt noīari, quorum nomine poſſidet. Circa ſm dicit litera, ꝙ illi poſsũt noīare, q̃ alieno noīe poſſident. Circa tertium litera diſtinguit, vtrũ agatur de rebus immobilibus, vel mobilibus. Circa quartũ litera dicit, quod ſtatim debet dn̄m in iudicio noīare. i. in litis ingreſſu ante lit. conte. Circa quintum dicit litera, quod iſta noīatio cũ ꝓtumacia ſubſecuta prodeſt ad interrumpendã p̄ſcriptionem lōgi tpis. Item ꝙ ſummatim examinato negocio fit miſſio in poſſeſſioſiem. † Opponitur, ꝙ ſit neceſſaria litis conteſtatio ad interrumpendam p̄ſcriptionẽ, vt C. de rei vẽdi. l. more litis. hic ſpeciale, quia modus procedẽdi inducit quaſi litis
3 conteſtationem. † Sed hic quæro de aliquibus, primo, nunqd depoſitarius poſſit conueniri rei vendicatione ab alio, q̃ a deponẽte. & vr̃ ꝙ ſic, vt ff. de rei vendi. l. officiũ. dicit Inn. ꝙ iſti, qui habẽt nudam detentationem, non p̃nt conueniri, ſi aduerſarius ſcit eos nudam tm̃ detentationem habere, qui non poſſunt præiudicare dn̄o ſuo, vt C. ſi per vim, vel alio mō. l. i. in fi. Sed ſi actor ignoret ipſos noīe alieno detinere, tunc bene ꝓdeſt iudicium; & ita intelligit. l. officium. ff. de rei vẽd. Tu dic, ꝙ agens non hẽt inquirere, qs poſſideat, ſed quis detineat & fiat executio in ipſam aſininam detentationem non p̃iudicando dn̄o rei. arg. ff. ſi mulier ventris noīe. l. j. §. neceſſario. vn de lex officium, debet intelligi in diſtinctẽ. Sed opponit, ꝙ expulſo colono, vel depoſitario, locator, vel deponens ꝓdat veram poſſeſſio. vt ff. de acq. poſ. l. peregre. §. quibus explicitis. Solutio ibi q̃ expellitur per vim, ſecus, ſi per iudicẽ, quia iudex non intendit, nec pōt preiudicare locatori, vel deponenti nō
4 citato, vt C. ſi ꝓp̃ publicas penſitationes. l. ſi decreta. hoc idẽ tenet Inn hic, vt s̃. dixi Bal. † Modo quæro, nunquid in perſonali actione, vt in poſſeſſorijs iudicijs habeat locũ iſta noīatio. Rn̄. glo. Io. dicit ꝙ non, vt no. 12. q. 1. c. quicunq;. & eſt rō, qa noīatus non conuenitur neq; reali, neq; perſonali, quia obligatio perſonalis reſidet in noīante, vt ff. de vi & vi arma. l. cũ ante. Sed ꝰ hoc opponit de auth. qua ī ꝓuincia. C. vbi de crimi. agi oportet. Sol. ibi noīãs ſuſcepit defenſionem noīati, a quo dicit ſe habere mandatum, vel comparet tanq̃ negociorum geſtor ipſius: hic añt non defendit eum, ſed magis refunditī ſtantiam in eum; & ſic iſta denunciatio nihil habet cõe cum illa auth. Sed pone, vir conuenitur ſuper re dotali, nunqd pōt noīare vxorẽ in iudicio? Rn̄deo, aut loqueris ad inſtātiæ trãslationem; & non pōt, vt l. j. C. vbi in rem actio. & ff. de iudicijs. l. vẽditor. aut ad ſuam inſtructionem, & ad regreſſum euictio
5 nis noīe; & tunc pōt, vt ff. de eui. l. Herennius. † Quæro, qd de
a feudatario, nunquid pōt noīare dn̄m feudi in iudicio. & per hoc transferat iudicium in ipſum dn̄m feudi. rn̄. nō nam poſſeſſio naturalis eſt penes ipſum feudatarium, & defenſio quã facit non eſt aliud, quam ipſa naturalis poſſeſſio, quam tenet noīe proprio, nō alieno, vt ff. de vſufr. l. cuiuſcunq;. §. ſi fund⁹. itaq; in ipſa naturali poſſeſſione, & detentione nō habet ſuperiorem, imo eſt ipſe ſuperior dn̄o feudi: qa in vtili dn̄io vtilis prefertur directæ, vt l. i §. ait. ff. de ſuperficiebus. porro reſpectu ciuilis poſſeſſionis non pōt ab eo res vendicari: quia non poſſidet ciuiliter, ſed dn̄s feudi eo reſpectu feudi cõueniẽdus eſt, quia ẽt ꝰ ciuiliter tm̃ poſſidentẽ rei vẽdicatio datur. Iſte eſt caſus textualis in d. l. cuiuſcunq;. §. ſi fundus, & nō eſt alibi. Idẽ dico in emphyteuta, & ſuperficiario, quia diſtincta sũt
6 apud eos poſſeſſionum genera a proprietatio rei, ut no. in l. 2. C. ubi in rem actio. †Sed quid ſi laicus conuentus coram iudice ſeculari nominat clericum tanquam dn̄m ſuum. Rn̄deo probato, ꝙ a clerico habeat cauſam, fiat remiſſio proceſſus ad ep̃m. & ſi nominans mentiretur, debet ſtatim ſibi auferri poſſeſſio officio iudicis ẽt ſine libello, ut ſolẽniter no. in Auth. de trien. & ſemiſ. § pe. colla. 3. iſtam ergo pœnam patitur ꝓp̃ mendacium, niſi ante litem conteſtatam pœniteat, ut ff. de noxal. l. electio. §. ſi is, & ff. de interrogatorijs actionib. l. de ætate. §. fi. hoc intellige, ſi pœnitet anteq̃ conuincatur de mendacio. ſed poſtquam eſt conuictus, nō puto, ꝙ habeat locum pœnitentia, per illam legem ſingularem. ff. de iureiurã. l. quamuis. dixit Iun. ſi nomino aliquem in iudiico tanquam dominũ, & ipſe dicit ſe non poſſidere trãsfertur poſſeſſio ad aduerſarium ꝓp̃
7 mendacium. Inn. †Sed quid vult dicere nominare dominũ? Reſpon. idẽſt authorem nominantis, quem nominans aſſerit poſſidere, & cuius nomine ipſe nominans poſſidet, vel tenet ſed ſi eius nomine non tenet, vel ille non poſſidet, iſtud nō ẽ nominare dn̄m in iudicio, quia ille ſuo nomine proprio non patitur iudicium rei vendic. vt ff. de vſuc. ſerui nomine. vnde vſufructuarius non nominat proprietarium, vt in eum trãſferat iudicium, ꝙ vſufructuarius habeat propriam poſſeſſionẽ licet poſſit nominare ad quandam inſtructionem, & deliberationem, & idem in ſimilibus. ff. de vſufru. & no. in l. 2. C. vbi in rem actio. authorem vero dr̃ habere ꝓcurator poſſeſſionis, vt l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo. In perſonali autem non, ſi ī rẽ ſcripta non habet locum nominatio dn̄i in iudicio, quia ꝓſo-
8 nalis actio non ſequitur fundi poſſeſſorem. †Sed nunquid ille qui dicit ſe alieno nomine poſſidere, dẽt hoc probare? reſp. ſic, quia hoc eſt quædam excipere, & declinare iudiciũ ſm
9 lac. de Are. Cy. & omnes. † Quero, nunquid in actione mixta habeat locum iſta nominatio? iſtam quæſtionẽ mouet Guil. de Cu. ff. de peti. hære. l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. dic vt dixi
10 in d. l. 2. C. vbi in rẽ actio, in ſolẽni mea lectura Codicis. † Sed nũquid dn̄s ſine nominatione ſciẽs cauſam ſuper re ſua agi, poteſt cõparere, & in ſe iudicium ſuſcipere? rn̄. ſic, vt ff. de pet. hæredi. l. ſed ſi lege. §. item ſi rem diſtraxit, vbi eſt text. ſolennis. Sed hic quero, quid ſi poſſeſſor cõuentus rei vẽdicatione fuit ꝓ vim expulſus abſq; fraude, & ſimulatione, & nominet in iudicio expulſorem', & petat cum eo congredi, & ſe abſolui? Reſpõdeo aut cedit actori interdictum, vnde vi; & dẽt abſolui, alias non, iſte eſt tex. vnicus in iure. ff. de peti. hæred. l.
11 quod ſi in diem. §. Iul. ſcribit, ſi is. † Quæro, nũqd vſufructuarius, vel emphyteuta ſit procurator dn̄i ſui? & videtur ꝙ ſic, vt ff. de no. ope. nunc. l. 1 in fi. & ff. vſufr. quemadmodũ cau. l. j. §. fi. In cõtrarium videtur, quia ipſe ꝰ alium agẽs de rato cauere tenet̃, arg. in l. 1 C. ſi per vim, vel alio modo. ad hoc facit etiam. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. fi. & quod ibi no. per Bar. eſt tamen verum, ꝙ interruptio præſcriptionis facta per eos ꝓ deſt proprietario. tex. eſt vnicus in d. l. j. in fi. ff. vſuf u. quemad
12 modum ca. † Vltimo conclude, ꝙ in omnibus poſſeſſoribus, qui poſſident ita ſibi, quod nullo modo poſſident alij, ſi conueniunt̃, non poſſunt alium in iudicio nominare. Item ſcias, quod ille, qui non poſſidet, licet habeat facultatẽ rei reſtituendæ nō tenetur rei, vendicatione hoc probat illa lex ſingularis. ff. de vſuc. l. ſerui nomine. vnde ſi tranſtuli in te veram poſſeſſionem alicuius rei cum pacto quod ad meam petitionem & terminum teneris mihi reſtituere, non propterea poſſum cõueniri rei vendicatione, niſi poſtq̃ reſtitueris, vt ff. de pact. l. ſi cum fundũ, in gl quæ incipit, ſec⁹. Adde, ꝙ ſummaria cognitio dr̃ tripliciter, primo reſpectu ordinis tm̃. Secũdo reſpectu probationum tm̃. Tertio vtroque modo ſimul, vt hic, & ff. ad exhi. l. theſaurus, & l. cui. §. cauſæ. ff. ad Carbonianum, & ẽ gl. ſingularis. ff. vt in poſſ. leg l. is, a quo, ibi, in gl & ſic obſeruatur
13 de facto. †No optimam gl. ꝙ per ſolum iurameutum calumniæ fit ſummaria probatio quantum ad primum decretũ interponẽdum, etiam in reali iudicio. In gl. ſed quamdiu, ibi, ſufficit legislatorẽ ita voluiſſe, & c. No. ꝙ ſufficit ſeruare illud. qd ſtatuta volunt. idẽ in gl. in l. 2. C. de iu. do. impe. Et ideo tu aſſeſſor ſtatutis municipalibus debes inhærere; quod nota bene.

ADDITIO.

2 Vinc. God. Adde, feudatarius contra dominum, qualiter formet libellum, & e contra. Spec. in tit. de feu. §. 3. Et feudatarius qui a domino alienare prohibetur, an poſſit alienare. Rui. conſi. 168. nu 23. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Miſſio in poſſeſſio. omnium bonorum, licet olim fieret propter contumaciam rei, hodie tamen fit pro modo debiti declarati, ſed non ſemper, & pro expenſis, damnis, & intereſſe.*
Contra contumacem qualiter procedẽdum in actione perſonali, in prin.
2 *Miſſio ſi ſit facta partim ex falſo debito, partim ex vero, an ſit valida.*
Miſſio in poſſeſſionem bonorum eſt pœna.
Mora ſucceſſiua ſucceſſiuam pœnam deſiderat.
Alternatiua poteſtas iudici data amplectitur etiam vtrumq; ſimul.
Procedendi modi iudiciales in poteſtate ſunt iudicis.
Declaratio per modum debiti quomodo intelligatur, & probetur.
Iuramentum calumniæ extraordinarium non excludit ordinarium.
3 *Miſſio an prius debeat fieri in res mobiles, quam immobiles.*
4 *Miſſio an teneat, ſi in executione diffinitiuę peruertat̃ ordo l. a diuo Pio.*
5 *Miſſio vltima ſi fiat in nominibus debitorum, an hoc locum habeat, in pupillo, vel eccleſia.*
6 *Debitor meus ſi depoſuit penes te pecuniam, an reputetur inter mobilia vel inter nomina debitorum.*

BIU Cujas

Contradictor tertius si compareat ad impediendum bonorũ possessionẽ, an & in quibus casibus admittatur.

7 *Reus si stetit per 30. annos quod non obtulit an sit ꝓscriptũ ius offerẽdi.*

Offerendi facultas an & quando sit ius, & quibus competat, & præscribatur, atque prosit.

Creditor gerit imaginem debitoris.

Creditor in possessionẽ missus quando de possessione recedere teneatur, & numero 8.

Confessio debiti sine iudiciario præcepto, non habet executionẽ paratam

8 *Recedere an debeã possessione occasione conuẽtionis, si habeba hypothecam conuentionalem & sum missus per prætorem, & reus offert satisfdationem expensarum.*

Missio in possessionem qualiter fiat ex causa damni, vel interesse propter delictum.

9 *Debitor an audiatur post secundum decretum.*

Successor omnis pro sententia iudicis tenetur stare colono, & inquilino.

§. Sinautem super. In hoc. §. no. primo, qualiter sit procedẽdum, & ad quid ꝺ reum contumacem in actione personali, quia iudex mittit actorem in poss. bonorum mobilium ipsius, vel inmobilium si forte mobilia non habeat pro mõ, seu mensura debiti declarati, vel excõicabit reũ, nec simul ista oĩa faciet, sed successiue, si hoc meruerit pertinacia cõtumacis.† No. secundo, ꝙ li
1 cet olim ꝓp ꝓtumaciã rei fieret missio in poss. oĩum bonorũ,
a vt C. de bo. auth iudi. poss. l. cum proponas, tñ hodie iure canonico & ciuili fit pro modo debiti declarati, supple & ꝓ litis expen. & ẽt pro alij damnis, & interesse, quæ veniũt ex officio iudicis, vt no. 2. q. j. c. in primis, in gl. magna, & in auth. ei qui iurat. C. de bo. auth iud. poss. Nam sine expen. impossibile est iudicium duci, & no. ff. de iureiur. l. alias. adde ẽt, ꝙ olim fiebat missio per mẽsuram debiti, si fiebat in executionem iudicati, vt no. ff. de re. iud. l. a diuo Pio. §. si pignora. Item adde, ꝙ ẽt hodie interdum fit in oĩbus bonis, si quod petitur, non habet certã quantitatem vel naturam, exemplum ff. si ser. ven. l. is cuius.
2 † Sed quid si missio facta est partim ex falso debito, partim ex vero? Rñ. ipso iure non valet in aliquo. l. si totũ debitum est verum. sed si est facta in re maiori, q̃ sit debitum, valet vsque ad eius currentem quantitatem. Casus est notabilis in l. fin. §. j. C. de bo. auth iudi. poss. In primo. n. membro Bar. consuluit in nihilo valere, vt dixi per l. si non sortem. §. si centum. ff. de cõdi. ĩdeb. tñ donec soluat verum debitum, põt pignori incumbere ita tamen, ꝙ fructus extenuent sortem, vt ff. de sol. l. Titia. §. cũ
3 ꝓp dotem quæ lex in suo casu mirabilis est.† Tertio no. in verbo. Alterutra pœna, ꝙ missio in poss. dr̃ pœna. sic. ff. de in ius vo. l. satis. Quarto no. ꝙ successiua mora successiuam pœnam desiderat. atigẽt. n. contumacia debitoris pertinacia. Quinto no. ꝙ ista litera vr̃ dare iudici potestatem mittendi, vel excõicandi, quasi dicat, ꝙ si non vult mittere, sed excõicare, nõ tenetur in poss. mittere, nec econtra; quod non puto verum, quod nõ teneatur in possessionem mittere, quia ex tali missione debet queri pignus prętorium, & quia est actus necessariæ iurisdictionis, vt ff. de iurisd. om iudi. l. j. nisi forte reus ad solam excõicationem sit iuri pariturus; & ita intelligitur litera, quia superflu is multis non est vtendum. Item no. ꝙ modi procedẽdi sunt in iudicis potestate in his, quæ officium iudicis concernũt. Hoc modo quæro, quid est dictũ, pro modo debiti declarati? Rñ. ista declaratio fit in libello, & probat summatim per iurm calumniæ, vt no. in Auth de exh. reis. §. si vero. Nam in ingressu iudicij præsumitur pro actore, vt no. ĵ. de resti. spol. cum ad sedem. & istud iurm calumniæ non est ordinariũ, sed extraordinarium, & potest præstari per procuratorem, vt no. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. qui alieno & si postea lis contestetur, erit iterato prestandum ordinarium calumniæ iurm, vt C. de iudi. l. rem non nouam. §. partem. Quer̃, nunquid primo debeat fieri missio in rebus mobilibus, quam immobilib. Resp gl. ꝙ sic, per l. a diuo Pio. ff. de re iudi. sed illa loquitur in
4 executione diffinitiuæ, hęc in interlocutoria, vbi hoc relinquit arbitrio iudicis, rex. est hic valde singularis.† Quero, qd si in executione diffinitiuę peruertatur ordo l. a diuo Pio? Rñ non tenet missio. vel saltem debet reuocari, quia iste ordo est inductus fauore debitoris. arg. ff. de reb. eorum. l. magis puto. §. nec tñ. hoc tenet hic Io And. & bene, licet alii dicant ꝓrium, qa dicunt, quod ille ordo non est de substantia siue de nã executionis, pro quibus bene facit in Auth. de fi. instr. §. quod autem. Sed ibi est speciale, vt ibi no. in dubio ergo melius est ordini iuris seruire quasi cuidam formę traditæ ipsi iudici, alio quin frustra lex hanc formam tradidisset. Non tñ puto, ꝙ esset ipso iure nulla missio; sed ꝙ possit appellari, vel peti reuocari
5 contrario imperio.† Sed quid, ecce in nominibus debitorũ debet fieri vltima missio, nunquid hoc habet locum in pupillo, vel ecclesia; dic quod si eis expedit, potest incipi a missione ipsius iuris corporalis debiti, vt eleganter no. per Cy. C. de sac.
6 san. eccl. auth. hoc ius porrectum, in prima qõne.† Item quid. ecce deposuit debitor meus penes te pecuniam, nunquid reputat inter mobilia, vel inter nomina? Rñ. si extat, fit missio tã quam in rem ipsam debitoris, non tanquã in nomen. vnde depositarius. renet exhibere eã, nisi debitũ fuisset factum trãslatio dñio, qa tunc nõ posset fieri missio nisi tanquã in nomen debitoris, vt ff. depositi. l. die si. onsaliorũ. sed si esset ꝓmixta cum aliena pecunia, & non esset translatum dñium pecuniæ, posset fieri missio in ipsum corpus pecuniæ pro rata pillam l. no.
b ff. locati. l. in naue Saufeli. Item si pecunia b esset parata solutioni, puto ꝙ in quodlibet nomen debitoris posset fieri executio tanquã in rẽ mobilẽ, vt ff. de ver. sig. l. mouẽtiũ. deinde vides, ꝙ litera dicit, in possessionẽ bonorum ipsius rei, mõ q̃ro, quid si terrius venit ad ꝺdicen. Rñ. aut asserit se detinere, aut se possidere, aut dñm esse, aut se hypothecam hẽre, aut ꝓtendit apud interesse. primo casu aut ꝓtendit causam a reo; & nõ admittit eius ꝺdictio, vt C. de iu dic. l. ꝓperãdũ. §. si aũt reus. ibi, ꝑsona eius prætendentis & c. aut a quodã alio, & tunc admittit eius ꝺdictio, vt l. j. §. necessario, & ibi per Bartol. ff. si mulier vẽ. no. quod alibi non reperies. Secundo casu refert, aut agitur ex vltima voluntate, aut est alia cã primo casu, aut habet cãm ab hærede: & non impeditur missio, aut non, sed ab alio, & impedit missio. l. is cui. §. qui in possessionem. ff. vt in poss. leg. secũdo casu impeditur missio, vt C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum, nisi cãm acquisiuerit lite pendente, vt no Cyn. C. de ali. iudi. l. j. Tertio casu principali, q̃n cõtradictor venit iure ꝓprietatis absq; eo ꝙ possideat, non impedit missionem, nisi ad hunc effectum, quod res non prescribatur, vt ff. de re iud. l. a diuo. §. si sup, & §. sic euenit. Quarto casu principali nõ impedit missionem, quia duo possunt habere hypothecam diuerso iure, & quilibet insolidũ. Quinto casu, puta emptor, qui emit rem nondum traditam. certe iste non impedit missionem, qa non habet ius reale, nec possidet vel detinet, vt ff. de rei vend. l. si ager. & hęc distinctio est multũ notabilis. Deinde videas, ꝙ annus non patrocinatur creditori, quia reus habeat ius offe-
7 rendi.† Modo quæro, quid si reus stetit per xxx. annos, quod
c non obtulit? dicunt gl. cõiter, quod præscriptum c est ius offerendi. Iac. de Are. dicit, quod facultas offerendi nõ est ius, sed factum, & ideo non prescribitur, vt ff de via publica. l vim publicam. Tu dic, ꝙ est ius, quia est in bonis nostris, & ideo non competit alii nisi nostro noĩe, vt no. C. de solu. l. obsignatione. vel nisi ipse sit vnus ex creditoribus, vt C. de prescript. 30. an. l. cum notissimi. §. in his. vel nisi possideat, vt ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. Paulus. §. qui pignoris. tunc. n. ꝑt offerre suo nomine, præsertim cum iuri offerẽdi est annexa necessitas cedendarum actionum, vt ff. qui po. in pig. ha. l. mulier. Item q̃q; facultas offerendi consistit in iuris dispositione & tũc sapit ius. ff. de cap. & postli. re. l. in bello. §. si quis seruum. Quandoq; cõsistit in facti contigentia, vt facultas eundi ad ecclesiam, vel ad sanctũ Iaco. & ista facultas est factum, non aũt ius propriũ, licet si quis impediat hanc facultatem, teneatur actione iniuriarum, vt no. in l. quib. diebus, in prin. ff. de condi. & dem. Redeundo tñ ad propositam qõnem, dico, ꝙ creditor gerit imaginem debitoris, & ideo non prescribit, vt C. de prescr. 30. an. l. cum notissimi, in prin. Item mala fide tenet rem alienã obla to sibi debito, ergo nullo tpe præscribit, vt no. Cy. in c. locuple tari, in fi. de reg. iur. lib. 6. sic igitur huic iuri offerendi non prescribitur. Simile est, si promisi x. sub pœna. Nam ẽt post 39 annos possum offerre decem, ne incidam in pœnam, præsertim quia ius offerendi pẽdet hic ad excipien. ff. de verb. sig. l. interdum. §. fi. In gl. sed nõ vr̃, ista gl. opponit, & diuersis modis soluit, vltima solutio est vera. In gl. siue confiteat debitum. Istud verbum est valde notabile, quia licet debitum sit cõfessatum, tamen creditor tenetur recedere de possessione, si præstat satisdatio, & restituuntur expensæ & hoc verum, si missio non fuit facta in executionem confessionis tunc. n. oportet soluere, no satisdare, sicut si esset facta missio in executionem iudicati, vel dic, ꝙ gl. est simpliciter vera, ante q̃ præceptũ iudicis sit factum in ꝓfessum. nam sine ꝓcepto confessio non hẽt paratam executionẽ officio iudicis, alias frustra requireret ꝓce-
8 ptũ ꝙ est falsum, vt ff. de iu. l. si debitori.† Sed hic quero, ecce ꝙ habebam hypothecam conuentionalẽ, sum missus ꝑ ꝓtorẽ reus offert satisdationem expensæ, nũquid debeo recedere a possessione

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde ꝙ missio in ꝑ possessionem propter contumaciam, cum reuocatur infra annum, quæ expẽsæ reficiãtur. Spec. de contu. §. 4. & quæ cautio præstetur. in tit. de satisd. §. 2.

b Vinc. God. Adde ꝙ pecunia non venit appellatione possessionum in contractu, vel testamento rustici, licet pecunia possideatur, nisi de consuetudine loquendi contrarium constet. Bar. in l. vxorem §. legauerat. de leg. 3. Cin. & Bal. in l. fi. C. de com. in. col. fi.

c An præscribatur iuri offerendi vide Bart. in l. pignori. ff. de vsuca. & an præscribatur facultatibus, videm lta allegata per Fel. in c. cum accessissent. de const. versi. generaliter remissiue.

BIU Cujas

possessione occasione cõuentionis? rñ. debeo de possessione discedere, quia satisfactum est iuri, & redit missio ad nõ cãm, nisi forte ex pacto, vel ex l.municipali haberem ius ingrediẽdi mea authoritate, vel debitor constituisset se hypothecã p̃cario noĩe possidere. Nam & si tunc pp obseruandum iuris ordinem deberem extra mitti, tñ statim deberem in pos.reponi. ar.j.de cã pos.cum dilec.& C.de iudi.l cum debitoris. Quẽro cũ ex oĩ delicto, in quo vertitur damnum, vel interesse, oriat actio in factum ad interesse, nisi de titulo actionis noĩatim sit lege cautum, vt no.in l.fi.ff.nau.cau.sta.& ff.pro socio. l.nec p̃ termitten.& ff.de fal.l.in noĩe,& l.nõ debet. ff.de do.qualiter fiet in poss.missio? Rñ.iuxta interesse taxatum in libello, vt l. certi condictio, in prin. ff.si cer.pet.& l.3. C.de inutil.stipu q̃ text.est notabilis.in actione aũt iniuriarũ. īl.Cornelia fiet missio iuxta arbitrium prætoris ẽt in oĩb.bonis, si prætori hoc videatur, vt ff.de iniur.l.iniuriarum ẽstimatio, & in gl.In l.autẽ Aquilia fiat missio iuxta aptitudinem ipsius actio. Nã in ipsa cõsideraĩ aptitudo, vt Insti.ad l.Aquil.§.1. † Quẽro post ſm
9 decretũ, vtrũ debitor audiaĩ? Rñ.nõ, si rite & recte & efficaciter est interpositũ, & si quidem debitũ descendat ex re ipsa, vt in cã noxali, damni infecti; vr̃ debitor habere rẽ p̃ derelicto vt no.in l.prætoris, in prin. ff.de dam.infe. Si vero debitum descendit ex persona, vel ex ɔ̃ctu, vr̃ debitorem dedisse insolutũ vt ff.de euic.l. si pignora,& C.de euic.l.si ob cãm. Itẽ si iudex vendidit, vr̃ debitor vẽdidisse.& est no. q̃ hoc casu emptor & recipiẽs in solidum tenetur stare colono debitoris, vt ff.de bo. autho.iudi.poss.l.in vẽditione.§.primo,& ibi per Bar. ex quo singulariter no.quod omnis, qui succedit per sententiam iudicis, tenetur stare colono,& inquilino, nisi locatio cẽt facta in fraudem; quod tene menti.

De iuramento calumniæ. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iramentum calumniæ qualiter fuerit olim inuẽtũ,& q̃ p̃stare debeant.*

2 1 Vramentum · †calumniæ olim fuit inuẽtũ per edicta prætoris mortui in certis casibus, vt ff.de no.ope.nun.l.de pupillo. §.qui opus.ff.de dam.infe.l.qui bona.§.qui alieno, & ff. de iureiu.l. iusiurandum.§.qui iusiurandum, cum similib.tãdem fuit statutũ, q̃ præstaretur generaliter in oĩb.causis, vt C.e.l.1. & 2.§. sed qa uerum. demum fuit statutum, quod ipsæ principales p̃sonæ iurarent per seipsas, vt C.eod.tit.Auth.principales, quod dic vt statim dicam.j.eo.c.1.

A D D I T I O.

2 Vinc.God. Adde quod iuramentum calumniæ præstari potest etiam per procuratorem. Cin.in auth.sacramenta,q.9.C.si aduer.ven.& in l.2.§.sinautem.C.de iura. calum. vbi Bart vide Rotam decis.39.quidam . & decis.430.procurator. Cor.cons.86.contra litera a,& b,& seq.lib 4.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ in causa Ecclesiæ põt alteri cõmittere clericus.*
A generali sermone quando nullus intelligatur exceptus.
Dictio omnes, non includit exemptos, nec specialiter prohibitos .
2 *Statutum in loco, an extendat vires suas extra locum .*
Velle quis non præsumitur quod non possit, & nu.3.
3 *Statuti efficacia an porrigatur ad res sitas extra territorium statuẽtiũ.*
Interpretatio unius legis ab alia fit, & multis modis.
Canones obtinent uim legum ciuilium, & potestates terrarum tenentur eos obseruare.
4 *Clerici beneficiati non tenentur respondere positionibus sub iuramento .*
Ex iuramento calumniæ, & in defectum probationis delato, non oritur actio, nec exceptio.
Iuramentum clerici non ualet præstitum extraneo episcopo.
Iuramento calumniæ quinque capita continentur.
5 *Iuramentum calumniæ an sit præstandum in causa criminali.*
Iuramentum de ueritate non præstatur nisi ad decisionem litis.
6 *Clerici an possint iurare in contractibus sine authoritate superioris.*
Iuramentum calumniæ subire qui ualeant .
Syndici constitutio capitularis absq; authoritate episcopi tenet.
Capitulum feuda recipere, & iuramentum fidelitatis præstare potest .
7 *Prælati in causis ecclesiarum suarum an dicantur personæ principales .*
Principales personæ quæ dicantur.
8 *Papa si causam committat, non est necessario requirendus episcopus .*
Episcopus consulere non oportet, ut adeatur eius uicarius.
Venia capitur multis modis.
Leges allegari possunt in clericorum fauorem.

CAP. PRIMVM.

1 Nhærentes. Clericus in cã Ecclesiæ suæ iuramentum calumniæ p̃t alteri committere & per se iurare non cogitur. & primo ponit exordium. Secundo ponit dubium, quod surgit ex quasi ɔ̃rietate duarũ legũ ibi, legib. Tertio illud diffinit ibi, vt ergo. Quarto moderaĩ ibi, verum. Quinto ɔminaĩ ibi, omnibus. Casus. Primo dicit, interpretatio, & decisio dubiorũ p̃tinet ad Papã. Scdo dicit, q̃ erat qõ, vtrũ clerici tenerentur iurare de calumnia? & arguit primo q̃ nõ. scdo ibi, vt oẽs, & arguit q̃ sic,& tacite rñdet ad ɔ̃r.ũ. Tertio dicit, q̃ nõ cogunt̃ iurare p̃ ɔstitutionẽ Iustiniani, & p̃ ɔstitutionẽ Henrici, sed possunt alii ɔmittere, si suæ Ecclesiæ viderint expedire. Quarto mãdat q̃ episcopus nõ audeat iurare incõsulto Romano Pontifice, nec alius clericus inconsulto suo prælato. Quinto ɔminaĩ pœnam sine spe venię Ibi, grauiores, inter has connumerant illæ, q̃ pẽdẽt ex ɔrietate imperialium ɔstitutionũ. In tex. ibi, vt oẽs, no.arg.q̃ a generali sermone nullus excipit̃. sed certe ista argumẽtatio locũ hẽt, qñ eadem rõ est, & conditio omnium particularium, alias secus, vnde hæc dictio, oẽs, non includit exemptos, nec specialiter prohibitos, vt C.de silẽ.l. decurionibus, li.x.& ff.ad Tur.l.Lucius. C.fami.ercis.l.quoties.ff. de leg, j.l.ab oĩbus, in prin ff.de leg.2.l.legatorum.§. qui plures. C. ſne censu, vel reli.l.oẽs,& ibi no. Ibi, Ad alios non creditˉ perti
2 nere.† Collige, q̃ statutum in loco non extendit vires suas extra locum; quod est verum, qñ locus est appositus cã limitandi statutum, vt C.de test.l.fi. Idem est, si statutũ procedit a potestate limitata, vt ff.de iurisˉ.om.iud. l. extra territorium. Sine ergo procedaĩ a p̃tate limitante locũ, sine a potestate limitata in loco, non excedit fines, quibus circunscribit̃, nisi per aliam legem extendaĩ, vt hic,& C.de sac.san.eccl. auth. hoc ius porrectum,& l.j.in prin.C.de vsucap.transfor.ff.de pig.l. in quorũ finib.duo ergo restringunt statutum. s. potestas limitantis, qui põt facere statutum vniuersale,& nõ vult facere vniuersale, sed locale, & potestas limitata, qa si vellet facere vltra suã iurisdictionẽ, non posset,& nemo p̃sumit̃ velle, q̃ non potest de iure, vel de p̃petuo impedimento, ar.C. de leg. l. vxor.
3 patrui.† Et prædicta faciunt ad qõnem statuti, quo permittit̃, vel prohibetur aliquid ɔ̃ ius cõe, vt efficacia statuti non porrigatur ad res sitas extra territorium statuentium. vnde si statutum dicit, q̃ inter coniunges valeat donatio irreuocabiliter, vel q̃ valeat testñ, in quo instruit̃ spurius, mens statuti nõ extenditur ad res in alieno territorio sitas, vt C.de sum. Trinita. l.j. & idem econtra dico, si statutum p̃hibet permissa a iure cõi, vt puta mulierem succedere ab intestato, nam ista successio, quantũcunq; sit vtilis & sui natura necessaria, tñ pp p̃hibitionem iuris non hẽt ius accrescendi, vt no.in simili.C.de sec, nup.in l.j.vbi est gl.sing.& multo minus, si statutum disposuit de particulari succes.ione, in qua nõ hẽt locum ius accrescẽdi, puta vt vir lucret̃ totam dotem. Nam non lucrabitur bona dotalia existentia extra territorium statuentium, arg. ɔ̃. ff. de iud.l.exigere dotem. Nam speciale vr̃ in dote, vt sequamur cõ suetudinem viri, sed illud est verum in bonis subiectis illi consuetudini, si bona loco cohærent. Sed in quantitate, vel genere inspicimus p̃sonam.i.virum, qui est caput vxoris. Ibi, per interpretationem, no.q̃ vna lex interpretaĩ aliam extensiue, sed qñq; interpretatur declaratiue,& tunc restringitur per suum antecedens, vt est bonus tex.& gl.in Auth.de fil.ante instr.do. natis.l.fi. Ibi, vim legũ, no.quod ex quo canones obtinent vim ciuilium statutorum, quod ẽt potestates terrarum tenent̃ obseruare canones q̃ dic vt j̃ de no.ope.nun.c.j. Ibi compellantur, põt tñ iurare, si vult, quia nemo inuitus cogit̃ vti proprio
Comparere quando quis teneatur coram delegato, & ordinario, si est extraneus, & alijs ex causis, & num. 3. & 4.
Et citato venienti edendum citatorium rescriptum. num. 4.
Extraneus, vel non subditus puniri non potest nisi prius cognito de iurisdictione: secus, si non opponitur.
3 *Ordinarius in territorio suo, & in incolas habet iurisdictionem, & an de priuilegio exempti.*
Declinatoria in quibus casibus opponi non possit, & renunciari uideat.
4 *Dilationes deliberatoriæ non sunt dandæ, nisi semel.*
Rescriptum producere loco libelli non sufficit.
Citatio iudicis delegati vt teneat, quæ seruanda.
5 *Cognitio causæ, an requiratur in prima citatione.*
Terminus generalis a iudice statui potest ad ostendendum & probandũ totum & quicquid &c.
6 *Judex an possit sine citatione aliquid facere.*
Expectandus est citatus.
Pro iudicis facto præsumitur, & num. 8.
Impeditus in uno teste, non datur dilatio ad omnes producendum.
7 *Dilatio an sit communis utrique litigatorum.*
8 *Productio testium & instrumentorum, an sit communis.*
Dilatio an danda sine causæ cognitione, & alia de dilationibus.
Audiatur an quis post terminum peremptorium & postquam est in causa conclusum.
Peremptorie verbũ, an sit adijciendũ, qñ dilatio datur ad probandum.
9 *Dilatio data an possit reuocari.*
10 *Dilationes plures an possint consumi eodem spatio temporis si in eodem concurrant.*
11 *Si expectat iudex de benignitate vltra q̃ debeat, an possit appellari.*

Expectat.

BIU Cujas

Expectatio eſt quid gratioſum, non expectatio rigoroſum, & quid iuris.
Ab interlocutorijs de modico damnō non appellatur.
12 *Dilatio an currat minoribus, & abſentibus, & de eorum reſtitutione.*
Impedimentum cauſatiuum non excuſat ipſo iure, ſecus præciſum.
Remedio inchoato relicto, ad aliud confugere minor poteſt.
Dilationes oēs ante lit. cont. an poſſint dari iudice nō ſedēte ꝓ tribunali.
38 *Abſens habetur pro præſente in incommodum ſuum.*

CAP. II.

PRæterea. Deliberatoriæ denegantur reo, q̄ per reſcriptum in literis citatorijs inſertum plene potuit inſtrui de qualitate futuræ litis. h. d. †No. dicit Inno. q̄ quatuor ſunt a inducię
1 citatoriæ quo ad comparendum, & hæ ſine cauſæ cognitiōe
8 dantur, quia parte abſente, deliberatoriæ quo ad deliberādū, præparatoriæ quo ad reſpondendum, puta p̄paratorijs interrogationib. inſtructoriæ, puta ad producendū teſtes, vel inſtrā, & deinde generaliter ſubdit, q̄ ſine cauſę cognitione poſſunt augeri, & diminui. Inn. ſ. antēq̄ dētur, ſed poſtq̄ datæ sūt nec p̄nt augeri, nec minui ſine cauſæ cognitione, quia idē iuris ē de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem C. de di-
2 la. l. ſiue pars. & l. a procedente. † Item quod dicit Inno. debet intelligi, niſi dilatio ſit data de conſenſu vtriuſque partis, qa tunc non poteſt, niſi eodem modo prorogari, & minui. Iſta ē gl. ſing. in l. 1. in fi. ff. de præto. ſtip. & ibi per Bart. dicit Inn. qđ coram delegato non tenetur quis comparere, niſi reſcriptum apoſtolicum ſit literis citatorijs inſertum, tamen dicit, q̄ ſuffi cit, quod citatio ſit facta cum bulla citationis, nec requiritur, quod ipſum reſcriptum bullarum tranſmittatur. & nō mirū, quia poſſet perdi in itinere. Item quia debet remanere apud acta. j. de proba. c. quoniam, contra. ff. de eden. l. ſi legatū. Idē ait, quod coram delegato nō tenetur citatus comparere, niſi in citatorio exprimatur cauſa commiſſa iudici per reſcriptū. Inno. Idem dicit Accur. in l. 2. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. dicit Inn. quod coram ordinario extraneus, qui non eſt de foro ordinario eſſe tñ pōt de foro emergenti rōne cōtractus, vel delicti vel ratione rei, tenetur comparere. tamē ſi non ꝓtraxit ibi nec deliquit, non poteſt puniri, niſi prius iudex cognouerit an ſua ſit iuriſdictio, & pronūciauerit ſuam eſſe, & tūc p̄ceſſus valet, nec poteſt poſtea obijci, q̄ ſententia ſit lata a iudice non competenti, Inno. idem, ſi ſtatutum habeat non comparentem pro confeſſo, quia iudicium fundatur in fictione, q̄ habetur pro veritate, dicit Innoc. quod vocatus veniens & reſpondens, omiſſa declinatoria fori, ſemper poteſt condemnari, & cogi, & quod executio ſententiæ fiet p̄ propriū iudicē vbi habet domicilium propoſita actione in factum. Inn ſupple, vel officio iudicis ad literas pronunciantis. Nam ſine literis non poſſet exequi ex mero officio, vt ff. de iuriſd. om. iud.
3 l. pe. & ibi per Cy. in lect. dicit Inno. quod † ordinarius in ſuo territorio etiam in incolis eius, & alijs generalem & liberam hēt iuriſ. & ideo quicquid facit contra eos, quos in ſuo territorio īuenit, ſiue ſint ibi incolæ, ſiue extranei, totū tenet. Inn. iſta ſunt verba valde notabilia. Idem ait quod ſi ille, qui ꝓuenitur, habet priuilegium, q̄ ibi conueniri nō poſſit ſine ſpeciali denegatione Papę, q̄ đ hoc priuilegio cognoſcet ipſe ordinarius Papæ. Inno. intellige, non vt pronunciet de validitate priuilegij, quia non poteſt illud priuilegiū tollere, ſed ſolū ad hūc finem, vt cognoſcat, an ſua iuriſdō ſit quo ad illā cauſam, & hoc ſi de priuilegio pōt dubitari, alias non eſt ſuū cog-
b noſcere, cum iuriſ. non dubitetur. Item ait, q̄ ſi laicus b citat laicum ſuper rebus ſpiritualibus, vel alias exprimitur error in citatione, nō tenetur citatus comparere. Idem, ſi exprimat turpe, vel inhoneſtum, vel aliud, ex quo apparet, q̄ declinatoria fori competit citato. Innoc. hoc eſt no. dignum, quod nō oportet opponere declinatoriam, quæ ex ipſa citatione appareat, vel ex alia notorietate. Idem ait, quod regula eſt quod citatus tenetur allegare priuilegium ſuū. Idem ait, q̄ ſi actor ſcit aduerſario ſuo execptionem competere, non valet miſſio in poſſeſſionem cā cuſtodiæ. Idem ait, q̄ vbi non requiritur litis conteſtato, vt in cā appellationis, non poteſt opponi exceptio declinatoria. Inn. ſ. primi fori. ff. de procu. l. ita demū. Item ait, quod declinatoriam nō opponens vī ei renunciare. Inn. idē ait, quod illicitū, vel iniuſtum prima facie ſufficit ad excuſandum non comparentem, licet aliquid lateat, per quod poſſet eſſe licitum, ſeu iuſtum, quod verbum eſt no. dignū, & c. Ibi, inſeris, & prudenter facis, & ad cautelam. Ibi, quid agendum
4 an ſint dandæ deliberatoriæ necne. Ibi, plene. ergo ſecus, ſi non plene. arg. ff. de leg. l. inciuile. Ibi, vlterius, no. qđ † dilationes deliberatorię non ſunt dandæ niſi ſemel. Ibi, procedēdū, ſcilicet, libello oblato, li. conte. præſtito iuramento calumniç. non. n. ſufficit loco libelli producere reſcriptum, de in ius vo. lib. & ſi reus furaretur actori reſcriptū, teneretur furti, vt ff. đ fur. l. Sēpronia libellos. No primo de inſertione tenoris reſcripti in literis citatorijs. & vtile eſt, q̄ illæ literæ habeant ſigillū publicum, cui creditur in iſtis præparatorijs iudiciorū, licet originale reſcripti tum iudex cauſę retineat penes ſē, & citato venienti debeat edi, alias nō teneret ꝓceſſus, vt C. quō & quā. iudex. auth. qui ſemel, & ſ. de offi. dele. c. cum in iurē peritus. C. de epi. & cle. l. ſi qua p̄ calumniā. ſi iudex eſt incertus đ ſua delegatione, citatio ipſo iure non tenet, dixit Bar. ff. de ꝓd. & dem. l. multū intereſt, & gl. 3. q. 1. ſi ēps, tenet, q̄ delegatus ſēper in primo citatorio tenetur facere mentionē de reſcripti præſentatione, & inſere totum tenorem reſcripti, alias nō tenet citatio, ēt ſi aſſerat ſe delegatū. tñ in c. veniēs, đ accu. tenet q̄ ſufficit, ſi delegatus proteſtatur ſē daturum copiā reſcripti, arg. ad hoc. ff. de no. ope. nun. l. prætor. §. ſi quis paratus, & ff. de poſiti. l. ſi quis inficiatus. & facit C. de iure fiſc. l. prohibitū. li. x. & C. de man. prin. l. j. Item no. ſecundum Inno. q̄ vbicūq; per aptam naturam verborum citationis, ſeu ſcripturę apparet, quod citatio eſt impoſſibilis, vel iniuſta, nō tenetur citatus cō parere, ad hoc facit optime. ff. iud. ſol. l. vir bon', & ſcias quod Ber. ponit hic gl. ſuam circa materiam dilationum, & Accur. ff. de ferijs. l. in pecuniarijs, & vide quod ibi pleniſſime ſcripſi in ea. l. ff. veteris, & Cy. & Iac. Butr. C. eo. l. j. ego aliqua addam.
5 †Et quæro primo, nunquid in citatione prima requiritur cauſæ cognitio? reſp. non, ſm Inn. quod verum ē de iudiciali, qa nondum eſt actus trium perſonarum. iudex tamen nō dēt citari, niſi ei oſtendat, ſuper quo, & quia patitur citatio. tñ no. q̄ tenet citatio gñalis, vt C. de anna. excep. l. ſi quę. l. eſt ſing. ad hoc. incidenter quęro, an poſſit per iudicē ſtatui termin' gñalis ad oñdendum, & probandum totum & quicquid? reſp. ſic
6 vt no. Arch. 30. q. 5. c. iudicantē †Quero an ſine citatione poſſit iudex aliquid facere? reſp. non in his, quę citationē deſiderant, in alijs ſic, iſta eſt glo. ſingu, ff. de bo. poſſ. l. 3. §. ſi cauſa cognita. Quęro, nunquid citatus ſit expectandus? rñde ſic, ſi eſt reus, vel actor, & ſi quid interim innouatur, eſt nullum ipſo iure, vt C. eo. l. ſiue pars, & no. ff. ſi cui pluſquam per l. Fal. l. j. §. cū dicitur. Quęro, nunquid pro facto iudicis p̄ſumat? reſp. ſic vt no. in c. quod quis mandato. de reg. iu. lib. 6 per Dy. Quę ro, ſi vnus eſt impeditus in vno teſte, vtrum detur ſibi dilatio ad producendum omnes teſtes? reſpon. non, vt ff. de iureiur.
7 admonendi, & ibi per Iac. But. † Quęro, vtrū dilatio ſit communis vtrique litigatorum. reſp. ſic, niſi alter renūciauerit di-
8 lationi, vt C. de temp. in integ. reſt. l. petendę. † Quęro, quid de productione teſtium, & inſtrumentorum, vtrum ipſa productio ſit communis? reſpon. ſic, gl. eſt ſing. ff. đ eden. l. 1. §. editiones, in fi. magnę gl. Accipe quaſdam remiſſiones, an dilatio ſine cauſę cognitione ſit danda, de offi. dele. prudentiam. per Innoc. & c. cum contingat, de reſcr. An in his, quę iudicis arbitrio relinquuntur, p̄ſumatur pro iudice, de eo q̄ furtiue ordines ſuſcepit. c. innotuit, per Inn. An ſit in arbitrio iudicis dare dilatio quantas vult, no. de in integ. reſtit. c. cōſā. An poſſit renunciari dilationibus, in c. 1. de libel. ōbla. per Inn. An teneat proceſſus ſine vlla dilatione. ff. de adult. l. in crimine. An dilatio debeat dari inuito. dic quod non, in eius odium ſic, vt l. 2. C. vt intra cer. temp cri. quęſtio ter. C. de īgē. & manumiſſ. l. diffamari. ff. de op. lc. l mancipiorum. An quis audiatur poſt terminum peremptorium, vt no. in ca. ſępe, de verb ſigni. in cle. Quid ſi eſt concluſum in cauſa, dic vt j. de cauſa poſ. c. paſtoralis. An quando datur dilatio c ad probandum ſit neceſſe
c adijcere verbum, & peremptorie. dic, vt no. in Specu. de dila. ſi partes conſenſerint termino. An iudex poſſit dilationē ampliare. glo. eſt vnica in iure quod ſic ex cauſa ſuperueniēte. ff.
9 de præto. ſtip. l. 1. in fi. †An dilatio data poſſit reuocari? videtur q̄ non, quia dilatione pendente iudicis officium cōquieſcit. dic quod poteſt reuocari cauſa cognita, quia in hoc officium iudicis non conquieſcit, quin emēdare poſſit interlocutoriā ſuam. ff. de arbi. l. qualem. §. finali. vbi eſt melior text. qui ſit in
10 iure ciuili †Vtrū plures dilationes poſſunt ꝓfundi, ſeu ꝓſumi eodem ſpatio temporis, ſi in eodem concurrant. dic quod ſic etiam mille cauſis, vt ff. ad Carbo. l. ideoque. vnde ſi quis ex diuerſis delictis relegatus eſt ad decenniū, vnū decēnium ſufficit omnibus, vel prout res incidit, abſorbet, & minuit, ideſt ſi
11 mul concurrunt. †Vtrum, ſi iudex expectat de benignitate vltra quam debeat, poſſit appellari. reſpon. non, ſi parum, ſed ſi nimis, videtur poſſe appellari, ar. ſ. eo. c. 1. Quid e contra, ſi nō vult expectare. reſp. expectatio eſt quid gratioſum, non expectatio

ADDITIONES.

a Vinc God. Quatuor sūt. Adde q̄ inducię duplicant reo conuentō ante diē. Inſti. de excep. §. hodie. itē cōuento ante euentū conditionis gl. & Bart. in l. grege. §. ſi ſub conditione. ff. de pign. & in l. pecunia ff. ſi cert. pet. vbi Alex. & Mod. Doct. qui dicunt eſſe verum niſi quis agit ante diem, vel conditionem cauſa miſerationis.

b Vinc God Laicus. Adde q̄ laicus quis præſumit in dubio & nō clericus Dec. in conſi 25. col. 2. ſi autem ſuccedit in locum eccleſiæ gaudere debet eccleſiæ priuilegijs Rui. conſi. 142. num 3. lib 5.

c Dilatio. Adde, q̄ ois dilatio data ad probandum cenſetur peremptoria, tex. in l. fi. ff. de ferijs. & ibi plene. tex. in c. 2. de dila & ibi glo. no. Panor. in c. licet cauſam, de probat.

BIU Cujas

Catio eſt quid rigoroſum, iuſtū tamen ſi iudici non conſtat de impedimento, quia non tenet̄ iudex diuinare. & ideo non poteſt appellari, quia non quicquid iudicis poteſtati commit titur, iuri neceſſitatis ſubijcitur, vt C. quomodo & quando l. j. & ff de iudi. l. non quicquid. Item in interlocutorijs a modi co dāmno non appellat̄. arg. ſ̄. eo. c. j. in ver. nimis, a ꝓrio ſenſu & ff. de in inte. reſt. l. ſcio, ad hoc. l. notabilis. C. quando prouo.
12 nō eſt neceſſe. omnem honorem † Sed nunquid minoribus a currit dilatio? reſp. ſic, ꝓpter rigorem iudiciorum ſeruandorū vt ff. de mi. l. auxilium, in princ. ſed reſtituunt̄ in inte. vt ff. de mino. 25. ann. omiſſum. ſ. ſi grauiter lędunt̄: ſecus ſi modice, vt ff. de mino. l. ſi ex cauſa, & l. ſi ſine. §. j. Idem in abſentibus ex neceſſitate facti, quod in min. propter imbecillitatem cōſilij, vt ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi forte. C. de reſti mili. §. ignorare. Sed contra hoc opponitur, quod ipſo iure non currat, vt ff. de pub. Cæſar. Sol. ibi fuit coactio præciſa propter tempeſtatē maris, quę excuſat ipſo iure a pęna legali. ſed impedimentum cauſatiuum non excuſat ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt ff. ſi quis cau. l. ij. §. quod dicimus. & eſt ratio, quia factę cauſæ pro infecto haberi nō poſſunt, nec veritas ita obumbrari, quin ita ſit. ſed bene poteſt fingi contrarium, & ex fictione oritur vtile remedium, vt ff. de capti. l. in bello. §. factæ, & C. qui pe. tut. l. cū a matribus. Sed contra prædicta oppo. quia poteſt appellari, ergo non competit reſtitutio in inte. quia ordinarium remedium tollit extraordinarium. reſp. verum eſt, niſi extraordinarium ſit inuentum ad ſupplendum ordinarium, vt ſin. no. ff. de rei ven. l. j. §. per hāc. Sed ecce appellauit, nūquid poteſt appellatione ſuſpenſa; vel ex pęnitentia redire ad remedium reſti. in inte. reſp. vnica gl. eſt in iure. quæ dicit ꝙ ſic, C. ſi aduerſus rem iud. l. ſi ar. ff. de tributo. l. quod ad hæredem. §. eligere, & C. de codi. l. ſi. vbi electio prędiudicat, licet interdum non curemus de nomine actionis, vel de nomine libelli, dummodo
13 retineamus effectū, vt ff. de ædi. ędic. l bouē. §. aliquādo † Quęro, vtrū oēs dilationes añ lit. cont. poſſint dari iudice nō ſedente pro tribunali? & de prima dilatione dic quod ſic. puia eſt añ iudicialis & aliarum prędaratoria, & datur abſque ſolemni cauſæ cognitione. ſed in alijs videtur idem, quia non dantur niſi reo petente, & hic ipſe reus videtur fateri cauſam ſubeſſe. Caue tibi, dilationes expectatoriæ dantur, quando prędens petit, ex parte abſentis nō interuenit aliqua petitio, vt ff. de iudi. l. ad peremptorium. dixit Butr. quod in cognoſcendo, an ſint dādæ, requiritur ſeſſio pro tribunali, quia requiritur cauſę cognitio. ſed hæc cognitio interlocutoria poteſt fieri iudice non ſedente pro tribunali, ita no. ipſe. ff de offic. proconſ. & lega. l. nec quicquam. §. vbi decretum, ꝙ mihi non placet per l. a procedente. C. eo. & l. ij. §. dies. ff. quis ord. in bono. poſ. ſer. niſi tractetur de modico prędiudicio, vt ff. de arbi. l. diem proferre, in princ. & ibi no. Et iſta ſufficiāt ad quandam breuē inſtructionem ſtudentium. hoc etiam ſcias, ꝙ abſens propter contumaciam habetur pro præſente in eius incommodum, vt in auth. qua in prouincia. Nam contumacia ſemper laborat contra cōtumacem in eius præiudicium, vt eleganter no. ff. de acqui. hæred. l. quamdiu inſtitutus, in fi. cuiuſdam glo.

A D D I T I O.

a Vinc God. Adde, qđ minor regulariter donare non poteſt etiam cum iuramento. Rui. conſ. 179. num. 12. lib. j. & etiam cum decreto. Rui. conſ. 229. numero 8. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes nouę an dentur propter libelli declarationem, & nu. 2.*
Vltra, dictio, niſi declaretur, certum non ſignificat. & num. 4. & 5.
Libelli declaratio non eſt noui libelli intentio.
2 *Appellans friuole reijcitur, & cauſa remittitur ad eoſdem iudices.*
Dilatio quando detur ex adiectione facta libello.
Libellus quando ſit neceſſarius in re ad eccleſiam reuerſa.
Cadat a iure ſuo quis per quantum temporis ſpatium.
Ceſſatum ſufficit a ſolutione penſionis, licet a nemine ceſſatum.
Expelli quis quando poſſit ob non ſolutionem penſionis.
3 *Cōtractus an præſumat̄ in dubiū ſimplicis locationis, an emphyteuticus*
Locatio ſimplex tranſit ad quemlibet hæredem.
Emphyteuſis ſecus.
† *Libellus an procedat ſine declaratione.*
5 *Dictio, vltra, ſi aliud non exprimatur, an addat aliquid vltra exp̄ſſum.*
Expellere qui vult colonum, vel emphyteutam, dēt offerre libellum, & ordinarie procedere, excipit.
Conductor fiſcalis an habeat vtile dominium.
Poſſeſſionem xl. ann. probare volens, ſi probet. x. nunquid longi temporis præſcriptionem probet.
Tempus diſtribute poſitum in probatione præſcriptionis quid conducat.
6 *Cenſum annuum qui ſoluit, an videatur conſiteri ſe emphyteuoam.*
7 *Dominium vtile an tranſeat per locationem ad longiſſimum tempus.*
8 *Penſionem qui ſoluit per triennium proxime præteritum, an præſumat̄ ſoluiſſe per ſeptennium vltra.*
Collectam ſoluiſſe quis, quando prę ſumatur.

CAP. III.

1 LIteræ tuæ. Propter † declarationē libelli, ꝑ quā natura negotij non mutat̄, nouæ dilationes nō dant̄. h. d. Et in prima ponit̄ iudicis conſultatio, & appellantis petitio. In ſecūda ibi, vos igitur, Papę reſponſio. Caſus. inter Archipresbyterum ſanctarū Priſcę & Aquilę de vrbe, & quoſdam nobiles viros A. & B. mota erat qō ſuper quibuſdam poſſeſſionibus dictę eccleſię, eo ꝙ dicebatur dictos nobiles per tres annos elapſos & vltra penſionē non ſoluiſſe, dicti nobiles habuerunt ſpatiū ad deliberandum, & in dicto termino petierunt declarare dictam adiectionem, & vltra. Archipresbyter declarauit, ꝙ ſeptē annis fuit in dictæ penſionis ſolutione ceſſatum. dicti nobiles petebant nouum terminum ad deliberandum, quia dicebāt libellum huiuſmodi tpis expreſſione mutatum. iudices noluerunt dare nouam dilationem, fuit appellatum ad Papam, Papa remittit cauſam ad eoſdē iudices, ꝙa appellatio eſt friuola ſm Innoc. peto de pēſione ſatisfieri, vel ab emphyteuſi remoueri. Inno. dixit, ꝙ adiectio ex ſuperabundanti facta in libello non indiget probatione. dixit Inno. ꝙ ꝯ colonum ſufficit ceſſatio biennij, in emphyteuta triēnij, ſi eſt emphyteuta priuati ſi eccleſię, ſufficit biēnium, ſi fiſci ſufficit annus, vel aliud tēpus adiectum ſolutioni. Inn. dicit, quod vbi male appellat̄, remittit̄ appellans ad iudicem, a quo. dixit Inno. ꝙ perpetuarius colonus fiſci non poteſt expelli ſine authoritate principis, ſupple, vel illius reipublicę, quę hēt ius fiſci, & tene menti. No. ꝙ dictio, vltra de ſe nihil certū ſignificat, niſi declaret̄. Itē nō ꝓt declarari de quantolibet tpe vltra. Itē no. ꝙ declaratio libelli
2 nō eſt noui libelli intentio, ſed veteris libelli proſecutio. † Itē a no. ꝙ friuole appellans a reijcitur, & cā ad eoſdē iudices remittit̄, ſupple, & in expenſis cōdemnat̄. Itē no. ꝙ dixi in ſummario. Modo quæro, ad quid hic agebatur. reſp. ad ipſas poſſeſſiones, quæ dicebantur ad eccleſiā reuerſę, non autem agebatur ad ſolutionem penſionis, quia tunc daretur noua dilatio. Nā per adiectionem temporis augetur effectus. vel dic, quod aut petitur dilatio ſuper toto, & non debet dari, quia in cōplexis. i. connexis pars vitiat totum. aut petitur noua dilatio ſuper tā to. i. ſuper eo, quod adiectum eſt libello, & tūc dēt dari, arg. ff. ſi cer. pet. l. quidam æſtimauerūt, & ff. de leg. ij. l. qui ſolidum, in princ. & hoc cum petit̄ penſio, ſed ſi petitur prædiorum deliberatio ſuper principali, nō datur noua dilatio ſuper acceſſorijs, & conſecutiuis, argu. ff. de exce. rei iudi. l. egi tecum, & ff. de rei. ven. l. ex diuerſo. etiam, quod no. ff. de inof teſt. l. q inofficioſo, & C. de eden. l. edita actio. Sed oppo. & videt̄ quod nō ſit neceſſarius libellus, quia ſua authoritate eccleſia poteſt ingredi poſſeſſionem reuerſam ad eccleſiam, vt l. ij. & ibi no. C. de iure emphy. Sol. aut conſtat, quod res eſt reuerſa ad eccleſiam, & loquitur contrarium: aut eſt dubium, & loquit̄, hic quod no. Quæro, per quantum temporis ſpatium cadit non ſoluens a iure ſuo. reſp. per biennium, in eccleſia tamen de vrbanitate & humanitate datur modicum ſpacium vltra, vt ſ. de loca. c. poſſuit. ſiue ſit pura locatio. ſiue ſit emphyteuſis, Sed ſi ſingularis perſona, vel alia vniuerſitas ſingularis eſt vna, diſtinguitur, aut loquimur in ſimplici colono ad modicum tēpus, vltra biennium tñ, & tūc aut dñs vult expellere eum a prę ſenti vſu rei, & poteſt expellere ſtatim, cum eſt ceſſatum in ſolutione penſionis: aut a toto vſu, & tunc poſt biennium, vt ff. loca. l. quęro. §. inter locatorem. Et no. quod ſufficit ceſſatū eſſe, licet a nemine ſit ceſſatum, vt quia conductor deceſſit ſine hærede, vel eius hæreditas per biennium iacuit non apprehēſa, arg. optimum. ff. de mino. l. etiam ei, quod no. ibi. aut loquimur in cōductore ad lōgum tempus, vel in emphteuta priuati, & tunc requiritur triennium, nec ante poteſt expellere ab aliquo vſu rei, l. ij. C. de iure emphy. Et eſt ratio differētię inter prædictos caſus, quia facilius quis cadit a mera facultate, quā ab vtili dominio. aut loquimur in conductore fiſci, & tūc ſtatim, quod non ſoluit penſionem, poteſt expelli a toto vſu rei, conſulto tamen prius Cæſare, vel principe, vel ciuitate habente iura fiſcalia, vt ff. de publi. l. vectigalia. §. non ſolutis. & eſt ratio, quia forte expedit fiſco, quod perſeueretur in cōductione Si quis tñ haberet a fiſco generale mandatū cū libera, puto ꝙ hoc ſufficeret ad poteſtatem expellendi talem non ſoluētem, arg. ff. de offi. proc. Cæſ. l. j. ff. de peculio. l. q̄ Tuberonis. §. alia. apparet igit̄, quod fiſcus differt ab eccleſia, licet & gl. dicat cōtrarium in d. §. non ſolutis. C. de ſacroſanc. eccle. auth. qui rē huiuſmodi. vbi dicit, quod fiſcus eſt eiuſdem conditionis cū eccleſia. Idē ergo vī in qualibet ciuitate, vt C. de ſacroſ. eccl. inter diuina. Sed certe illa lex loquitur tantum in quatuor caſibus, vt ibi no. † Modo ergo quęro. in dubium, vtrum ꝯctus p
3 ſumatur

A D D I T I O.

2 Vinc. God. Appellans non faciens fidem de præſentatione, non impedit executionem ſententiæ. Goz conſi. 85. num. 25.

BIU Cujas

sumatur simplicis locationis, an emphyteuticus? rñ. si locatio est perpetua, & pẽsio parua, præsumo ꝯctum emphyteuticũ ex qualitate pactorum, & ex cõsuetudine regionis, & cõi vsu loquendi, & contrahendi, alias præsumo ꝯctum locationis, si pensio correspondet fructibus, a & ad hoc ĩduco illã sing. gl. quæ est in l. j. §. j. ff. de superfi. Et est hoc considerandum, quia simplex locatio transit ad quemlibet hæredem, vt C. loc. l. viã ueritatis. sed emphyteusis ecclesiæ non transit ad hæredes extraneos. † Quero de adiectione, vltra, vtrum procedat libellus sine declaratione? resp. sic, quia concludit in eo, quod petit. Casus est hic, sufficit probare id, quod necesse est ꝓbari, licet plus sit intentatũ. Item dictio, vltra. auget significatum certæ orationis. † Quero, an ista dictio, ultra, si aliud non exprimit, aliquid addat vltra expressum? respõ. aut dictio, ultra, apponit in dispositione, aut in libello, aut ĩ probatione. Primo casu aliquid operat, ut ff. de le. 2. l. cum filius. §. pater. Secundo & tertio casu nihil operat, quia nõ supponit determinato mõ, pro aliquo pluri, vt ff. de in lit iur. l. cum furti. nõ ob. ff. si quis cau. l. & si post tres. quia ibi profertur a lege, cuius interpres est iudex, ut in l. j. §. j. ff. de effrac. & expil. Vltimo no. ꝙ ille, q̃ vult expellere colonum, vel emphyteutam per iudicem, debet offerre libel ũ, & ordinarie procedere, præsertim qñ longo tẽpore pensio non fuit soluta, & tene mẽti istud c. Et no. ꝙ quædam l. j. ff. de loco pu. fru. vr̃ dicere, ꝙ conductor fiscalis ẽt ad modicum tps pro illo modico tpe habeat vtile dñiũ, cuius ꝯrium vr̃ probari. ff. si ager vect. vel emphy. pet. l. j. §. qui in perpetuum. & iste potest uendere iura sua alteri. s. saluo iure fisci & hoc expresso, ut ff. de cõtrah. emp. l. qui tabernas. Legare ẽt põt in suo testõ ius suũ, ut ff. de le. j. l. si domus. §. fi. Et si laudemium debetur de uendꝛione, eodem modo debẽt de donatione, & legato, ne ius fisci, vel ecclesię. minuatur, seu fraudetur. Et qa l. 12. ta. verbum, uẽdit, aut generale eligit, ut ff. de sta. l. lib. l. statu liberi a ceteris. §. fi. & sin. no. l. 2. C. de vsuc. pro emp. Quæro, q̃d si qs ad ꝓbandũ ꝓscriptionẽ b intẽtat possessionẽ. xl. an & probat de decem, nunquid probet præscript. longi tẽporis? & vr̃ ꝙ nõ, quia aliud iudicium possessionis intentauit, ut sing no. in l. 7. in prin. ff. de acq pos. Dices, ꝙ licet maius tẽpus sit intentatum, q̃ expediat, hoc non uitiat, dummõ probetur de tpe sufficienti. Casus est hic, & hoc no. Bar. ff. d vsuc. p em. l. quod vulgo. presertim qñ formatur articulus distribuẽdo tpa, puta quia dixit se possedisse x. xx. o. & xl. an. ꝓ hoc. n. ñ astringit se, sed vr̃ loqui ad cautelam. oportet enam, ꝙ ꝓbet titulum sed non scientiam tituli, ut no. Bar. ff. de vsuc. p empt. la. §. si sub condi. quod tene mẽti. † Quæro, nunquid eo ipso, ꝙ quis soluit cẽsum annuũ, vr̃ confiteri se emphyteutam? & vr̃ gl. or. sing. ꝙ non. ff. de publi. l. j. §. hic titulus. & facit ꝯ. d rel. do constitutus. † Quero nunquid per locationem ad lõgissimũ tõs transeat vtile dñium? respondeo sic, nisi expresse agat ꝯrium, & ita intelligit gl. illa no. quę est. ff. de leg. 2. l. codicillis. §. institua. † Quero vtrum ille, qui soluit pensionem ꝓ triennium proxime preteritũ, præsumatur soluisse per septẽnium vltra, videlicet pro toto tpe preterito, ꝙ solui debuit? dixit hic Io. An. ꝙ sic, siue loquamur in emphyteuta, siue in simplici colono, siue in censuario: & similiter, si quis soluit collectas in cõi per triennium proxime præteritum, siue per tres collectas annuales præsumitur semper soluisse, nisi contrarium ꝓbetur, ut dixit l. illa aurea. C. de apo. pub. l. quicunq; lib. x.

ADDITIONES.

a Fructib. Ad cognoscendũ contractũ emphyteuticũ inspicimus quantitatem pẽsionis, uide omnioo plenum consi. d. Ale. 112. per totum, in j. uol. & Barb. cõsil. 14 in 11 col in 2. parte suorum consi.

b Vinc. God. Præscriptionẽ. Adde, qd̃ præscriptio dr̃ speciqs alienatio-is, Goza. consi. 8 . nu. 13. Et præscriptio bonorum & comitatuum procedit sine titulo, cum bonæ fide, uide Dec. consi. 85. diligenter. col. 2. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratorium, saluis exceptionibus principalis, an ualeat & sensus eius quis sit, non tamen id aduersarius, neque illud cum clausula, quicquid legitime factum erit, admittere tenetur.*
Legitime, aduerbium est captiosum, & eius vis.
Protestationes in constituendo procuratore recipiuntur.
2 *Præsens pro una causa reputatur absens quo ad alias causas.*
Consilium cum quibus habendum.
Ardua causa est, quę tangit statum prouinciæ, vel Romanæ ecclesiæ.
3 *Dictio, vsque, quando ponatur exclusiue.*
4 *Mandatum primum an videatur reuocatum per secundum.*
Reuocandi domum ius legato an competat legatione finita.
Archiepiscopus constituere procuratorẽ potest in causa totius ꝓuincię.
Archiepiscopi & primatis diuersa iura, & in quibus.
Episcopi prouinciales consulendi in causa prouinciæ, qui omnem prouinciam repræsentant.
5 *Mandata si plura fiant eidem a pluribus, cui sit obediendum primo.*
Iudex ordinarius an possit quem arctare ad personalem comparitionem.

CAP. IIII.

EXposuit nobis. Si citatus in curia pro facto suę ecclesię, vel prouincię postea citetur pro factis Romanæ ecclesię & pro eis se conspectui apostolico repręsentet, prima citatio circunducitur, & noua datur. h. d. no. Diuiditur ĩ duas partes. In prima facti narratio, & partium allegatio. in secunda Papæ interlocutio. secunda ibi, nos igitur. Casus Archiepiscopus Bituricensis habet causam cum Burdegalẽsi super iure primatię, citatus fuit Burdegalensis, & peremptorie, ꝙ ad initium quadragesimæ per se, aut per procuratorẽ idoneum compareret corã papa, pendente ista dilatione fuit personaliter vocatus ad prẽsentiam papæ pro ecclesię Romanæ subsidio, qui comparuit, & articulo subsidii explicato ad ꝓpriam ecclesiã rediens procur. constituit sub hac forma, qd̃ saluis exceptionibus sibi cõpetentib. in rñdendo, & defendẽdo, ac aliis, omnia faceret, quæ ipse constituens in ꝓpria persona erat facturus. Modo Bituricensis petebat, ꝙ iste procura rñderet libello, qui procurator opposuit exceptionem, ꝙ dñs suus pendente citatione acquisiuit ius reuocandi domũ. Itẽ ꝙ non potuerat deliberasse cum suffraganeis? Eꝯ dicebat, ꝙ secundum mãdatum non reuocauit primum, & ꝙ imo potuit deliberasse cum suffraganeis, & aliis: papa cõsideratis oĩbus, de consilio fratrum suorũ dedit nouam dilationẽ vsque ad primum venturum festum Natiuitatis Dominicæ. Ibi, ꝓsonaliter. no. ꝙ uocatus pro subsidio Romanæ ecclesię dẽt personaliter comparere. Ibi saluis excep. † No. hanc formam mãdati, constituo te meum procur. vt tñ saluis exceptionib. meis omnia possis, quę possum ego. Sed quis est sensus istorũ verborũ? Rñdeo, vt procurator nõ possit renũciare excep. sed eas debeat proponere, valet igitur mandatũ. aduersarius tñ nõ tenetur tale procuratorium admittere, sicut nec illud, ꝓmitto habere gratum & ratum quicquid legitime fuerit actitatũ. Nã aduerbiũ, legitime, est captiosum, & semper posset cõstituẽs dicere, procurator nõ processit legitime ẽt minima occasione sumpta, ut no. xxj. q̃ j. c. relatio. & no. in c. j. de ꝓcu. in clem. Nam per hæc verba restringitur mãdatum legis quod est, vt postq̃ procurator est dñs litis põt ꝓcedere qualitercũq;, dummodo bona fide, vt ff. man. l creditor. §. Lucius. Item non dẽt aduersarius litigare cum ambiguo. quia fieret e us cõdõ deterior, q̃ si litigaret cum principali, quod esse nõ dẽt. ff. quib. ex cau. in pos. ea l. 2. §. defendi. Item no has protestat ones valere videlicet saluis excep. meis, ar. huius literæ fin Ber. Ibi, pro absente. no. † ꝙ præsens pro una causa reputat absens quo ad alias causas, & ideo non debet aliis cautis respondere. tex. ẽ hic no. Ibi, cum suffraganeis no. consiliũ habendum cũ his, quos res tangit. Item est habendum consilium cum peritioribus. vt C. de inge. ma. l. si a uiam. Ibi, ardua. no. causam arduã, quæ tangit statum prouincię, sed tñ magis ardua cã est, quę tangit statũ Romanę ecclæ. Ibi, reuocare. no. ꝙ papa nõ præsumit reuocare factum suum. tñ ista allegatio non tenet hic de iure. 3 Ibi, vsq; ad festum. † ista dictio, vsq;, ponitur exclusiue ꝓ extremum, quod non patitur inclusionem. Itẽ ponit exclusiue vbicunq; vltima dies est feriata, & est terminus totius causę. tex. est no. C. de temp. ap. l. 2. in fi. Ibi, vsq; ad primum venturũ hoc intelligitur, si non exprimatur, ut ff. de ver. ob. l. cum, q 4 calen. † Quæro, nunquid per secundum mandatũ a videatur a reuocatum primũ? rñdeo non, si sunt compassibilia, & executio vnius non impedit executionem alterius, fm Inn. Opp. ꝙ finita legatione non competat ius reuocan. domũ. Sol. verũ est, si prẽsens, secus, si est absens. Inn. dixit, ꝙ hic non potuit d̃ liberare. Tu dic, ꝙ hoc primum mandatum fuit circũductũ, & rõnem s. assignaui. Item no. in isto cap. ꝙ Archiepus põt cõstituere procura. in cã totius prouinciæ, quæ tñ prẽsentialiter pertinet ad statũ archiepi. Dicit Inn. ꝙ alia sunt iura primatis alia archiepi in sua prouincia, vnde vnus non percipit ꝓcurationẽ alterius, & si appellatur ab archiepo, appellat̃ ad papam, non ad primatem, Inn. idem ait, quod archiepus põt se opponere vẽdicãti primatum, quia eius interest, ne sua prouincia pluribus grauetur. Idem ait, ꝙ qñ cã tãgit totam prouinciam debet cum epis illius prouincię deliberari, & ad eos consulẽdos dilatio dari. Inn. ergo oẽs epi oẽm prouinciam repsentãt, quia oĩum regimen habent, & hoc modo peruenitur ad cõsilium generale, sicut ad prouĩciale. dicit Inn. ꝙ qñ plura mãdata fiunt eidem, & ambo se compatiunt, ac ẽt vtrũq; commode impleri potest, quod ambo mandata sunt adimplenda, vbi aũt obedientię non sunt compatibiles, est obediendũ ma

iori

ADDITIO.

2 Vinc. God. Mandatum. Adde ꝙ bene reuocatur, si procurator mutat condõnẽ in deterius. Bar. in l. si cum Cornelius. de solu. & in l. si creditores §. libera. de pecu. in l. in confirmando. de confir. tu. & in l. falsus. in fi. C. de fur. Ale. in l. eum qui §. qui sibi. de verb. oblig. & Barto. in l. liberto § Largius. de annuis lega.

BIU Cujas

loti domino, Inn. sed si sunt pares, est locus gratificationi, ar. ff. ad Silla. l. si quis in graui. §. si cum omnes. Item si vna cā est grauior altera, debet cōparere in grauiori, ut l. j. in fi. ff. de cu. re. Item si vna causa sit accusationis, & altera inquisitionis, ḋ bet comparere in causa accusationis, quia ordinaria, & ī causa inquisitionis, mittere simplicem excusatorem, qui alleget causas absentię, etiam si causa sit capitalis, vt no. ff. de reg. iur. in l. in eo. §. nemo. † In j. gl. no. in ista gl. ꝙ iudex ordinarius p̄t arctare quem ad personalem comparitionē, secus in delegato. hoc verum causa cognita, alias nec ordinarius potest tollere alicui facultatem constituendi procuratorem, vt C. de procur. l. fi. c. j. de iudi. lib. vj. quod tene menti.

De feriis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Diebus dominicis a quibus abstinendum, & nu. 2. & 3.*
2 *Diebus dominicis abstinendum est ab arbitramentis proferendis, nisi in casu necessitatis.*
3 *Diebus dominicis domini non possunt mandare seruis, quod exhibeant opera seruilia.*

CAP. PRIMVM.

1 OMnes dies. †Dieb. dn̄icis est ab oī illicito. i. seruili opere abstinē dum, & a plateis, & mercatis, & est ab executione mortis, & aliarum pœnarum, & abstinendum a sacramentis, nisi pro pace, uel
2 alia necessitate. Est † arg. ꝙ diebus dominicis sit abstinendum ab arbitramentis proferēdis, nisi in casu necessitatis, valent tamen si proferant, quia hoc est quoddam
3 transigere, vt C. eo. l. fi. per Iac. But. † Item est arg. ꝙ dieb. do-
a minicis a domini non possunt mādare seruis, quod exhibeāt opera seruilia rusticana, vel quæstualia, sed dominicalia sic, & ꝙ induant se pulchris vestibus si habent. ff. de pecu. l. id vestimentum. ff. ad muni. l. si quis instructus. nam id exigit solennitas diei.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Dn̄icis. Adde multa, quæ diebꝰ festiuis fieri p̄nt per Archi. inc. ieiunia. de consecr. dist. 3. & August. dicere solitus erat, ꝙ iu diebus dominicis melius est laborare, quam latrare.

SVMMARIVM.

1 *Festorum principium, & finis, quę esse debeant.*
Temporis mensura ab ipsius initio sumenda.
2 *Stylus Romanæ curiæ, an imponat necessitatem obseruantiæ aliis curijs particularibus.*
3 *Obseruari ita debet, sicut in lege scriptum est.*
4 *Dies diuersis modis incipit. & determinatur.*
Die hoc, vel illo factum si dicatur a notario, factum intelligitur ante nuctis tenebras.
Nocte quod gestum est, exprimi debet a notario.

CAP. II.

1 QVoniam, †Festorum principium, & finis fieri debet secundum corū magnitudinem, & consuetudinem regionum. in principalibus festis, & inter Pascha & Pentecostem non fit solēnis genuflexio, si aūt tunc clerici, vel ep̄i ordinent, sm ordinationis modum genua flectūt. Romana ecclesia spāle festū de Trinitate nō facit. seruat ī circa hoc cuiuslibet ecclesiæ ꝯsuetudo. Ibi, prius incipere. No. mensuram
2 tp̄is sumi a principio ipsius. † Ibi, quibusdam. No. ꝙ alia pōt esse consuetudo. Romanæ ecclesię, alia aliarū ecclesiarum. & est arg. ꝙ stylus Romanæ curiæ non imponit necessitatē obseruantię aliis curiis particularibus, ꝙ est verū, quia non hnt p̄ iure cōi id, quod singulariter in Romana curia obseruat, sm Ber. vt ff. de legi. l. de quibus. in prin. a cōtrario sensu. No.
3 ꝙ † sicut scriptum est in l. ita debet obseruari, ut ff. de exer. l. j §. si is qui nauem. ff. qui & a quib. per l. pspexit. & p̄sumit iustum eoipso, quod est a iure statutum, ut l. j. §. j. ff. de postul. Se
4 cundo no. † ꝙ dies incipit, & determinatur diuersis modis, & sm diuersas opiniones & considerationes, quod dic vt hēs h c in gl. multum no. Et adde, ꝙ dies alius est naturalis, vniformis, & perpetuus, & iste more Romano incipit a media nocte, & finit noctis sequentis media parte, ut ff. de fer. l. more Romano. & habet xxiiij. horas, & quædā momenta, vt no.
a ff. de verb. sig. l. cum bissextus. dicitur ergo naturalis, a quia p̄petuus, & non mutatur, quia natura motus syderū incipit, & terminat alius est dies vsualis, qui consistit in operibus hominum, & est ab oriente sole usq; ad occasum, ut in l. j. ff. de ope. lib. hic dies potest appellari vulgaris, quia ita sonat in auribus vulgi. alius est dies artificialis. i. ab arte, & statutis hoīum sic uocatus, ut hic. Exemplum de isto die pōt poni in statutis determinantibus, quod ab vno sono campanæ ad alium ītelligat dies. Alius est dies cærimonialis, & de die isto proprie loquitur nostrum capitulum. Alius est dies emergens, qui cōputat de momento ad momentum, prout res incidit, ut C. ā ap. aurh. hodie. de isto potest poni exemplū, si statutū dat arbitris, pone x. dies ad cām decidēdam, & pone hora nonę fcm est compromissum. Nam omnis computatio talium dierum dēt fieri de momento ad momētum, erit tn̄ quilibet dies 24. horarū, licet in nocte non debet ferri snīa, nisi p̄p̄ breuitatē ī stantis tp̄is, ut no. C. de transa. l. non minorē. per Cy. & si notarius dicat, actum tali die, intelligitur de die ante noctis tenebras p̄p̄ communem vsum loquendi. vnde si noctis tp̄e fit talis actus, notarius dēt exprimere actum tali die, videlicet noctis tempore. Lex enim dixit, ꝙ dies debet poni in instrīs publicis, ꝙ uocabulum supponit etiam pro nocte. de hoc etiam no. Inn. s̄. de off. deleg. c. consuluit.

A D D I T I O.

2 Vinc. God. Adde ꝙ aliud est naturalem rationem habere, aliud de iure naturali. Fel in c. cum inter. col. 5. versi. considera de excep.

SVMMARIVM.

1 *Piscari licet diebus dominicis & festis, non tamen maioribus solennitatibus, ex causa necessaria & utili publico.*
2 *Festiuitates quædam sunt maiores dominica die.*
Mare attribuitur terræ circunstanti, & appellatur etiam territorium.
Fortunæ, & piscationum fructus participes esse dnt ecclesiæ circūstates.

CAP. III.

1 LIcet. †Propter necessitatem, & publicam vtili-
a tatē licitum est piscari a diebus dominicis & festiuis, præter q̄ in maioribus anni solennita
2 tib. Ibi, in maioribus. Nota, ꝙ † quædam festiuitates sunt maiores. s̄. dies dominica. Ibi, Circumpositis. No. ꝙ mare attribuit terræ circunstanti, & tene menti. Ibi, congruā. No. de fructu fortunæ, & piscationum debere fieri partē circunstantibus ecclesiis, & pauperib. Et no. ꝙ gl. hic uocat mare territorium.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Piscari. Adde, ꝙ piscatio est permissa clericis, nō venatio. Car. in cle. j. §. porro. de statu monach. Et no. an dominus possit ꝓhibere subditis piscari. Rened. in c. Ray. fol. 144. col. 3. de testa.

SVMMARIVM.

1 *Septimanæ ante festum diem S. Ioan. Baptistæ in celebratione nuptiarū quomodo computentur.*
Nuptiæ pro ductione vxoris, ac solennitatibus, & conuiuijs, quando suspenduntur, & nu. 4.
2 *Statutum si dicat, ꝙ testamenta debent insinuari a festo Paschæ Resurrectionis Domini vsq; ad festum omnium Sanctorum, alias sunt inualida, si testator fecit testamentum ante Pascha, deinde decessit mense Junij, qualiter computari debeat hoc tempus.*
Tempus signatum per initium & finem continuatiue datur.
3 *Dictiones, a, & ad, habent modum significandi secundum subiectā materiam, & non præcisam.*
Opinio melior & subtilior seruanda, crassę pro nullis habentur.
4 *Medium quandoque concessum, prohibitis extremis.*
Matrimonium copulatum dicitur carnali copula consumatum.

CAP. IIII.

1 CApellanus. †Tres septimanæ. quibus nō prohibet fieri nuptias, ante festum beati Ioannis Baptistæ non continuant festo, sed intelligitur de septimana ascensionis, & rogationum, & duab. sequē. Ibi nuptias. i. ductionem vxoris, solennitates, & cōuiuia. & ideo si vir peteret vxorem illis diebus ducendam, obstaret sibi exceptio feriarū. Organa. n. ma-
2 trimonii his dieb. suspenduntur. † Ibi, absq; interpellatione, qō fuit de facto. dicit statutū, ꝙ testamenta debēt insinuari a festo Paschę Resurrectionis Dn̄i vsq; ad festum oīum Sāctorum, alias nō ualeant. Pone, ꝙ testator fecit testm̄ añ Pascha, deinde decessit de mense Iunii. Quæro, qūo ꝯputabitur hoc ēt tp̄s? & vr̄ attendi tp̄s testamenti, ut ff. de excu. tut. l. Titius, §. q̄ Romę. qui tex. est fin. In ꝯrium videt, ꝙ iste debeat hr̄e tē-
pus ad insinuādum a die mortis testatoris vsq; ad festum omnium Sanctorum, & tn̄ suppleri plus debeat, quātum defuit a Paschatæ vsq; ad mortem testatoris, vt sic non requirat̄ tp̄s cōtinuum, sed ex interpellatis tp̄ibus colligitur tp̄s congruū. do. Bar. consuluit, ꝙ ex quo est signatum tp̄s p̄ initiū & finē, illud tp̄s continuatiue detur ff. de pub. l. fi. §. interdum. vnde ī termino non computabuntur dies elapsi a mense Iunij vsq; ad festum omnium Sanctorum, sed erunt superadditi, ꝙ no.
3 † Ibi, a tribus. istud a, includit hic, & j. ver. quia tamen. Ibi, vsque ad octauū. hic enim ponit exclusiue, & j. ver. quia tamē ponit inclusiue. de hoc uide s̄. de or. ab epo. ca. j. sic igit istæ dictiones non habent præcisum modum significādi, sed fm subiacentem materiam, & actus prohibitos, vel p̄missos, qđ dic, ut no. C. de nup. l. a caligato. per Cy. & alibi per alios. Ibi, Meliori & subtiliori. no. ꝙ illa dr̄ melior opinio, & seruanda, quæ meliori & subtiliori vtitur ratiōe. grossæ. n. opiniones p̄ nullis

4 nullus habentˉ, vt C. de hæt. in ſt. l fi. Ibi, celebrati. No. ꝙ † inter duo ꝓhibita medium eſt permiſſum. vult enim dicere, ꝙ licet interuallū ſit inter tres ſeptimanas dictas & feſtum S. Ioānis Baptiſtæ, puta quia aliquę ſeptimanæ ſunt intermediæ, nō celebrantur nuptiæ in illis tribus ſeptimanis, ſed in alijs, quæ ſunt in interuallo, licet celebrare ſm In.no. Extra no. in iſto ca quod in iſtis feriis bene poſſunt contrahi matrimonia quātū ad ſubſtantiam conſenſus, ſed quantum ad copulam carnalē non, & fuit qō de facto quia ſtatuto cauetur, ꝙ vir debeat lucrari dotem, ſi vxor præmoritur matrimonio copulato, & dixi ꝙ matrimonium & copulatum dicitur, quando eſt conſumatum per carnalem copulam, & non ante, alias fruſtra de copula ſtatutum feciſſet mentionem, vt C. de nup. l. ſancimus.

SVMMARIVM.

1 *Citare iudex an & quando debeat ad diem feriatam.*
Feriato tempore in honorem Dei quando liceat iudici, procedere in prin.
Citatio quandoque prorogatur in ſequentem diem ex cauſa diei feriati.
Feriæ non habent locum interdum in inquiſitorla cauſa.
Feriæ iudicis, an partis attendendę, & nu. 11.
Feriæ quando ſunt arbitrariæ iudici, vtrum liceat appellare.
Feriæ quæ, & vbi ſeruandę, & in quibus caſuis obſeruandæ.
2 *Agnati an ſint citādi i legitimatione filij nāłis, & qd obijcere poſſint.*
Dies Dominicus habet quid ſpeciale, & non comprehenditur in derogatione feriarum in honorem Dei.
3 *Quod diebus veneris ſint feriæ propter commemoriationem dominicæ Paſſionis, an ſit validum ſtatutum*
Feriæ quæ reijciendæ.
Sententia non, ſed citatio eſt de proceſſu.
4 *Si citauerit aliquem preco in die dominico, vt compareat de ieunæ, an citatio ſit valida, & num. 5.*
5 *Citatus an teneatur comparere ad diem feſtum.*
6 *Citationem uitiant uitiat vitium formæ, & defectus potentiæ.*
Relatio nuncij die feriata poteſt fieri.
7 *Citatus ſi ſit aliquis die iuridica, pdie, q̄ incidit in diē feriatā, an citatio*
8 *Teſtes an poſſint examinari diebus feriatis. teneat.*
Depoſitio teſtis ad tempus iuramenti trahitur, ſed non ſemper ſed in quibuſdam attenditur dies depoſitionis.
Ferijs renunciari quibus non poſſit, & num. 9.
9 *Ferijs repentinis an poſſit renunciari.*
Feriæ repentinæ quę dicantur.
10 *Partes ſi renuncient ferijs, an iudices, vel arbitri teneantur ſequi hanc nunciantionem partium.*
Ferias allegare poſſunt etiam teſtes.
11 *Iudex an dēat ſeruare ferias ſuas, quę ſunt in loco iudicij an ferias actoris, an ferias rei, an ferias teſtiū, an ferias loci, vel ꝯctus; vel delicti.*
Locus iudicij an contractus inſpiciatur.
Cauſa vetuſtior in quibuſdam, recentior in alijs attenditur.
12 *Feriæ ſunt multiplices, & quomodo diuidantur.*
13 *Res quot modis dicatur.*
14 *Tempus vbicūq; eſt breue & reparabile, ibi neceſſitas dicit imminere.*
Feriato die poſſunt fieri, quæ ſunt modici præiudicij.
Modi proiudicij quędam referuntur.
Suſpectus ad fugam non dicitur, qui poſſidet immobilia, ſed ex alia cauſa.
15 *Cauſæ piæ quę dicantur.*

CAP. V.

Conqueſtus. Tēpore feriato propter honorē Dei etiam de partiū voluntate & conſenſu procedi non poteſt, niſi vrgens neceſſitas vel pietas aliud inducat, quod ſecus eſt de tpe feriato inducto pp neceſſitatem vel vtilitatē hominum. dixi. † In. quod iudex non dēt citare ad diem feriatam, niſi dicat alioquin ex tunc procedemus Nam tunc duo ſunt mandata propter diuiſionem temporis Idem, ſi feriæ non erant notæ iudici. Idem, ſi erant notæ, ſed dies feriata non fuit aſſignata exp̄ſſa qualitate feriarum, prorogatur in poſteriorem diem iuridicam, Inno. ꝙ verum eſt, ſi natura verborum patiat̄, vt quia terminus eſt ſucceſſiuus multorum dierum: ſecus, ſi pręciſus ad diem præciſam, vt ff. ſi quis in ius vo. nonierit. l. ex quacunque. in fi. dicit Innoc. ſuper verbo, pietas, ꝙ in cauſa inquiſitionis non ſunt feriæ, ſi neceſſitas cogit procedere, vel pietas. In. diſputat, ſi apud partes ſunt ferię meſſium, & nō apud iudicē vel econtra, quid iuris? tenet ꝙ inſpiciunt feriæ iudicis. quod verum eſt, ſi partes ſunt pñtes in loco, verbi gratia, de remotis partibus ſunt in curia, alioquin non compelluntur vnire tpe meſſium. hoc ego. Idē ait, ꝙ vbi iudex habet arbitrium ſequēdi ſuas ferias, vel ferias partium, quod ab iſto arbitrio nō pōt appellari. quia conſiſtit in eligendo, Inn. ſecus, ſi nimis arctaret dilationē arbitriam. Ego dico hoc verum, ēt ſi per erroren iuris iudex non crederet ſe hēre arbitrium eligendi, argu illius ſingularis. ff. de leg. ij. l. ſi is cui. Idem ait, ꝙ feriæ nō denūciatę, ſeu non inductæ a iudice, quę tñ ſunt certæ p conſuetu
a dinē regionis, ſunt ſeruādæ, a **quod eſt no.** Idem ait, ꝙ vbi nō recolligit̄ vinum, vel panis, tamen ſeruant̄ ſerię pro ipſis quæ rendis. Ibi, ſtrepitus, ergo ſecus, vbi nō eſt ſtrepitus, vt in his, q̄ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt C. eo. l. actus, etiam ſi aliqui ſunt citandi, vt qñ legitimat̄ naturalis filius, citandi ſunt agna
2 ti, quorū intereſt, vt no. Iaco. de Are. ī l. fi. ff. de nata. reſt. † Sed qd poſſunt iſti opponere? rñdeo, dicere, ꝙ ipſi iam adiuerunt hæreditatē ab inteſtato. & iō cum ſint dñi, non pōt in p̄iudicium eorum aliquid attentari, vt ff. de libe. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tm̄. Et vide quod ibi dixi in ſubtili lectura mea Infortiati. Itē poſſunt obijcere teſtamentum paternum. Item ꝙ mater iſtius publice ſe proſtituebat. Item, ꝙ iſte nō erat filius. Ibi, Ac diebus dominicis, quero, an in die dñica ſit aliquid ſpeciale vltra alias ſolēnitates. But. ſm Dyn. dixit quod ſic. C. e. l. fi. ver. dñicum. itaq; per iſtud dictum ego conſuli, quod generalis derogatio feriarum inductarū in honorem Dei factā p ſtatutum non comprehendat diem dñicum, niſi de eo ſit facta in ſtatuto mentio ſpecialis, arg ff. de leg. j. l. apud Iulia. §. fi. Ibi, cum clero, & populo, non intelligas, ꝙ iſti poſſint has feſtiuitates inducere, ſed inductas poſſint feriare, & non feriare.
3 † Sed nunquid valet ſtatutum, ꝙ diebus Veneris ſint feriæ p̄pter cōmemorationem dñicæ Paſſionis? rñdeo ſic, quia eſt optima rō: ſecus ſi diceret ob reuerentiam cuiuſdam eremitæ non canonizati ab eccleſia, & iſta eſt vana & ꝓfana religio, & ideo non ſeruanda, ſicut ſi ſtatutum diceret ob reuerentiam Appollinis, vel Dianę. vt ff. de iureiu. l. nō erit. Iſte Apollo fuit vocatus Pythonartis magicæ princeps, vt legit̄ ī hiſtoria ſcholaſtica actuum. xvj. in rubricella de ſpiritu Pythonico, & xvj. in rubricella de Dioniſio Areopagita, & eius verba mirabilē virtutem videbant̄ habere, aſtutia tñ diaboli, vt inquit Beatus Auguſtinus. Ibi, nec ꝓceſſus, & ſup iſto verbo ꝓceſſus. eſt q̄dā gloſſella Bernar. quæ dicit, ſed citatio eſt de ꝓceſſu. ꝛ. de ꝓbat. c. qm̄, & iō nō valet citatio facta in die feriata, Bernar. Iſtā gl.
4 ſunt multi qui habent, tamen additio Ber. dicit eſſe. † Quæriť
b igit̄, an ſi præco b citauerit aliquē in die dñico, vt compareat die Lunæ, an valeat citatio? & dicūt q dā ꝙ ſic, quia nō refert, quo tpe quid agat̄, ſed in quod tempus effectus rei dirigat̄, vt in l. in tp̄s. ff. de hęre. inſti. In ꝛrium videt̄ tex. C. eo. l. fi. quia dixit, ꝙ ſileat apparitio. verum Cy. intelligit, ꝙ ſit ſpeciale in die dñico, in aliis ſolēnitatibus ꝓcedit primum argumētum. hanc qōnē diſputauit Iaco. But. & ait ſic, conſidera in citatione tres actus: vnus eſt, qñ iudex p̄cepit de citando & iſte non poteſt fieri die feriato, cum hoc p̄ceptum ſit quædam interlocutoria vt l. cum clericus, & l oēs qui. C. de epiſ. & cleri. Secundus eſt actus citationis, quem facit nuncius. & dicūt etiam, quod nō poſſit facere dominico die per illum tex. ſed in aliis ſolēnitatibua ſic ſm regulam cōem, q̄ eſt, vt tempus, in quo ad effectus rei dirigit̄, attendit̄, vt d. l. in tp̄s, cum ſi. Tertius eſt actus relationis, quam facit p̄co, cum talem citauit, & iſte ēt pōt fieri die feriata. Iſta ſunt verba Iacobi But. ad literam in d. l. fi. C. eo. ſed dominus Cy. dixit, quod primus actus. i. interlocutoria de citando bene fieri pōt die feriata ꝓ non feriata, quia iſta interlotoria non requrit cāę cognitionem vel ſi eam requirit, eſt quædam cauſæ cognitio leuis & ꝓfunctoria, cum fiat parte abſente, & dixit, ꝙ ita in cathedra vltimo loco tenuit, ꝙ ita ſeruat generalis conſuetudo, ideo & ita nos oportet ſeruare. Cy. poro iſtæ citationes emanant, non tanq̄ iudex cognouerit, ſed tanq̄ cogniturus ſit, vt C. ſi p vim, vel alio mo. l. fi. & maxime prima citatio, quia quod primum eſt, aliud ante ſe hīe nō pōt & iō iudex audiuiſſe potuit, ſed nō cognouiſſe. Ego dixi, ꝙ duo ſunt p̄cepta ꝓp diē, quod verū eſt, qñ poſſunt ſeparari, qa ſub diuerſis conſiderationibus, & ſic non ob. Inſti. de verb.
5 obl. §. loc. † Sed opponit, & vr, ꝙ citatus ad diem feſtū teneat̄ cōparere, vt ff de adul. l. miles. §. ſexaginta. Sol. ibi fuit citatus ad recipiendum libellum, ꝙ pōt offerri die feriata, non tamē vltra eſt ꝓcedendum, & operat̄ illa ꝓductio, quia nomen accuſatoris recipit̄ inter accuſatores, quia in libello continet̄ inſcriptio ad pęnam talionis, & interrumpit̄ p̄ſcriptio, licet ex hoc nomen rei vendicaturum non recipiat̄ inter reos, & no.
6 hęc verba. † Item no. ꝙ duo vitiant citationem, ſ. vitiū formę
c & in hoc magis inſpicit̄ finis, c q̄ principium. & defectus potentiæ, & in hoc magis inſpicit̄ initium, quam finis, vt d. l. ſi mater, de materia iſta conſueuit notari, ff. de noui ope. nun. l. j. § ſi nunciatio, p Dyn. & alios. Ex prędictis ſecundum Ia. Bu. apparet, ꝙ ſi init. um non tenet, nec ꝓceſſus, vt ff. de ſer. expor. l. ſi

ADDITIONES.

a Vinc. God. Seruandæ. Adde ꝙ in ferijs meſſium, & vindemiarum, quæ licet non ſint a lege declaratæ, vel non ſit determinatum tempus, ſtatur communi obſeruantiæ. Soc. conſi. 6 prædicta. uerſi ad cuius clariorem lib. j.

b Vinc. God. Præco. Adde ꝙ præconis uox paucis innoteſcit, authen. qui ſemel. quo. & quan. iud. Card. in cle. 2. 11. q. de ſent. excom.

c Vinc God. Finis Adde ꝙ finis declarat, qualis res ſit cenſenda. l. ſed & ſi quis. §, interdum. ff. de uſufr. Vnde Oui Exitus acta probat, careat ſucceſſib. opto. & finis quis dicatur. Corn. conſi. 295. uidetur. litera, D. lib. 4.

BIU Cujas

l. si minor. Sed contra hoc videtur, quia in committenda citatione non requirit strepitus iudicialis, ergo potest fieri die feriata ꝑ non feriata, vt ff. de adult. l. militis §. sexaginta. Non obst. ff. de ser. expor. l. si minor, quia ibi deficiebat ptās in actu substantiando, sed hic non deficiebat ptās, quia aderat iurisdictio. nec debet considerari accidens tpis, quoniā remouetur ꝑ id, quod confert in tempus ꝑmissum: secus esset in dilationibus probatoriis, quia illæ dñt dari cū cāæ cognitione, & iudice sedente ꝑ tribunali. ergo nō die feriata, ut C. de ꝑb. l. a ꝑcedente. Et no. quod relatio nuncii pōt fieri die feriata, quia
7 est actus solus nuncii ſm Iaco. But. †Sed quæro, quid e cōtra? citatur aliquis die iuridica ꝑ die, quę incidit in diem feriatā, vtrum teneat citatio? & vr quod non, tex. est in l. 2. ī fi. ff. si qs in ius uoca. non ierit. In contrariū vr, quia dēt comparere die p̄cedenti, vt vtile ꝑ inutile non vitiet. sic. n. dicimus in substitutione pupillari, quod scā vltra tps reducuntur ad tps, vt ff. d. vul. sub. l. cērurio, & l. in pupillari. hoc vr expressum. C. de tēp. ap. l. 2. in fin. vel ſm alios dēt cōparere die sequenti nō feriata. quia vltima dies dēt esse vtilis, & quia duo sunt præcepta &c. vt ī. de do & cōtu. c. cū dilecti. Quidā dñt, quod aut est error expressus, quia dixit, compareas die dominica, & citatio non teneat: aut non est error expressus. & tunc aut dixit, cōpareas octaua die: & tunc debet comparere die sequenti, nō feriata quia octaua dies feriata nō cōputat in termino. vnde iuris fictione prima dies iuridica, quæ sequit, intelligit esse octaua dies. Alii dicunt, quod tam in hoc casu, quā præcedenti sufficeret cōparere, & comparere deberet die sequenti iuridica ꝑ d. c. cum dilecti. non ob. d. l. 2. in fi. C. de temp. ap. quia ibi dies erat terminus totius litis, & instantiæ, & iō nō poterat ꝓgari. C. de iudi. l. properandum. vnde de necessitate dēt p̄uenire tpis extremitatem, & hæc vera sunt. †Sed nunquid testes pos-
8 sint examinari diebus feriatis? dixit Io. An. quod sic. §. e. c. j. de offi. deleg. in cle. quia dictum trahitur ad iuramentum, & sic ad tps validum, & quia testis deponit tāquā priuata ꝑsona. solum. n. iuramētum testis est publici iuris, sed facti narratio est priuati iuris, & iō iurare nō pōt die feriata, sed deponere pōt, & ita de facto seruat. dic quod dixi, depositionē testis trahi ad tempus iuramenti, est verū quantū ad validationem testimonii. Item quantū ad iuris fictionem, sed quantum ad veritatē sermonis, tunc loquit, cū deponit, & si accusaret de falso, & vno mense iuraret, & alio deponeret, deberet vterque mēsis poni in accusatione hoc modo videlicet, tali mense iurauit, & tal. mense deposuit. ex istis. n. duob. resultat vnum delictū consumatum. iuramentum. n. per se hēt se vt attentatum, sed istud attentatum consumat per actum depositionis. nec est similе, quod pōt accusari de furto frumēti ille, q frumentarias spicas nondum excussas furatus est, quia ibi frumentū erat furatum, licet sub spica velatum. dictum autem testis nō est formatum antequam deponat. In tex. ibi, uolūtate, quid si serię īducunt ꝑ statutū, nec exprimunt ī honorē Dei, vel qualiter? nunqd tenet ꝓcessus factus de partiū uoluntate? dicit Ia. co. But. in l. oēs. C. eo. quod nō, quia nō pōt renunciari statuto disponenti quod non reddat ius. sed inducere ferias idem est dictū, q non reddat ius ſm Iac. Bu. Item authoritas publica æquiparat feriis inductis in honorē Dei, vt ff. de arbit. l. si
9 feriatis. †Item feriis repentinis a nō pōt renunciari, vt no. in c.
a sæpe, de ver. sig. in cle. Caue tn tibi, quia puto, quod in ciuitatibus, quæ proprio imperio regunt, nō dicant feriæ repētinę nisi illę, quę inducunt a populo in generali aringo, vel consilio habente eandē authoritatē, nō. n. puto, quod tam extraordinarias, irregulares; & annomalas, ferias possunt īducere soliantiani, uel priores populi, vt C. eo. l. a nullo, quod dic, vt not.
10 Bartol. in l. ambitiosa, ff. de decre. ab ord. fa. †Quæro, si partes renunciant ferijs, vtrū iudices, vel arbitri tenent sequi hanc renunciationē partium? rndeo non, ut no. in d. clem. sæpe, & in Spec. eo. tit. §. pen. in fi. Item ēt testes possunt allegare ferias ut no. ff. eo. l. j. in prin. & arg. ff. quemadmo. testa. aperi. l. si quis ex signatorib. quia officium testificandi non dēt esse damnosum, ut elegantur dixit ibi litera. ad idem facit. C. de testi. l. si
11 qō, in rōne sui. † Quærit Inn. vtrum iudex dēat seruare ferias suas, quæ sunt in loco iudicii, an ferias actoris, an ferias rei, an ferias testium, an ferias loci, vel ꝯctus, vel delicti. & ista qō ꝑt intelligi dupliciter. Vno mō, qn res agitur ītер pntes. Alio modo, qn citantur absentes, & in loco, vbi citantur pnt allegare ferias. Inno. dicit & determinat, quod inspiciunt feriæ loci iudicii, & sic iudex habet sequi proprias ferias, non ferias partiū nec alterius loci, puta ꝯctus, vel delicti. & dixit, quod de facto in curia Romana ita fuit obseruatum, & hoc probat ꝑ talem theoricā, qa interdum agit præparatorijs, vel prosecutoriis iudiciorum, & tunc inspicit locus iudicij, & non alius, vt ff. de testi. l. iij. in fi. C. quemadmodū test. aper. l. 2. ij. ff. de vent. inspi. l. j. in fi. vbi est tex. optimus. interdum agit de diffinitione cāæ & tunc inspicit locus ꝯctus, vel quasi delicti vel domicilii testatoris, vbi sumus in testō, vel locus originis, vel domicilii testatoris, vbi sumus ab intestato, & p̄dicta ꝓbant. ff. de euict. l. si fundus. ff. de excusa tut. l. Titius §. Romę. C. cōia de succe. authē. oēs peregrini, & aduenæ. Sed in casu nostro nō sumus ī his, quę ptinēt ad ordinē iudiciorū, quia loquimur de feriis. ergo debemus sequi forū ipsi⁹ iudicii, & licet testis citet extra locum, tn nō dr cā sibiipsi moueri extra locū. Itē nec reo principali dr lis moueri nisi in loco iudicii, qua ꝓp ad locum iudicii nos referre debemus, & hoc verū durante iudicio. Sd expedito iudicio in executione sntiæ dēt seruari ꝓsuetudo loci, vbi est fienda executio realis, hoc dicit illa. l. vnica in iure. C. de exact. trib. l. messi opinatores, lib. x. Sed cur tam varietr̄ deo, quia p̄paratoria iudicii non hēnt cām vetustiorē ante iudiciū, sed in iudicio oriunt: secus in cōtractibus, & delictis, & aliis habentib. cām vetustiorem, a qua sumunt originē & nām quæ cohæret origini suę, & tunc statim mutari non possunt, vt ff. de verb. obl. l. insulam intra biennū, & l. j. ff. de pœnis, & q no. ff. de le. 1. l. nemo pōt, vbi gl. singularis, & facit. ff. de extraor. cri. l. faccularii. §. sunt q̄dā, & ibi melior tex. qui sit in iure, q in maleficiis puniendis dēt seruari consuetudo loci delicti, & in pœnis arbitrariis, & in quocunq; loco cognoscat, iudex cāę eodem arbitrio fungitur, quia vigor ꝓsuetudinis iuris cōis authoritate informat, vt C. vbi sena. vel clarif.
12 †In gl. nō. quod dicit, quod feriarum quędā sunt occurrētes casu, & istæ vocant repentinæ: quædā sunt solēnes, de quib⁹ litigantes debent esse auisati, siue prouisi, vt ff. qui. ex cau. ma. l. sed & si ꝑ prætorem. §. si feriæ. Item solennium q̄dam sunt
b solēnes, vt sunt ferię vindemiarū, & messium, q̄dam sunt solēniores, vt quæ celebrantur ī honorē Sanctorum, & quædā solēnissimę, vt Natiuitas Domini, dies Epiphaniarū, Pascha, Ascēsio Domini, & Pentecostes, vt no. §. eo. c. licet. his tn oīb. dieb. debitor fugitiuus capi pōt, qa fugiendo facit quodammodo furtū sui, imo rei debitæ. vt ff. quę in frau. cre. l. ait ptor.
13 §. si debitorem, & est gl. fin. C. de fer. l. fi. †In gl. puta, si dicas, q res dr trib. modis, vno res. i. veritas, vt qa periculū est, ne res. i. veritas pereat testiū morte, qa sunt grauiter infirmi, vel multum senes, vel recessuri. & forte nō reuersuri. vnde ī materia c. qn frequenter, non sunt ferię villę. Secūdo mō dr res. i. corpus corruptib. le, vt bos, vel equus, vt ff. eo. l. §. q intelligo, si periculū est, ne corrūpat, q ī arbitrio iudicis ꝓmittit ꝓsideratis circūstātiis, vt ff. ad l. Aqui. l. in l. si Aqui. l. si deletū. pone exēplū, quia sunt in loco, in quo ꝙuersant latrones, nec est tuta custodia, nec debitor est in mora, si nō intelligit se debere, vel lis ꝓtestet. ff. si cer. pet. l. quod te. Tertio mō dr res. i. actio. Nā & si ī terdū ꝓscriptio dicat fauorabilis respectu ꝓscribētis, tn respectu eius, ꝯ quem ꝓscribit, dr procedere cū iniuria alterius, vt sing. no. ff. de fur. l. si quis vxori, in fi. ꝯ quam ī iuriā succurrit, vt lis ꝓtestetur, tn vlterius nō ꝓcedit, vt ff. eod. l. j. §. sane quo-
14 ties. Et no. vbicunq; est breue & irreparabile tempus, ibi dicit necessitas imminere, vt si id, de quo q̄rit, tpe absorbetur, vel minuit, ut officium, ut no. ī. de iudi. c. fi. & ff. eo. tit. l. eadem oratione. Item id, quod ex aspectu pn̄ti consistit, vt ętas iudicā da ē ex aspectu. Itē iniuria, vt d. l. eadē. Itē no. q ea, quę sūt modici p̄iudicii, vt missio ex primo decreto, quæ vocat rei seruā dę cā, possunt fieri die feriato, tex. est notabilis in d. l. eadem. Sed illū tex. limita, vt ibi no. gl. vr hic, quę restringit tex. ad eū casum, qn debitor est suspectus, ſne alienet in alterum, non dico de fuga, quia non dr suspectus qui possidet immobilia; tene menti. Item missio in possessionem ventris noīe, vel vlti-
15 mæ voluntatis nomine, vel cā dāni infecti. †In gl. puta cā, no. istā gl. q oēs causę debilium, & miserabilium personarum: Item & quę tēdunt ad opera mīę, dnr cāæ piæ, & in istis pōt ꝓcedi quolibet tpe. ergo & in oībus relictis pro aīa, quia aīa ponit inter miserabiles ꝑsonas, cū postq̄ est corpore soluta, se tueri nō valeat, hoc singulariter no. ff. de leg. 2. l. si quis Titio.

ADDITIONES.

a Vinc. God Repentinis. Adde, q feriis repentini, non potest renunciari in contractib. Card in cle. sæpe. 28 q. de verb. sig. Ale. in l. j. in prin. ff de fer.

b Vinc. God. Feriæ. Adde q feriæ vindemiarū, & messium non prosunt in non occupatis in messib. Bartol. in l. j. C. de agric. & cēsi. l. b. 11. Alex. in 11. ff. de fer. sed Inno. contra in c. fi. de fer. Spec. eo. tit §. 1. vers. item nota. vide Fel. in c. figuīi cauerunt. in 3. col. vers. vindemias de iudi.

De ordine cognitionum. *Rubr.*

De materia istius rubricæ plene no. in Speculo in tit. de incidentibus quęstionib.

SUMMARIUM.

1 *Cognitio prędere pronunciationem debet.*
Articulus pro sententia definitiua. Pront, pro quia.
2 *Exceptionem suam opponit reus fundata actoris intentione.*
Probationes ex vtraque parte actore consentiente simul recipi possunt etiam sine termino ad excipiendum.
Exceptio potest opponi sine termino.
Exceptione consanguinitatis obstita an videatur matrimonij verba fateri intercessisse, & sic in alijs.

Exceptio-

BIU Cujas

Exceptionibus factum fateri.
3 *Super exceptione pronunciandum de per se an sit.*
Instantia super exceptione, litis interueniente contestatione super ea trie nio perimitur alias minime.
Leg. intra vtile. ff. de minori. legis, de qua. ff. de iudi. intellectus.
Interlocutoria super processu affert graue prejudicium.
Leg. iij. de præua. ff. intell.
4 *In possessione si sit incertum, quis sit actor, vel reus, iudex debet cognoscere, quis sit.*
§. finali. l. liberis. ff. de lib. cau. §. si ex facto, in ver. interlocu. cum, q met. ca. ff. §. permittitur. l. ait prætor, de mino. ff. intellectus.
Declinatoriam potest op ponere confessus.
Præceptum valet, licet non pronuncietur super declinatoria, & transit in indicatum, nisi appellatur.
5 *Quæstio incidens, & emergens, an & qualiter differunt, & num. 6.*
6 *Quæstio principalis quæ dicatur, & quare sic dicatur.*
7 *Pronunciandum an sit super incidenti.*
8 *Iudex, qui fert condemnatoriam non pronunciando, expresse super exceptione pacti, vel prescriptionis, an videatur tacite pronunciare eas exceptiones non obstare.*
§. si rationem. l. quod in diem. ff. de compensa. intellectus.
9 *Pronunciandum an sit super emergentibus.*

CAP. PRIMVM.

INtelleximus. Iudex ante sniam de perẽptoria exceptione cognoscit, sufficit tñ, quod in principali pronunciat. h. d. secunda pars ibi, inquisitioni. Casus. quædã mulier petebat sibi quẽdã virũ adiudicari, lite ꝓtest. produxerat testes
a ad probandũ matrimoniũ, a vir timens periculũ futurum, opposuit exceptionẽ cõsanguinitatis. Quærebat, vtrũ post fundatã intentionẽ mulieris ista exceptio ꝓposita possit probari? rñdetur de ea cognoscendum tanquã de peremptoria, & si ꝓbabit de consanguinitate, feretur absolutoria. In tex. ibi petitio-
b nem elidi, b id id est annullari. aliter ponitur verbum, elidi. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus, ne peteret. Ibi, inq sitioni. i. interrogationi. Ibi, principalis qõ perimat. Ex hoc apparet, q except. o erat incidens, vnde versus. Incidens permit, emergens iurgia
1 differt. Ibi, est cognoscẽdũ, † no. cognitionem semper debere præcedere pronunciationẽ. Ibi, articulũ, no. diffinitiuã snĩam vocari articulum. Ibi, quo facto, id est qua exceptione ꝓbata, ibi, Prout, id est, quia, & sic ponit causatiue. No. ex hoc. c. q super exceptione est cognoscendũ, non tñ est de necessitate
2 pnunciandum. † Secundo no. q reus proponit exceptionem suam fundata intentione actoris, conco. C. de exce. l. si quidẽ. & plene no. ff. de rei ven. l. officium. dixit Inn. q si placet actori, & reus intentionem neget, ex vtraq; parte recipiunt ꝓbationes, & si actor probat, & reus nõ ꝓbat, condẽnet reus. Inn. supple et si ei non fuerit assignatus terminus ad excipiendũ, aliter nõ esset dubiũ: exceptio. n. põt opponi sine termino. Sed an opponẽdo exceptionẽ cõsanguinitatis vr fateri verba matrimonialia pcise, ita q non possit a modo proponere ꝯ testes probãtes verba matrimonij interuenisse? rñdeo, dixit dñs Dy. quod ille, q excipit ad elidendã intentionẽ aduersarii, hoc ipso vr ꝓfiteri factũ, q intẽdit elidere, vt in tpe no. in reg. excep. obijciẽs, de reg. iur. lib. 6. tñ glo. Accur. dicit, q excipiẽs de solutione nõ vr ꝓfiteri debitũ pcise, ut no. ff. de condi. inde. l. Iulia. in prima gl. magna. sed Franc. Accur. modificat illã glo. qñ excipit præmissã negatione, vt ff. de reg. iur. l. nemo ex his. Idẽ
3 dixit Cy. ibi. † Modo ꝯ istud capitulũ opponit, & vr q super exceptione sit pronunciandũ de p se. Primo p regulã gñalem quia de quare iudex cognouerit, de ea dẽt pronũciare, vt ff. de iud. l. de quare. & si non ꝓnunciaret, periret instantia de iure ciuili, vt C. de iud. l. properandum: q intellige nõ solũ in principali, sed et in emergenti, vnde si est opposita exceptio declinatoria & lis sup ea ꝓtestata, & iudex p triennium stetit, q nõ ꝓnunciauerit super ea, instantia illius exceptionis est perẽpta, & debet ꝓcedi in causa principali: secus, si super illa exceptione non esset lis contestata, quia tunc etiam post trienniũ posset pronunciari, quod est notandum. Sol. ad l. de qua. rñdeas, quod illa loquitur, quod. est pronunciandũ. s. sup libello actoris, ex quo ius metimur, vt l. j. in prin. ff. si pars hẽre. pe. sup libello aũt exceptionũ peremptoriarũ, nõ est de necessitate ꝓnunciandũ, quia decidunt simul cũ principali per modũ incidentię, nõ dico, q snia ius faciat hic super articulo ꝓsanguinitatis, vel affinitatis, sed solũ modo tm operatur, quantum oportet ad litis motę decisionẽ. Casus. in l. j. C. de ordine iudiciorũ. Oppo. nam. l cauet, quod si alicui tanq existenti. j. annum vti lem pendente restitutione in integrum aduersus ꝯctum, quẽ dicebat celebratũ in minori ætate, opponebat excessus ætatis, & iudex pronunciauit ętatem suffragari, & idoneam esse ad beneficiũ restitutionis obtinendę, quod ista interlocutoria valet, & ab ea potest appellari. ergo super incidenti debet pronũciari. iste est casus. ff. de min. l. intra vtile tempus. Sol. qõ minoris ętatis emergebat ex parte actoris, & maioris ætatis ex parte rei, & exceptio maioris ętatis habet impedire ꝓcessum. C. de temp. in inte. resti. l. fi. vnde, quia iudex pronunciando ꝓ ętate pronunciauit esse procedendũ, a dicta snĩa tanq lata sup processibus põt appellari. quia est interlocutoria afferens graue præiudicium, & iste est verus intellectus illius. l. alii super ea zuffant, & non figunt pedes in intellectu. Tertio opp. ad idem de l. iij. ff. de prẽuari. Solu. & ibi proponebatur exceptio. & replicatio respectu processus, vt C. de adult. l. quoniã Alexãdrũ.
4 & C. ad l. Iul. de plagi. l. præses. † Quarto opp. nam. l. cauet, q si est incertum, vtrum quis sit actor, vel reus, quia vterq; ꝓponit querelam, sed non in modum libelli, quia non vult facere se actorem, ne subeat onus probandi, q iudex dẽt cognoscere, quis sit in possessione, & super hoc interloqui, & onus probandi imponere non possidenti. iste est casus. ff. de lib. cau. l. libertis. §. fi. Sol. ibi ideo iudex interloquit, quia non erat oblatus libellus, sed agebatur de præparatione causę, & ille. §. est multum nota. Quinto oppo. Nã lege cauet, quod si est qõ super articulo iuris, videlicet vtrũ a iure sit prodita actio, super isto tali articulo est pronunciandum. Iste est casus figu. ff. q me. cau. l. metum. §. si ex facto, in verbo, interlocutum. Sol. ibi interlocutoria fuit lata super dubio iuris, nõ sup meritis causę. i super violẽtia. Sexto opponitur. nam l. cauet, quod si minor debitũ petat, & pars confitetur, sed dicit, quod minor nõ habet legitimam personã sine curatore, & iudex præcipiẽdo interloquitur, valet interlocutoria, licet possit appellari, eõ q iudex omisit cognoscere, & pronunciare super legirimatione persone, iste est casus. ff. de min. l. ait prætor. §. petmittit. So. ibi interlocutoria fuit lata in confessum. & tria ibi sunt notãda: primo quod confessus potest opponere declinatoriam. secundo quod licet non pronunciaret super ea, valet præceptũ. tertio quod potest appellari, tñ si non appellatur, præceptum
5 transit in rem iudicatã sine ope rest. in integ. † His ergo sic ꝓmissis pro intellectu dictarum legũ quæro primo, quę sit dria inter qõnem incidentem, & emergentem. Dixit Io. quia incidens habet vetustiorem cãm: emergẽs aũt oritur in ipso iudicio. dicunt Doc. q imo incidens põt oriri lite pendẽte, & in iudicio, vt C. de transl. siue apud acta & ff. de cond. inde. l. elegãter. §. si quis post. ego ad excusationem tãti viri expono, quod ipse inteilexit de cã passiue, quia vetustior cã, puta ꝯctus, vel quasi patit, id est eliditur ab incidenti, sed non elidit ab emergenti, quia emergens nõ tangit merita cãæ principalis, sed tẽdit ad elidendum iudicium, & ideo non põt elidere nisi iudicium motum, quia quod nõ est, elidi non põt, cũ priuatio nõ sit ante habitũ, vt ff. de ver. obl. l. decẽ, & hęc est veritas omissis
6 multis ambagibus. † Quęro, quæ dicatur qõ principalis, & quare sic dicatur? rñdeo, quia est petitio, quę dirigit per actorem ꝯ reũ, & dr principalis, quia principalis, nã ipsa est principiũ. Sed quę est cã emergens? rñdeo declinatoria iudicij. non enim tangit merita cãæ. sed quæ incidens est? rñdeo, ꝓprie loquendo illa, q merita cãæ tangit, vulnerat, vel elidit, vt statim dicam. Sed quæ est natura principalis? rñdeo, vt lis contestet, & procedat. at natura incidẽtis est, vt simul cum principali decidatur. Et no. q qõ incidẽs qñque dr prejudicialis. qñ tangit factum, & hoc, cum impedit processum, vt j. eo. c. tuam, sed si non impedit processum, non dr ꝓiudicialis, vt no. Arch. ij. q. iij. c prius, & plene dixi. C. sent. res. nõ pos. l. peremptorias, vbi
7 videas. † Secundo quęro, an super incidenti sit pronunciãdũ? & dic aut talis interlocutoria tenderet ad sorbendum totũ negotium, & non est pronunciandum, quia hoc pertinet ad virtutem diffinitiuæ, si tñ pronunciaretur, oporteret appellari, aut non pronunciat super toto sed sup vno articulo, vel particula, & tunc põt pronunciari, & ẽt appellari, vt d. l. intra vtile.
8 fm alium intellectum. † Modo ergo reuoco in dubium, vtrũ iudex, qui fert condemnatoriam non pronunciando expresse super exceptione pacti, vel præscriptionis, videat tacite pronunciare eas exceptiones non obstare. dicunt Doct. q sic. nũquid ergo poterit appellari ab hac interlocutoria, exceptione non obstante? finge quod per statutũ nõ possit appellari a snia in cã mutui lata, tñ possit appellari ab interlocutoria super exceptione. respondeo, quod quicquid dicant Doct. ista nõ est interlocutoria, sed est quidã effectus diffinitiuæ, & ideo non põt appellari, nisi iudex adiiceret hæc verba, non obstantibus exceptionibus, quia per clausulã, nõ obstante, videret exp esse pronunciare sup ijs. Oppo. q snia lata in principali nõ videat lata in incidenti, vt ff. de compensa. l. quod in diem. §. si rõnẽ. Sol. ibi est talis incidens, q stat p se, vt elegãtet no. Cy. fm Pe
9 C. sen. rescin. nõ pos. l. peremptorias. † Modo ergo quæro, an.

super

ADDITIONES.

a Vinc. God. Matrimonium. Adde an matrimonium palam contractum in facie ecclesiæ, si ad erat aliquid impedimentum, dicatur puratinum, Soc inn. consi. 89. num 1. lib. 3.

b Elibi. No. etiam verbum, elidi, quia intelligitur i. annulari, aliter accipitur in l. si vnus. § pactus. ff. de pac.

BIU Cujas

ſuper emergentib. pronũciandum? & dic q̃ ſic, ſi iudex vult procedere de conſilio iuriſ. quid ergo, ſi ꝓceditin cauſa principali ſurda ante pertrãſiens exceptiones declinatorias, vtrũ valeat proceſſus. d. Iac. But. in l. a procedente. C. de dila. ḋt, aut eſt lis conteſtata ſup exceptionibus declinatoriis, & tunc proceſſus ad vlteriora eſt nullus, niſi iudex interloquat̃ ſup eis. Si vero lis non eſt conteſtata ſup iſtis exceptionibus emergẽtibus, bene tenet proceſſus. gl. Accur. diſtincte dicit non tenere ff. qui ſa. co. l. arbitrio. Bar. ḋt, q̃ ante lit. cont. nihil eſt de ordine ſubſtantiali iudicij præter oblationem libelli, vt ipſe no
a tat ff. de teſt. l. ſi quæramus. Alii dicunt, q̃ legitimatio a perſonarum non eſt de ſubſtãtia, dummodo perſonæ re vera ſint legitimę, & hoc vr̃ expreſſum ꝯ. de ap. c. ex parte. M. niſi dicat̃ q̃ illud ſit ſpeciale per l. nõ eo minus. C. de proc. & q̃ no. in l. ſi tuto. C. in quibus cau. in integrũ reſti. non eſt neceſ. in ſolẽni gl. quæ eſt ibi. Porro ſi perſona eſſet oĩno legitima, q̃q̃ eſſet dubium, & iudex non legitimaſſet eam per ſuam interlocutoriam, proceſſus eſſet nullus ipſo iure, vt l. j. §. idẽ Põponius ff. q̃ cum fal. tut. aut. & q̃ no. ff. de iureiu. l. iuſiur. q̃. §. j. & l. 2. C. de eo, q̃ pro tut. & ſunt gl. notabiles, & quod in dub. o toleraẽ, ex euentu ſententiæ declaratur nõ teneri. C. de pe. her. l. ſi putas. Quid dicemus? cõſidera, q̃ quædam eſt quæſtio ſemel emergens in quolibet articulo, vt hęc exceptio, tu non debes audiri, quia bãnitus, vel malpagus Nam in quolibet articulo poteſt opponi, cum in quolibet articulo requiratur audiẽtia, vt no. Iac. Bu. ff. de condi. inde. l. cleganter §. ſi quis poſt. in prima exceptione, videt q̃ valeat proceſſus. In ſecunda non, vt ff. ad Maced. l. nam & ſi, & l. j. §. q̃ autẽ ff. de ale. vel dic, q̃ aut iudex recipit probationes ſuper exceptione, & debet ꝓnũciare: aut non, & tunc non, qa non cognouit. vel dic indiſtincte proceſſum valere per l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & ff. de min. l. ait prætor. §. permittitur. Nam cõpulſio ad procedendũ hẽt vim interlocutoriæ, vt ibi patet, iſti tex. ſunt notabiles. & hæc vera, niſi talis proceſſus eſſet ꝯ formam mandati, vt ꝯ. de reſti. ſpolia, c. Piſanis. vel niſi iudex cumularet & intricaret proceſſus emergẽtis qõnis vna cum principali cã, qa tunc proceſſus nullus, vt ſ. de iudi. c. exhibita. prudẽtius tamẽ facit iudex interloquendo, quia ſeruat mandatum. l. quia natura emergentis eſt differre negotium principale, & dilatiõe pendente iudicis officium conquieſcit.

ADDITIO.

a Vinc. God. Legitimatio. Adde, qd̃ legitimatio, vt ualeat, oportet exprimere oẽs qualitates, & an ſufficiat in genere, Rui. conſi. 74 num. 27. lib. 3.

SUMMARIUM.

Spoliationem alterius rei ſi vnus opponit aduerſus actorem, quid iuris. in prin. & num. 1.

1 *Perſona actoris, & rei an & quando debeat eſſe certa.*
Damna ſi acceſſorie petantur, nõ oportet exprimere nominatim, ſecus ſi principaliter, & num. 9.
Sententiæ diuiſim quando ferri poſſint.
Liquidum propter non liquidum non differtur, & quando.
Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, & num. 5.
2 *Excommunicatio potius eſt iuris, quam facti.*
3 *Exceptio & citatio facta ſuper ea non interrumpit præſcriptionem aduerſarij, & nu. 15.*
Sententia lata in cauſa criminali an faciat ius in ciuili.
Libellus contra cognationem formatur, nominib. in expreſſis, & an in aliis caſibus generaliter concludat, & nu. 5. 8. & 9.
Exercitum, & gentem quot homines faciant.
Juſtitiam mihi fieri, ſi proponam in libello, valet quantum actio nominatim propoſita, & nu. 9.
Lex, libellorum, non habet locum in interdicto, vnde vi, ciuiliter moto.
4 *Exceptionem qui opponit, litem non conteſtatur.*
Citra pro abſque.
Delictum Abbatis nocet monaſterio, ſi deliquit eo cõſentiẽte, et n. 10.
Poſſeſſio pacifica quę.
Comparatiuum pro ſuperlatiuo.
Agendi, vel excipiendi modus conſideratur.
Petitio cum exceptione quandoque cumulatur.
Super ordine procedendi eſt pronunciandum.
5 *Succumbens in exceptione famoſa non efficitur infamis.*
Retinere poſſum rem meam ad me etiam longiſſimũ poſt tps reuerſam.
Reconuentio in delictis habet locum.
Lex, ſi quidem, de excep. non habet locum in exceptionib. prejudicialib. & declinatorijs.
Actus agentis quatenus operetur.
6 *Condemnare in eo, quod petitum non eſt iudex non poteſt.*
7 *Petere non dicitur proprie, qui excipit, & num. 13.*
8 *Cumulatio plurium delictorum.*
Silentium eſt indicium tacitæ confeſſionis.
Suſpenſiua ſententia fertur in multis negocijs.
9 *Libellus an nõ procedat propter rerum gñralitatẽ q̃ obſcuritatẽ parit.*
10 *Violentia prælati an noceat eccleſia.*
Sententia conuentionis & reconuentionis dr̃ vna, & ſimul ferẽda, aliter appellari debet cum non ſit nulla.
Reconuentio an ſuſpendat iudicium primo captum.
Legis, illicitas, de offi. præſi. legis, ſi de vi, de iudi. legis, ſi quis in tantũ. C. vnde vi. intell.
Jus ſibi dixiſſe, quando obſtet.
11 *Exceptio ſpoliationis an poſſit opponi contra agentem depoſiti.*
Excipientis conditio melior.
12 *Probationes receptæ ſuper exceptione an valeant ad agendum.*
13 *Pronunciatum ſi ſit cõtra excipientẽ an poſſit illud idẽ refricare agẽdo.*
14 *Sententia abſolutoria lata ſuper actione an excludat exceptionẽ, in qua idem refricatur.*
15 *Præſcriptio an interrumpatur per exceptionem, & citationem ſup ea.*
Actus ordinatus ad vnũ finẽ non parit aliũ finẽ, ad quem nõ ordinatur.
Confeſſio vera non requirit ordinem agendi.
16 *Cõuictus de exceptiõe falſi oppoſita criminali an poſſit ordinarie puniri.*
Notorium non ſurgit ex recepris ſuper exceptione.
Armorum terror quando ſufficiat.
Armatus fecit & cum armis fecit, inſtructus fundus, & cum inſtrumẽto, dicere, non eſt idem.
Conſentire ex poſt facto etiam in maleficijs nocet conſentienti.
17 *Mandans an cum mandatario concurrat in eodem actu delicti.*
18 *Procurator, qui cum ſufficienti mandato iurat falſum in animam domini, an dominus ſit periurus ficte aut vere.*
Profeſſio monachi, adoptio, & legitimatio ſpurij pèr procuratorem fieri non poſſunt, quia duæ ſequerentur fictiones.

CAP. II.

CVm dilectus. Si reus ꝯ actorem opponit ſpoliationẽ alterius rei, aut excipiendo, & tũc prius audit̃, & exceptione probata rñdere nõ cogitur, niſi pr̃ reſtituat̃ res, ſed per hoc nõ q̃dẽnat̃ aduerſarius ad reſtituendum, quia nõ eſt actũ ad hoc. aut ſpoliatio deducit̃ recõueniẽdo, & per modũ agendi, & tũc vtraq; qõ ſimul tractat̃, & ſpoliatione ꝓbata reſtituit̃ res h. d. notabiliter. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur facti & ꝓceſſus narratio. In ſcda Papæ interlocutio. ſcda ibi, nos aũt. Prima ſubdiuidit̃ in tres, quia in prima ponit̃ actoris petitio. In ſcda reorũ exceptio. In tertia actoris replicatio. Scda ibi ei citra. tertia ibi, verum. Item ſcda prĩcipalis ſubdiuidit. Nã primo Papa ponit ſuã interlocutoriã, duo mẽbra diſtiguẽs. ſcdo eã declarat. & probat ꝓ duo ſimilia. ſcda ibi verũ &c. Caſus. Abbas de Ferentino egit ꝯ nobiles de Artone, qa manu armata & cũ exercitu ad caſtrũ monaſterii venientes in p̃diis animalium, & aliis dãnificare dictũ monaſterium p̃ſumpſerunt, ſibi fieri petens iuſtitiã. Ex aduerſo dicti nobiles exceperũt, q̃ ꝓ dolũ Abbatis, & violentiã ipſius erat ĩuaſũ caſtrũ Sirati, q̃ẽt ꝓgenitores ipſorũ nobiliũ tenuerũt pacifice & qete, petentes prius ſibi fieri iuſtitiã. & dictũ caſtrum reſtitui ſibi, q̃ petitioni ipſius rñderent, offerẽtes ſe paratos per teſtes p̃ntes ſpoliationẽ dicti caſtri incontinẽti probare. ꝯ quos nobiles fuit replicatũ ꝓ parte Abbatis, q̃ reſtitutio dicti caſtri ab eo peti nõ poterat, quia d. Abbas nõ fuerat ſpoliator, & qa dictũ caſtrum ad ius & ꝓprietatẽ monaſterii pertinebat, nec pars aduerſa negabat ꝓprietatẽ dicti caſtri ad monaſteriũ pti nere. Et ex hoc inferebat, q̃ monaſteriũ dictũ caſtrũ tãq̃ rem ꝓpriã licite retinebat, & q̃ ꝓſona Abbatis ꝙueniri nõ poterat qa minime ſpoliauerat. Papa dixit, q̃ interdũ ſpoliatio obiicit̃ in modũ actionis, interdũ in forma exceptionis. Nã i forma actionis obiicit̃. qñ reſtitutio petit̃, in forma vero exceptionis qñ intẽtio agẽtis repellẽdi ꝓponit̃. In primo caſu ſunt mutuę petitiones ſeparatæ, in quib. q̃ prior appellat, prior agat. In ſecũdo caſu prius de exceptione ẽ ꝓnũciadũ, & iõ Papa interloquẽdo ꝓnũciat, vt ꝓbõnes dictorv nobiliũ ſup ipſa exceptio ne prius audiant̃, & exceptiõe ꝓbata nõ coganṫ dicti nobiles rñdeř abbati donec ei ſit facta reſtõ caſtri, tñ ad reſtõnẽ caſtri ñ p̃t Abbas ꝙdẽnari vi exceptiõis ꝓbatę, qa nõ ẽ ad hoc actũ, & iſtã ꝙclonẽ probat Papa ꝓ ſimile de crĩe probato teſti per modum excipiendi, qa per hoc nõ punit̃ teſtis, nec producẽs pęna ordinaria, qa nõ eſt ad hoc actũ, ſed ſolũ repellit̃ a teſtimonio, q̃ ea rõne ꝓtingit, qm̃ in ipſum accuſatio ñ procedit. Itẽ probat ꝓ id q̃ ſnĩa lata ſnp exceptione falſi nõ infamat, li
1 cet eneruet teſtimoniũ. hoc ḋt notabiliter. †Dicit Inno. q̃ certa dẽt eſſe ꝓſona rei, & certa actoris, niſi qñ vniuerſitas agit, vt ꝙueniṫ. quia tunc nõ oportet exprimi noĩa ſingulorũ. Innoc.
a Idem ait, q̃ nõ oportet dãna a exprimere particulariter, & nominatiue, ſed ſufficit clauſula generalis, qñ petunṫ acceſſorię ſed ſi peterent̃ dãna principaliter. & ꝓ ſe, dẽret exprimi qualitas, & quãtitas dãnorũ. Idẽ ait, q̃ ĩuaſor caſtri tenet ad r̃ſtituẽ

dum

ADDITIO.

a Damna. Circa damna. An debeant exprimi in libello, uide Bal in conſil. 119. in ci. ſtatuto caueturia. col in 2 par. ubi notabiliter.
Vinc. God Adde, an damna ueniant appellatione expenſarum Bald. interdnm. ff. de fruc. & lit. expenſ col. fin. Bartol in l. j. § fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & ibi Alex.

BIU Cujas

dam oĩa, quæ erant in castro Idem ait, ꝙ qui declinat libellū, declinat forū. Idem ait, ꝙ illa conclusio, petit iustitiam fieri, si pertinet ad iustitiā gñalem, est incerta, nisi ex adiunctis declaratur. Idem ait, ꝙ vbi constat probatū de quētione, & de alio non constat, pp dubiū status cāæ, diuisim pōt ferri snīæ, nec differtur liquidum pp non liquidū, intelligo, nisi possit liquidari. ꝛ. duos menses. ff. de iu. fis. auferē. §. cōpensationem. Inn. Idem & gl. ait, ꝙ pp continuationem tpis dr̄ vnum, ꝙ est duo Inno. Idem ait, ꝙ prælatus agens noīe ecclesiæ nō repellitur per exceptionem spoliationis factæ noīe proprio. Inn. idem ait, ꝙ exceptio spoliationis est dilatoria. Inn. idem ꝙ exceptio spoliationis nō hēt locum qñ agit ꝯ incertam personam. Inn. idem ait, ꝙ excipere non est proprie agere, sed abusiuè. & idē Inn. nullum iudiciū pōt incipere ab excipiendo. Idem ait, ꝙ si qs petit absolutionem excōica non procedit petitio nisi satisfaciat de manifesta offensa tñ si absolutus est, nihil aliud consequitur, si petit absolutionem incidēter quā sui habilitatem in illa cā. Idem ait, ꝙ qui petit absolutionē, non confitetur se eē excōicatum, immo quia ad cautelam pōt hoc peti. † In ꝯrium vī, ꝙ excōicatio est potius iuris, quam facti. est. n. quoddā intellectuale, ꝙ ex iure sumit̄, & pro hoc. C. de li, cau. l. cum pcū. & hac petitione pendente pōt nihilominus denunciari excōicatus, vt innuit hic Inn. quia vitiū litigosi nō afficit snīam, q̄ trāsiuit in rem indicatā. † Idē ait, ꝙ exceptio, & citatio facta super ea non interrumpit prescriptionem aduersarij quia nō plus operatur citatio, quam litis contestatio facta super exceptione. Idem ait, quod snīa lata in criminali non facit ius in ciuili Inn. caue tibi, quia loquitur, vbi ciuilis & criminalis non descendunt ex eadem cā, sed ex diuersis spoliationib. & ī isto c. sunt multa bona notabilia. Ibi, de nobilibus reis. No. libellū formari ꝯ totam cognationem proprijs nominib. non expressis. Ibi qōnem, qñ dicatur qō mota, no. ff. ad Treb. l. Lucius. §. a tres hæredes Ibi manu armata non dicit cum quib. armis, & ĩ concludit libellus in l. Iulia de vi arma. l. publica. Ibi, cum exercitu, quot hoīes faciant exercitū, no. ff. de insa. l. 2. quot faciant gentem, dicunt quidam, ꝙ quatuor, vt in l. j. ff. de prob. sed ibi ponitur gens pro cognatione, vel parentela, non ꝓ numeris hoīum. & ideo dic quod tot hoīes faciunt gētem, quot faciunt turbam. Ibi, ad castra. si illa castra non designentur p cōfinia, procedit libellus quia erāt per se nota. Item illud verbum ad castra, facit ad statutum de faciente insultum ad domum. Ibi, in prędijs, simile verbum. C. quod met. cau. l. si p impressionem Ibi, in alijs, no. generalissimū libellum procedere super damnis & interesse, & rerum restitutione. Ibi, Iustitiam no. generalem conclusionem libelli, peto mihi fieri iustitiam, & tm̄ operatur, quantum actio noīatim proposita in libello. Item no. ꝙ in isto l. bello non erat appositus mensis, quia l. libellorū d accu. ñ obtinet in interdicto vnde vi, ciuiliter, moto licet Bart. dicat ꝯrium per l. ita exigit. ff. de do. sed ibi erat actio famosa, hic non, qa nullū interdictum infamat, vt plene no. C. de interdic. l. incerti. & hæc notabilia collige in prima parte huius c. † Sequitur, circa i. absq;. ex hoc sio. quod qui exceptionem opponit litem non contestatur. Ibi, per dolum, & violētiam, no. delictum Abbatis redundare ꝯ monasteriū; & hoc verum si deliquit de consensu totius conuentus fm Ber. & p Dy. in c. delictum personæ, de reg. iur. in 6. Ibi, Commiserant delictum, s de facto, & est cōis vsus loquendi. Ibi. Quietè. pacifica possessio dr̄, quæ in prin. fuit pacifica, licet postea turbet vt hic, & ff. de aequi. pos. l clam possidere, in prin. Ibi, Nou denegabant, supple, sed dicebant se esse vsufructuarios, vel vasallos, vt ff. de vsufruct. l. cuiuscunq;. §. j. Ibi. Reuertitur, hęc allegatio probat̄. C. vnde vi. l. cum quærebatur. hoc verum est, si reuertitur sine vitio. Ibi, Longiora, i. longissima quia verbū b longiora, b significat plusquam longum, hæc allegatio probatur. C. de præscr. 30. an. l. si quis emptionis Ibi, tm̄, i. non cōtradm̄ rei, alias allegatio esset falsa. Ibi, distiuguendum, No. modum agendi, vel excipiēdi ꝯsiderari; hoc no. 3. q. 6. c. hoc qppa. Ibi, Primus, quia erat exceptio præiudicialis, & ideo primo tractanda & decidēda. Ibi Non cogatur. ista ratio vī falsa, qa s. dixit, quod nobiles non solum excipiebant, sed petebāt, ibi, parentes prius. So. illa petitio erat ꝓsecutiua exceptionis, quasi dicat, nisi restituas, audiri nō debes tu Abbas. Porro bene potuisset cum exceptione cumulari, & tunc hr̄et virtutem complexiuam agendi, & excipiendi per duas leges notabiles. ff. de iureiu. l. nam postea. §. si minor. ff. de inof test. l. Papinianus. §. si filius. In tex. ibi, interloquendo pronūciamus. No. cum est qō super ordine procedendi, debet super hoc ferri interlocutoria. † Ibi, inter infames. No ꝙ succumbens in exceptione famosa non efficitur infamis, concor. ff. de insa. l. Lucius. & cōcludo ex p dictis primo de generali libello admittendo. Itē ꝙ exceptio spoliationis est declinatoria, & ante litis contestatiō nem. Item no. ꝙ dñs rem suam ad se reuersam licite pōt retinere, non obstante quod ab alio malę fidei possessore fuisset possessa etiam per tempus, cuius tēporis contrarij memoria non existit. Item no. ꝙ in delictis habet locum reconuentio, si ciuiliter moueantur. Item no. ꝙ lex, si quidē. C. de exceptionib. non habet locum in exceptionibus præiudicialibus, seu declinatorijs Item no ꝙ actus agentis in tantum operatur, inquantum operatur eorum forma & natura. Item no. ꝙ qui excipit
6 non petit. † Item nota, ꝙ iudex non potest condemnare in eo quod petitum non est, concor. C. de fideicom. lib. l. fi. ff. de dā.
7 infe. l. 3. §. iudicium. ff. cōi di. l. vt fundus. † Item no. ꝙ qui excipit, non dr̄ proprie petere, sed improprie, vt ff. de in ius vo. l. libertus aduersus. Item no. hic † in libello plura delicta cumulari. sic. C. de accu. l. si quis homicidæ. Item no. in verbo, nullatenus negabat, quod iudicium tacitæ confessionis est silentiū, vt ff de no. ope. nun. l. prætor. §. hoc autem, in gl. parua. itē no.
c in tex. ibi, donec, ferri snīam suspensiuam, & suspēsio. hic apponitur redintegrationi. sic. ꝛ. de consti. c. ex literis. aliquando ponitur ad natiuitatem, vt qñ fertur snīa cōditionalis, vt C. d sen. l. cum iudex. aliqñ fertur sub protestatione. ff. de pac. do. Vltimo no. ꝙ exceptio non infamat. Oppo. ꝙ libellus, in quo non exprimuntur noīa reorum, nō procedit, quia est incertus. Sol. hic erat nomen collectiuū agnationis, seu familiæ. ff. d iurisdom. iu. l. si familiæ. Itē procedit, qñ conuenitur vniuersitas, tu dic, ꝙ nomina reorum erant certa, quia comparuerūt, & sese & aduersarios certificauerunt, secus, si nō comparuissent, vt ff. de iu. l. cum quem temere. † Secundo opponitur, ꝙ
9 libellus non procedat pp rerum generalitatem, quæ obscuritatem parit, vt ff. de rei ven. l. idem Pōp. §. fi. & ff. de iu. fis. l. ita fidei, & no. ff. de cens. l. forma. Sol. hic libellus erat certus quā tum ad castra, & eorum territoria, quia erāt per se nota. quantum autem ad damna dicit Iuno. ꝙ procedit libellus, quia veniunt accessorie, & probantur per iurm, vt C. vnde vi. l. si quā do. vnde sicut releuatur agens ab onere probandi, ita a necessitate exprimendi in libello. tu dic, ꝙ aduersarij nō petebat declarari, sed ita generaliter excipiebant, sicut generaliter agebat ꝯ eos, sed si petiissent declarari, debuisset declarari tam principale, q̄ accessoriū, vt ꝛ. de dila. c. literæ. Tertio opponit ꝯ conclusionem libelli. nā in libello dēt proponi actio expressè, vel tacitè, sed per illa verba, peto iustitiā fieri. nulla actio proponitur saltem certa; ergo non procedit libellus. So. iustitia hic intelligitur iuxta qualitatem probandorum, ex quo libellus fuit admissus per iudicē, & aduersarijū. licet. n. fieri non debuit factū tñ tenet, vt l. . . ver. biduū. ff. qñ ap sit, & ff. de interdi. & relegat. l relegatorum. §. ad tps, ver. sic tñ. † Quæro, nunquid violentia prælati nocet ecclesiæ? & dic vt s. dixi, tñ ecclesia pōt in integrū restitui, quia ecclesia, inquantū ecclesia, non est in dolo. Opp. prælatus agebat noīe ecclesiæ, ergo non repellit rōne
10 ꝓprij delicti, vt C. de sacros. eccl. l. iubemus. §. æconomus. So. vt dixi, hic congregato. c deliquit, vt no. ff. de re. iu. l. aliud. §. refert. Opp. ꝙ snīa in cā reconuentionis, & cōuentionis nō sit vna, sed plures. So. dr̄ vna pp earum continuationem. tñ realiter plures sunt. si pronunciatur prius in reconuentione, non est snīa nulla, sed debet appellari. Non ob. C. de sen & interlo. l. platā, qa ibi non est ordo circa idē, hic circa diuersa. Opp. ꝙ ēt reconuentio suspendat iudiciū primo cęptū. 2. q. j. c. in primis, & 3. q. 2. quasi per totū. So. ibi sęda qō erat criminalis, prima ciuilis; & ideo supersedet in ciuili, vt C. d ordi. iudi. l. fi. hic vtraque erat ciuilis Oppo. ꝙ ex quo cōstabat iudici de veritate, id est de spoliatione, semper debet mandari, quod fiat restitutio, vt l. illicitas, in principio. ff. de offic. presi. respōdeo, illa. l. nō dixit hoc, sed dixit, quod iudex debet prohibere vim fieri; & sic ibi loquitur de vi futura, non de vi facta. Oppo. quod
d nunquam illi nobiles d possunt condemnari, etiam si fuerit actum contra eos, qui habebant paratas probationes in contrarium, vt not. ff. de iudic. l. si de vi. Sol. probationes non releuabant ipsos, qui accesserant ad castra ecclesiæ, & prædauerant.

ADDITIONES.

a Armata Circa hoc aduerte vtiliter, quia licet appellatione armorum veniant lapides, fustes, & alia apta ad nocendum; tamen illud est verum improprie secundum An. in l. si pignore ad Silla. ver. etiam vide tex. & sequitur Lud in l. 1. §. occisorum ad Silla. ver etiam vide tex. & ideo talia non comprehenderentur in statuto vt est gl. sing. cle. 1. in verbo arma, de statu mona. Item no. quod ille qui portat arma vetita, debet illa perdere. Et portans arma præsumitur habere malum animum nisi portet ligata, & ad palatium communis non licet portare arma. gl. in c. 1. §. si quis rusticus, de pa. te. & ibi Bald & Lud. fi. in 14 char. sed pro occidendo bannitos licitum est portare, vt determinat Nellus de sancto Gem. in suo tra. bannitorum, & sequitur Lud. in l. 3 § sed vitium, ad Silla. Idem no. quod etiam ducens secum seruos armatos, punitur l fi. & ibi Bald. ad l. Iulia. de vi publica. & adde etiam hic quæ ponit Bal. infra in fi. col. quæ omnino vide.

b Vinc. God. Longiora. Adde quod lōgum tempus dicitur non solum centum annorum, sed etiam iudicis arbitrio. Rui consi. 92. nu. 10. lib. 4 & consi. 118. nume. 3. eod. lib. 4.

c Vinc. God. Suspensio. Adde quod suspensio temporis de medio tollitur. Rui. consi. 17. nu. 17. lib. 4.

d Vinc. God. Nobiles. Adde quod nobilis habet præsumptionem pro se, in his, quæ concernunt nobilitatem. gl. sing. in c. illud. 11. dist. Lu. Ro. fin. uerbo, nobilitas. vel in his.

BIU Cujas

dauerant. vnde intentio agentis non excluditur p intentionē rñdentis qa circa diuerſa, ut C. de do. iter vi. & vxo. l. ſi marit⁹, & ibi no. Op. quod iſti nobiles non pñt vincere, quia ius ſibi dixerunt, vt in l. ſi quis in tantā. C. vñ vi. So. non eſt verum, qa non dixerunt ſibi ius in eadē re, ſed in alia. vnde ſi tenes vnū caſtrum Matchionis Montisferrati, & ipſe facit mihi guerrā ad aliud caſtrū, non propterea perdit ius ſuū. caſus eſt hic no. & no. ff. quod me. cā. l. extat. Item ex ſolo inſultu ēt cum præda animalium ad idem caſtrū non perderet ius ſuum, qui ñ habuit effectū cōſummationis, ſicut requirīt ex vi ſermonis in vi expulſiua, & ablatiua, non. n. expulit alium, qui cogitauit, ſed qui efficit, nec ante fit res vitioſa. † Quęro, vtrum ꝺ agentem depoſiti poſſit opponi exceptio ſpoliationis? & vī ꝙ non, quia talis exceptio eſt ſpecies ſpoliationis, & habet in ſe crimen, vt no. Dy in c. qui ad agēdū, de reg. iu. lib. 6. hęc ratio non placet per l. inficiando, in prin. ff. de fur. item non pōt ꝓbari depoſitū, quoniā ſuſpēſa eſt eius cognitio. Item ī pari cā mellor eſt conditio excipientis. ff. de ver. obl. l. ſi ſeruū. §. ſequitur. † Quæro, nunquid probationes receptę ſuper exceptione valent ad agendū? rñdeo, aut queris, vtrum ex probat onib⁹ oriatur actio. & dico ꝙ non, vt dixit illa gl. ſingularis. ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. pe. aut queris, vtrum valeant ī vim teſtimonii? & videtur ꝙ ſic, quia inter eaſdem perſonas. In ꝺ rium vī, quia ñ operat̄ ſnīa, ergo nec teſtes. & hęc vera ſm Inn. tu dic, ꝙ non faciunt plenā fidē, ſed faciunt magnū indiciū ex quo poteſt deferri ſacramentum in defectum probōnis ſi iudex vult deferre, ar ff. de iureiu. l. ſi duo patroni, in princip. † Quęro, nunquid ſi eſt pronunciatum ꝺ exceptionem, poſſit refricare agendo? & vī ꝙ non, quia ſnīa lata ſup excep.one tranſit in rem iudicatam, & parit exceptionem rei iud. nā vbi mutattur concluſio, ibi eſt alius libellus. Et ideo non ob. exceptio rei iudi. vt patet ex dictis. In ꝺrium dixit gl. & bñ, qa exceptio non tendit ad eundem effectum, nam per exceptionem nō recuperat poſſeſſio, per actionem ſic. conſidera ſubtiliter, qa hic eſt alia res. Nam qui petit, rem petit, ſed qui excipit, rem nō petit, & eſt de hoc caſus ſingularis. ff. de euic. l. vēdicantem, cū l. ſe. † Quęro, quid eꝺ, vtrum ſnīa abſolutoria lata ſuper actione excludat exceptionem, in qua idē refricat? & quidam dicūt quon ſic. Nam ſnīa lata ſuper actione excludit exceptionem compēſationis opponendā ex eadem cā, vt no. ff. de compen. l. ēt. licet in oppoſitum faciat l. procu. ad exhibēdum. §. i. ff. rem rat. hab. dic, quod aut eſt lata abſolutoria, quia nō factū, vt quia nō probatum. primo caſu eſt abſorptum ius excipiendi. ſecundo non, vt ff. de condi. & demon l Iuliauus. & ibi no. † Quæro, vtrum per exceptionem, & citationem ſuper ea interrumpat̄ pręſcriptio, & procedit qō in exceptione ꝓpenſationis. quidā dicunt ꝙ ſic per l. omnes. ff. de reg. iur. Alii dicunt ꝓtrarium & verius per l. in rebus. §. fi. ff. cōmo. quia exceptio[a] nō interpellat debitorem, nec morā inducit, & qa natura exceptionis eſt excludere, & his finibus eſt ꝓtenta, nō autem perpetuare, niſi eſſet talis exceptio, ꝺ quam curreret p ſcriptio, quia tunc obiectu perpetuatur, vt C. de non nu. pec. auth. ꝺ qui propriā. dicas ergo, ꝙ actus, qui ordinatur ad vnū finem, non parit alium finem, ad quem non ordinatur, vt j. de teſti. c. veniēs. 2. ex hoc apparet, ꝙ ſi clerico eſt probatū crimen ſuper exceptione, non ideo eſt priuādus a beneficio, ꝙ eſt verum, niſi eſſet probatū per confeſſionē, quia ꝓfeſſio nō requirit ordinem agendi, ut j. de reſt. ſpo. c. Piſanis. & hoc ī ꝓfeſſione vera. ſed confeſſio ficta nō præiudicat in alio genere cāe vel litis. tex. eſt ſin. in l. 2. in prin. ff. de iu. fiſ. † Vltimo q̄ro, quid de exceptione falſi oppoſita in criminali, vtrū cōtra ctus poſſit ordinatæ puniri? & breuiter eſt vnica gl. in iure ꝙ non. ff. de adul. l. 2. §. ſi publico. & per hoc vī, quod ex receptis ſuper exceptionibus non ſurgat notoriū, quod eſt no. In prima gl. ibi, cū armis, ēt ſi non ponat manum ad arma, qa ſufficit terror armorum, & aptitudo offendendi cum armis, ſec⁹ ſi requireretur vſus & actus armorum ut in ſtatuto de offendente cū armis. Nā non ſufficit eſſe armatum niſi armis vtat̄, & hoc importat ſignificatio verborū. Nā aliud eſt dicere, talis armatus[b] fecit ſic, aliud talis cum armis[b] fecit ſic ſimile dico, ꝙ aliud eſt dicere, fundus inſtructus, aliud eſt dicere, fundus cū inſtro, vt no. C. de ver. ſig. l. 2. & mai⁹ delictum eſt cū armis q̄ ſine, vt gl. In gl. ſed quare, ibi, Ab initio, vel ex poſt facto, eſt multum no. ꝙ ſi capſm ex poſtfacto conſentit maleficio præiati, nocet eccleſiæ. idē, ſi populus maleficio ptātis, tene mēti. † Ibi, Mandato, mandans cū mandatario cōcurrit in eodem actu delicti, & ideo unum & idem eſt malū vtriuſq; ſm Dy. & no Cy. C. ſi reus, vel acu. mor. tu. l. j ſed certe verū eſt, ꝙ cōcurrit aīo, ſed nō corpore niſi cēt pſens, qa aliquid hēt fictionis, ut no. in l. j. §. deiec. iſſe. ff. de vi & ui ar. & per Iaco. But. C. d legi. l. nō dubiū. conſtat ēt, ꝙ mandatum eſt pręparatorium, & actio oriī ex præperato, non ex præparante, vt l. iudi. § fina. ff. ad l. Aquil. & no. C. de accu. l. qui de crimine. ſed idē Ia. Bu. dixit ꝺ & male. tenet igitur mandans ex facto ſubſecuto pro pter mandatum, nō ex mandato, pp factum ſubſecutum, vt ff. de fideic. l. ſi vt proponitur. idē in contractibus, quia tenet̄ actione ex eo ꝺctu ꝺhenti, nō actione mandati, vt no. C. mā. l. ſi literas. † Sed ecce procurator cum ſufficiēti mādato iurat falſum in animam dñi, nūquid dūs eſt periurus ficte, an vere. rñdeo, vere & recta via, quia perſonæ cohęret, aliàs mutaret̄ per procuratorem qualitas iurī, & non poſſet proprie iurari in alterius aīam, qd tenet Pe. & Cy ſm opi. Pe. ſequeretur, qd vaſallus non poſſet inuito dño iurare fidelitatem per procuratorem, quod verū eſt, quia homagium requirit corporalem pręſentiam. Item in profeſſione monachi, quia non pōt fieri per organum a corpore ſeparatum, vt C. de cad. tol. §. ne aūt. l. nec adoptio ff. d adoptio. l. ſi poſt mortem. §. fi. ſed ibi ideo qa adoptio eſt quædam fictio, & ideo non poteſt expediri p aliā fictionē, quia duæ improprietates, & fictiones ſunt iuri ꝺrię & incompaſſibiles. l. j. C. de do. promiſ. idem puto in legitimatione ſpurii, quod non poſſit fieri per proc. quia ſimilis eſt adoptioni. C. de naturali. li. l. legem Anaſtaſii.

11 12 13 14 15 16 17 a b

ADDITIONES.

a Vinc. God. Exceptio. Adde quo caſu generalis exceptio nō releuet excipientē. Rui. conſi. 119. nn. 15. lib. 5.

b Vinc. God. Armis. Adde ꝙ armorum metus non debet inducere vt a tramite iuris recedatur. Goz. conſi. 10. nu. 42.

SVMMARIVM.

1 *Sententia idem operatur, qand confeſſio, & nu. 2.*
Natalium exceptio petenti hæreditatem obſtat, & in primis iudicari debet ab eccleſiaſtico iudice, in prin. & nu. 1.
Matrimonialis cauſæ cognitio quando ſpectet ad eccleſiam, quando ad laicos, & nu. 2.
De præiudiciali cognoſcendum prius.
2 *Cauſa eccleſiaſtica quando incidit ſæculari, terminari debet per eccleſiaſticum hominem, & nu. 3.*
L. quoties. C. de iud. intellectus.
3 *Quæſtio matrimonij ſi incidit in poſſeſſorio iudex ſęcularis poteſt taliter qualiter de ea cognoſcere.*
Poſſeſſorium nullum eſt mere ſpirituale, uel mere eccleſiaſticum.
4 *Spirituale mere nunquam accedit temporali.*
Magis dignum non accedit minus digno.
Cauſæ quę prius cognoſcendę & terminandę. & nu. 7.
Duę rationes vincunt vnam.
5 *Iudex ſecularis an poſſit cognoſcere de ſubſtantia monachatus.*
6 *Qō uſurarum obiecta petenti mutuum an debeat remitti ad eūm.*
Spiritualitatem aliquam non intentat excipiens.
Filiationis, & Legitimationis cāæ qñ pertineant ad eccleſiaſticū forū.
Nomen paternum impoſitum poſthumo arguit eius eſſe filium.
Teſtator ſi mandauit reſtitui vſuras omnibus, qui docuerint extortas, an iudex ſecularis, ſi ſibi apparent euidētes rationes codicum, poſſit cogere hęredes vſurarij ad iſtas vſuras ſoluendas legatarijs.
Vſurarum reſtitutionis cauſa, quando eſt eccleſiaſtici fori.
Vſurę manifectę, vel dubię quando.
Incidētię unius cauſę alteri cāæ quot modis cōtingant, & earum differētię. & nu. 8.
Priuilegij prærogatiua non eſſe debet inter paria.
Contumax non admittitur ad reconueniendum durante contumacia.

CAP. III.

VAm. Petenti hęreditatem obſtat exceptio natalium quę dēt primitus terminari per iudicem eccleſiaſticū. primo narrat ꝓteritum, ſecūdo prouidet circa futurum. ſecūda ibi, qa vero. Caſus. Regina Cypri coram rege Francorum petebat hęreditatem cuiuſdam nobilis ab inteſtato: opponebat̄, ꝙ erat illegitime nata, & ideo non agnata. Quęrebatur de competētia fori, & de ordine iudicii. Papa dixit, quod qō natalium ptinebat ad forum eccleſię. Ordo autem eſt prius, vt cognoſcat̄ p papam ſuper qōne pręiudiciali natalium, & ideo interim dixit, ꝙ Rex Franc æ patienter expectet, quia q̄dam ꝓfuſio oritur, ſi ordo iudicij perturbatur. dixit Inn. ꝙ ēt ſi poſt mortem coniugum agatur de matrimonio ꝓterito, ſupple & negetur matrimoniū, ꝙ anteq̄ articulus iſte finiatur p eccleſiaſticum iudicē. iudex ſęcularis nō pōt de hīditate, vel dote pronūciare ego dico, ꝙ lata ſnīa pro mrīmonio qō hęreditatis, & dotis remitti dēt ad iudicē ſęcularem, & hoc per noſtrum capīm. & eſt ratio, quia amodo cā prīmonij ſtat per ſe, cum cā mrīmonij amplius non pendeat, ſed ſit deciſa † Itē idē operatur ſnīa, ꝙ ꝓfeſſio, [a] ſed vbi de plano ſit ꝓfeſſio mrīmonij, ibi ad eūm non ptinet negotiū, vt ait Spe. vt plene dixi. C. de iud. licet, & ff. ſo. ma. l. Titia. als iudices ſęculares ī iſta mā eſſent ſicut citra & chimera. Bart. dixit, aut eſt qō facti. i. an mrīmoniū ſitꝺctū, necne. Aut qō iuris. i. an mrīmoniū potuerit ꝺhi, necne. primo caſu īcidēter cognoſcit iudex ſęcularis. ſeꝺo eccleſia.

1 a

ADDITIO.

a Vinc. God Confeſſio Adde ꝙ ſententia & confeſſio facta ſuper qualitate perſonæ facit ius quo ad alias perſonas. Rui. conſi. 173. nu. 13. lib. 1.

BIU Cujas

cleſiaſticus principaliter aũt neutro caſu cognoſcit iudex ſæcularis ſm Bar. in d.l. Titia, & hoc ſi eſt qõ de ſędere matrimonii, ſed ſi de poſſeſſione fęderis, vt in cauſa alimentorum, tũc iudex ſecularis cognoſcere põt, quia eſt quæſtio facti, ſ. an fuerit tractatus, vel debuerit tractari vt filius nec ne, arg. in l. ij. ff. ſi ſer. ven. & l. pe. ff. de his qui ſunt ſui vel alie iur. & ita teneas
2 cõiũcto dicto Spe. No. primo † de præiudiciali cognoſcẽdum ſic, C. de petitio. hæred. l. liber necne. Itẽ no. ꝙ quando cauſa eccleſiaſtica incidit ſęculari, debet terminari per eccleſiaſticũ iudicẽ. Opp. C. de iu. l. quoties, vbi ad eũdem iudicẽ ptinet incidens quæſtio & quæſtio principalis. Sol. hic cauſæ erant diuerſi fori incõpatibiles, & derogatorij, quia iudex ſecularis non eſt capax cognoſcendi de cauſis eccleſiaſticis, ibi autem erat capax. & no. ꝙ iſtud capitulum loquit̃ qñ eſt qõ ad legitimitatem, ſed ſi de hoc non eſt quæſtio, quia pars de plano cõfitet̃, tunc non habet locum iſtud capitulũ. vnde capitula, ſiue articuli, & interrogationes ſup matrimonio bene poſſunt fieri coram iudice ſęculari, quia ſi aduerſarius confitetur, de plano ſtatur confeſſioni, nec dẽt remitti articulus iſte ad iudicẽ eccleſiaſticum, quia confeſſio de plano, poteſt fieri, coram iudice ſęculari. Si vero aduerſarius negat, tũc bene dẽt fieri remiſſio, & ita hoc. c. intelligit Spe. vt dixi in d.l. quotiens, & in l. Titia, ff. ſol ma. † Itẽ ſcias, quod in poſſeſſorio, ſi incidit quæ-
3 ſtio matrimonii, poteſt iudex ſecularis taliter qualiter de ea cognoſcere, quia ſufficit probare quaſi poſſeſſorium, vt no. in l. j. §. ſi ea ff. de ven. in poſſ. mit. & ar. in ca. ſi iudex, de ſenten. excommu. li. 6. Item ſcias quod ſi quæſtio matrimonii incidit in ꝓparatoriis iudicioꝝ, ſimiliter iudex ſęcularis poteſt cognoſcere, quia ſufficit ꝓbare quaſi poſſeſſoriũ, vt notatur in d.l. j. & C. qui acc. nõ pũt. l. nõ ignorat, per Pe. & Cy. Porro nullum poſſeſſorium eſt mere ſpirituale, vel mere eccleſiaſticũ, vt no. in c. diſpendioſam, de iudi. in clem. & eſt rõ, quia nõ tãgit fędus matrimonii ſed quandam qualitatem extrinſecã, q̃ non in iure, ſed in facto conſiſtit, vt in l. 2. §. j. ff. ſi ſer. vẽ. Dein de no. hic, quod quęſtio matrimonii incidit petitioni hæreditatis, & eſt præiudicialis. & ideo primo cognoſcenda. In iſto c. conſidera duo, primo ordinem, & hoc eſt quia eccleſiaſtca & ſpũalis: de ſpũali aũt nunq̃ põt cognoſcere laicus, quia nõ
4 eſt capax. † Item nunq̃ accedit mere ſpũali temporalis, qa magis dignum nõ accedit minus digno, ar. ff. de ædil. edi. l. iuſtiſſime. vnde no. ſm Ber. ꝙ interdum ſunt duæ qõnes & ambæ principales, & tũc de ambabus cognoſcit, ita tñ, ꝙ qui prior appellat, prior agat. hoc verum, niſi altera ſit præiudicialis & maior, quia tunc interim ſuperſedet ſup minori. iſte eſt caſus
a nõ. in l. j. C. qui accu. non poſ. Interdum a ſunt duæ cauſę quarum eſt vna principalis, alia incidens & multipliciter, quia qñq; incidit ciuilis ciuili, quandoque ciuilis criminali, & qñq; criminalis criminali, & ſp de incidenti, ſi eſt ꝓiudicialis, & ꝓponat obiectiue, eſt prius cognoſcendum & interloquẽdum
b vt C. ad l. Fa. de pla. l. præſens, quæ loquitur b in exceptione. C. de adul. l. qñ Alexandrum, quæ loquitur in replicatione, & dicit ꝙ replicatio præiudicialis prius debet terminari, quam exceptio oppoſita reo, quod raro alibi inuenies. Et hoc facit
c ad qõnẽ: dictat ſtatutum, ꝙ bannitus c non audiet agẽdo, nec excipiendo, modo Titius fuit ſpoliatus a Seio, & vterque erat bannitus, excipitur de banno actoris, replicatur de bãno rei, ſi preſupponat ꝙ replicatio cõpetat, prius dẽt de ea cognoſci, & interloqui. ſed an hoc ſit præſupponẽdum? dic no. in l. cũ mulier. ff. ſol. ma. ꝑ Iac. de Are. & Bar. forte in prædicto exemplo eſt magis faciendũ ſpoliato, quia pro eo duo faciunt. ſ. ſpolatio, & bannũ aduerſarij, ſed pro reo non facit niſi vnum tñ, ſcilicet bannũ actoris, & duę rõnes vincunt vnam, vt in Auth. de conſan. & vterinis fratrib. Porro nõ conſidero, vtrũ ſit bannitus ex maiori delicto, quã alius, quia nõ genus crimi
5 nis, ſed bãnum ſpectat, vt ff. de pęnis. l. ꝙ ad ſtatum. † Quæro, vtrum ſi opponat̃ exceptio, ꝙ eſt monachus, & in poſſeſſione monachatus, poſſit cognoſcere iudex ſecularis, corã quo cã principalis agit? rñdeo, in monacho conſidera habitũ interiorem. i. qualitatem monachatus, & habitũ exteriorem. i. cucullam. Primum ſapit petitoriũ. Secũdũ ſapit poſſeſſoriũ. Reſpondeo non poteſt cognoſcere, quia poſſeſſoriũ nõ reſeruat excipiẽrem, & de ſubſtantia monachatus iudex ſecularis nõ põt cognoſcere, & licet aliquãdo probato habitu exteriori ꝑſumatur interior habitus, vt no. Iac. Bu. C. de epi. & cle. l. ſi quaper calumniam, ſecus eſt hic, quia ad efficaciã veræ probatio
6 nis nõ poſſunt teſtes recipi per iudicem ſęcularem, nec directe, nec indirecte. † Quæro, quid de quæſtionе vrurarũ obiecta perenti mutuum? reſpondeo, aut expreſſe apparet, quod ꝓctus eſt vſurarius, & tunc non eſt neceſſe ꝙ remittat̃ ad epiſcopum, quia quod patet expreſſe non eſt probare neceſſe, non apparet, quia conſiſtit in tacita fraude vſuratum, & tũc ad epiſcopum debet remitti, qm̃ cã eſt eccleſiaſtica, vt no. xj. q. j. in ſumma. Si aliquis tanquam filius petit alimenta, opp ei, ꝙ non eſt filius? rñdeo. ſiue agat ex ꝓcẽtu, ſiue ex iure nãli offi-

cium iudicis proponat, poteſt cognoſcere iudex ſecularis, qa excipiens non intentat aliquam qualitatẽ ſpiritualem. Nã cũ non intẽrat filiationem, ſed neget, ergo nec matrimonium intentat. Si autem opponeret, ꝙ eſt ſpurius, tunc vbi agit ex contractu, epiſcopus cognoſceret: ſi officio iudicis, tunc iudex ſecularis. rõ differentię hæc eſt, quia in primo caſu oportet. ꝙ ꝓbetur veritas, vt ff. de condi. & dem. l. Lucius. In ſecundo caſu ſufficit, quod probetur, quod pater & mater vocabant eum filium legitimum, vt ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur. l. iudex, & ff. de ma. teſt. l. vxorẽ. vbi mirabiliter dicitur, ꝙ qñ poſthumus nomine baptiſmali vocatur nomine paterno, præſumitur filius, quod alibi non reperitur, & facit ꝙ no. 2. q. j. ca. manifeſta
7 circa medium magnæ glo. Quæro † teſtator mãdauit reſtitui vſuras omnibus qui docuerint extortas, ſi ibi apparent codices rationum euidentes, nunquid iudex ſęcularis poſſit cogere hęredes vſurarii ad iſtas vſuras ſoluendas legatariis. & videtur quod ſic, ſi ſunt manifeſtæ, ſecus ſi dubię. fiunt autem dubię per negotionem hęredis, manifeſtæ autem ſi confiteant̃ de plano: nec puto, ſi hæres neget, ꝙ iudex ſęcularis poſſit pronunciare ſtandum dictis codicibus quia quæſtio iur. eſt, an ſit ſtãdum eis necne, vt no. Arch. 46. diſt. c. qui ſincera. Et ideo huius queſtionis arbitrium, & determinatio pertinet ad eccl̃m. & declarato hoc per eum bene poterit iudex ſecularis primo aditus p legatarios facere executionem teſtamenti, vt l. hẽditas ff. de pe. hære. & l. amplius. Nota, quod ſupra dictum eſt, qñ exceptio præiudicialis. i. ſuſpendens & non ſupponẽs negotiũ principale, incidit petitioni. modo eſt alia incidentia, ſ. quãdo incidit petioni, & hoc poteſt eſſe tribus modis. Primo modo derogatorie & obſtantiue, vt ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de auto. tut. l. defendẽte, quę eſt multum ſingularis. ff. de iurciur. l. nam poſtea. §. ſi minor. Secundo modo, quia ex ſecunda petitione ad primam ſurgit exceptio compenſationis, vt no. C de compenſatio. l. neque. vel minuit̃ comdemnatio in prima, vt dixit illa l. vt no. ff. fãm. ercis. l. Mæuius. § eum. Tertio modo in conuentione & reconuentione ſuper omnino diuerſis, & non contingentibus ſe, vt ſ. co. c. cum dilectus. §. non autem. Et hæc incidentia ſubdiuiditur in quatuor cõbinationes. Nam interdum incidit ordinaria ordinariæ, & tunc debẽt eadem ſententia terminari etiam ſi reconueniens hẽat probationes paratas, ſicut habebant illi nobiles de Artone, ꝙ eſt bene notandũ, quod facilitas probandorũ non derogat ordini quentionis & recõuentionis. caſus eſt ſingularis in d. ca. cum dilectus. ſed ſi iam eſſet probatum, non ſuſpẽditur liquidum propter incertum, vt C. de compen. l. fi. interdum incidit ſummaria ordinarię, & idẽ no. ff. de iudi. l. qui prior. Interdũ incidit ordinaria ſummariæ, & tunc recipitur libellus reconuentionis, vt ff. de proc. l. ſed & hæ. §. nõ ſolum. fallit, ſi reconuẽtus habet ius reuocandi domũ, vt ff. de iudi. l. ſed & ſi reſtituat̃, in prin. quamquam tñ recipiat̃ libellus non debeant eadem ſententia terminari, quia in procedendo non eſt eadẽ rõ. ſed diuerſa, vt dixi in c. j. ſupra de mu. peti. c. j. poſt Inno. interdũ incidit ſummaria ſummarię, & tunc procedit reconuẽtio, & debent ſimul terminari, quia inter paria non debet eſſe ꝓrogatiua alicuius priuilegii, vt ff. de excu. tut. l. ſed & milites, in prin. hoc probat̃, ff. de proc. l. omniũ, & ff. de var. & extraor
8 cog. l. j. in fi. † Et vnum ſcias, ꝙ ꝓtumax d nõ admittit̃ ad recõ-
d ueniendũ durãte ꝓtumacia, vt ſingulariter no. ff. de dã. infec. l. ſi finita. §. ſi quis quia. Et no. quod in ſinu, id eſt in capite iudicij, omnes incidentiæ clauduntur. Sunt & nonnullę aliæ incidentiæ, vt qñ incidit maius delictũ minori, vel vna ſpecies delicti alteri, quę non eſt de eodem genere, & hoc quandoq; ex fortuito, quandoque ex propoſito, vt ff. de fur. l. qui nocentem. §. ſi iniuriarũ. & §. ſi nupta, & l. vulgaris. §. ſi quis ex. Itẽ in ꝯctibus & vltimis voluntatibus vbicunque habet locum illud brocardicũ, ſi non valet, quod ago, vt ago, valeat vt valere põt vt ff. de accep. l. an inutilis. ad quod procedit ratio continentis & continentiæ, vt ff. de ſerui. l ſi tam anguſti. Item ex æquitate nãli, & fauore vltimę volũtatis, vt ff. ad Treb. l. Sceuola. Itẽ dicimus, iſte incidit in latrones. ſed hęc nõ ptinẽt ad noſtrã materiã, in qua tractat̃ ſolũ de incidẽtis. i. occurrentiis indiciorũ, & nõ de aliis, vt ff. de iur. om. iu. l. ſi quis id quod, in principio.

ADDITIONES.

a Interdum. Adde no. in c. exhibita, de iu.

b Loquitur. Adde no. in l. Titia. ff. ſol. matr. & per Paul. de Caſt. conſi. 323. inci viſa peti in pen. & fin. col. vbi pulchre.

c Vinc God. Bannitus. Adde, quod bannitus non admittitur ad allegandã ſuam innocentiam per tertiam perſonam, nec iudex ex officio eius defenſionem ſuſcipere poteſt. Rui. conſi. 5. num. 5. lib 5.

d Vinc. God. Contumax. Adde, ꝙ contumax in criminali nunquã habetur pro cõfeſſo, niſi ex forma ſtatutorũ. Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. viol. Vt autẽ quis dicatur cõfeſſus eſſe in iudicio, ponit Alex. in conſi. 188. viſo ꝓceſſu. num 3. li. 2.

SUMMARIUM.

1 *Reconuentio an habeat locum in poſſeſſorijs.*
2 *Spoliatus agens contra ſpoliatum an poſſit ab eo reconueniri.*
3 *Agens de ſpoliatione repellitur exceptione alterius ſpoliationis ꝓbatæ.*

BIU Cujas

Audiri non debet, idem effectu, quod excipere.
Obligationes naturales an tollantur per sententiam.
4 *De exceptionibus an sit idem.*
Egisse generaliter intelligitur, qui non pposuit originē petitionis in libello
Reconuentioni quando locus non est, & num. 5.
Spoliati, & spoliationis priuilegium, quod amittitur eius silentio.
Natura dicitur, quæ cohæret origini causæ.
5 *Interdictū recuperādæ possessionis si vnus pponat, & alter aliud interdictum alterius generis, an de iure ciuili pro alia admittatur reconuētio.*
Legis, si quis, ad l. Iul. de vi. intellectus.
6 *Spoliat⁹ si ñ agat ad possessionē, sd ad fruct⁹, an ista actio sit priuilegiata*
7 *Compensatio an possit obiici de vna violentia ad aliam in re diuersa.*
8 *Exceptio spoliationis an tollatur per replicationē alterius sponliationis.*
Replicans proprie agit. i. dat fomentum actioni.
Excipienti debiliora arma sufficiunt, quam actori.
Rei persona semper est in iudicio fundata, non item actoris.

CAP. IIII.

SVper spoliatione. Singularis est materia istius capituli, vtrū † in possessorijs habeat locum reconuētio.a & dic, ꝙ sic. nisi vnum absorbeat alterū, vel differat, vt quia sit preiudiciale processui aduersarii. agēs interdicto recuperandæ possessionis reconueniri nō pōt, nisi de alia spoliatione de qua ēt excipi poterit ꝓ eum. hoc dicit secūda pars ibi quam q̄. cō cor. ibi summarium. s. eo. c. cum dilectus, vbi illi nobiles de Artone super violentia conuenti possunt de alia spoliatione agere seu reconuenire. Item excipere. Casus, † q̄rit vtrum spoliatus agens contra spoliatorem possit ab eo reconueniri. Respondetur, ꝙ non. quia petitio reintegrandę possessionis est in hoc priuilegiata, vt ipsam intentans non cogatur añ restōnem possessionis rñdere spoliatorib. super alia qōne, fallit si reconueniretur de alia spoliatione. hoc dicit in prima parte.† Secundo dicit, ꝙ agens de spoliatione repellitur exceptione alterius spoliationis prōbatę, supple donec sit factare integratio possessionis excipienti, vt s. eo c. cum dilectus. dixit Inno. ꝙ nec coram ordinario, nec coram delegato conuenīt vel reconuenitur spoliatus, si spoliationem allegat, etiam nō in modū excipiendi. Nā sufficit dicere, tu non es audiēdus, qa de hac re pendet qō spoliationis, imo tñ in effectu idē est dicere, non debes audiri, ꝙ excipere. l. j. §. ꝙ aūt. ff. de alea. & l. j. ff. fa. ercis.† Dicit Inn. ꝙ naturales obligationes, vt est, ꝙ satisfiat leso, non tollunt̄ per sñiam, vt l. procu. §. j ff. rem ra. ha. dixit Inn. ꝙ exceptiones peremptoriæ proponendę & nō pposi tæ nō tollunt̄ per sñiam, nisi qñ ius earum tollitur per sñiam. Exemplum in exceptione compēsationis, & in hypothecaria quo ad ius prelationis. ff. de excep. rei iudi. l. duob. Inno. dixit, imo ꝙ succumbens in summaria exceptione non prohibet agere ordinariè. Item ait, ꝙ qui in libello non proponit originem petitionis, intelligitur generaliter egisse: secus, si ponit originē, id est causam petitionis, & hoc tā in ꝑsonali, q̄ in reali actione, Inno. No. ꝙ reconuentio non hēt locum, qñ primū iudicium derogat. Sēd. No ꝙ spoliatus non cogitur respondere spoliatori super libello, vel interrogatione alterius rei. No. ꝙ exceptio spoliationis est priuilegiata magis, q̄ actio a spoliato intenta. No. ꝙ priuilegium hic appellatur specialis nā ipsius iudicij, naturam voco, qa cohęret origini cāę. Ex regula prima apparet, ꝙ spoliator non auditur super proprietate, ēt si talis sit proprietas, quæ non possit absorberi per violentū, vt ꝓprietas decimarum, & aliorum spiritualium. Et no. ꝙ litera, q̄ dicit, non cogatur rñdere, probat, ꝙ nō possit excipi de dñio, & est expressum. s. eo. c. cū dilectus. §. verum. cōiuncto §. nos autem. tñ si excipiens esset admissus ad probandum, imputet sibi agens, si cōsensit, vt j. de causa possessionis. c. j. Itē si iudex admittit hanc exceptionem, & est probata, valet admissio eius & probatio, & sibi imputet, quia nō appellauit, vt C. de appe. l. j. & isto casu pōt ꝑaluari gl. quæ est ff. de iud. l. si de vi.† Quęro vtrum de iure ciuili, si vnus proponit interdictum recuperādę possessionis, alter aliud interdictū alterius generis pro alia, admittatur reconuentio? resp. non, propter verbum, noscatur quod est in litera. Nam, noscitur, significat ius antiquitus constitutum. i. ius Digestorū, seu Codicis, vt no. ff. de legi. l. de quibus. Opp. ꝙ secunda spoliatio consideretur, & non prima, qa posterius delictum velat anterius, vt C. ad l. Iul. de vi. l. si quis. Sol. ibi posterior violentus sibi ius dicit circa eandem rem, & ideo perdit priuilegium recuperandæ possessionis, criminaliter tñ vterque dēt puniri de vi, quia ex quo est quęsitum ius fisco, non debet fiscus illud ius perdere absque facto suo. Deinde, considera istam materiam sic, ꝙ qñque proponuntur duo petitoria, vnum ab vna parte, alterum ab altera, vt ff. de exce. rei iud. l. si inter me & te; & procedit recōuētio. & qñque duo possessoria, & tunc aut primum absorbetur per ſm, & loquit̄ d. l. si ad se fundū. aut nō absorbetur, & tunc aut vnum est priuilegiatum, reliquum non, & non habet locum reconuētio. aut neutrū, vel vtrumq; est priuilegiatum, & tunc est recōuē tio Sed Ber. dixit hic, ꝙ in momentanea possessione cessat reconuētio, ꝙ falsum est, nisi in pupillo, vt C. qui legitimā ꝑsonam. l. momentanea. aut vnum est petitoriū, aliud est possessoriū, & si quidem proponuntur ab eadem parte, dic vt l. naturaliter. §. nihil cōe, & C. de interdic. l. incerti. Si aūt hinc inde, tunc dic, vt in tex. istius. c † Quæro, quid si spoliatus non agit ad possessionē, sed ad fructus, vel dñia, vtrū actio ista sit priuilegiata? resp. sic, vt s. eo. c. cū dilectus Idē, si agat ad pensiones, quę potius dñr obuentiones, q̄ fructus, quia nunq̄ fuerūt idē corpus cum re principali, nec vnquam fuerunt pēdētes in re, sed occasione rei. Quęro, quid magis expediat, vtrū agere, vel excipere? rñdeo. vt in gl. quę est multum no. & aurea in practicando.† Quæro de vna violentia, vtrum possit obiici cōpensatio ad aliam in diuersa re? rñdeo nō quo ad rerum corpora, sed quo ad ꝑsonales præstationes damnorū, & interesse sic, vt ff. de compe. l. si ambo, & ita intelligas gl. Ber. Itē titulus criminis compensatione non excludit, sed crimen crimini cumulatur vt ex prędictis apparet. & si vis ordinare glo. hic ponitam de singulis mēbris hic facias singulas qōnes.† Quęro, an exceptio spoliationis tollat̄ per replicationem alterius spoliationis? rñdeo non, quia replicans proprie agit. i. fomentum actioni dat, vt l. quæsitū. §. fi. ff. de pecu. & C. de exce. l. si pactum. excipiens aūt soli defensioni incūbit, & non impugnationi, & iō debiliora arma ei sufficiunt. Item replicatio, quæ nō extinguit exceptionē, non prodest replicanti. Itē pro hoc. ff. ꝙ quisque iur. l. fi. hinc est, ꝙ exceptio excōicationis non tollit̄ per replicationē excōicationis, quia persona rei semper est fundata in iudicio, sed persona actoris nō semper, vt j. de exce. c. cum inter, & adde optimam. in materia fforum, quod vi aut clam. l. si alius. §. est & alia.

a Vinc. God. Reconuentio Adde ꝙ reconuentionis locus non est in causis, in quibus proprie non est iudicium. Soc. consi. 167. non inutilis. versi. secundo concludo, cum seq. lib. 2.

b Vinc. God. Spoliatus. Adde quod quis dicitur spoliatus duob modis, vi, & re ipsa. Rui. cons. 5. num. 7. lib. 4. Et spoliatus omnino debet restitui, etiam si eius possessio fuisset iniusta, & contra titulo possidentem. Goz. consi. 99. nume 3.

ADDITIONES.

1 2 3 4 5 6 7 8

De plus petitionibus. Rub.

SVMMARIVM

1 *Plus quot modis dicatur, & in princ.*
2 *Pœnitere licitum an sit quandocunque & num. 1.*
Plus petitionis, exceptionis praxis.
3 *Exceptio declinatoria solutionis si non oppo. an iudex possit absoluere ab instantia iudicij.*
4 *Inducię an duplicentur, si agatur ante condictionem.*
Ante diem agi quandoque potest, & num. 5.
5 *Actio an sit nata ante diem.*
Plus agens quando cadat a toto.
Dolus etiam scienti fit.
6 *Inducię an duplicentur, an residuum induciarū, quod supererat tempore litis contesta. & num. 5.*
Minus loco petenti quid debeaturi
7 *Libellus an procedat si debeatur genus, & petitur species.*
Ante diem agi an possit in realibus.
In pœnis non inspicitur an agi potuerit, sed an actum sit.
In delictis non consideratur iuris adminiculum, quod ptinet ad pœnam.
Temeritas cum temeritate compensatur in expensarum negocio.
8 *Inducię si sunt duplicatę, modo actor in illo tempore, quod est additum, petit, an iterum duplicabitur.*
9 *Sportulę computantur inter expensas necessarias.*
Forum quis non sortitur in loco contractus, sed solutionis.
Campsorij contractus an liciti.
Sortem minuere non est peccatum sed contra.
10 *Constitutio episcopalis dicat, quod si debitor petat declarari contractū esse de duplo in fraudem vsurarum, dēat facere depositum pecuniæ totius an fœnerator hoc casu conuictus perdat ius veræ sortis.*
Calumniator maior qui impetit, quam qui se defendit.
11 *Cautioni secundæ an sit standum.*
Deriuatium sapit naturam sui primitiui.
Fœneratitius cōtractus nō ualet ēt ambabus, uel altera parte nō ignorāte
12 *Dolus an reddat contractum stricti iuris nullum, & an bonæ fidei.*
Contractus bonæ fidei & stricti iuris differentia.
Contractus omnes iure canonico sunt bonæ fidei.
De mendacio conuictus, non dicitur de dolo conuictus.

CAP. PRIMVM.

CONsilium. Importunitas plus petentiū punitur, si super petitione sua duxerint persistendum. Qui enim re plus petunt, vel causa, condemnantur in expensis, qui plus loco, an interesse, si plus tempore, duplicantur inducię, nec superueniente tpe audiunt̄ nisi soluant̄ expēsæ. Cā plus petit̄, cum aliquid debetur in gñe, vel alternatiue, & petit̄ certa ꝑspecies vel

vel, vna præcisè plus petitur re, si x debeantur, & 20 petant. Loco, cum petitur solui alibi, q̃ in loco desti. Tpe, cũ añ diẽ, vel cõditionẽ. In isto ca. no multa bona. No. primo, insipiens est qui mouet litem iniuste. Secũdo, ꝙ punitur importunitas plus petentium. Tertio ꝙ parcitur desistenti. Quarto, ꝙ temerarius punitur in expensis. Quinto, quod qui petit alibi, q̃ in loco statuto, tenetur ad interesse. Sexto, ꝙ si quis agit añ tp̃s, vel conditionẽ, duplicãtur inducię. † Septimo, quod quatuor modis dicit plus, vt Instit. de act. §. plus. s. electione, quantitate continua vel discreta, loci mutatione, & tpis præuentione ꝯcor. Insti. de act. §. plus. Quintus modus ponitur ff de ver. obl. l. si pupillus. & ff. de leg. 2. l. Męuius. §. duobus. Opp. quod nõ sit licitũ desistere. vt C. de transa. l. si quis maior. Solu. ibi periurium, quod non potest per pœnitentiam reduci ad pristinũ statum. hic autem est, quod bene potest reduci & pro infecto haberi, vt ff de in ius voc l. quamuis. † Secundo opp. & vr̃, qđ sit licitum q̃cunq; pœnitere. ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. meminisse. C. de his, quib. vt indi. l. alię. C. locati. l. ꝓductores. Sol. in illis l. vltra procedit dando veniam pœnitẽti ante sententiam, sed si vltra nõ procederet, post litem contestatam locum pn̄ia non haberet, vt insti. de act. §. item. & ista est actio ꝑ eos, vt C. de iur. om. iud. l. in criminali, & C. de pl° peti. l. j. Tertio oppo. & imo vr̃, ꝙ etiam post lit. cõtest. possit actor errorẽ suũ corrigere confitendo, vt ff. de iureiur. l. eum qui, in prin. Sol. ibi pœna veniebat imponenda solum pp grauamen probationis iniunctũ aduersario. Hic vero pp temeritatem agentis. Quarto oppo. & vr̃, quod debeat perdere causam, vt C. de iure fi. l. iustas, lib. 10. Sol. ibi loquitur de rigore vetustissimi iuris, quo iure, qui cadebat a syllaba, cadebat a toto, sed per ægtatem iuris nouissim non cadit a toto sed duplicantur inducię vt hic, & Insti. de excep. §. temporales. Modo quæro, qualiter hoc practicabitur? respondeo quia siue sit obiecta ecceptio dclinatoria solutionis, siue non, cõstito iudici, quod qñ nõ dicit, agatur, debent inducię duplicari, hoc modo pronuncian do, videlicet quia si obiecta sit exceptio iudex pronũciabit exceptione obstante actorem non audiendũ, nisi transacto tẽpore duplicato, & restitutis expensis. Si autem non sit opposita exceptio, condemnabit reum ad soluendum post inducias duplicatas; & nihilominus dabit ei tempus quadrimestre, qđ est legale, vt l. fi. C. de usur. rei iud. & istæ inducię duplicabũt non solum reo, sed eius fideiussori. s. inducię cõuẽtionales, sed tẽpus quadrimestre est vniforme. tñ & illud duplicari puto, si ante tp̃s quadrimestre petatur executio iudicati. † Quæro, si non oppo. exceptio declinatoria solutionis, vtrum iudex potest absoluere ad instantia iudicij? rñdeo aut dilatio inest đ natura actionis; & potest, aut venit extrinsecus & nõ potest đ iure, sm Bar. qui ita eleganter no. ff. de ver. obli. l. eum qui ita. §. qui. † Quæro, si agatur ante conditionem, nunquid duplicent inducię? rñ. aut conditio habet tempus naturaliter mensuratũ, vt cum promittitur partus ancillæ, vel fructus futur°, vel domum in certo loco ædificari, vel ꝙ Romæ esset, Ephesi dari; tunc duplicantur inducię, vt eleganter no in d. §. tpales, in gl. velut. si quis autem non habet tempus commensuratũ, vt in illa conditione, si nauis ex Asia venerit, tunc gl. dicit ꝙ actor perdit litem, vt l. pecuniã. ff. si cer. pe. & male dicit per l. bouem. §. si sub conditione. ff. de ædil. edi. ff. de ver. ob l. si Titius, & Seius separatim. ff. de pig. ac. l. si rem. §. fi. ff. de peti. hær. l. quod si in diem, in prin. Extra opp. ꝙ ante diem agi possit efficaciter, vt ff. de iud. l. in omnib. So. ibi petebatur securitas dãda, non res, vel quantitas præstanda, vt no. C. de fideicom. l. 1. sm vnã lecturam. & dic vt ibi plenè. † Quęro, an ante diem sit nata actio. rñ. sic, fallit in usufr. vt ff. qñ di. ususfru. leg. ce. l. 1. in fi. qui text. non est alibi. quod dic, vt pleniſſime not. in l. 1. C. vt actio ab hære. vel ꝯ hæredes. Oppo. extra, & vr̃, quod plus petens cadat a toto, vt C. e. l. j. Sol. ibi deliquit ꝯhendo per dolũ, & petendo per dolum. ꝯhendo, quia exegit cautionem vltra veram sortem, ut faciunt fœneratores. Item petendo, & litem contestando dolo malo. Sed nunquid istud est bonum exemplum in fœneratore? vr̃ quod non; quia dolus nõ fit sciẽti, vt l. non fraudatur. ff. de reg. iur. sed dico, quod imo fit, quoties in fraudem legis ꝯhitur, & eatenus ꝯctus est ipso iure nullus, vt C. de legib. & constituti. l. non dubium. ego nõ puto, quod đ æquitate canonica fœnerator cadat a vera sorte, vt j. de pign. illo vos, & de emp. & ven. c. ad nostram. † Quęro, vtrum duplicentur inducię, an residuum inducię, quod superat tpe litis contesta rñd. solum residuum, quia quod præteritum est consumptum est, & non debet dici dilatio, vt ff. de pęnis. l. aut damnum. §. quisquis, & ar. ff. de his, quib. vt indig. l. rescriptũ. & hoc dictat ratio, quia pęna fines delicti non excedit. Sequitur videre de eo, qui petit plus loco, & quæro, quid econtra, si petit minus loco, quia deb tor nõ inuenitur in loco? Rñdeo, ꝙ debetur actori interesse, quia actio arbitraria hanc hẽt naturam, vt ff. de eo, quod certo loco. l. 2. † Quęro an ꝓcedat libellus, si debetur genus, & petitur species. rñ. non, quia nulla species debetur, nisi sit electio ad oris. licet si soluatur species, fingatur debita ab ipso principio, vt ff. de le. 2. l. Męuius. §. duobus. ff. qui & a qui. l. si optio. ff. de condi. indebi. l. cum his. §. fi. Sed in alternatiua procedit libellus, si non excipitur, vt j. de emp. & vendi. c. cum causa, tñ per hoc non tollitur reo ius offerendi s. e. ti. c. cum dilectus. §. quia vero. Quæro, an istud, qđ hic dr̃ de agente ante tp̃s, habeat locum in realib. actionibus? rñ. sic, si forte est factũ pactũ de non petendo vsq; ad diẽ, cũ iam actio in rem esset nata. Si vero nõ erat nata ante pendente dilatione non nascitur, tex. est vnicus in iure. ff. de vsufruc. l. Sempronius Attalus. & nihilominus habet pœna locum dilationis duplicandæ, quia in pœnis non inspicimus, an agi potuerit, sed an actum sit. Nam in delictis non considerat̃ iuris adminiculum, vt no. C. de legi. non dubium habentur tñ pro infectis quantum ad iuris soliditatem, sed non quantum ad actus pœnalitatem. Idem in ꝯctibus, si de mero facto sit cogitatum, etiam si in eo non cõsistat interesse, vt dixit illa l. egregia. ff. de ver. ob. l. quidam cum filiũ. Et no. quod per istud c. vr̃ determinari qõ, quod si mihi debentur quinq;, & petiui x. vn de iudex condemnauit reum in quinq;, & in alijs absoluit quod ego tenear reo restituere expensas, & non reus mihi ꝓ aliqua parte, arg. ꝯ. ff de leg. 2. l. qui solidum, in prin. vt temeritas cum temeritate compensetur vsq; ad cõcurrentem quantitatem. Quæro, duplicatæ sunt inducię, modo actor illo tempore, quod est additum, petit, vtrum iterum duplicabitur, & videtur quod non, sicut non debetur vsura vsuræ. ꝯriũ puto. Item si bis ante diem petij, nunquid fiet duplicatio, & vr̃ qđ sic. tñ vna dilatio in alterã confundetur, arg. ff. ad Carb. l. ideoque. † Et circa hoc, quod hic dr̃ de expensis. scias quod sportulæ computantur inter expensas necessarias. i. quæ dantur nuncijs, quæ in quibusdam locis sunt taxatæ per statuta locorum, & vbi non sunt taxatæ, dantur sm distantiam loci, tñ notarij volunt sibi solui pro quantitate causæ, vt no. Insti. de act. §. tripli. & in l. argentarius, in princ. ff. de eden. iudicibus etiam hodie dantur sportulæ de cõsuetudine curiarũ, vt no. ff. ad munici. l. de iure, in prin. & similiter arbitris, & arbitratoribus de consuetudine quorundam locorum, & in omnibus habet locum capitulũ nostrũ, & dictus §. tripli. cũ gl. sua. qđ bene no. Dixit Inn. quod de iure canonico nullæ sunt ordinatæ sportulæ. b Idem ait, quod non sortitur quis forum in loco originis ꝯctus sed in loco soluẽdi debitum, & si quidem nõ habet ibi domicilium, non potest conueniri, nisi ibi inueniat, alias sic, Inn. idem ait, ꝙ si quis agat ante diem nõ reijcit̃ libellus, sed differt duplicatis inducijs. Inn. dem ail inducias duplicari, siue sint cuẽtionales, sine legales, vt in dote; tene mẽti. Nos videmus hic, quod ratione loci iuris petitur interesse, & hoc facit ꝓ campsoribus. Nam ego numero Perusij campsori centum pro nonaginta quæ mihi facit dari Parisiis. Nam iste contractus est licitus iure gẽtium, & necessarius, & vtilis, & sufficiens rõne naturali; quia campsor subit pericula viarum, & dãna nunciorum, vt ff. de nauti fœnore. l. periculi, & ff. de act. & obli. traiectitiæ. §. de illo. & ff. de verb. obl. l. qui Romę. §. Callimachus. Et si aliquid plus lucratur cãpsor ex industria, licite lucratur, quia industria accidit rei licitę, vt ff. ad l. Fal. si hęres. Præterea licitũ est numeranti x. pacisci, qđ ei reddantur nouem tñ; quia minuere sortem non est peccatum augere sic, tex. est no ff si cer. pe. l. rogasti. §. si tibi. deinde dixi superius ꝙ qui in duobus delinquit, totum perdit. s. vtile per inutile. † Modo pone, ꝙ stipulatio eꝑalis dictat, quod si debitor petat declarari ꝯctũ esse de duplo in fraudem vsurarũ, quod debeat facere depositum pecuniæ totius, nunquid fęnerator hoc casu conuictus perdit ius verę sortis. rñdeo nõ, quia iste fęnerator non agit, sed conueniť, & se defendit. Nam minus peccat ille, qui per calumniam defendit se, q̃ ille qui per calumniã ĩpetit alium, vt l. in summa, in prin ff. de condi. inde. Sed quid si iste fęnerator petierat coram iudice sęculari, & tractus ẽ ad eꝑm, vtrum eꝑs puniat eum priuando iure verę sortis. Et vr̃ quod sic, qa est subrogatus loco primi iudicis, ergo debet supplere, ar. ff quod cum eo. l. Titianus, & ff. iud. sol. l. cum apud, & C. de app. l. ampliorẽ, in prin. ego dixi superius, quod ista pęna non habet locum de iure canonico; si quis tñ teneret contrariũ, haberet dicere, quod eꝑs posset vera sorte priuare, qa suspectus in causa, & ideo nõ reputat̃ diuersa causa, sed eiusdem causæ continuatio, licet cũ fori digressione. Sed ecce l. j.

C. eo.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Plus. Adde quod plus debito petere dicitur qui in totum petit indebitum, vt incidat in statutum. Bart in l. si seruus. la 3. §. fiita. de leg. 1. & in l. vbi decretum §. proficisci. col. 11. de offi. proconſ.

b Vinc. God. Sportulæ. Adde quib. debeantur sportulæ. Iudicib. n. ordinarijs non debentur, nec de iure canonico, nec ciuili. l. plebiscito. ff. de offi. præsid. & in c. causa ab omni. de vita & hone. cleri. vide D. Io. a Grassis, in tit. de substan. procur. in 1. volu. Tract. fol. 50. nu 1. & 2.

c Nam iste contractus. Adde gl. notabilem in l. 3. C. de exerc. quam alleg Flosianus in rub. ff. de usur. in 2. col.

BIU Cujas

C.eo.excipit duos caſus.primus eſt, qñ ſecunda cautio interuenit.ſecundus eſt qñ eſt tranſactum, nam trãſactio ẽt ſuper ꝯctu fœneratitio valet,quemadmodum ſnĩa, niſi probetur ſimulatio,vt no.extra de depoſito.c.grauis. Idem in ſnĩa dico, quod ſi debitor paſſus eſt ſe vinci nõ oppoſita exceptione vſuraria,quod lata ſnĩa debet reſcindi,tex.eſt ſin. in ratione ſui ĩ l.ſi ſponſus.§.ſi vxor,& §.ſi donationis,& ibi per Bar.ff.de do. inter vi.& vxo.& per me Bald.in l.cum allegas.C.de vſur.Tertius eſt confeſſio ſponte facta,& nõ per dolum creditoris. qd ergo ſi interuenit dolus in confeſſione? verbi gratia, ego mutuaui tibi centum, & accepi a te inſtrm de duplo veræ ſortis, & feci quod tu conſtituiſti quendam procuratorem ad confitẽdum debitũ in iudicio, & ita confeſſus es,nunquid iſta ꝓfeſſio faciat ceſſare pœnam huius.l.rñ.non, quia in ea eſt idẽ vitium,& idem dolus,ſicut in prima cautione.vnde dolus nõ eſt purgatus,ſed auctus, ſicut tranſactio facta per dolum non purgat dolum,ſed per dolum augetur delictũ, ergo dẽt pœna augeri,non minui,vt ff.de fer.fug.l.quicunq;, & ita tenet gl. in l transactio,& Odof & Iac.But.& omnes,pp hoc dico in ꝓ
11 feſſione verba formalia Bal.in l.j.C eo.tit. † Quæro igit̃, vtrũ ſecundæ cautioni ſit ſtandum? Rñ.in fœneratore ẽt mille cautionibus non eſt ſtandum,quia oẽs ſunt fœneratitiæ & deriuatiuum ſapit naturam ſui primituui, vt C.de legi. l.non dubiũ. §.fin.nam ẽt inter conſentientes non valet ꝯctus fœneratitius. vnde dicta lex debet intelligi in aliis ꝯctibus,in quibus per ſecundam cant.onem purgatur dolus,vt ff de cõdi. ob tur.cauſam.& l.ſi ob tur.cauſam,& l.2.ff.eo.quod metus cã non In ꝯctu fœnoris , & idem dico in tranſactionẽ,vel compromiſſo, quia non valent,ſi facta ſunt in fraudem vſurarũ, vtroq; ſciẽte,vel fœneratore tm̃ ſciente,vel vtroq; ignorante,vt quia inter heredes,ar.ff.de contrah.emp.l.ſi emptorem. §. idem Porro vltimo pacto ſtandum eſt ſi in fraudem vſurarũ nihil eſt
12 cogitatum.†Sed opp.ꝯctus mutui ẽ ꝯctus ſtricti iuris ergo dolus non reddit ipſum nullum.Solimo quia in fraudem canonis,vt ff.de iure patro.l.ſi libertus, ſed in fraudem hoĩs dolus non reddit ꝯctum ſtricti iuris nullum,ẽt ſi veniat ad validandum ꝯctũ bonæ fidei.hoc dicit illa lex ſingularis . ff.de verb. obl l.ſi quis cum aliter. dixit Pet. quod nec ꝯctum bonæ fidei reddit nullum, quia nõ peccat in forma,cõſidera,verum eſt, quod non peccat in forma apparenter,ſed exiſtenter peccat ĩ eo,quod eſt cã formæ.i.in conſenſu,ſi non erant alias ꝯcturi. ſed quare magis peccat in bonę fidei,q̃ in ſtricti iuris? rñ.quia bonæ fidei ꝯctus conſiſtunt iure gentium, & attendit̃ cõſenſus,ſed ꝯctus ſtricti iuris habent fomentum, & authoritatem a iure ciuili,ideo mero iure valent,ſed debent reſcindi,vt ff.ꝺ dolo.l.elegãter.ego puto,quod de æquitate canonica omnes ꝯctus mundi ſint bonæ fidei , non dico quantum ad titulum actionis,ſed quo ad mentem & ſubſtantiam intentionis.& iõ ſi dolus dat eis cauſam alias non ꝯcturis,quod ꝯctus ſit nullus ipſo iure,quia Deus,qui regulat & regit oĩa,reſpicit cor hoĩs, & in iure canonico nõ memini hoc notaſſe in tex.aliquo differentiam ſubſtantialem inter ꝯctum bonæ fidei,& ſtricti iuris. Vltimo no.quod pœna dicti ç.l.C.eo.habet locum qñ agẽs ẽ conuictus de mendacio,ſecus ſi ſolũ deficit in probãdo.agẽs quia per hoc nõ conuincitur de dolo,quem probari oportet vt ff.de proba.l.quoties §.qui dolo, ſm Pet.& Cy.licet gl.dicat
a cõtrarium ad hoc facit quod no.ff.de condi.inde.l.Iulianus.a in prima gl.magna,& eſt ipſa veritas.

A D D I T I O.

a Iulianus Et pro hoc adde primo gl.aliam ſingularem in c. ſuper literis,de reſcri. in verſi priori modo.Item facit gl.ſin in c.ne quis arbitretur.22.q 2.quæ expo nit vnum verbum per aliud,ad hoc vt euitetur crimen,facit etiam gl vnica in c.clerici.81.diſt quam exclamat Pan.in c.2.de probat & magni facit Bal.in l.data opera.C.qui accuſa n n poſ.

De cauſa poſſeſſionis,& proprietatis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa poſſeſſionis datur duobus modis.*
2 *Poſſeſſio quare magis denominat a pedib.q̃ ab aliqua alia pte corporis.*
3 *Poſſeſſio quaſi fraternitatis an reperiatur.*
Poſſeſſorium correlatiuum iuris,& aſcendens & deſcendens,in quibus reperiatur.
4 *Poſſeſſiones quot ſunt,& nu.5.*
Duo iura quoties cõcurrunt in vnius perſona, perinde eſt ac ſi in diuerſorum perſonas diſtinguerentur.
5 *Poſſeſſio naturalis an ſubdiſtinguatur.*
6 *Poſſeſſorium an ſapiat cauſam proprietatis.*
7 *Actio.fami.erc.com.di.& fi.regun.an ſapiãt cauſam poſſeſſionis.*
8 *Poſſeſſorium aliquod an ſit,cui non correſpondeat petitorium.*
Præſtationum perſonalium quaſi poſſeſſio,an poſſit eſſe continua.
9 *Vis expulſiua quomodo cadit in perſonalibus præſtationibus.*
Penſiones,vel præſtationes quæ quaſi poſſidentur.
10 *Poſſeſſio an requirat iuris adminiculum.*
Poſſeſſio rerum,quę poſſideri non poſſunt,eſt nulla.
Gloſſæ in l.1.in prin ff.de acqui.poſſ.intellectus.
11 *Dominus feudi ab alio poſſeſſi,ſi vendidit mihi ipſum,& me induxit in poſſeſſionem facti,non iuris,quia alius poſſidebat cum titulo, & bona fide,an tranſtulerit in me dominium.*
Legis.ſi fundum,de fundo dot.ff intelle.
Vſucapiendi conditio quando tradatur.
Vſucapio,& publiciana iſdem regulis potiuntur.
12 *Inueſtitura quotuplex eſt.*
13 *Statuto communis Mediolani, quo cauetur quod hæredi continuetur poſſeſſio quæ fuit iſta poſſeſſio.*
Poſſeſſio legalis eſt quædam,quædam corporalis,hęc non continuatur in hæredem,illa contra.
Ad poſſeſſionẽ corporalem fictus poſſeſſor & legalis mitti ſe petere poteſt ex edic D.Adria.vocatis corporaliter poſſidentibus.
Poſſeſſionem quando non transferat emptor in emptorem.
Poſſeſſionem petenti ex edicto D.Adria.quid obijci poſſit,& quid obſeruandum,& nu.14.
14 *Statutum quando idem ſit cum iure communi,& ſi idem eſt, quæ ſunt iuris communis & in eo ſeruanda.*
Amplians & ampliatum quando idem.
Hęres verus quis dicatur.

1 Cauſa. †poſſeſſionis datur duobus modis,ſ.ex parte ante,& hęc ẽ cauſa cauſans,& ex parte poſt, & hęc eſt cauſa cauſata,vt no.in l.1.C.per quas perſo.no.acq. & primo modo ponitur cauſatiue, ſecundo modo ponitur conſe-
2 cutiue,vt no.Inſti.de act.§.tripli.†Quęro,quare poſſeſſio a ma-
a gis denominat̃ a pedib. q̃ ab aliqua alia parte corporis, vt ff.ꝺ acqui.poſſ.l.1.in prin.Rñdeo,quia pedes ſunt firmũ totius corporis ſuſtẽtaculum,& hñt ſe ad reliquum corpus, ſicut baſes ad columnam.Hare nõ poſſunt nec in aere,quia a terra ſuſtẽ-
3 tandæ ſunt,vt no.ff.de dam.infec.l.quod conclaue.†Quæro, an ſit reperire poſſeſſionem quaſi fraternitatis? & vr̃ quod ñ, quia poſſeſſio non poteſt poſſidere; ſed hic vterq; aliũ poſſideret,quod vr̃ abſurdum;ſed certe hoc non vr̃ abſurdũ, nec eſt in correlatiuis,imo neceſſariũ,vt ff.de ĩ ius vo.l.ſed ſi hoc. §.ſi libera.ff.ſi cer.pet.l.pœnam.& pater poſſidet ius filiationis in filio, & econtra . & eſt proditum triplex vtile interdictum adipiſcendæ,retinendæ,& recuperandæ.& in ſumma vbicũque eſt reperire ius conſanguinitatis,vel affinitatis , ibi eſt reperire quaſi poſſeſſorium correlatiuum eius iuris , quod ꝓfitit in actibus ei approbatis,vt eleganter no.Cyn.C.de prob.l. non epiſtolis.plus dico,ꝙ eſt reperire, quod inferior poſſidet ius in ſuperiore,vt vaſallus ius in dño,vt in c.1.de forma fide. Ex his apparet,quod eſt reperire poſſeſſorium aſcendẽs,& deſcendẽs,& tranſuerſale in conſanguinitate, & cognatione, & ꝙ omne ius,quod eſt citra obligationis vinculũ,habet correſpondentiam alicuius poſſeſſorij,quod eſt ſubtile ad intelligendum.dixit Inn.ꝙ iura proprie non dicunt̃ poſſideri, nec quaſi poſſideri,niſi ab his,q ea in veritate habẽt.Iſta eſt mens Inn.& eſt ſubtile dictum;& ſic eſt differentia inter ius eſſendi,ꝙ requirit veritatem,& ius fruendi,quod conſiſtit in actu
4 potius,q̃ in habitu radicato.†Quæro,quot ſunt poſſeſſiones?
b Rñ.duæ,ſ.ciuilis,b& naturalis,vt plene no.Di.in c.ſine poſſeſſione,de re.iu.lib.6.Alij dicunt, ꝙ iſta diuiſio procedit inter diuerſos poſſeſſores.ſed vbi vnus tm̃ poſſidet, non ſunt duæ poſſeſſiones,ſed duo modi poſſidendi ad vnum finem.nã naturaliter corpore,aĩo ciuiliter poſſidetur,vt C.de acq. poſſ.licet.& hanc opinionem recitat glo. in l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.cõmo.Prima opi.verior eſt, qa quoties duo iura ꝯcurrunt in perſona vnius,idem eſt,ac ſi in perſona diuer
5 ſorũ diſtingueret̃,vt l.tutorum.ff.de his,qui.vt indig. † Quæro,vtrum naturalis poſſeſſio ſubdiſtinguat̃ ? dicit Bart.quod ſic.ſ.in naturalem,quæ producit naturales effectus, & corporalem,quæ non producit naturales effectus,ſed ipſa ſuiipſius eſt effectus,& extrinſecus nõ porrigit̃,vt ff.de acqu.poſſ.l.3.§. ex ꝯrio.ſed iſta ſubdiuiſio non eſt circa ſubſtãtiam poſſeſſionis,ſed circa qualitatem eius,vt ff.cõi diui.l.cõi diuidundo.§. inter prædones,& d.§.ex ꝯrio.Alia ſubdiuiſio eſt , quod poſſeſſor dr̃ tribus modis.ſ.,pprie in rebus corporalibus , improprie in rebus incorporalibus,quorũ ſubiectũ eſt corporale,vt in ſeruitutibus.improprijſſime in noĩbus debitorũ, quorum ſubiectum eſt abſtractũ ab omni re materiali , vt no.ff.de pe.
6 hæ.l.regulariter.†Quæro,vtrum aliquod poſſeſſorium ſapiat cauſam proprietatis.rñ.ſic,vt qñ poſſeſſorium debet eſſe iuſtificatum

---

A D D I T I O N E S.

a Vinc.God.Poſſeſſio. Adde,ex quibus dicatur probari vera poſſeſſio.Goz.conſ. 99.nu.1.& 2.Et nota quod nunquam probatur,quoties qualitas perſonæ repugnat.ibid.nu.13.

b Vinc.God.Ciuilis.Adde quod poſſeſſio ciuilis eſt fortior quam naturalis. Goz. conſi.95.nñ 6.& ibid.nu.7.Ciuiliter poſſidens poteſt contra quemcunque ingredi propria authoritate.

BIU Cujas

ficatum. & fundatum titulo, & iure aliquo, ꝙ non ſit momẽ taneum, vt ff. de interdi. l. 2. §. quædam, & ff. de iti. actuq; priu.
7 l. 3. §. hoc aũt a ſuperiori. † Quęro, vtrũ actio fami. ercis. cõi di. & fini. regun. ſapiat cauſam poſſeſſionis? rñ. ſic adminiculatiue & introductiue ad forum, & quantum ad ordinẽ iudicii. vt ff. fa. erc. l. j. & no. ff de cui. l. ſi mancipium, & cõi di. l. pe. ſed quantum ad adiudicationem, & pronunciationem ſapit proprietatem, vel quaſi, & hoc ex natura permutationis, vt no. C. de inter. l. incerti, Inſti. de off. iudi. §. fi. & ar. ff. de cõdi. ob cauſam. l. fi. & in ingreſſu litis ſapit poſſeſſorium, ſed in deciſione litis petitorium, & ideo diuiſorium iudiciorum nemo ꝓponit ꝯ poſſeſſorem, niſi cum ipſe poſſideat, ſi obiiciatur ꝺclinatoria iudicii. Et nemo vincit, niſi res ad eum pertineat, vt pa-
8 tet ex iurib. ſ. allegatis. † Quæro nunquid ſit aliquod poſſeſſorium cui non correſpondeat petitorium? rñ. ſic. nam pro ꝑſonalibus præſtationibus perpetuis inuenitur quaſi poſſeſſorium, ut ſ. de ele. c. querelam. tñ non inuenitur rei vendicatio competere pro ipſis. dixit tñ Inn. ꝙ competit vtilis cõfeſſoria, quæ eſt in rem, ſic eſt inuenire hic petitorium correſpondẽs. Quæro, nunquid iſta quaſi poſſeſſio perſonalium præſtationũ poſſit eſſe continua? & vr ꝙ non, vt ff. de ſerui. vrb. præd l. foramẽ. rñ. ꝙ eſt continua habitu, ſed non actu, & ideo nõ interrumpitur, niſi poſſeſſio ſubtrahatur per vim, vt d. c. ꝙrelã.
9 † Quæro, qũo cadat vis expulſiua in iſtis perſonalib. prẽſtationibus? rñ. per rebellionem. & reſiſtentiam, vt ℸ. de reſtit. ſpol. c Piſanis. vt ſi dñs accedat ad locũ, vbi debet percipere iſtas pẽſiones, & non ſinat intrare locum. ff. de vi & vi ar. l. colonꝰ, C. de præſcr. ɔo. an. l. male agitur. C. de agri. & cenſi. l. litibus, lib. 11. & l. ſi coloni. Sed vr quod iſtæ penſiones non poſſideant, nec quaſi, ut ff. quorum bo. l. fi. Sol. eſt verum, vbi non cõputantur in fructu, vel redditu alicuius rei proprie, nec repræsẽtant aliquam ſuperioritatẽ, vel obediẽtiã, quia tũc nec quaſi poſſidentur, ut d. c. querelam. Iaco. tñ de Ra. qui in hoc articulo nõ intellexit veritatem, dixit, ꝙ aduerſus querelam opus ẽ
10 querela, ut refert Cy. C. de pac. l. ſi cert ſannis. † Quęro, vtrũ poſſeſſio requirat iuris adminiculũ? rñ. ſic permittendo, non approbando, cum ẽt iniuſta poſſeſſio ſit poſſeſſio, nulla tñ ẽ poſſeſſio rerum, quæ prohibẽt poſſideri, & ita dẽt intelligi diffinitio poſſeſſionis poſita a gloſſatore in l. j. in prĩ. ff. de acq.
11 poſ. † Quæro, dñs feudi ab alio poſſeſſi vẽdidit mihi ipſum, & me induxit in poſſeſſionem facti, nõ iuris, quia alius poſſidebat cum titulo, & bona fide, vtrum tranſtulerit in me dñiũ? & vr quod non, quia nullam poſſeſſionem mihi tradidit; & ſi aliquam tradidit, illa non erat vacua, ſed erat clãdeſtina & vitioſa. Rñ. tu quæris de caſu. l. nã lex dicit, ꝙ per talem traditionem poſſeſſionis nõ uacuę factam a dño transfertur dñium, ut ff. de fundo do. l. ſi fundum, ibi dum dixit, dederãt in dotẽ, dixit Mar. Sillimani. ꝙ ſic tranſtulerat dñium ſine poſſeſſiõe, quia dixit, dederat. Item nõ trãſtulerat poſſeſſionem, quia ℸ. dixit, ꝙ talis traditio nõ interrumpit prẽſcriptionem poſſidẽtis. dixit Mar. Silli. & ſic poſſeſſio remanẽt penes illũ qui præſcribebat. Et licet vſucapio fundi dotalis prohibeatur inchoari, non tñ prohibetur conſummari, quæ lex alibi nõ reperit. Porro licet transferatur dñium, ſecus eſt in vſucapiẽdi cõditione, quæ non transfertur, & per ꝑns nec Publiciana, quę regulariter eiſdem regulis, quibus & vſucapio inchoat, & ideo in Publiciana opus eſt, quod tradatur vacua & expedita poſſeſſio, ex qua poſſit ſurgere vſucapiendi cõditio, ut ff. de ꝑhẽ. emp. l. clauibus. Nã ſi transferat vſucapiendi ꝓditio, duo poſſunt inſolidum vſucapere traditionibus factis a diuerſis non dñis, quod eſt impoſſibile. dic vt no C. de probat. l. cum res, ꝑ gl Cy. & Mod. Ex prædicta. l. ſi fundum apparet, ꝙ qñ ꝑ inueſtituram immiſſiuam non acquirit poſſeſſio ꝑꝑ alterius poſſeſſionem aduerſatiuam & incõpatibilem, tamẽ acquiritur
12 dñium, quia vero dñio nihil eſt ꝯrium. † Et ſcias ꝙ duplex eſt
a inueſtitura, a quædam cum poſſeſſionis effectu, quædam cũ effectu quaſi poſſeſſionis, quia ex fictione eſt, vt ꝑcaria. quædam eſt ſine aliquo effectu tradita, ut ea, quę fit per baculum vel biretũ circa res corporales, ut in c. j. qd ſit inueſtitu. col. x. & in c. ſciendum. de conſue. rec. feu. & no. per Dy. in c. j. ℸ re. iur. li. 6. Et inueſtitura eſt inſtrãlis, non realis; quia remota eſt
13 a rei traditione. In iuribus aũt incorporalib. per talem inueſtituram acquiritur ius, & facultas vtendi, ſicut acquirit̃ per ceſſionem iuris, & facultatis. & facit c. 2. ſ. de conſue. † Quęro
b ſtatuto cõis Mediolani cauetur b quod hæredi cõtinuat̃ poſſeſſio teſtatoris. Quero, quę poſſeſſio ſit iſta? rñ. ꝙ eſt poſſeſſio datiua creata a lege abſq; præſentia corporali, & eam voco artificialem poſſeſſionem, non naturalem, quia nõ conſiſtit in ſenſu corporeo, nec in organis corporeis. ſi loquimur ℸ poſſeſſione legali, illa poteſt continuari. ſi de corporali ẽ impoſſibile, niſi per fictionem, nunquid ergo hæres poterit petere
14 mitti in poſſeſſionẽ ex edicto diui Adria. rñ. ſic in executione ſtatuti; & ita practicat̃ Mediolani, vt q eſt in poſſeſsione fi-
ta, ſit in vera. ſimile habes. ff. ad Treb. l. apud Iul. §. j. Sed nunquid alius eſt citandus? & vr ꝙ non, quia eſt continuatio poſſeſſionis potius, quam noua poſſeſſio. Sed ꝯrium vr, quia corporaliter poſsidens eſt citandus, non obſtãte quod alius poſſideat ficte, ut l. j §. neceſſario. ff. ſi mulier ven. no. Sed pone, ꝙ iſte hęres vendidit, & conſtituit ſe pro alio poſsidere? nũquid ſicut ipſe poſsidet ficte, ita fictam poſſeſsionem in alium trãſferat, & per conſequens dñium rei vendicare? Rñdeo nõ, qa duæ fictiones non concurrunt, ut no. Guil. de Cu. ff. de pac. l. ab emptione. Idem dico, ſi confiteatur ab alio, vel ꝑ alio poſsidere, quia fictio eſt quędam, non pedum poſitio. Et no. quod edictum diui Adria. in caſu dicti ſtatuti ſapit duplicem effectum, ſ poſſeſsionis recuperandę, & adipiſcendæ. & ideo nõ poteſt obiici ei per poſſeſſorem exceptio proprietatis, q̃ poſsit proponi ĩ mero beneficio dictæ. l. edicto, vbi ꝓbatio dominii
5 gl. ſolennis. †Opp. ꝙ per receptionem penſionis nec tradatur, nec probetur poſſeſſio, quia nō eſt cōnexa ipſi corpori, vt d. l. Pomponius, & no. ℣. de re iu. cū Bertoldus, in fi. ℣. de fi inſtr. inter dilectos. §. fi. ff. de acqui. poſſ. l. quamuis. §. j. So. inter ipſos contrahentes, ſeu conſentiētes probatur, vt hic. C. de agric. & cēſi. l. litibus. & l. domini prædiorūm, lib. 12. ſed inter alios nō probatur poſſeſſio facit quod no. Cyn. C. depoſi. l. deſideriū. & ſicut probat inter ſoluentes, ita inter habentes cauſam poſteriorem ab eis. ff. de pig. ſi ſeparatus. §. j. C. ſi res ali. pi. da ſit. l. cum res, per Cy. vel dic, penſio pręſtatur domino, & ꝙ ſtat de dominio, probatur poſſeſſio non ſolum inter pręſtantem & dominum, ſed inter omnes; & probatur dominiū hoc caſu per famam, vt no. ff. de neg. geſt. l. atqui natura. §. cum me ab-

a ſentem. Item per libros antiquos, a vt ff. de proba. l. cenſus. vt C. de fide inſtrum. l. plures apochis. aut pręſtatur alii, quā domino, vel nihil probatur de dominio; & tunc non probatur poſſeſſio, niſi inter dantem, & recipiētem, & habētes cauſam ab ipſis; & ita ītelligitur, quod ſupra dixi. & no. hęc. & ſic magis præſumitur pro domino, quia conſonat ei ratio poſſidendi. Opp. iſta eccleſia de N. erat cenſualis Archiepiſcopi, & poſſidebat in ea cenſum, non corpus eccleſiæ; ergo corpus eccleſię non potuit inuadi. Sol. penſio pręſtabatur in recognitionem proprietatis; & licet penſio non eſſet de corpore rei, ſed extra corpus. i. in genere, repręſentat ius & authoritatē poſſidendi totum, etiam ſi vnus tantū numus pręſtaretur, q̄ ſunt not. digna; & ſic vna poſſeſsio, puta cenſus, cōuertitur in aliā ſ. rei, ſiue eccleſię, & non eſt neceſſaria noua inueſtitura; qđ tene menti, & alibi non reperitur. vel dic, ꝙ eccleſia iure proprietatis & ciuilis poſſeſſionis erat Archiepiſcopi, naturalis autem erat clerici, quę naturalis mortuo clerico abſq; ſucceſſore conſolidatur ciuili poſſeſſioni ipſo iure, quod ēt eſt mirum no. No. ergo, ꝙ capellæ quædam ſunt in ꝓprietate ſuperioris, & vſu clerici officiantis capellam, quædam pertinēt ad collationem ſuperioris, non tamen ſunt in proprietate eius, quædam ſunt in totum ꝓceſſę inferioribus & donata; & verbum, ad vſus, interdum ſonat dominium, vt ff. de do. l. donationes in concubinam. §. ſpecies ponūtur. n. uerba demōſtra-

6 tiue non reſtrictiue. †Quęro, dicitur hic, ꝙ ille poſſidet, cuius nomine poſſidetur, nūquid ergo ſtatim ꝙ qs eſt deportatus, poſſidet nomine fiſci? & videt quod ſic. l. Statius Florus. §. fi.

b & argu. ff. de preca. l. ſi adoptauero. Nam deportatus retinet ea quæ ſunt animi, vt ff. ad Tre. l. ex facto. §. ex facto. ſed ea q̄ ſunt acquiſitionis, nō retinet ſibi pro ſe, ſed pro fiſco, vt ff. de leg. j. l. j. §. ſi deportari. Nō obſt. ff. de publi. l. ꝓmiſſa, qa ibi in integro ſtatu perſonæ bona ſunt adēpta, hic ſtatu penitus mutato. Item non ob. C. de heredi. inſti. l. j. quia ibi in hæredis inſtitutione, cuius deportatus non eſt capax, nec pro ſe, nec pro fiſco, quia fiſcus nō eſt proprie heredis loco, vt ff. de nouatio. l. quoties. §. fi. & l. nouatio. ſed videtur, ꝙ ꝓtor non faciat quē poſſeſſorem. niſi miſerit in poſſeſſionem. nō. n. ſufficit verbo poſſeſſionē decernere, ſed opus eſt facto, vt plene no. Inſt. de offi. in. §. fi. & ff de pig. act. l. non eſt mirum. §. ſciēdū, & ff. de acqui. poſſ. l. vniuerſitas. §. item cū prætor. quod veritas eſt, ꝙ ante bona incorporata fiſcus nō efficitur verus poſſeſſor manualiter. No. ꝙ receptio pēſionis eſt ſignum traditæ poſſeſſio-

c nis. †Item quādoq; titulus eſt ſignum traditæ poſſeſſionis, vt

7 ff. de rei vend. l. quædam mulier, & ff. de iure do. l. ſi ſpō ſalib.

8 §. fi. Item †retentio vſusfr. poſſeſſionem transfert, vt C. de dō. l. quiſquis. Sed quare retentio proprietatis cōceſſo vſufructu non transfert poſſeſſionem vſufr. niſi interueniat traditio, vt ff. de vſufruc. l. j. §. dare. Sed e contra ſic, reſpon. quia retinendo proprietatem non mutat ſibi cauſam poſſidendi, & incipit ſub alio poſſidere. Idem ergo, ſi ꝓprietarius retinet ſibi in emphyteuſim translata proprietate. Nam ſtatim eccleſia, quā cognoſcit in dominum ex certa ſcientia, & non per errorem incipit poſſidere titulo pro ſuo; & dic vt no. Bar. ff. de acq. poſſ. l. ſi aliquam rem. ſecus, ſi īterueniſſet error, vt C. de iu. & fac. igno. l. cum falſa. Item ſi quis confitetur ſe pro alio poſſidere, illum efficit poſſeſſorem, ut ſingulariter no. ff. de pac. l. ab emptione, & tamen non eſt hoc precarium, nec iſte confitēs lucratur fructus, licet ſecus in gratuito precario. ff. de do. l. Aqui-

9 lius. l. Lucius. †Item qui precario retinet præſentem poſſeſſionem transfert, nō futuram. ff. de acq. poſſ. l. interdum. & l. ꝙ in eo, & l. j. ff. pro ſoc. quia non poteſt prius alii poſſidere, q̄ ſibi.

d & no. ꝙ ſi debitor, q obligauit bona ſua ꝓſtituit ea precario poſſidere pro creditore, & alienat in alium, poterit is in quē eſt facta traslatio poſſeſſionis cōueniri, nō facta diſcuſſione, nō tm̄ per hypothecariam, ſed per condictionem ex illa notabili. l. C. de acq. poſſ. l. ex liberis, & ita conſuluit Iaco. But.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Item ꝙ libri officialium faciunt fidem. Quando autem faciant plenam, ſcribit Rui conſi. 13. nu. 9. lib. 4.

b Vinc. God. Adde, ꝙ deportatus & bannitus noſtri tpis, ſunt ſimiles gl. in §. relegati, Inſti. quib. mod. ius pat. poteſt ſol. Bar. in l. illicitas. §. qui uniuerſas ff. de offi. præſid.

c Vide Panor. in conſi. 27. ſecundo dubio, volum. 2. & pulchre per Barba. conſi. 2. col. 23 & 27. & ſeq. vol. 2.

d Vinc. God. Adde ꝙ precarium dicitur beneficium, ſecundum Abb. in c. fi. de preca. Bar. Cepo in lib. de ſeruit. vrba c. 79.

SUMMARIUM.

1 *Dominus poteſt in eodem iudicio facere quoſdam actus per ſe quoſdam per procuratorem.*
A proceſſu inordinato poteſt appellari.
Separatio viri ab vxorem non liceat.
Cauſa criminalis licet per procuratorem, ſiue nuncium tractetur, non ideo eſt inualidus proceſſus.

2 *Quæſtio ſpoliationis an præiudicet quæſtioni ſœderis.*
Reconuentio etiam poſt litis conteſtat. quando non impediatur.

3 *Lit. conteſ facta per iudicis impreſſionem non impedit obiectum exceptionum declinatoriarum,*
Vxor quando virum, nec vir vxorem, repetere poſſit, remiſ.
Vir ſi timeat de ſœuitia vxoris idem dicendum quod in caſu contrario.

4 *Spoliatio ſi probetur in modum exceptionis an fiat reſtitutio.*

5 *Reus ſi probauit de dominio per modum defenſionis, an mereatur condemnationem actoris.*
Clauſulæ ſine canonico, & debito fine, idem ſonant i eccleſiaſticis cauſis

6 *Iuriſdictio aliqua an cunferatur per literas delegatorias, ſi impetrans noluit eis vti.*
Edere quas literas, & inſtrumenta uel reſcripta quando & quis cogat.
Inſtrumenta fori non fiunt niſi producantur, excipitur.

CAP. X.

1 IX conqueſtione. Si altero coniugū matrimonium accuſante, alter petit reſtitutionem matrimonialis toti ante omnia debet reſtitui. h. d. prima pars, querela appellā. tis. Secūda, datio iudicum. Caſus B. mulier tanquam vxor ſteterat cum quodam milite, & genera uit ex eo quandam puellam, illes miles de facto expulſ team pręndēs conſcientiam, qa dicebat eam conſanguineam ſuā, & ſuper hoc querelam acſationis formauit & iudices impetrauit: mulier hoc ſentiens petijt coram diœceſano cum ſibi reſtitui, iudices delegati cōpulerunt eam reſpondere ſuper libello mariti, appellauit, Papa mandat ſibi virum prius reſtitui, deinde cognoſci de fœdere coniugali. dicit Inno. ꝙ per literas non præſentatas non acquiritur iuriſdictio, quia literæ nondum ſunt cōes, ſed ſolius impetrātis, dt Inno. q reus qui ꝓbat de iure ſuo, ita obtinet ℣ actorē, acſi ex ꝑte egiſſet. dicit Ho. ꝙ obtinet abſolutoriā nō ℣ dēnatoriā aduerſarij, alioquin nō eſſet neceſſaria requētio, ꝙ eſt falſum p l. ſi inter te & me, ſm Hoſ. & Io. An. In tex. ibi, Copulaſſet, No. hoc verbū ſignat carnalē copulā. Ibi, Pertractās. ſ. quōdā, nūc nō, qa expulerat eā. ff. de uer. ob. l. qdā cū filiū. Ibi, Filiā ſuſcepiſſet; ēt p hoc ꝓbat poſſeſſio mrīmonij, qa p carnalē copulā, & p ſuſceptionē liberorū. Ibi, eccleſię & ſic ꝓpriate meritate. Ibi, Citaret, & ſic mulier in agēdo ꝓuenit ꝑſentationē lrārū. Ibi, Nuncīū. ſ. ad ſignificādū geſta. Ibi, iudicib. ſ. ꝑtrādis a marito. Ibi, mō p ſe, mō p ꝓcuratorē; intellige ꝓtinuā-

1 do ꝓceſſum. † Et no. ꝙ dns pt in eodē iudicio facere quoſdā actus p ſe, quoſdā p ꝓcuratorē, nec tenet p ſe tm̄, vel p ꝓcuratorē tm̄ litē exercere, ꝙ ē no. Ibi, Negata. i. nō admiſſa, ſic negat q nō dicit. C. de pe hæ. l. ſi putas. Ibi, Nō debuit, hic nō fuit malo ordine ꝓceſſum, & iō pt appari ēt in poſſeſſorio, qa ab inordinato proceſſu, ꝙ ē no. dignū. Ibi, in principali. i. fœderis mrīmonij. Ibi, Audiatis, ergo l. ſi qs ī tātā. C. vñ vi, nō hēt locū ī ꝓiugio, qa nemo p violētiā deſinit eē vir & uxor. No. ꝓtextu ꝓsāguinitatis vxorē a viro nō ſeparādā niſi iudicio eccłę maxime poſt ſuſceptionē liberorū, ſed qđ ſi conſanguinitas eſſet notoria?

notoria? dicit gl. ꝙ idem, quia talis separatio est pœna. & ideo non pōt imponi nisi per iudicē; tenementi gl. & sic no. ꝙ de notorio impedimento nō potest excipi per spoliatorem. No. ꝙ hic agebatur petitorio & possessorio per nuncium, vel pro curatorē. dt Ber. ꝙ cā nō erat crīalis criminaliter intētata alias non interueniret procurator. Adde, si tñ interuenisset, nō ē iudiciū nullū, licet cā sit capitalis, ita dicit gl. C. de adul. l. quis indubitati, & nō ē alibi in iure ciuili, de hoc no. in c j. de iud. lib. 6. per Arch. † Capio tertiā gl. dī hic, ꝙ qō spoliationis ꝑiudicat qōni fœderis. dicit gl. ꝙ hoc est verū, siue prius moueat, siue postea ēt lite cont. super fœdere. Sed ꝫ hoc glo. opponit, quia exceptio ordinis est dilatoria iudicij, ergo ante li. ꝓt. dēt opponi, vt C. de exce. l. fi. & j. de re iu. inter monasteriū. Sol. dicit gl. ꝙ hic nō opponebat excipiēdo, sed recōueniēdo, & subdit, ꝙ aut super eodē, & dēt fieri reconuētio añ lit. cont. supplet ad consequendum effectum impediēdi processum petitorij; aut super diuersis, & tunc pōt fieri reconuentio ēt post lit. conte. quia non impedit proceſſum in modum reconuentionis propositū, & imputet sibi, quia añ lit. cōt. nō excipit. Et postea dicit gl. quod hoc ideo post lit. cōt. impedit processum petitorij, quia per iudicē fuit compulsa litem ꝓtestari. Ex ista gl. † no. quod lit. cōt. facta ꝑ iudicis impressionē nō impedit obiectum exceptionum declinatoriarū, quod alibi nō reperitur, tamen est diuinare; & ideo quod ista mulier nunquā consensit in iudices delegatos, nec debebāt procedere, quia in rescripto non fiebat mentio de spoliatione. Sequitur quarta gl. quæ ponit casus, a in quibus mulier nō potest repetere virum, nec vir vxorem. gd si vir timeat de seuitia vxoris? respōdeo, licet hoc raro cōtingat, tamen idem est in vtroque: ego vidi & cognosco vxorem, quæ incarcerari fecit maritum suū, vt dicit gl. in simili de vxore, quæ rapuit virum. C. de ra. vir. l. j. † Quærit glo. vtrum, si de spoliatione probetur in modum exceptionis, fiat restitutio? & dicit ꝙ non, quia nō est ad hoc actum. Et hoc facit ad quæstionem In noc. † si reus probauit de dñio ꝑ modum defensionis, vtrum mereatur cōdemnationem actoris? Inn. dicit quod sic ꝑ l. sed & si possessori. ff. de iurciur. quia assumendo in se onus probādi factus est de reo actor, ut ff. de probat. l. circa. idā tenet Dy. in c. nō licet actori, de reg. iur. in 6. Host. dicit contrarium. Nam aliud est agere, aliud defendere, nec enim tendunt ad eundem finem, vt ff. de euict. l. vindicantem, cum l. se. Et ideo si reus vult consequi condemnationem actoris, debet eum reconuenire, vt in gl. ſ. de or. cog. c. cum dilectus, & alle. pro casu. l. si inter me & te. ff. de exce. rei iu. Sed ibi loquit in diuersis partibus eiusdem rei, nō super eodē. Iac. But. dicit, ꝙ non dēt actor condemnari reo, sed reus dēt absolui inserta causa probationis dominij, quæ sentētia declaratoria proderit reo, si cadat a possessione per l. sed & si possessori, & ar. ff. de pu. l. eum qui. §. si petenti. & hoc teneas. & sic sententia, quæ est lata super dominio ad defensionem, poterit postea ad actionem trahi. & alibi cōtingit, ꝙ super dominio fertur sententia declaratoria, & non cōdemnatoria. ff. de excep. rei iu. l. si a te. §. j. quæ gl. est peregrina. glo. parua signat oppositionem, glo. pen. dicit, ꝙ remotio appellationis non impedit appellationem, vbi manifeste quis aggrauatur. gl. vlt. dicit de illis clausulis, sine canonico, & debito fine; & ponit aliqualē dīam inter dictas clausulas: tamē in spiritualibus, & ecclesiasticis causis idem seruant. † Quærit Inn. vtrum per litteras delegatorias conferatur aliqua iurisdictio, si impetrans nolit eis vti, & vtrū possit cogi ad literas b edendas? & dic ꝙ nō, qa delegatio pendebat a parte: sed quia pōt literis a se impetratis renunciare. & quicquid alij immiscent, ista est veritas, quia nemo inuitus cogitur agere, nisi forte literæ essent impetratę in duplicib. iudicijs, arg. ff. de proc. l. si defunctus. §. fi. Porro istæ literæ non sunt instrumēta fori, nisi in iudicio producantur, & ideo differunt ab instrumento curæ & tutelę, ꝙ debet edi, vt no. Innoc. j. de pro. c. j. Non ob. l. iij. ff. ꝙ quisque iu. vbi dī, non potest renunciari. quia ibi propter delictum impetrantis ius iniquum, sed hic in impetrante nō fuit delictum, postquā vero literæ essent productæ, non posset impetrans renūciare, vt C. quomodo & qñ iu. auth. qui semel. Non ob. ff. de min. l. si iudex circumuento, quia ibi est speciale propter priuilegium minori; facit quod no. Cy. C. de temp. in integ. resti. l. perēdæ. Item non ob. ff. de contrab. l. si post mortē. §. fi. quia ibi non requirebatur vsus beneficij. Nam apertū erat edictum, & iō non curatur, vtrum ille, per quē aperitur edictum, vtatur, vel nō. Et dic, ꝙ aut edictū propter me alterius facto fit, & est cōmune, quia l. communis est: aut facto meo, & inest delictum; & idem. aut non inest delictum, & tūc aut res nō est integra; & idem. fallit in l. si iudex. ff. de min. aut res est integra; & tūc prodest aduersario meo, & i a loqtur qō nostra de rescripto.

ADDITIONES.

a Vide elegans consilium Dom. Alex. 78. in cap. viso & diligenter ponderato processu, in 5. vol.

b Vinc. God. Adde, quod producens litteras, videtur fateri contenta in illis, sicut prolata in libello.

SVMMARIVM.

1 *Violentus possessor cogitur restituere fructus perceptos, & quos percipere spoliatus potuisset, in prin.*
Iuramentum de fructibus an sit deferendum reo, vel actori.
Lucrum quæ significant.
Expensarum nomine quæ contineantur, & num. 2. 3. 4. & 5.
Expensæ quando deducantur, & num. 8.
2 *Semen, quod seminatur, an contineatur appellatione expensarum.*
3 *Damna, & mortes animalium an contineantur appellatione sumptuū.*
4 *Prædones si exportauerint fructus, an ista damna contineantur appellatione sumptuum.*
5 *Precium rei an contineatur appellatione sumptuum.*
6 *Iniurię an sint specificandæ in libello.*
Fructus qui dicantur & quando restituendi, & num. 7.
7 *Prælato mortuo an capitulū possit petere fructus, qui pertinebāt ad mēsam prælati.*
8 *Consuetudo, qđ clericus possit testari de fructibus præbēdæ, an valeat, & num. 7.*
Summa quadam Ioannina citatur.
Precium operæ, vel solicitudinis cui debeatur.
Expensas deducere quas quis possit.
Æquitas scripta cōpēsat alij æquitati scriptæ generaliter, vel spāliter
9 *Lucrum fructuum cōsumptorum non hēt locum in petitione hŕditatis, nec in alijs iudicijs vniuersalibus, in quibus fructus, quatenus locupletior est, veniunt a principio & incommutabiliter iure actionis.*
Fructus naturales quis mero iure possessionis non facit suos.
10 *Fructus naturales qui sint, & num. 9. qui industriales.*
Possessio quæ inducat acquisitionem fructuum.
Fructus consumpti quando dicantur.
Pensiones sunt potius obuentiones, quam fructus.
11 *Fructus percepti ante libellum oblatum, vel post ante lit. cont. veniunt in iudicio & non sunt petiti in libello.*
12 *Fructus an debeantur per se sub determinata quantitate.*
Libellus generalis quo casu sufficiat, absq; fructuū, & dānorū petitione.
13 *Peremptā instantia an fructus percepti ante nouam instantiam inchoatam per lit. cont. veniant restituendi.*
14 *Appellari an possit a translatione possessionis, quæ fit ex primo decreto.*
15 *Appellans temere ab interlocutoria, & recedēs, an possit appellare postea a diffinitiua.*
16 *Decimæ an petantur hic vt ius incorporale.*
Contra contumacē, si missio possessionis fieri non possit, quæ remedia sint, & an opus citatione sit.
Sequestrum qualiter fiat in nominibus debitorum, remiss.
17 *Missio quomodo fiet in eum, qui non habet nisi pecuniam numeratam in loco abscondito.*
Possessionem veram quærit creditor ex pacto cum debitore de eam ingrediendo authoritate propria.
18 *Iudex, si non vult in possessionem mittere, quid iuris.*
Ex confirmatione an agi possit eius, quod est ab initio nullum.
19 *Iudex an possit in possessionem mittere, & num. 22.*
20 *Arbiter an possit in possessionem mittere, & num. 22.*
Missio in possessionem potest fieri per nuncium, & quemlibet officialem, & per ipsum etiam actorem.
21 *Missio an possit fieri cā seruandorū legatorum ēt non adita hæreditate.*
22 *Missio si est facta vltra mensurā debiti, an valeat vsque ad mensuram.*
Missio in possessionem est multiplex, & ideo varia iis eius, & mittens in possessionem quis inducat vt nuncij, & viatores, non suo, sed magistratus funguntur munere.

CAP. XI.

GRauis. Violētus possessor cogitur restituere fructus, non solum quos percepit, sed quos spoliatus percipere potuisset. h. d. cōcor. ff. de rei ven. l. si nauis. In prima ponit decisa partis quę rela. In secunda Papæ prouisio. scđa ibi, mandamus. Casus. quidam Archiepūs spoliauit quosdam monachos, & eis ēt intulit iniurias personales: Papa mandat, qđ non solū restituantur res ablatę cum fructibus perceptis, & percipiendis, sed etiā quælibet damna, & ꝙ de iniurijs illatis satisfaciat competenter. Ibi, cum integritate, hoc respicit res ablatas. Ibi, plenarie, hoc respicit damna. Ibi. cōpetenter, respicit æstimatio. Ibi, licitum, id est de facto. Ibi, reddi. scilicet codē iudicio, & libello. Et no ꝙ de satisfactione iniuriarū, quod veniat incidenter in iudicio recuperandæ, non est iure ciuili cautū, & ideo tene menti. glo. prima quærit, qualiter sit probandum de ista violentia, & dicit quod per testes. Secūdo quęrit, qualiter sit probandū de rebus amissis, & de earum qualitate, & rem tit ad l. ij quando. C. vnde vi. † Et nō. ꝙ ideo hic iuratur de fructibus per actorē quia reus est in dolo, sed si reus nō esset in dolo, super fructibus, de quorum quantitate dubitatur, deferretur iuramētum reo, & nō actori. quia reus melius nouit veritatem. Ista est gl. sing. cum textu suo in Auth. de nup. in §. qa igitur hæc nostra, super verbo, iureiur. quę gl. non est alibi. Et ideo no. redditus, & etiam prouentus, ac obuentiones lucrū significant.

BIU Cujas

significant. Et ideo deducũtur deductis expẽsis, vt ff. de vsuf. lega. l. fundi Trebatiani. Item decimæ eorum, quæ qs lucrat cum persona absque prędio, vel animalibus, vt infra de decitua, & no ff. de per. hær. l. si a patre, uel dom no. §. j. sed de dec.
a mis prędialibus, a & fructibus animalium non deducũtur expensæ, & speciale in decimis est. In alijs casibus secus, vt ff. de
2 pig. act. l. si necessarias. §. fi. † sed nunquid semen, quod seminatur, continetur appellatione expensarum? rñdeo non, si colonus seminat de suo, quia sufficit ei dimidia fructuum, sed si dominus seminaret, videtur istud semen detrahẽdum, & resi duum diuidendum, arg ff. de vsuf. l. itẽ si fundi. § seminarios.
3 Sed nunquid † damna, & mortes animalium continentur appellatione sumptuũ? respondeo non, vt ff. pro soc. l. cum duo-
4 bus. § quidam. † Quid si prędones exportauerunt fructus, nũ quid ista damna contineantur appellatione sumptiuũ? dic ꝙ
5 non, vt C. loca. l. si quod dãnum. † Sed nunquid precium rei continetur appellatione sumptuũ? dic quod non, vt ff. de ꝓd. & demon. l. quibus diebus. §. 1. qui casus nõ est alibi, secundũ Dy. sicut econtrario nec res ipsa continẽ nomine fructuũ, in cuius locum succedit precium, & quia habito respectu ad precium sine interesse contentum nullum tst lucrum ut no. C de rei ven. l. mater. & adde quod no Inno. in c. fi. quod me.
6 causa. §. j. † Secunda gl. quærit, an iniuriæ sunt specificandę in libello? & dic quod sic, & etiam cũ circunferentijs loci, & tẽporis secundum Bar. Tertia glo. tractat materiam fructuum, & primo dicit, quod fructus dicuntur deductis expensis, q̃ dic, vi ff. sol. mat. l. fructus, secundo dicit, quod possessor tenea tur restituere fructus, & dicit, ꝙ bonæ fidei possessor, supple cum titulo, vel sine titulo, licet de bonæ fidei poss. sine titulo non inueniatur aliqua lex expressa, non tenetur restituere ꝙ sumptos, etiam si locupletior sit dummodo sint fructus indu striales, sed extantes cogitur restituere, subaudi tales quales
7 sunt. † Quæro, vtrum mortuo prælato capitulum possit petere fructus, qui pertinebant ād mẽsam prælati? respondeo, isti fructus dicuntur seruari successori, ut in c. præsenti, de offic. ordi. lib. 6. Sed an ipse viuẽs de sua quarta fructuum possit facere velle suum, saluo statu, & honore ecclesię? cõsuetudo tenet quod sic, vt scribitur in Ioannina, vbi videas. ille frater Ioã
8 nes fuit magnus vir, qui fecit illam summam. † Nunqd valeat consuetudo, qđ clericus possit testari de fructibus præbendę? dic ꝙ sic de perceptis, sed non de percipiendis, vt plene no. Archid. xij. q. v. §. j. vbi omnino videas, & in c. alienationes, eadẽ causa & quęstione, ꝓ Arc. Sed an rusticus poterit petere operæ precium? respondeo quod sic, vt ff. pro sol. l. si duob. §. si in
b cocunda. Sed nunquid post trienniũ tenebitur restituere extantes; respon nõ, vt sing no. ff. de vsuf. l. sequitur. § fructus. b Sed nunquid nobilis poterit petere precium solicitudinis, & laboris; rñdeo non quia has operas non consueuit locare, & ideo non referuntur ad pecuniariam æstimationem, vt ff. de præscrip. ver. l. naturalis. §. 1. Scholaris expẽdit in studio mille, reuersus a studio incipit lucrari, sacerdos petit decimam, quæ debetur non solum de diuinis begeficijs solis & alimentorũ, sed etiam de humanis industrijs: dicit scholaris, volo prius lucrari mille, quę expẽdi in studio, postea soluam tibi decimã. Quæritur, quid iu rñdeo plus possidet, quam expenderit, quia plus valet scientia, quam pecunia, & ideo frustra petit, quod intus hẽt. Sed ecce percepi fructus amplos, ex his ędificaui palatium in eodem fundo, euincitur prędium. excipio de expẽ. respondeo, compensantur cum fructibus per l. sumptus. ff. de rei ven. quia æquitas scripta compẽsatur alij æquitati scriptæ in genere, vel in specie, vt ff. si cer. pe. l. si me & Titium. Ita no. glo. ff. de rei ven. l. in fundo. Si autẽ ædificassem in re mea ꝓpria, quæ subiacet restõni, non compensarem, nisi fructus, quos ex re mea percepi. ff. ad Treb l. mulier. §. si hæres. Ita di-
9 cit gl. sing. ff. de rei ven. l. emptor, in prin. † Et no. ꝙ lucrũ fructuum consumptorum non hẽt locum in petitione hæreditatis, nec in alijs iudicijs vniuersalibus, in quib. fructus, quatenus locupletior est, veniunt a principio & incommutabiliter iure actio. vt ff. de pe. hæ. l. item ueniunt. § fructus, & C. fa. erc. l. non est, per Cy. naturales autem fructus nullus mero iure in possessorijs facit suos, quia industria naturæ, & non hominis ꝓueniunt, & natura magis fauet veritati, q̃ ꝓ possessioni. Sũt autem naturales, in quib. percipiendis nõ requiritur cura & cultura solẽnis, licet in aliquib. reqratur aliqua modica, & pfunctoria cura, & modica expensa, de qua non est curandũ. Item puto, quod in modicis fructibus naturalib non sit curandũ, vt de pomis, quæ comeduntur ad mensam, vel de vno stario glandium, quia hæc res non agitur inter infestos, arg. ff. com-
10 mod. l. in rebus, & ff. de vsufructu. l hactenus. † Itẽ fructus naturales sunt, quando apparatus naturæ præcedit apparatũ hominis, vt fructus arborum, excipio vites & oliuas, qa per solã industriam accommodãtur vsib. hominum, vt ff. de rei uen. l. si fundi poma in diu na scriptura dicuntur fructus, qui spõte nascuntur. i. sine vi & scissura aratri, & absq; arte & agricultura, quia totum, vel quasi totũ solꝝ natura perficit, ideo dicuntur fructus naturales a prędominio. porro oẽs fructus q seminantur sunt industriales, quia cultus hominis magnus, & grande præcedit factum & opus naturæ. Item puto, ꝙ fœnum, & palea in quo percip endo fit magna expensa, computetur inter fructus industriales propter grãdem operam, quæ requiritur: pascua autem pono inter fructus naturales, nisi falce fecerit, & in horrea reponant. Et adde ꝙ habes. ff. qui. mo. vsufr. ami. l. vsusfructuarius mensem. Item lac, & lanam assimilo fructibus industrialibus propter emungentis & tondẽtis operam, quia nõ sunt in rudi vsu, sed terminantur inter ali quod ministerium. Item si ex pomis fit ceruisia, initium hẽt naturæ, sed ex industria perficitur, & id quod defieit naturę, ars supplendo facit artificiale, quod in sua ruditate est natura
c le, & ideo vĩ, ꝙ ceruisia sit redditus industrialis, c quia vnum quodque denominatur a fine, & ab eo, ꝙ in ipsum plurimũ potest. cætera d c, ut dixi. C. de fur. l. ancillæ. Adde, possessio ẽ illa, quę inducit acquisitionẽ fructuũ. & dic ꝙ si de mera possessione quæritur est ciuilis possessio, ut no. ff. de acqui. pos. l. 3. §. ex ꝓrio naturalis. n. solũmodo operatur acquisitionẽ fructuum, si quis eos percipiat, & in horreo eos recondat, ut no. ff. de vsufr l si fur decerpserit, & ff. de vsuc. l. si homo. ff. de rei vend. l. ex diuerso. §. 1. uel dic ꝙ sufficit qũolibet per eum, vel eius occasione sit per fructuarium, vel vsurarium apprehẽsa possessio, vt d. l. si vsufructuarius messẽ. ff. qui. mo. vsusf. amit. & no per Cy. C. de rei ven. l. certum. Item facit fructus suos ille qui eos suo noĩe colligit dñi uoluntate, licet non sit possessor, vt ff. de fruct. l. si seruus cõis. §. locaui. & ff. de act. emp. l. q̃ pendentem. Et adde ꝙ no. in c. j. de offi. or. lib. 6. qñ autem dicantur fructus cõsumpti, dic quando ex eis nihil extat corporeum apud percipientem Nam eatenus, quatenus extant, dicunt extantes. Quid de pensionibus; respõdco, ut d. l. si nauis. & dicit gl. ꝙ pẽsiones potius dicunt obuentiones, q̃ fructus, vt no. ff. de cond. inde. l. si urbana. Et prędicta uera sunt de fructibus rerum, sed de fructibus actuũ humanorum, ut de fructibus iuris cligẽtium, & similib. dic ut dixi ſ. eod. c. in litteris. Dicit Inno. ꝙ vsufructuarius sola separatione noĩe suo facta, vel ab alio eius occasione faciat fructus suos. probatur ex eo, quia si præstitit cautionem, percipit dñi voluntate. Adde ubi cunque vtilis præfertur directæ, ut in emphyteuta proprietario, ubi naturalis possessio præfertur ciuili in acquirendo fructuum dominium. Nam si essent a domino præcepti, possent per emphyteutã euinci & recuperari, & ista doctrina est ual-
11 de notabilis. † Quęro, an fructus d percepti ãñ libellum oblati,
d vel post ante lit. cont. veniant in iudicio, si non sunt periti in libello, respondeo non, vt ff. de excep. l. fundi. nec posset nouus libellus cumulari, licet incidenter possent eodẽ libello peti. ff. de dam. infec. l. si quis missum. §. iuũex. dicit Inno. ꝙ fructus, qui quãdoque veniunt a tempore morę, nõ ueniunt, nisi petantur in libello, fallit vbi agitur de violentia. Item fallit in iudicio vniuersali. Inn. idem ait, ꝙ si sententia fertur super principali non habita mẽtione fructuum, de cętero nõ potest agi de fructibus officio iudicis, sed cõpeteret ꝓ eis actio. sic Inno. Quæro, quid de perceptis post l. t. cont. respondeo veniunta tempore l. cont. si cohęrebãt solo, ut C. de fru. & li expen. l. 2. & si erãt pẽsiones, & finguntur cohærere solo, quæ præstant pro fructibus, qui tunc cohęrebant corpori petito Nã pensiones eandem naturam sequuntur, vt ff. de vsuf. l. defuncta. Sed
12 † nũquid fructus debent peti sub determinata quantitate; uidetur quod sic, arg. ff. de uer. obl. l. triticum. Sol. dic, ut no. Cy. C. si quis alte. vel sibi. l. j Inno. dicit hic, ꝙ sufficit eos declarari in processu causę. & rõ est, quia non potest actor esse certus de eorum quãtitate & qualitate, quia consistit in facto. dicas ꝙ res iudicium est gñale quoad fructus, qui petuntur accessorie, quia veniunt fructus vini, & olei & omnium quantitatũ

&

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde ꝙ decimas capiens ex frumento, quasi possessionem iuris uniuersaliter decimandi acquirit. k ui. consi. 142. nu. 8. lib. 5. & qualiter intelligatur concedi decimas in signum vniuersalis domini, ibi. nu. 27.

b An ita etiam tenet hic Pan. in 8. col. uer. aduerte tamen. Et si diceres, nonne ad præscriptionem contra officium iudicis requiritur tempus 30. annorum. l. fi. cut C de præsc. 30. ann. respondeo, quod illud verum in officio iudicis, quod datur loco actionis, sed illud officium non datur loco alicuius actionis.

c Dic quod fructus naturales appellantur qui a natura producuntur in esse, & in vsu suo finali sine hominis ministerio iudicis naturalis uerbo contra usufr. naturalis, qui non potest esse sine hominis ministerio, licet natura producat in esse. exemplum est oliua, ut est casus melior de iure in l. si eius fundi, de rei uen. & Ang. in l. ex diuturno. Item declara, qui dicãtur fructus percepti & percipiendi, & videtur in l. si usufr. in fi. ff. quemad. vsusfr. amit.

d Vincen. God. Adde, an fructus percepti post primum decretum, ante dationem insolutum in sortem debeant imputari. Ruin. cobsi. 24. num. 4. lib. 4. & an fructus percepti iudicio testatoris debeant computari cum uero debito. Rui. cõs. 112. num. 18. lib. 2.

BIU Cujas

& redditus omnes,& iō in eis ꝓcedit libellus generalis cōclu
sionis.& idem in damnis, ſecundum Inno. Quęrunt Iuriſte,
an peremꝓta inſtantia fructus percepti ante nouam inſtantiā
inchoatam per li.conte.veniunt reſtituendi? & gl. dicit quod
non. C.de fru.& li.expen.l.litigator. Nam peremꝓta inſtantia
iudicis officium,ꝙ erat propoſitum,eſt extinctum,& nō reſu
ſcitatur,vt ff.de ſol.l.ſi quis res.§.aream.Item li.conte.eſt con-
ſumpta quoad conſequendum effectum futuri officij iudicis
mercenarii,licet duret quantum ad interrumpēdum prēſcri-
ptionem,quia illud expeditur iure actionis,quę perſeuerat,&
glo.debet intelligi in mala fide inducta per ſolam conteſtatio
nem iuris fictione.alij contradicunt,vt ibi dixi.

Hic multa deſunt.

Hypotheca vī ꝙ non,quia ibi agit de nuda poſſeſſione.l. ſi
cum venditor,in princ.ff.de euict.dic ꝯ,quia licet ex parte rei
verſetur nuda poſſeſſio, tamen ex parte agentis actio eſt in rē
14 vt ff.de pig.l.ſi fundus.§.in vendicatione.† Quęro,nunquid a
translatione poſſeſſionis,quæ fit ex primo decreto, poſſit ap-
pellari? reſpondeo,ſi eſt verus contumax,nō appellat,ſi fictus
ſic.Nō ob.l j.C.ſi de momen.poſ. quia cā momentaneę poſ-
ſeſſionis dī habito reſpectu ad libellum. Sed hic libellus acto-
ris erat fundatus ſuper proprietate: potius.n. debet inſpici cā
principalis, q̄ incidens.Non obſt.ꝙ no.Dyn.ff.de dam. infec.
l.ſi finita.§.Iul. quia hęc vera poſſeſſio eſt terminus præſentis
15 litis,& eſt de effectu huius realis iudicii.Ibi no.quęro, nunqd
ille,qui temere appellauit ab interlocutoria,& receſſit, poſſit
appellare poſtea a diffinitiua? reſpon. ſic,ſi purgauit contuma
ciam ſuam comparendo,ſecus,ſi continuauit contumaciam
vſque ad diffinitiuam incluſiue,ꝙ dic,vt in c.j.de do.& cōtu.
in 6.dicit Io.An.ꝙ appellās ab interlocutoria pōt poſtea appel
16 larea diffinitiua,niſi fuerit friuola manifeſte.nā tūc ē notoriū
iuris ipſum eſſe verū contumacē,Io. An. † Quæro,nunquid
decimæ petant hic,vt in ius incorporale, an vero erat qō de-
fundis? reſp. in incorporalibus non cadit vera poſſeſſio, niſi
eſſent talia incorporalia,in quibus caderet vera poſſeſſio, vt
vſusfructus,quia eſt pars dn̄ij,vt ff de acqui.rer.dom.l.ſeruus.
§.incorporales.ff.de dam.infec.l.ſi finita.§.ſi qua ſunt iura,&
17 l.a quo fundus.ff.de ope.no.nun.l.ſi prius.ff.ſi ſer.vi.l.is cuius.
ff.de vſuc.l ſequit §.ſi viam.ideo in iſto.c.poſui caſum,ꝙ age
bat rei ven.pro agris,quorum decimę præſtantur in ſignum
proprietatis,& ciuilis poſſeſſionis eiuſdem.alias eſſet qn̄ de in
corporalib.vt ſ.de ele.querela.Quærit Ber.quid ſi talis eſt cā,
vel caſus,in quo non poſſet fieri miſſio? reſpondet,ꝙ qui non
poteſt grauari in rebus,grauabit in perſona, quia excommu-
nicabitur.Adde,quod poterit ei interdici,ne agere poſſit cō-
tra aliquem contumacia pēdente,vt no.ff.qui.ex cau.ma. ſed
ſi per prętorem.§.ſed ſi dum decreuero.Non.n.debet intelli-
gi illa glo.ꝙ contumacia claudat aliorum iudiciorum copiā
ipſo facto,ſed p iudicis decretū,& eſt glo.multū ſingularis &
ē tex.Item poterit poni in banno,non tn̄ eſt bannitus ipſo fa-
cto.Item poterit mulctari, nec eſt opus ꝙ citetur ad videndū
ſeponi in banno,vel ſe mulctandum, quia hæc annexa ſunt
contumaciæ,& veniunt ꝯſecutiue & paſſiue,vt eleganter no.
Inno.j.de pæ.c.calumniam.Itē no.ex eo,ꝙ litera dicit de vni
ca citatione,ꝙ poſt li.conte.ſicut ante requiruntur tres cita-
tiones.Fallit in ſupernumeraria citatione,quę vocatur ad ma
litiam conuincendam,vt hic.Sed dubitatur qualiter fiet miſ-
ſio in poſſeſſionem ꝯ eum. qui non habet in bonis niſi noīa
debitorum, dic vt no.in l.ij.C.de prēto.pig.vbi gl.ponit ſingu
larē practicam.Qualiter aūt fiet ſequeſtrū a in nominibus de-
bitorum,habes in l.mulier.ff.de l.ꝯmiſſoria,vbi tex. no. Quid
de eo,qui non hēt niſi pecuniam numeratam in loco abſcō
dito,qīo fiet in eum miſſio.reſp. ſi negat ſe habere, inquirēt
a domeſticis,inter quos eſt vxor.h.d.gl.in l.2. C. qn̄ & quibus
quarta pars debe.lib.x.quo explorato cogitur exhibere.& fiet
miſſio,vel dabit fideiuſſorē.argu.ff.de pet.hę. l.diuus, vel fiet
depoſitio ipſius pecuniæ apud ędem ſacram loco primi decre
ti,vt C.de bo.aut.iu.poſ.l fi.Sed quid ſi creditor hēt licentiam
per pactum de capiendo poſſeſſionem propria authoritate? rn̄
deo,ſi ingreditur,habet veram poſſeſſionem, quia eſt pignus
conuētionale,vt ff.de pig.act.l.qui rōnario.& ſi creditor vellet
eam ſibi adiudicari,ſequit viam iudiciorum per primum &
ſecundum decretum,vt l.ſi debitoris.C.de iudi.& ibi dixi. ff.
18 de annu.lega.l.fundus.† Quid iuris,ſi iudex non vult in poſſeſ
ſionem mittere? reſpondeo,cogetur per ſuū ſuperiorē, cuius
officio ſubalternat.h.d.tex.no.ff.de iudi.l.eum quem temere,
§.fina.per ēpm autē non poſſet cogi,quia epiſcopus eſt hoc ca
ſu ſuus compar,& quidem dandus non ipſo facto, ergo non
ſuperior,vt in Auth.vt diff.iudi.in rubro & nigro,col.ꝙ.quod
no.Sed nūquid tenuta,quæ eſt nulla de iure,poteſt per ipſum
met confirmari? videt quod ſic,vt C. de codi. l. j. Et agetur ex
confirmante,quia confirmatum non eſt aptum ad agedum,
nec ad ſubſiſtendum.In contrarium videtur.Nam confirma
tio iſta ex iuris ratione pendet,ſed hic ratio reſiſtit.ff.de act.&
obli. l. oligationes, quę proprij viribus.Item confirmatus ha-
bet intentionem acceſſoriā,nō principalem.ff.de lib.cau.l.au-
tem. §. teſtamento. Item inordinatum factum eſt a principe
iterandum de nouo, non proſequendum. Item eſt de perpe-
tuo inualidis.Item dicit lex ꝙ non intelligitur velle, qui de iu
re non vult,vt ff.quorā le. l.j. §. ꝙ agit, & no.ff. a quibus app.
non licet.l.j.§.ſi quis ante hęc.Non ob.l.contraria, quia maio
rem poteſtatem habet teſtator in ſuis reb. q̄ iudex in alienis.
19 C.de pac.l.ſi pacto,cum ſi.† Quęro,nunquid cautiones prō-
rias poſſit recipere iudex abſente parte? reſpondeo,ſic.ff.de in
ius voc.l.is,pro quo.ff.de fur.l.ſi qui emptori.§.ſi fugitiuū. ar-
biter non poſſet,quia arbiter eſt priuata perſona,& nō publi-
ca, & non acquirit alteri actionem perſonalem.nec hypothe
20 cariā ſine ceſſione.ff de arb.l.litigatores.† Sed an arbiter b poſ
b ſit in poſſeſſionem mittere? reſpondeo non,quia eius ſnīa nō
habet authoritatē,vt no.ff.a qui.appe.non licet.l.j.in fi.& quia
authorizabilis eſt miſſio,quia eſt mixti imperii,nec mulctare
poteſt.ff.de arb.l.non ex omnibus.quia de hoc non eſt cōpro
miſſum,nec a pęnis compromiſſi abſoluere poteſt prædictū.
Quæro,an poſſit fieri per nuncium,an per quemlibet officia-
lem? reſp.ſic,ēt ſi non ſit alias nūcius publicus,vt no.ff. ne vis
fiat ei.l. ſi quis miſſus,&l.is cui.§.miſſus.ff.vt in poſſ.leg.hoc po
teſt iudex committere etiam ipſi actori.ff.de re iudic. l. miles.
21 §.qui iudicati.† Quæro,vtrum cauſa ſeruandorum legatorū
poſſit fieri miſſio etiam non adita hæreditate.& eſt argumen
tum,quod ſic.ff.de act.& obl.l.hęreditariū.quæ. l. mirabiliter
vī dicere ꝙ hęreditas ſit ad legata obligata. ꝑterea eſt expreſ-
22 ſum in l.j.§.fi.ff.vt in poſſ.lega.fm Old.† Quęro, ſi miſſio eſt
facta vltra menſuram debiti,an valeat vſque ad menſuram? re
ſpondeo ſic,quia vtile per inutile non vitiatur,vt no.ff. ne vis
fiat ei.l.j.§. hęc verba. ex quo no. quod damnum datum vltra
debitam pęnam ipſo iure reducitur ad pęnam debitam,ꝙ te
ne menti.Conſidera,quod aut loquimur quoad virtutē miſ-
ſionis reſpectu pignoris prætorii conſtituendi, & quia habet
a ſe realitatem creandi nouum ius,iō nō competit magiſtra-
tib.nō habentib.mixtū imperiū. quia de nullo facere aliquid
non competit,neque congruit niſi magiſtratibus qui pluri-
mū pōt.Porro,vt ait Ariſto.nullū inferius participat,ſuperio
ritatem ſuperioris propter naturam termini reſtringentis, &
limitatæ eſſentię naturalis,& tamen minores magiſtratus qn̄
que pōt perſonam capere,quia in libero homine non conſi-
ſtit pignus,C.de actio.& obl.l.obeſſe ff.de offi.proconſ.l.ſi qd
erit.Item ſi loquimur de miſſione in poſſeſſionē reſpectu ma
ioris & plenioris effectus,puta dominii transferendi, hęc miſ
ſio & authoritas tranſiens in ſuum effectum eſt multo maio-
ris mixti imperii,quam miſſio prima,vt ff.de damno infecto
l.quarta.§.duas.Eſt alia miſſio,per quam nullum ius conſtitui
tur,ſed quoddam factum, cui eſt parendum metu pęnæ. & &
iſta nō eſt mixti Imperii,& cōpetit arbitro,& hoc dicit.l. ſin-
gularis allegata.ff.de arbitris.l.inter Caſtellianum. Non obſtat
prædictis,quod viatores, ſeu nuncii prętorum, ſeu poteſtatū
terrarū in poſſeſſionē mittant.quia ipſi funguntur vice aſini
qui ſedentem ſupra ſellam portat magiſtrum & iſta aſinina
deportatio competit viatoribus,vt ff.de iudic.l.finali.hinc eſt
quod in vulgari Tuſcorum iſti vocabantur bauli a baiulādo
abſque eo,ꝙ habent aliquam authoritatem iuriſdictionis, vt
l.is cui.§.miſſum.ff.vt in poſ.leg.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Adde,ꝙ ſequeſtratio non valet,niſi præcedente citatione.Rui. cōſi.
173.nu.16.lib.j.& inſuper aliqualis cognitio præcedere debet.

b Vinc.God.Adde,ꝙ arbiter non poteſt exequi ſuum laudum, ſi quidem execu-
tio ſua pertinet ad ordinarium.Rui.conſ.157.nu.2.lib.4.

De dolo & contumacia, *Rub.*

SUMMARIUM.

1 *In expenſis condēnari quibus caſibus quis debeat,etiam ſtatimi,& nu.*
2.3.& 5.& 11.& in prin.& a quo tempore computanda,nu.2.
2 *Judex an poſſit ſibi in diffinitiua reſeruare condēnationem expenſarum.*
Incontinenti aduerbium,quid temporis comprehendat.
Induciæ ſignificant numerum dierum.
3 *Iudices debent eſſe diſcreti.*
4 *Iuramentum calumniæ an excuſet ab expenſis,& nu.5.*
5 *Victus,victori condemnatur in expenſis in cauſa criminali,vbi inrāt de*
calumnia,& in cinili nu.4.excipitur.
Expenſæ multiplici de cauſa ſolent euenire.
Iuramentum an excuſet,& a quo,& nu.4.
6 *Succumbens an excuſetur ab expenſis.vbi ſunt diuerſæ opiniones Docto*
rum,& an alia de cauſa nu.5.& 4.
A pęna iuris non excuſat diuerſitas opinionum.
7 *Uniueſitas ſuccumbens,vel contumax,an condemnetur in expenſis.*
Expenſarum compenſatio fit vtraque parte vincente aliqua ex parte.
8 *Judex an poſſit ſibi reſeruare condemnationem expenſarum.*
L terminato.C.de fruct,& lit,exp.intellectus.

Reſectio.

BIU Cujas

Refectionem si quis, permittat expensarum, intelligitur de modestis.
Expensæ in rebus qualiter probentur.
9 *Iudex male inquirens an puniatur in expensis.*
Expēsis quis tenetur reficere factas ex eius falsa denūciatione, vel impe ritia. Expensæ primæ citationis vtrum veniant, remissiue.
10 *Expensæ an possint taxari per successorem iudicis.*
Ad taxationem expēsarum non requiritur industria psonæ vt etiam ta bellio taxare possit.
Maritus cuius expensis agere debeat pro nomine dotali.
Expensas an necesse sit in libello petere.
Libellare pertinet ad actorem, non ad reum.
11 *Iudex appellationis an possit addere de expensis, in quibus primus iudex non condemnauit.*

CAP. V.

Finem litibus. Si fundata intentione actoris reus ꝓponat exceptionē peremptoriam, & deficiat in eius probatione, præsumitur malitiose proposuisse, & condemnabitur statim ad expen. propter hoc factas. h. d. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur constōnis cā. In secunda ipsa constō. ibi secunda, præsenti decreto. Casus quia frequenter ad impediō dū & differēdū processum exceptiones peremptorię fundata intentione actoris per excogitatam malitiam opponuntur, & in hoc lites vltra debitum differunt, Papa finem litibus imponere cupiens, & ne partes vltra modum grauentur laboribus & expensis, maxime vbi de causis bñficialibus agit, quæ sine dāno moræ diu vocare nō pñt, præsenti decreto statuit, vt aliter opponentes, & non probantes statim cōdemnētur ad moderatas expensas ex ea die. qua statutus fuerit terminus ad probandum eas. & si condemnatus non potest soluere, punitur alia pœna ſm iudicis discretionem, vt hic saltem metu perterritus non audeat falsas exceptiones opponere dicit Inno. ꝙ in quacūque parte iudicii committatur calumnia, statim venit
1 refectio expensarum. Idem ait, ꝙ † vbicūque quis absoluitur ab instantia iudicii, statim dēt ei aduersarius condemnari in expēsis. Idem ait, ꝙ in cā appellationis indistincte fit condemnatio expēsarum, si quis succumbat ex alle. iur. secus, si ex nouis probationibus. s. quas potuit ignorare. Idem ait, ꝙ si in sententia continebantur plures articuli, & in vno iusta sententia & in alio non, fit compensatio hic inde. Idem ait, ꝙ tenet quis
a diuidere articulum iustum ab iniusto. Idem ait, a ꝙ nō est partis distinguere eundem articulum aduersarii. Idē ait, ꝙ in eodem. c. si est lata sñia, partim iusta, potest appellari simpliciter, nec oportet appellantem distinguere: iudex tamen ad quem, distinguet. Idem ait, ꝙ de illo, q obtinuit in prima causa, hēt iustam causam litigandi in causa appellationis, nisi de iniustitia sententia appareret manifeste. Idem ait, quod de expen. via tici deducuntur expen. quas fecisset do. Idem ait, quod sententia expensarum potest ferri conditionaliter & incerta. Idē ait,
2 quod † iudex non potest sibi in diffinitiua reseruare condēnationem expēsarum, quia officium mercenarium est ꝓsumptum. sed si condemnauit in expen. incertis, bene pōt postea taxare, quia qui taxat, non condēnat sed exequitur & declarat & melius loquit ipse; q̄ glo. quæ est in literminato. Idem ait, ꝙ in condemnatione expensarum fiēdarum intromittit se iudex de tractu futuri temporis, Inn. hæc omnia sunt no. digna & quotidiana. dicit Inno. in c. proxi. no. expensas computandas a tpe citationis, & non tantum a tpe contumacię. Inn. Ibi dispēdio, no. ꝙ mora tpis hēt in se dānū. C. de test. l. si qñ. Reliqua ideſt reus. Ibi, Legitimam, quop ad formam. ff. de in inte. rest. l. omnes. Ibi, Nolit, proprie stat. Et sic nota, quod licet nolit ꝓbare, & renunciet exceptioni tamen in expen. debet condēnari, arg. ff. de iud. l. destitisse. C. de eden. l. edita, vel dic nolit. i. nō curat. & significat contemptum ſm Inn Ibi, incōtinēti. i. in termino congruo, breui tñ. & istud est bene no. ꝙ dilatio, q̄ dat ad probandum post fundatam intentionem actoris, debet esse brevissima. Sed quidam exponunt, incontinen-
b ti. i. sinet tpis b interuallo, quia ꝓbationes possunt fieri ēt sine termino, vt C. de dila. l. cum a nobis. prima expositio melior est ꝓp dictionem, ex tunc, quę est infra. quę significat tempus & statim subdit, cum acceptis induc. quæ verba non significant tpis momentum, sed numerum dierum. Ibi, Cum acceptis, expone, cū ideſt qñ. Et istud verbū, acceptis, est ablatiuū, vt ff. de ꝓdi. & dē. cū a testatore, & expone, acceptis. i. receptis & sibi datis. Itē dic, acceptis. i. eo tpe, quo dant induciæ. debet fieri ꝓdemnatio expensarum sub ea condōne. s. si non ꝓbauerit ſm Inno. & sic tractus futuri tpis spectat ad iudicem, quod non placet, qa iste tractus futuri tpis nō erat in cā, nec in causato, vt l. j. §. j. ff. de vsur. vnde esset potius quædam comminatio. vnde exponit Host. ꝙ postquam excipiēs detecerit, fiet cō demnatio, & ante fieri non debet procedendo ſm ordinē rōnis, licet facta tenerēt, vt C. de sen. l. cum iudex. C. de reb. cre. l. generaliter, in prin. ff. quādo app. sit. l. j. §. biduum, C. de fideic. l. j. C. de sen. quę sine cer. quanti. l. j. Ibi, Arbitrium, committit arbitrio, quod per l. taxari nō potest. l. j. §. j. de effrac. & expila.
3 Ibi, discreti, † iudices c debēt esse discreti, qa discretio d est ma
c ter virtutum, alias matera sinorum. Ibi, Timore, Oderūt pec
d care mali formidine pœnę, vt no. in l. j. §. j. ff. de iusti. & iure. Opponit, & vī quod condemnatio expēsarum debet fieri in fine litis & generaliter, nō autē particulariter ī quolibet actu. C. de iudi. l. properandum. §. finautem. Sol. hæc specialiter pp dolositatem excipientis, & statum causę, quia post fundatā intētionem actoris, & hoc singulariter inducit hęc decretalis Modo quęritur, vtrum hęc decretalis habeat locum in exceptionibus, quæ opponunt ante lit. conte. & distinguit aut apparet de calumnia, & idem, quod post: aut non apparet, & tūc cessat, & non habet locum ista decre. quia ante lit. cont. actor non potest habere intentionem suā fundatam, id quod requirit hæc constitutio secūdum Ber. Alii dicunt quod idē est ante conte. quod post, vt Inno. & Host. & huius opin. sequaces, & sic seruat curia ſm Gui. in Spe. de exce. §. ista, ver. sed nunquid, & facit s. de resti. spo. c. frequēs, & de exce. c. pia, in 6. Et si tu dicis, actor non habet intentionem fundatam ante lit. cōt. certe verum est quo ad litis decisionem. sed quo ad procedendū in causa habet intentionē feudatam. l. de die. ff. qui sat. cog. & ff. de ver. ob. l. inter stipulantem, §. j. Concludo quod añ lit. cont. succumbens in declinatorijs debet in expensis condem
4 nari. † Modo quęrit Ber. nunquid iuramentum calumnię e
e excuset ab istis expensis? & primo dicit, ꝙ habens verisimilē cām excipiendi non condemnat. secundo subdit, ꝙ iuramentum calumniæ excludit præsumptionem malitię, quasi dicat, quod excusat ab expen. Antiqui cum glo. tenuerunt hāc opi. per iuramentum calumnię, quasi probetur, quod quis litigat cum bona conscientia, vt no. in Auth. de iud. §. oportet, & 2. q. 1. c. in primis. Sed ista rō non vrget. primo quia per acta causæ apparet ꝓrium, quibus potius est standum, vt C. de iud. l. rē nō nouam. §. fi. nā ēt ſm Ber, posterior pręsumptio tollit priorem, vt ff. de in integ. rest. l. diuus. Itē homines sunt faciles ad iurandum, vt l. iij. §. j. ff. de iureiu. Item noua rōne, qa vterque iurat, & sic patia iuramenta veniunt ad conflictum. vnde non debet magis faueri vni iurāti q̄ alteri, ar. C. de fru. & lit. expen. l. fi. Item in omni cā iurat de calūnia regulariter, ergo sublata est regula de expen. reficiendis rōne victorię, quod falsum est Item in cā appellationis iuratur de calumnia, & tamen indifferenter victus victori condemnatur in expen. nisi probet se
5 expresse habuisse iustam cām litigandi, vt no. in c. pręsumitur ignorātia, de reg. iur. in 6. † Item in causa criminali iura de calumnia, vel de veritate, quod plus est, & tñ victus victori condemnat in expen. vt d. l. fi. C. de fruc. & lit. expen. & C. qui accu. non post. l. ij. & plene. no. ꝓ Bar. in l. j. §. calumniatorib. ff. ad Turp. & est expressum. j. de pę. c. calumniam. & hoc verum, si causa crīalis pertinet ad pecuniariam condemnationem: secus, si si in gerit pœna sanguinis. nam tunc ignoscet reo, ergo & accusatori ꝓ d. l. fin. & per id, quod no. in proœmio Insti. circa princ. Item secus, si ingeratur deportatio, seu bonorū omniū publicatio. Iam. n. non cadit pecuniaria cōdemnatio in eo, qui nūdus exulat, & qui mutatione status liberatur a creditoribus antiquis, vt ff. de fideiu. l. si debitori deportato, & ff. de dolo. l. quoties. §. fi. & ff. de ca. di. l. tutelas. §. fi libertatē. 5do cū quęrit, an iurm calumnię excuset ab expensis. dic ꝙ expēsæ multiplici cā euenire solent. primo rōne confusionis, siue gñalitatis, & non excusat, vt ff. de iud. l. eum quem temere. Secūdo rōne contumaciæ & idē, vt d. l. ꝓperādū. §. finaūt reus, quia ꝓtumacia non pōt esse sine temeritate, vt l. nō pōt videti dolo, de reg. iu. Tertio rōne cauillationis, & retardati ꝓcessus, & idem vt hic, & C. de fru. & li. expen. l. non ignorat. Quarto rōne victorię simpliciter, & tunc aut cum iurō calumniæ cōsonāt aliqua iudicia vel adminicula, & excusant ab expensis, aut nulla consonant, & tunc secus, quia duæ exceptiones tm dant a regula. Tu autem de tua farina addes tertiam. s. iurm malitię. & ita esset gñalis exceptio, sicut regula, quia in omni cā iurat de malitia. Itē nulla. l. cauet, & ēt cōsuetudine nō hī, ꝙ temerariū iurm excusęt ab alia temeritate, vel īfringat dispō nē legem. porro excusatur reus in facto alieno, secus in facto

pro

AD DITIONES.

a Vin. God. Adde, quod articuli dēnt saluari a contrarietate Rui. consi 23. n. 6. li. 1
b Vinc. God. Adde, qđ incontinenti quandoque ponitur pro triduo, quandoque pro biduo. Bar. in l. fi. C. de erro aduoc. & in l. 4. §. cū igitur. ff. de vi & vi arm & Alex. in l. cum specialis. C. de iud.
c Alibi dicit idem Bar in l. nemo. C. de sent. quod iudices dēnt habere duos sales vnum s. sapientiæ, ne sint insipidi, alium rectæ conscienriæ. s. ne sint diabolici.
d Vinc. God. Adde, quod discretio & iudicium, sunt idem, & important arbitriū boni viri. Alex. consi 33. viso themate nu. 4. & 5. lib. 1.
e Vinc God Adde, quod iuramentum calumniæ differt a litis contestatione Cor. consi. 5. uisa litera D, li. 2. & no. quod iuramentum calumniæ præstatur etiam a procuratore, uel curatore in animam ipsius iurantis, non autem principalis. Rui consi. 73. num. 5. lib. 5.

BIU Cujas

tum, niſi prius in iudicio producat. Ibi, Vniuerſitatis, id eſt contentus. nã omne collegium eſt vniuerſitas, ſed non conuertitur, vt C. ad Treb. l. omnib. Ibi, Adulter, aũ vel furtiuũ, nota exceptionem alternatiuam, tñ in omnem caſum cõcludẽtem. Ibi, Fratres, no. in cauſa monaſterij monachos eiuſdẽ monaſterij in teſtes produci poſſe. Item no. quod pro vniuerſitate pñt teſtificari illi, qui ſunt de corpore ipſius vniuerſitatis. Circa quod dic, q̃ aut ſunt tales teſtes, qui non pñt habere proprium, vt monachi, & alij regulares, & poſſunt vt hic, quia non ſperant aliquod commodum. hac rõne fratres prædicatores poſſunt eſſe teſtes teſtamenti, in quo relinquitur ecclesię fratrum, aut teſtes pñt habere proprium, & tunc aut eſt talis cauſa, in qua oportet quod ſinguli mittãt manũ ad marſupium, puta quia vniuerſitas conuenitur ad aliquod debitũ propter quod ſoluendũ de neceſſitat oportet facere collectã, & non admittuntur ad teſtimonium, aut non oportet ponere manum ad marſupium, quia vniuerſitas alias eſt ſoluendo, vel eſt qõ de nemore, cuius fructus venduntur pro ipſa vniuerſitate, & nõ eſt deputatum ad vſum hominum, vel iumentorum villæ, & tunc admittuntur ad teſtimoniũ. non. n. repelluntr ex eo ſolo, quia ſint de corpore, ſed ex eo, quod ſperent commodum pecuniarium. nam quod cõe eſt in vniuerſitate. nullus poteſt ſingulariter dicere meũ eſt. quinimo iſta ſunt inter ſe contraria. ſ. eſſe ſingulorum, & eſſe vniuerſorũ. quia non poteſt eſſe plurium inſolidum. ff. quod cuiuſq; vni. no. l. ſicut. §. vniuerſitatis, & ita de facto pluries cõſului, & eſt
5 qõ vulgata. † Sed pone, omnes de capitulo nemine diſcrepãte teſtificantur in cauſa capituli, nunquid valet teſtimoniũ? & vr̃ q̃ non. Nam dicit gl. q̃ vniuerſitas nihil aliud eſt, quam homines ipſius vniuerſitatis, vt no. ff. quod cuiuſque vni. no. l. ſicut. vnde ſequeretur, quod vniuerſitas eſſet teſtis pro ſeipſa, quod eſt impoſſibile. Sol. gl. illa debet ſic exponi, dum dicit, quam homines. i. congregatio hominum. Nam etiam ſi centum mille homines cõgregentur in vnum, nõ ſunt vniuerſitas. differunt enim diffinitione eſſentia, & conſideratione, vt ff. de re. iur. l. aliud. §. refertur. C. de Iudæ l. j. ff. de vſucap. rerũ mixtura. Ibi, Domus. i. monaſterij. Ibi, Aſſertionẽ teſtium, mirabile eſt, quia non depoſuerũt per ſenſum corporis, nec de ipſorum præſentia. ſed reſpon. q̃ tacite hoc vñr dixiſſe. nam cum ipſi eſſent de conuentu, & dicant, q̃ totus cõuenitur, & quod vox fuit vnanimis &c. includunt de neceſſitate ſeipſos
6 fuiſſe præſentes. † Item vbi teſtis nõ interrogat̃ de præſentia, & loquit̃ aſſertiue, pr̃ſumitur fuiſſe pr̃ſens, & tene hoc mẽti. hoc facit ad qõnem de facto ad probandum emologationem laudi. teſtes producti dixerũt vera eſſe. interrogati de cã ſcientiæ, reſpõderunt, quia partes dixerunt, quod erant cõtẽtæ. Oppo. quod non valet teſtimonium, quia non reddũt rõnem per ſenſum corporis, ſcilicet per pr̃ſentiam & auditũ.
a ſed certe benigna interpretatione a inſpecta ſatis vr̃ hoc aſſertum. nec eſt nouum, quod propter celeritatem locutionis interdum media propoſitio taceatur, vt not. Bar. in l. j. ff. ſi cert. pet. hac etiam rõne valet dictum teſtium dicentium, q̃ eſt publica vox & fama. interrogati de cã ſcientię dñt, quia ſic dicitur per populum. nam quãuis non dicant ſe audiuiſſe dici, tamen p̃ſumuntur audiſſe id, quod fere omnes de populo audiuerunt. & ad hoc ita bene facit iſtud c. ſicut aliquis tex. qui
7 ſit in iure. † Vlterius procedo, dicitur hic, q̃ ad probandũ tractatum & eius oppoſitum recipiõtur teſtes de cap. tulo, licet ſint domeſtici. ℨ. de teſti. veniẽs. C. de repu. l. conſenſu. §. ſuper ſeruis. ad id, q̃ hic dr̃ de teſtimonio fratrum in cauſa capituli & eccleſię. fac't in Auth. de mo. §. cogitandum. col. j. Item no. q̃ iſti teſtes probãt, licet non ſint expreſſa noĩa ſingulorũ de cap. tulo. & eſt arg. quod in inſtrumẽto ſyndicatus vniuerſitatis, vel collegii, non ſit neceſſe exprimi noĩa ſingulorum, quod Spe. p̃fitetur, ſi in inſtrumento cõtineatur, q̃ interfuerunt omnes: ſecus, ſi dicat q̃ maior pars, quia in hoc tabellio eſſet potius iudex, quã teſtis. Item quia maior pars dr̃ multis modis, & ſic inſtrm continet iuçertitudinem, vnde nõ probat. in hac materia no. in l. 1. ff. de albo ſcribendo, maxime p Bart. & in l. fi. C. de ven. rebus ciuita. lib. 11. Nã in alienatione dicit ibi tex. ſunt exprimẽda nomina ſingulorũ, vt in electio
8 ne, vt in Auth. de defen. ciui. §. interim. † Vlterius no. nã pri-
b ma facie vr̃ iſta litera probare, q̃ ſtetur literis ſigillatis ſigillo b capituli, ſed hoc non eſt. verum. quia non conſtat de mãdato ſigillantis, nec de eius auctoritate, nec apponitur ſigillũ contra ſe, ſed ℨ alium alias bene ſtaretur literis ſigillatis cõtra ipſum ſigillantem, quia p ſigillum probatur conſenſus ſigillantis, ſed non probat auctoritas ſcripturę. ff. de procu. l. ſi procuratorem abſentẽ. C. de re. alie. non alie. l. diſtrahẽte. de hoc no. C. de pac. l. nouiſſimo, & C. de epiſ. & cle. l. ſi qua p calum
9 niam. de hoc dicam. ℨ. eo. c. poſt ceſſionem. † Item no. q̃ negatiua facti poteſt probari per teſtes, quod verum eſt, ſi cadit in ſcientiam teſtis, vel p æquipollentem affirmatiuam, uel per accidẽs, quo poſito negatiua præſumatur, vel de neceſſitate ꝯcludatur, vt C. de ℨhen. & commit. ſtipu. l. optimam, in fin.
10 † Item probatur negatiua per inſpectionem inſtrumenti. puc ta ſi volo probare, q̃ aliqs non eſt deſcriptus in tali inſtrumẽto, tex. eſt no. C. de reb. cre. l. fi. dicit do. Cy. in l. 2. C. de erro. aduoca. quod eſt quædã negatiua, quę probatur viſu, & poteſt teſtis reddere hanc rõnem, quia vidit. & ſi tu dicis, quod nõ entia non vñr, quia per rerum naturam, quod nihil eſt, non ſubiacet vſui, vt C. de probatio. l. actor. Reſpon. hoc fallit, vbicunque non videre eſt videre; ſicut ſilentium nihil eſt, & tñ ſentitur, & facit qđ elegãter no. in gl. in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuq; priua. quia diſtricta probatio, vel reprobatio eſt illa, quæ ſine vllo medio attingit propriũ finem, ut probatio viſus, & aliorum ſenſuum percipientium rem prout eſt. nam veritas non eſt aliud niſi idem dici & eſſe, ſed probatio indirecta fit p rõnem argumentandi. ff. de acq. poſ. l. 1. §. veteres, & fit per antecedens & cõſequens. antecedens eſt illud, quod probatur, ℨ ſequẽs id, quod eſt probandum. verbi gsatia, quod in paruo vegitulo nõ ſit niſi vnum corpus puta Titius, & arguam ſic, in iſto vegitulo eſt Titius, ergo non Seius. cõſequẽtia probatur per loci arctitudinem ff. commo. ſi vt certo. §. ſi duob. ltẽ ſedet hic Titius, ergo non Seius. ff. de acqui. poſ. l. 3. §. ex ℨrio.
11 † Directa autem probatio nõ cadit in negatiuã, quia ſola nã naturata poteſt probari, ſed negatiua non eſt natura naturata, ꝙa per rerum nãm nullos habet fines. & ſi dicatur, video hic Petrum non eſſe, ſana locutio eſt, tñ indirecta probatio, ac ſi dicerem video locum vacuum, ergo Petrus nõ eſt hic, vt C. udde vi. l. fi. ff. de dolo, cum quis. nam hoc percipitur p diſcurſum intellectus, licet ita ſit cõnexus viſui, q̃ uideatur vnũ & idem, ut no. Cy. in l. 2. C. de erro. aduo. Idẽ ibi But. nũc intelligis, quid eſt dictum, per rerum naturam. i. per naturã
12 naturatam ℨ. c. qm̃ contra. † Quæro, quot teſtes requirantur ad reprobationem inſtrumẽti? gl. dicit, q̃ idem eſt numerus probandi, & reprobandi. ff. de leg. 2. l. cum proponeretur. ſed illud eſt verum, quando per viuã vocẽ, puta quod duo teſtes inſtrumenti viua voce deponunt pro inſtrumento, tabellio aũt voce mortua, tunc inſtrumentum habet vim trium teſtium, nec põt p pauciores reprobari. ut no. Inſt. de inut. ſtip. §. item verborũ. vnde fuit opinio Petri, q̃ tabellio augeret teſtium numerũ. C. de fide icom. l. qõni. ſi autem teſtes non deponunt in iudicio, per duos teſtes reprobatorios reprobatur vox mortua, ꝙa vox viuos dignior eſt, vt dr̃ tex. in Auth. de inſtr. cau. & fide. vñ duo teſtes reprobãt auctoritatẽ tabellionis ẽt in teſtamentis, quia non oportet, q̃ teſtes reprobatorij ſint rogati, nec q̃ ſint in numero ſolemni, ꝙa infringunt p̃ſonã & fidẽ ipſius tabellionis, tñ ipſi teſtes dẽnt eſſe ſine macula. & hoc eſt, quod dicitur omni exceptione maiores vt elegan ter dicit tex. in d. l. optimam. Et ſcias, q̃ aliqñ reprobatur cã, & non reprobatur propterea inſtrumentum, vt elegãter no. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. quod fere. Et ſcias, q̃ ℨ publicum inſtrumentum non admittuntur teſtes, ſed aliud publicum inſtrumentum, vt C. de nõ nu. pec. l. generaliter. quę regula fallit in tribus caſibus. Primo ſi redarguatur de falſo, vt d. l. optimam. Secundo, ſi probet̃ ſimulatio, vt no. C. plus valere, qđ agitur. l. emptione. Tertio, ſi probetur, q̃ fuit factũ in fraudẽ legum, vel canonũ, ſicut totã die fit in ℨctibus celebratis cũ vſurarijs, vt ℨ. de pig. c. illo vos. Quartus caſus eſt in gl. in d. §. quod fere, & ff. de exce. do. l. 3. §. circa. Quintus, qñ eſt ꝙfectũ inſtrumentum inter prohibitos, vt ff. de proba. l. qui teſtamen
13 tum, & ibi no. † Vlterius no. q̃ qñque magis creditur teſtibus, quandoque magis ſcripturæ, vt in factis multum antiquis, q̃ nunquam ſteterunt in occulto, ſed in regiſtro, tex. eſt no. cũ gl. ff. de proba. l. cenſus, & monumenta. Si. n. in ſecreto ſtetiſſent inſtrumenta, p̃ſumitur ℨ ipſa, quia qui male agit, odit lucem, vt ℨ. ne ſede va. c. j. & interdum præſumitur inſtrumentum ex renũciationibus inſolitis ſuſpectum, glo. eſt no. digna
14 in l. ſi quis ſub cõditione. ff. de cond. inſt. † Item no. in verbo, iurati, q̃ litera nõ dicit, producti ſic ff. de dote pr̃ſe. Theopõpus, vel quia p̃ſumuntur producti, vel quia nõ eſt neceſſaria productio, dummodo ſint iurati, & per iudicem examinati, Ego credo, q̃ requiratur productio, licet forte non requirat̃ citatio, vt dicit illa glo. ſingula. ff. de his qui. vt indi. l. poſt legatum. §. his verũ, & dato, q̃ requiratur citatio, ſufficit vna citatio, nec eſt neceſſarium peremptoriũ, quia teſtes non citant̃ ad malitiam conuincendam, ſed ſolum vt eis notificetur. Vlterius no. q̃ hoc crimen falſi fuit obiectũ ſine ſpecificatione cohærẽtiarum loci, & temporis. Vltimo no. glo. magiſtralem hic

ADDITIONÉS.

a Vide Lud. Ro. conſi. 91. in 2. col. & Fel. in c. quia veriſimile, col. fi. de præſum. par Cępol. conſ. 32. col. 6. in fi.

b Vinc. God. Adde, q̃ ſigillatio non ſufficit niſi ſigillans dicat ſe ſigillum apposuiſſe. ita dicit Inn. c. 2. de fide inſtru. quod dictum ſequitur pro valde no. Bertach. in ſuo tract. de epiſ. in 1. par. 1. lib. col. 6.

c Vide late d. Iaſ. in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. & Barb. conſ. 44. col. 10. uol. 1.

BIU Cujas

hic posita, quæ dicit, in quibus causis requirant̃ instrumẽta tanquam substantialia, & in quibus casibus præualeant, de quo no. j. de cens. i. c. Romana. lib. 6. & j. de fi. instru. cum Ioãnes, per Inno. 4. q. 3. §. item in criminali. Item Ber. satis no. distinguit inter factum antiquum & recens dicit quædam. l. notabilis, quod in testibus scięntia, & memoria opus est. ff. đ fur.
15 l. quidam tabularum. † Item dicit Ber. no. ꝙ cui magis sit credendum vel instrumento, a vel testibus, ꝙ plerunque committur iudicantis arbitrio. nam potest esse tabellio tam emendatæ vitæ, ꝙ ei magis creditur, quam viuæ voci forte duorũ, vel trium ribaldorum, vt infra de præscr. c. ad audientiam. Et adde, ꝙ vnus notarius bonæ famæ subscribens se in instrumẽto alterius notarij bonæ famę fidem instrumenti confirmat, vt no. dicit tex. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. 2. quod intelligo, nisi esset casus in quo forte per famam cõsuetudinis, vel statuti, requirerẽtur duo tabelliones, quia tunc exigeret, quod esset probatę vitę vterque & fidei. ff. de sena. l. Cassius. & licet glo. Ber. sit multum notabilis, tamen in illa parte de arbitrio est nobilissima, & facit. ff. de testi. l. 3. §. tu magis.

ADDITIO.

a Vinc God. Adde, quod factum in contractibus plerunque plus attenditur quam contemplatio. de hoc Rui. consi. 204. nu 1 lib. 1.

SVMARIVM.

1 *Publicatis attestationibus super articulo, directe contrario produci an possint, vel alij testes in causa matrimoniali, in prin. & nu. 8.*
Probationibus melioribus debet stare semper iudex in omni causa, in prin. post casum.
Matrimonium vbi prohibetur, vir prohibendus est ducere mulierem ad domum.
De dote lucranda pactum, vel statutum, quando non habeat locum, & num. 2.
Dispensatio canonis fingit retro, non autem hominis.
2 *Matrimonium vbi non tenet, ibi mulier non efficitur de foro.*
Consensus matrimonij signa.
3 *In vxorem accipere quandam puellam si iurauit nulla facta cõmemoratione dotis, an tenear eam accipere, si nullam dotem vult dare.*
Dotis commemoratione non facta, tacite videtur consensum de dote.
Dotis onera subire tenetur.
4 *Dos non est quid extraneum, sed ipsi matrimonio connexum.*
5 *Mulier si nolit dare dotem, an vir teneatur eam alere.*
6 *Mulier an possit renunciare alimentis dotis.*
Moris si fiat mentio indefinite, cuius loci sit intelligendus.
Iurare qualiter debeant testes, vbi, & quando.
7 *Publicatis attestationibus in absentia partium an impediretur productio aliorum testium.*
Subornationis timor quando cesset.
8 *Matrimonium contrahendum an sit priuilegiatum.*
Priuilegium quis non adipiscitur antequam sit in rerum natura.
Libertas præstanda non habet priuilegium, sed præstita.
9 *Negatiua consanguinitatis qualiter probetur.*
Negatiuæ consistentia & proprietas quæ.
10 *Testimonia alia an admittantur post didicita testificata.*
Vincentius summus Doctor, & magister Bernardi glossatoris.
Doctores audiendi summi.
11 *Iuramentum omne, quod de futuro concipitur, habet tacitam conditionem de possibili.*
12 *Sponsus debet traducere sponsam suam ad domum, nõ expectare, quod traducatur ab ea.*
Vxor non est in mariti plena potestate nisi traducta in domum viri, vnde non potest opprimi inuita in domo sua, nec itinere.
In uia quod est, nondum est in termino.
Vxoris quę esse præsumantur.
Donasse vir vxori quando præsumatur.

CAP. VI.

IVrauit. Etiam in causa matrimoniali publicatis attestationibus super articulo contrario directe testes produci non possunt. h. d. vel aliter. Cõtra dicta plurium testium vnus testis admitti non debet. secunda ibi, respondeamus. Casus quidã iuuenis iurauit accipere quandam puellam in vxorem, dum vellet eam traducere, comparuerunt quidam testificantes, quod non poterat inter eos matrimoniũ consistere, quia erãt in quinto gradu consanguinitatis, quorum testimonia fuerũt publicata. tandem quidam alius comparuit ex diuerso volẽs probare contrarium. Quęritur, quid iuris? respondetur eum non audiri, quia standum est probationi priori. dicit Inn. qđ discretus iudex semper stabit probationib. melioribus, siue pro matrimonio, siue contra matrimonium, siue tractetur de odio, siue de fauore, non est vis, quia semper statur certioribus probationibus, nec diminuitur perfecta probatio p imperfectam, vt dicit lex notabilis. C. de edicto diui Adriani tollen. l. fina. in uerbo, potiora. vnde tres testes eneruant duos sibi contrarios, & non eliduntur ab eis per proportionẽ nu-

1 meri. † No. quod vbi matrimonium prohibetur, vel dum pendet vitio litigiosi, ibi vir mulierem ad domum ducere prohibendus est. Scias ẽt, ꝙ pactum, vel statutum de dote lucranda non hẽt locum, qñ matrimonium est illicitum, vt C. de cõdi. ob cãm l. j. & hoc verum, qñ matrimonium habet perpetuã cãm prohibitionis, quę nunq̃ cessat. verbi gratia consanguinitatis, & affinitatis, vel frigiditatis. Non obstat. j. de clãde. despõ. cũ inhibitio, & j. q filij sint legi. ex tenore. quia ibi speciale fauore prolis bona fide susceptæ, saltem ex parte mulieris, sic & fauore prolis dispensat Imperator etiã cũ incestuosis. ff. de ri. nup qui in prouincia. §. diuus. tñ dispẽsatio hoīs nõ fingit retro, sed dispensatio canonis sic, vt ff. de sta. ho. Pau & ibi Gui. l. & Cy. ꝙ attinet ad lucrũ dotis, nihil valet ignorãtia, qñ deficit finalis cã lucri, tex. est no. C. de dona. ante nup. l. cũ te.
2 † Et scias, ꝙ vbi non tenet matrimoniũ, ibi mulier nõ efficit̃ de foro viri, vt in l. fi. ff. ad muni. sicut nec concubina, vt no. ff. de iur. om. iu l. cum quædam puella. & iõ illa. l. singu. ff. de iudi. exigere dotẽ, non hẽt locũ in dote putatiua. Si vero matrimonium non habet perpetuam cãm prohibitionis, sed tẽporalem, puta instantis metus, tũc mirabiliter dicit tex. imple
a ri id matrimonium cessante metu non vetamus. non. n. dicit de nouo ꝺ̃hi, quia hoc non est necesse, sed sufficit impleri p actus consuetiuos, vt per ductionem ad domum, carnalẽ copulam, & festiuitatem nuptiarum. Iste est casus & tex. sin. in l. vnica, in ver. adimpleri. C. si rector prouinciæ. nam signa cõsensus, sunt lęta festiuitas, ar. ff. ad mu. l. si quis instructus. § j. et
3 C. publi. lę. vel consilium. l vnica. lib. 2. † Modo hic quęro de tali qõne, iuraui accipere quandam puellam in vxorem nulla facta commemoratione dotis, vtrũ tenear eam accipere, si nullam dotẽ vult dare? & vr ꝙ sic, quia ista conditio, si se dotauerit, non debet subintelligi, cum sit cõditio extrinseca, vt ff. de ver. obl. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, ĩ fi. Nam matrimonium põt esse sine dote. sic. C. de do. ante nup. l. fi. In ꝺ̃riũ vr, quia licet matrimonium sit possibile, non tñ honestũ sine dote, ar. Insti. de nup. §. fi. vnde est possibile, sed non decẽs. tacite igitur vt consentum de dote vel totius patrimonij mulieris, vel partis, prout vir dignus existit, vt no. ff. de iure do. l. mulier bona, & l. quęro: Item ĩ pater mandat filiam nubere, vr tacite de dote sentire. ar. ff. de dote prę leg. l. Theopompus. Itẽ si esset hoc actum a principio, tñ cũ vir incipit sustinere onera matrimonij, põt petere dotem sibi constitui iuxta facultates & ꝺõnẽ mulieris, vt mulier sentiat onera dotis, vt est gl.
b sing. ff. de act. & ob. l. obligamur. §. lege. b † Item dos nõ est qd
4 extraneum, sed cõnexum ipsi matrimonio. ff de cõd. ob cau
5 sam. l. quod Seruius. † Item si non vult dare dotem, vir non tenetur eam alere, vt elegãter no. in Auth. de non eli. sẽdo nub. § pe. col. j. & hoc placet, quia est quid discretum cõsuetum, &
6 ęquum. † Vtrum autem mulier possit renũciare alimẽtis dotis, dic ꝙ non, quia sunt appendices matrimonij, vt no. Ber. s̃. de rest. spo. c. literas. vbi habuisti gl. sing. Ibi, fm morem, significat consuetudinem ecclesiæ Romanæ. j. de spon cũ in tua, & de clã. despon cũ inhibitio. ff. de proba. circa eum, ibi dũ dicit, mos ei gerẽdus ẽ. vel dic fm morẽ loci, vt C. quemad. test. aper. l. 2. & ff. de test. l. 3. §. fi. Item in loco honesto & apud acta iudice præsente, alias non valet iuramentum testium, & eorum depositio, vt eleganter no C. de test. l hac consultissima. §. pe. & C. de lib. causa. l. iubemus. Ibi, in quinto hodie in quar
7 to, vt j. de consan. & affi. non debet. † Ibi, partibus publicatam no. ꝙ nõ dicit simpliciter pnblicatam, sed addit verbum hoc, partibus, vt denotet scientiam. Nam Barto. consuluit, & do. Ray. & tenet alle. glo. l. cum de indebito. ff. de prob. quod publicatis attestationibus in absentia partium non impediretur productio aliorum testium quia non timetur subornatio, vt in Auth. de testibus. §. quia vero. Item esto, quod esset timor subornationis, ex qualitate personæ, tamen non impedit testium productionem, nisi iurgat ex statu causæ, dest post didicita testificata, vere, vel præsumptiue, vt post quartam dilationem, vel productionem testium, vt dicam. j. titu. j. c. in causis, & j. in c. licet causam. Item si esset aliquis ita sanctæ vitæ, ꝙ non timeret eum subornari, tñ pp statum causæ nõ admit-
8 teretur post didicita testificata No ꝙ † matrimonium ꝺ̃hẽdũ non est priuilegiatum quia quod nõdum est, priuilegiatum esse non potest, sed matrimonium ꝺ̃ctum bene est priuilegiatum,

---

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde quod matrimonium palam contractum & in faciem ecclesiæ si aderat aliquod impedimentũ subaudiatur putatiuum. Soc inn. cons. 39. nu. 1. lib. 3 Et quia matrimonium putatiuum non habent priuilegium legitimi matrimonij vt in d. consi. 39. num. 33. & consi. 93 nu. 2. li 3. in aliquo in casu legitimum dicitur ibi num 22. Vide in consi. Trid. sess. 24. c 1. cum seq quod autem matrimonium putatiuum in faciem eccl. contractum vero matrimonio æquiparetur, ponit idem Soc. iun. in consi. 67 nu. 42. li. 3.

b Et limita, vt per d. Ale. consi. 7. inc Visis & diligenter animaduersis, col. 4 & seq. li. 2 Ias. in l. de alimentis C. de transa in fi. Matt. no cv Car. Alex. consi. 33. li. 4. & 66. j. v. vo. & Abb. Pan. consi. 12. in primo dubio. li. j.

BIU Cujas

tum. & ideo, vbi agitur de matrimonio contracto, nunquam præcluditur via veritati: imo post dicta testificata admittunt noui testes in fauorem matrimonij, vt pleniores subueniãt veritatis lumine, vt c. series. ℨ. de testi. & ar. C. de tẽp. ap. l. per hanc. & ff. de manu. l. Iulia. præstito prius sacramento purgationis de testibus non subornãdis, ar. in Auth. de testi. §. qa verum. non tamen puto, ꝙ post didicita testificata possint fieri quatuor productiones testium. sicut ante, sed vna contẽti esse debemus, dummodo valida sit. nam inualida productio non est productio, vt ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. & si forte plures admitterentur productiones, non reciperentur plusquam duę, ar. ff. de leg. 3. l. fideicõmissa. §. si quis. ff. de bon. auth. iud. post. l. fi. Et no. simile in libertate, quia vbi est cõtrouersia de libertate præstanda stamus iuri communi. si de iã præstita stamus iuri speciali, vt legitur & no. in l. j. C. si aduer.
9 liber. & ff. de iud. l. qui se dicit. † Ibi, Nullo, negatiua est difficilis ꝓbationis, ꝙ quandoque in affirmatiua etiam cõtingit. vnde tunc oportet, quod l. præsumat, vt legitur, & no. ff. de cõdi. & demon. l. Lucius. Quomodo ergo probatur negatiua ꝓsanguinitatis? respon. eo ipso, ꝙ non probatur ℨrium, vt dicit l. no ff. de proba. l. j. qui. n. allegat genus, vel gentem, probare debet, non qui negat. De negatiua dixi. ℨ. c. proxi. & nunc addo, ꝙ negatiua quandoq; cõstitit verbis affirmatiuis, vt cũ dico, Titius Plotij hęres esto. ꝙ exponitur & interpretat hoc modo. i. si Plotius hęres non est, Titius hęres esto, igit quandoque affirmatiua exponitur per negatiuam, & in ipsam digredit & confunditur. Ista proprie dicitur negatiua, quia affirmatiua oratio hẽt sensum affirmatiuum, nec est hic æquipollẽtia, sed quædam digressio, vt dicit. l. illa singularis. C. de hær. inst.
10 l. fi. & ff. de vul. substi. l. verbis ciuilibus. † Opponit, ꝙ post didicita testificata admittantur alia testimonia, vt ℨ. de fi. instr. cũ Ioannes. ff. de rei vend. officium. C. de exce. l. si quidẽ. So. aut ex hoc rescinderetur probatio prima, & non admittunt, nisi excipiatur de falso & cum inscriptione. aut non rescinderet, sed suppleretur, vel indirecte elideretur, & sic vtrũque est incompatibile in origine, & tunc admittũtur noua testimonia, qua deponunt super eo, super quo per prius depositum non est, vt ℨ. eo c. licet causam. Ita loquuntur ℨria, & adde hic, qđ legitur & no. in l. j. C. de iu & facti igno. & ff. đ mino. l. minor.
25. an omissam, & l. 1. §. si aduersus. ff. de no. ope. nun. per Dy. & Bar. & certe ꝙ aliquando operat fauor ꝓsonæ, idem interdũ potest operari fauor puta causæ matrimonialis, super quo articulo Ber. hic fuit multum verbosus. Et ex gl. sua apparet,
a ꝙ fuit discipulus Vincẽtii summi Doctoris[a] & scholares dẽnt studere, vt audiãt summos Doctores, quorum sciẽtia mũdus
11 illuminat. † Item no. hic, ꝙ omne iuramentum, ꝙ de futuro ꝓcipitur, habet tacitam conditionem de possibili. aliquando habet tacitum modum. ff. lo. l. quæro. §. inter locatorem. dicit quædam l. no. ꝙ non deficit a dispositione, qui non implet ꝓ
12 ditionem inualidam, vt ff. vt le. nomine cauc. l. licet. † Item no. hic, ꝙ sponsus debet traducere sponsam suam ad domũ, non autẽ expectare, ꝙ traducatur ab ea, vt ff. de do. inter vi. & vxo. l pe. §. virgini. & est rõ, quia magis dignum trahit ad seminus dignum. & cum est in domo viri, statim est in eius plena potestate, & potest eam inuitam cognoscere: secus, si est in domo patris ipsius mulieris, vt in l. 1. C. de ra. vir. Item si distant forte per aliquas dictas, dum est in itinere, non habet cam opprimere, quia quod est in via, nondum est in termino, ar. C. de do. ante nup. l. cum inter. Res, quas secum portãt, ꝑsumunt suæ & paraphernales, nisi probetur, ꝙ eas sibi vir cõmodauerit, vt ff. commo. l. si vt certo. §. vsq; adeo. vir. n. non præsumitur donare nisi ea, quę donari cõsueuerunt ſm morem ciuitatis, vt l. 1. §. officium. ff. de tu. & rõ. distra. vel nisi vir sit magnæ potẽtię & nobilitatis. ar. ff. de dona l. filius. vel nisi dos sit magna & fructus dotis multum exuberant, & tunc potius debitũ naturale ꝓsoluitur, q̃ sit mera donatio. arg. in l. 1. C. de impo. lu. descri. lib. x. ff. so. ma. l pe. ff. de pecu. id vestimẽtum. Sane ꝓdigalia vestimenta, quæ modernus abusus induxit, donata cẽseri non puto, nec perlas, nec lapides pretiosos, quia nemo præsumitur velle male vti substantia cum damni enormitate, ar. ff. de proba. cum de indebito, & ideo consueuerunt in testis legari, quia nisi legarentur, non deberentur, vt ff. de leg. 3. l. hoc legatum. & est speciale, ꝙ de tali legato rerum emptarum paratarumque vxoris causa non detrahatur Falcidia, vt ff. ad l. Fal. l. fi & vsufructus. §. dos. qui. §. non est alibi. Et rõ assignari potest hoc mõ, quia mulier habet a marito duas causas. i. do
b nationis inter viuos, rerum eius vsum necessariũ. & hoc[b] nõ sufficit, si non interuenit traditio, vt ff. de do. inter vi. & vxo. l. Papinianus. sed ꝙ deest in donatione, supplet vi legati, quasi duobus cõcurrentibus. vnde legatum trahitur ad donationẽ & donatio ad legatum. certe ista rõ non est sufficiẽs, vt C. ad leg. Fal. l. etiã. & ideo dicit gl. ꝙ talis donatio valuit a principio quo ad retinendum, & hoc ꝓfirmatur per legatum. vnde maritus vĩ legare vxori, quod ipsius vxoris factũ erat ꝑfecte in ter viuos, ita dicit ibi gl. Alii dñt, quod est speciale, quia ita placuit legislatori in honorem benetrãsacti matrimonii, & meritorum vxoris, ar. ff. de le. 2. l. vnum ex familia. §. fina. intellectus meus hic volauit extra propositum cap. nostri.

ADITIONES.

a Vincentij summi Docto. Alibi dicit Pan. in c. si quis contra 4. col. de fo. compe. Vincentius fuit vallentissimus canonista, qui vocabatur Io. de Castilliono. & illum allegat etiam Panor. eum commendando, in c. cum contingat. 2. colum. de iureiur.

b Vinc. God. Adde, quod maritus debet sustinere onera matrimonii, licet ab vxore nihil percepert. Goz. consi. 33. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Literis episcoporum an standum sit, & num. 5. & 8. & 9.*
Sigillum debet esse proprium & vsitatum.
2 *Sigillum episcopi an obtineat vim publicæ chartæ, & ei credatur, sicut instrumento publico omnia solemnia habenti.*
Notario in iudicialibus, an soli credatur absque testibus.
Excommunicati procuretoris factum quando teneat, & nu. 10.
3 *Probatio an admittatur contra literas episcoporum.*
4 *Regis dictum an possit reprobari, & num. 3. & iuterpretari, & nu. 3.*
5 *Mandatum, quod ab initio fuit inualidum an conualescat.*
6 *Episcopus si ante episcopatum fuisset tabellio, per dignitatem episcopalem prohibetur officium tabellionatus exercere.*
7 *Dies, consul, & indictio, an requirãtur in literis episcoporum sicut in instrumentis publicis.*
8 *Literis episcopi, an credatur, si in ipsis faciat mentionem de excommunicatione aliena non propria.*
9 *Literis episcopi an credatur, si faciat in ipsis mentionem de excommunicatione propria non tanquam tunc, sed tanquam dudum lata.*
10 *Excommunicatus an possit esse procurator rei, & nu. 2.*
Vẽditor pro emptore dicit ꝓcurator in rẽ suam, & loco domini habet.
Mandatum an conualescat, quod erat nullum, & nu. 11. & 12.
Exceptionis excommunicationis procuratoris modus quis.
Media tempora non nocent si eeperiantur habilia extrema.
11 *Mandatum in excommunicatum directum an sit ipso iure nullũ, an ope exceptionis.*
Excommunicatus ad accusandum nec iure publico admittit ipso iure.
12 *Absturus si esset de necessitate, & non haberes in ciuitate nisi vnum amicũ de quo posses cõfidere, & ille esset excõmunicatus, an possit constitui ꝓcurator hoc modo, constituo talem procuratorem meum ad agẽdum & defendendum postquam fuerit absolutus, & num. 13.*
Catoniana regula in quibus non habet locum.
13 *Absolutio a sententia excommunicationis an fingat retro.*
Restitutionis in integrum, & postliminij æquiparatio nõ semp procedit.
14 *Ecclesia dicitur hæres immortalis.*
15 *Vidua si facta sit monacha, & ecclesia repetit dotem ab hæredibus viri an habeat priuilegium dotis soli mulieri concessum.*
Monachus ꝙ factus ẽ, an sustineat pœnas delicti añ monachatũ ꝑpetrati.

CAP. VII.

POst cessionem. Per literas ordinarij ꝓbatur quis excommunicatus, nisi ℨrium doceatur. Item excommunicatus officium procuratoris acceptare non põt, nec constitui procurator ad lites ꝑ causas h. d. Et in prima ponitur decisa partium contentio. In secunda Papę interlocutio ibi, cum igitur. Exceptiones sunt inuentę, vt opponantur, sed sine earum obice tenet iudicium. Inst. de replica. in prin. sunt etiam & replicationes. Casus, quidam dudum erat excõicat⁹, de excõicatione tñ non ꝓstabat nisi per literas ordinarii, qui excommunicauerat ipsum. ipse comparuit in iudicio ad agẽdum, vel defendedum. obiectum fuit ei, ꝙ non erat admittẽdus, cum eo tempore, quo datus fuit procurator, excõmunicatus erat, & ad hoc probandum producebantur literę ordinarij, qui eũ excommunicauerat. Quærebatur quid iur. Papa tria dicit. primo ꝙ per literas prędictas probatur excommunicatio. secundo, ꝙ põt comprobari contrarium. tertio, ꝙ cum tempore constitutionis erat excommunicatus, non debet admitti, & ideo interloquendo cum non fore admittẽdum pro
1 nunciat. Ibi, ordinarii, a cõtrario sensu, secus in delegato. † Ibi Standum. no. literis episcoporum standum esse. dicit Innoc. credi literis episcoporum sigillatis etiam alieno sigillo, Innocen. quia cum episcopus possit deducere rem ineſſe, puta excommunicare, ergo & in probatione esse ℨ. de ap. c. prętera, & tamen dicit, quod non crederetur viuę voci episcopi, nec principis ſcularis. sed quod dixit de alieno sigillo, nõ credo verum, vt C. de quadri. prescr. l. bene a Zenone. Nam debet esse sigillum proprium & vsitatum & deputatum ad hoc. ℨ. de ap. significante, sicut tabellio debet signum suum apponere in chartis, nõ alienum, vt possit inde fieri comparatio. C. de at
2 sest. l. fi. Inst. de pub iud. §. itẽ lex. † Idem ait, quod sigillũ episcopi obtinet vim publicæ chartę, & ei creditur sicut instrumento publico omnia solemnia habenti. i. diẽ, indictionẽ, locũ, & testes. Alii dñt ꝙ hęc oĩa reqdiruntur in literis sigillatis sigillo eporũ, & ꝙ dictę lręę debent esse manu publica factę. In locis, tamen,

BIU Cujas

tamen, vbi non eſt vſus tabellionū requiritur ſubſcriptio teſtium in extraiudicialibus, vel rarus vſus, ſed in iudicijs nō requiritur ſubſcriptio teſtium, ſed creditur notario, qa iurauit officium ſuum legaliter exercere, Inn. nō ſufficit hoc iurm, niſi appareat de authoritate ſibi ꝑceſſa, vt eleganter no. ff. de eden. l. quidam. §. nummularios. Itē ait, ꝙ factum in iudicio a procuratore excōicato ante, q̄ ſit probatū de excōicatione, tenet, ſed extra iudicium nō tenet, ꝙ facit, & ſi non ſit probatum, dūmodo prohibitum. † Ibi, ꝟriū, no. ꝙ ꝟ literas eꝑorū
3 admittitur ꝓbatio. & eſt ar. ꝙ verbum regis poſſit reprobari, ꝙ fatuum eſt dicere in ſuo foro, vt l. j. in prin. ff. a quib. app. nō licet. Interpretari aūt bñ pōt interpretata a iure, vt l. ex facto, in prin. ff. de vulg. ſub. Sed interpretatione interpretanda nō pōt interpretari niſi ab ipſo rege, cuius eſt interpretari & cōdere. ff. de re. iu. Neratius. ſ. de iud. cum veniſſent, & eſt tex. ad quem recurrere debemus tanq̄ ad fontem. C. de legi. l. fi. facit in Auth. de fil. ante inſtra do. na. §. vlt. & ibi no. In opinionib. tñ, ſi bonę nō ſunt, bene poteſt Regi perſuaderi ꝟrium. ff. de mino. l. Aemilius Largianus. † Et cōclude primo, an dictum
4 regis poſſit reprobari, & dic ꝙ non, qñ teſtificatur in facto ꝓprio. ſc̄do an poſſit interpretari, gloſſari, & limitari, & dic, vt C. de leg. l. cum de nouo, tertio, an opinio eius nō diſponētis, ſed opinātis poſſit ꝓ rōnes legū a redargui; dic quod ſic. nā & ipſe princeps cōmittit ſe ꝟ ſilijs ſapientū, vt ff. de iure pat. l. diuiſi fratres. Ibi, cū officium no. tps mandati conſiderari. Item
5 †no. non cōualeſcere mandatum, quod ab initio fuit inualidum Oppo. ꝙ literis eꝑorum nō creditur, licet ſigillatæ ſint ſigillo eꝑi. vt infra. c. quoniā ꝟ, & ꝟ. de teſti. cū a nobis. So. aut ſunt confectæ ſuper his, quę aguntur in figurā iudicij, & nō ſtatur literis iudicis, quia ſcribere acta non pertinet ad iudicē ſed ad tabellionē, vt C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus §. his tab. C. de arbitris, ne in arbitris. C. de ſen. ex peri. rec. l. j. & 2. C. de ap. l. eos. §. ſuper, in verbo, ad ſcrinia. l. præcipimus. §. qđ ſi ducę, ān uer. epiſtolares. & quia diſcrepātia ſunt officia, vnus nō gerit vices alterius, vt no. C. de excu. & exacto. l. quicunq;. lib.
12. vbi eſt no. gl. & arg. C. de ſpor. l. j. aut ſup aliis. & tūc aut de facto ꝓprio ipſius ſcribētis, & creditur vt hic, aut de facto alieno, & nō creditur, ſed opus eſt, quod ſcriptūra habeat cōfirmationem teſtium, vel publici inſtri, & poſt multam diſputationem in hac ꝯcluſione vñr remanere glo. † Et ſcias, ꝙ ſi
6 b eꝑs ante eꝑatum fuiſſet tabellio, b tñ per dignitatem eꝑalē ꝓhibetur officiū tabellionatus exercere, quia cum tabellio ſit ſeruus publicus, eius officium vile reputatur, vt ſingulariter
7 no. C. de decurio. l. vniuerſos, li. ro. † Vidi dubitari, an in iſtis literis eꝑorum req̄atur dies, cōſul, & indictio, ſicut in inſtrumentis publicis. & vr̄ quod ſic, cū iſtę litterę redigantur ad inſtar publici inſtrumen. dic vt no. in c. Abbate, de reg. iu. li. 6. ĩ
8 nouella. † Quid ſi eꝑs in ſuis literis facit mentionē de excōicatione aliena, non propria; reſp. nō creditur, ar. c. 1. de prob. in
9 cle. † Quid ſi facit mentionē de excōicatione propria non tā quam tunc, ſed tanq̄ dudum lata; reſp non creditur, qa ſunt verba enunciatiua, non diſpoſitiua, cū non fuerit intētionis eꝑi tunc illū actū excōicationis gerere. ar. ꝟ, quod præſumūtur, oīa ſolēniter acta, de quibus litere faciant aſſertionem, &
10 hoc per glo. ord. no. quę eſt in l. 1. C. de fi. inſtru. & iu. haſtę fiſ. lib. 10. † Oppo. & vr̄, ꝙ excōicatus poſſit eſſe procurator rei, qa reus excōicatus admittitur. Sol. illud verum in cā propria, in aliena ſecus, & de hoc eſt caſus ſingularis huius. c. niſi eēt procurator neceſſarius, vt vēditor pro emptore, qm̄ eſt procurator in rem ſuā, & loco dñi habet, vt ff. de procu. l. ſi actor malit. ff. de iud. venditor. C. vbi in rem actio. l. j. C. vbi de criagi opor. auth. qua in ꝓuincia. ff. de pet. hęred. ſed ſi lex. §. itē ſi rē diſtraxerit, & ff. de neg. ge. l. liberto. §. fi. Opp. dr̄ hic ꝙ inſpicitur initium. i. tps mandati. vnde ſi poſtea eſt abſolutus ab excommunicatione, mandatū tñ non reſurgit a mortuis. ſed contra, quaſi ſi dominus perſeueraret in eadem voluntate, & hoc conſtat, debet mandatum conualeſcere, ar. ff. de offi. pro conſ. & le. l. obſeruare. §. fi. ſo. ibi tenuit delegatio ex tunc, ꝓut ex nūc licet fuerit ſuſpēſa executio. ff. de do. inter vi. & vxo. l. cum hic ſtatus. §. ſine hoc ſecus. Ad idem facit. l. licet, de proc. in 6. Sed & ibi tenuit mādatum, & poteſtas mandatoris, licet nō ingereretur procuratori inuito. Item ad idem. C. de cod. l. j. ff. de teſt. mili. tribunus. §. fi. ff. de ſec. tab. l. qui ex liberis. §. teſtamento. ſed in illis. ll. ſuperuenit cā confirmans. i. expreſſus conſenſus, licet nō fuerit repetita ſolēnitas. Item ad idem de hær. inſt. l. qui ſoluendo nō erat duos Apollonios, ſed ibi erat orta finalis cā prohibitionis, hic non. & cōclude, quod eſt nullum. non conualeſcit, ſed requirit nouum mandatum, vel expreſſus ꝟfirmationis conſenſus. nā per ſolum ſilentiū nō conualeſcit actus inualidus, & tenementi. Item no. modum excipiendi. debet ꝙ excipi, ꝙ quo tpe fuit conſtitutus, excōicatus erat. ſed ſi fuit excōicatus poſtea, & tandem abſolutus, debet tanq̄ procurator recipi, qa nō fuit defectus in origine mādati, & media tpa non nocēt, ſi in principio & fine reperiatur
habilitas, vt no. in l. 2. ff. de hær. inſt. & arg. ff. de iniuſto. teſta. l. poſthumus. §. idē & circa, & in c. q̄q̄, de vſuris. lib. 6. & adde remiſſiones, quas dedi. ſ. eo. c. 3. loco, & quod no. Arch. ꝟ. de elec. in c. vt circa, lib. 6. in gl. & ꝟ. de fi. inſtr. c. j. & in Specu. de
11 proba. ver. videndū, ver. 10. † Quæro, nunquid mandatum in excōicatū directum ſit ipſo iure nullum, an ope exceptionis? dicit Inn. ꝙ ope exceptionis, vt ꝟ. de excep. pia. Et iō, ſi nō eēt obiectum de excōicatione, valeret proceſſus factus per ipſū
c excōicatum. arg. ꝟ, quia excōicatus c habetur pro mortuo, vt no. Inſt. de cap. dim. §. minor, & in tit. hic finitur lex, deindè incipiūt conſuetudines regni. c. dño guerrā, col. 10. ſed certe nō habetur pro mortuo quo ad oīa, cum poſſit matrimoniū ꝟhere, & certos contractus celebrare noīe proprio, ac ſi non eſſet excōicatus. Sed fortior ratio vr̄, quia ſi mandatum ipſo iure tenet, licet obſtet exceptio, cōualeſcere tñ pōt, ſicut conualeſcit pactum, ſi a principio nō intereſt, & poſtea incipit intereſſe, ut no. in l. j. ff. de pac. per Guil. & alios. Item mandatum cōualeſcit, ſi a principio ceſſabat intereſſe, & poſteā intereſt, vt ff. man. l ſi remunerandi. §. ſi tibi. ſecus, ſi eſſet inutile rōne perſonę, vel formę, vt ff. de pac. l. ſi tibi. §. ſi pactus. Item per abſolutionem vr̄ ſuperuenire replicatio, ar. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. Itē ſequeretur, ꝙ ante litis ingreſſum, quia nōdum excipi potuit prius quam iudex adiretur, vt ff. de lib. cā. l. j. imo. teneret mandatum, quod videtur expreſſe contra hunc tex. & vide quod no. in c. ipſo iure, de reſcri. in 6. ſed certe tenet appellatio ingreſſu, niſi ſit mandatum ad ſpiritūalia, ſed elidere ꝑ exceptionē. & vide quod no. in c. ipſo iure, de reſcri. lib 6. Et adde, ſi excōicatus accuſat aliquem nō iure proprio, ſed iure publico. i. tanq̄ quilibet de populo, puto proceſ-
d ſum nō tenere ipſo d iure, arg. ff de aleato. l. j. §. quod aūt. ff. ad
12 Turpi. l. j. § accuſatus. † Sed pone, cū eſſes de neceſſitate ab futurus, & non haberes, ciuitate niſi vnū amicum, de quo poſſes ꝟfidere, & ille eſſet excōicatus, conſtituis eum procuratorem hoc mō, conſtituo talem procuratorē meū ad agendum & defendendū poſtq̄ fuerit abſolutus. q̄ritur, vtrum valeat ꝟſtitutio? & vr̄ ꝙ non inſpecto principio, quod remouet potentiā ab actu, vt dicit illa. l. no. ff. de ſer. expor. l. ſi minor. Nam alia eſt rō iur. alia ꝓſonarum. Si quidem iur. rō pendere pōt. ff. cōia prædi. l. eſt recep um, ſi cā ualidationis eſt in pēdenti. ff. ad Mace. l. j. §. ſi pendeat. Nam non obrumpit, quod in ſuſpenſo retinetur, vt ff. de ver. obl. l. 2. §. ex his, & l. inter ſtipulantē. §. ſacrā, & ff. de ſtip. ſer. l. ſi ſeruus cōis Męuij & caſtrēſis peculij. §. fi. ff. ſi cer. pet l. perinde. ſed ratio ꝓſonarū pēdere non pt, ut ff. de ſtipu. ſer. vſufructus. In ꝟrium videtur nam licet principiū prouidentię ſuadeat, tamen principium eſſentiæ, & experientię ſuadet valere, vt ff. de hære. inſti. l. in tempus Præterea hic erat defectus non ex parte conſtituentis, quia non erat excommunicatus, ſed ex parte conſtituti, & patientis. vnde conferri pōt in tempus permiſſum. vnde dicimus, ꝙ regulā Catoniana non hēt locum in defectibus legatarij, ſed legantis, ut no. in l pe. ff. de reg. Cato. Item nō hēt locum in diſpoſitione conditionali, vt ff. de leg. j. l. cętera. ſed dicta verba, cum fuerit
e abſolutus, ſapiunt conditionem, id eſt ſi fuerit abſolutus, e ſicut illa verba, cum in patriam reuertetur, vt C. de inſti. & ſubſti. l. ſi pater. quod verum credo, arg. ff. de le. præ. l. interuenit, & ff. de manu. teſt. ſi quis locuples. Item quia eſſe excōicatum non habet in ſe perpetuam cauſam prohibitionis, quia excō-
13 munitatio poteſt reſcindi, vt ſ. de conſti. cap. ex literis. † Item ſumo arg. ex noſtro. cap. quod abſolutio a ſententia excommunicationis non fingit retro, ſcilicet ſi non reponit omnia in priſtinum ſtatum, quia conualeſceret mandatum. & idem facit. C. de hær. auth. idem de Neſtorianis, & in cap. quamuis, de reſcri. lib. 6. arg. ꝟ, quia reſtitutio in integrum, & poſtliminium æquiparantur, vt ff. de iniuſt. teſt. l. ſi quis filio exhæreda to. ad finem, & ibi per Iac. de Are. ſed dices, ꝙ iſta non eſt in integ. reſt. vnde fructus præbendæ non debentur reconciliato, q̄ fuerunt percepti tpe excōicationis, vt ſ. de dolo, & con-

tu.

ADDITIONES.

a Et quid de rege Francorum, vide Bal. in l. nemo. C. de ſen. & interlo. om. iud.

b Vinc. God. Adde tu quòd non deſinit eſſe notarius, ſed perdit exercitium, ut habetur in tract. de epiſt. lib. 4. fol. 60. q. 9. nu. 21.

c Vinc. God. Adde, quòd excommunicatus ideo habetur pro mortuo, non poteſt agere, nec etiam per procuratorem. Rui. conſi 61 nu. 10. lib. 5.

d In contrarium arguo de regula, qua cauetur, quòd vbicunque tractatur de fauore publico, prout eſt punire delicta, ut per Bar. in l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. uer. quod eſt fortis etiam glo. non reſtringuntur ad perſonas habiles, immo intelliguntur etiam de perſonis inhabilibus, tex. eſt no. in l. ſi quis in graui. §. vnum. uerſhi quoque. ff. ad Silla. & per conſequens etiam de excommunicato &cęt. Cogita & uide late allega. per do. Iac. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. col. 3.

e Vinc. God. Adde quòd abſolutio a iuramēto ex defectu citationis redditur nulla ſecundum magis communem opinionem & inſuper ex defectu ſubreptionis, Rui. conſi. 66. nu. 2. & 4. lib. 4.

BIU Cujas

tu. veritatis. prædicta ꝙquiparatio non est per omnia bona, vt C. de sen. pas. l. in quęstione testamenti. Nam excommunicatus interim est eradicatus a catholico ꝙsortio, vt no. in Auth. de priui. do. post principium. sed captus ab hostibus non est eradicatus a ciuibus propter benignam ſpem postliminij, vt ff. qui. ex cau. ma. l. ab hostib. in princ. C. de captiuis. l. nec nos.

14 †No. ergo, ꝙ ecclesia dicitur hæres, dico immortalis. vnde in feudo, & emphyteusi, in quibus fit mentio de hęrede morta li ecclesia non continetur, quia fieret iniuria proprietario, & ecclesia cultrix iustitię non vult iniuriam facere, nec pati, ut eleganter no. tex. in c. si clientulus, de feu. alie. col. x. in vita tñ monachi pñt possidere emphyteusim soluendo canonem, quia ipse monachus videtur pro ecclesia possidere, vt ff. de

15 prœca. l. si adoptauero.† Sed ecce pone, ꝙ vidua facta est monacha, ecclesia repetit dotem ab hæredibus viri, nunquid habeat priuilegium dotis soli mulieri concessum? vī ꝙ sic, quia habetur loco filij. dic, ꝙ aut monacha est mortua, & non hēt hæc priuilegia, quia non est loco filij eiusdem matrimonij. ff. sol. mat. l. etiam cum nemo creditor mulieris habeat tale priuilegium, tex. est sing. in Authen. vt exa. in stante do. in princ. ibi, non n. dedimus & cætera. sed si agit viuente moniali, quia tunc agit vt procurator, licet in rē, quinimo monialis agere vī, vt C. de epi. & cle. authen causa quę fit cum monacho, ipsa mulier ꝓ monasterio hēt priuilegiū, quod fundatur in ipsa. Quæro, mortuus non sustinet pœnas corporales, quid ergo in monacho prius condemnato? videtur, quòd transeat ad monasterium, cum sua causa, suisque vitijs. Nam vita naturali adhuc viget, vt no. ff. de reg. iur. l. quod attinet. licet quo ad eū sit liberatus, vt in Auth. de monachis, in princ. ibi videas.

SUMMARIUM.

1 *Probatio dubia non releuat probantem. & num. 19.*
2 *Hæreditatem adire an possit vnus ex pluribus hæredibus.*
3 *Occupare potest vnus ex hæredibus partem suam, nisi sit ab alio occupata, & quo remedio tunc vtendum.*
4 *Sequestrum interdictum adipiscendæ an debeat fieri & quid in alijs.*
De possessione hæreditatis contendentibus duobus, pluribus vel hæredibus, officium iudicis quod.
Vacare pertinentia ad præbendam non dicuntur.
Bona ingredientium religionem, & monachi quibus vacent.
Conueniendi, & reconueniendi modus.
5 *Substituti licet sint coniunctæ personæ, fauor tamen monasterij facit de ficere substitutionem.*
Monasterium habetur loco filij, & nu. 3. & num. 9. & 14.
6 *Priuilegia omnia concessa ecclesijs an censeantur fauorabilia.*
Collectas præcedentes ingressum monachi non sequentes tenetur ecclesia soluere.
7 *Monasterium ingrediens, quid iuris si confessus erat spe futurę numerationis.*
Consensus, intellectus & spes quid.
8 *Confessus si sit quis in testamento se teneri ad restitutionem vsurarij a multis & diuersis publice extortarum, an per hoc sit probatum, quod sit vsurarius manifestus.*
Viam eligere ad sua iudicia impugnanda nemo præsumitur.
9 *Instantia litis an transeat ad monasterium.*
10 *Consuetudo generalis si dictat, quod testamentum debeat obseruari, prout iacet sine aliqua subauditione, vel interpretatione ciuili, vel canonica, in tunc monasterium excludat substitutum, & nu. 11. & 13.*
Fauor minor comparatus ad maiorem, dicitur odium.
11 *Statutum & cōsuetudo an possit interpretari testamenta suorum ciuiū.*
Confirmationis generalis vis.
12 *Fauor ciuilis aliquando præualet naturali fauori pp placitum populi.*
13 *Monasterium si non velit bona, an excludatur substitutus.*
Substitutus in testamento qñ excludat a monasterio, & nu. 10. & 18.
14 *Monasterium an habeatur loco filij in potestate, & num. 3. & 9.*
15 *Monasterium ingressus si facta professione apostatauerit, an substitutio resumat effectum.*
16 *Monachus positus ad regimen alicuius ecclesiæ cui acquirit & nu 17.*
17 *Monacho si sit relictum, quia non residet in monasterio, sed in aliqua capella, cui acquiritur.*
Nomē appellatiuū ne, an proprium ꝓcedat, differt ī legatis acquirēdis.
18 *Testator si dixit instituo filium meum, donec permanserit in sæculo, & si contingeret, quod ingrederetur monasterium, grauo ipsum, quod restituat hæreditatem Scio, an hoc fideicommissum sit validum.*
19 *Probatio dubia non est probatio, & num. 1.*
Testes se declarare, & repeti, quando debeant, & ad cuius instantiam.
Testium dicta interpretari quando liceat partibus.
20 *Hæredis nomen an & quando ponatur pro filio, & nu. 21. 23. 25.*
Emphyteusis quo casu possit reuocari.
21 *Baro quidā quid iuris si concessit mihi, & heredib. meis castrū in feudū.*
Filius aliquando non intelligitur pro quolibet descendente.
22 *Emphyteusis recipit continuatiuam transmissionem, sicut & alia iura.*
23 *Nomen hæredis, quando profertur in conditione negatiua, ponitur ꝓ hærede sanguinis.*
Filius non est proprie hæres, sed successor anomalus, & quando.
24 *Ecclesia si concessit mihi emphyteusim pro me, & hęredibus, deinde superuenit mihi furor, vel dementia, & tunc temporis ge nui filium, an iste filius succedat in ista emphiteusi.*
Filius naturalis præteritus non potest accusare testamenum.
25 *Nomen hæredis quando ponitur in conditione affirmatiua, an intelligatur de filio.*
26 *Ecclesia an dicatur quasi contrahere cum legatarijs, & creditoribus.*
27 *Hęres verus qua ratione videtur contrahere, & num. 26.*
28 *Ecclesiæ an sint in bonis alicuius.*
29 *Debitor meus si sit factus frater Minor, & sic liberatus est a potestate mea, si postea sit creatus episcopus, an possim cum conuenire.*
Pupillus in rebus alienandis oportunum dicitur non habere consilium.
30 *Adultus ingrediendo religionem an possit alienare bona immobilia.*
Monasteriū fundare, & dotare, an qs possit de bonis restōni subiectis.
Mutatio status non contingit absque magna animi concussione.
31 *Ingrediens monasterium, quid iuris, si profiteatur in articulo mortis.*
Substituti in testamento quomodo possint suam intentionem fundare.
32 *Ingrediens monasterium an possit pacisci de bonis.*
33 *Testator, si ita dixit, si filius meus decesserit sine liberis ex se natis &c. an filius filię excludat substitutum.*
34 *Probatio ætatis quare imponitur substitutis, & non monasterio.*
Ætas quando legitima præsumatur, & quādo probanda, & a quo, & ꝙ non durat eadem.
35 *Factum fauore infirmitatis, quod non erat quis alias facturus, per conualescentiam euanescit.*
Ecclesia non excluditur a filio naturali, & incestuoso substituta in defectum liberorum.
Ex spurio legitime natus, instituī potest, sed non semper.
Incestuosi non dicuntur ex sacratis nati.
36 *Monasterio si offero omnia bona mea præsentia & futura, nolo tamē fieri monachus, an oblatio sit valida.*
37 *Ecclesiam hæredem si instituo, & iuro non reuocare, & si cātingat me reuocare, dono, an iuramentum istud & pactum sit validum.*
38 *Monasterium ingrediens si reseruauit sibi quandam partem bonorum, adiecto hoc modo, vt inde contrahere possit, & testari, an valeat.*
Reseruatio ordinationi factorum æquiparatur.
Generationis, & corruptionis eadem est regula.
39 *Monialis an possit aliquo casu facere testamentum.*
Testamentū absq; solēnitate valet in relictis monasterio, sed nō ꝑpetuo.
Lex Titia, de inof. test. ff. non dicitur correcta.
40 *Testator an possit derogare huic decretali & num. 41.*
41 *Imponere legem rei suę potest quis, ne quęratur ecclesię.*
Priuati dispositio testando derogat interdum iuri publico.
Ecclesia sequi debet naturam rerum, non destruere, & exempla.

CAP. VIII.

1 quæ fit per uim uocem.† Nam dignior & æſtimabilior eſt vox uiua,quam mortua,ut in Auth.de inſt.ca.& fide.§. ſi quis igitur. ibi,nos quidē,&c.unde non debet teſtificari per ſcedulam, ſed per viuum ſermonem,qui penetrabilior eſt,ut c.teſtes.3.q. 9.de teſt.l.3.§.idē diuus,ī ver.teſtimonijs,acuitas,n.viuę uocis fortius & efficacius mouet animum auditoris,vt ff.de arb.l. ſi in tres, & C.de ſen.ex peri.re.l.j.ff.de qō.l.de minore.§.tormēra. habet. n. in ſeipſum mouētem intellectum ex veritate ei data a natura.vñ Hieronymus in ꝓlogo Bibliæ,habent,inquit,neſcio quid latētis energię, &c.Itē multa erubeſcimus loqui quæ non erubeſcim[a] ſcribere.Item in teſte debet videri, qua trepidatione loquatur, quod in voce & viſu dignoſcitur.Itē an uacillet.C.de teſti.l.nul-
1 lum.Item dicit Caſſiodorus,quod† nullum eſt maius mentis & fidei teſtimonium,quam qualitas inſpecta uerborum, concor. ff.de ſupell.lega.l.Labeo.§.idem Tubero.& verbū vulgi dicit loquere,& cognoſcam te.concor.ff.de tu.& cu.da.ab.his.l.diuus.

A D D I T I O.

a Viua vocem.An probatio viuę uocis ſit dignior probatione vocis mortuæ,uide latiſſime per do.And.Barb.in rub.inf.de fide inſtru.ubi multa alleg.

S V M M A R I V M.

1 Teſtes quales eſſe debeant,in prin.
Pretium in teſtibus debet eſſe immediata cauſa,in prin.& nu.1.
Teſtificari p̄tio an dicatur qui inde ſpectat cōmodū ſine pactione poruentuū.
Obligatio fideiuſſoris eſt ſecundaria,ſed principalium oritur ſimul ordine naturæ,& intellectu.
Reus unius contractus an poſſit eſſe teſtis pro altera reo.
2 Teſtis an poſſit aliquid recipere a producente.
3 Teſtis an per amicitiam repellatur.
Amicitia immoderata & illicita quæ.
Amoris furore nihil uehementius.
4 Teſtimonium an nullus dicere debeat,niſi ſit ieiunus.
Ebrietatis mala.

BIU Cujas

Baldus superij. Decretalium.

CAP. PRIMVM.

PLacuit. Tria dñr hic. primo qđ testes non corrumpantur pretio. secundo, quod idonei & fideles ed testimonium sumañt. tertio, vt nullus dicat testimonium nisi ieiunus. primum probat. 4.q.5.si quis testib. ſm ea. cã. i.q.ca. si qs liberi. tertiũ. 22.q.3. honestum. Quæ autem habeant fieri a ieiuno, no. lo. de consecra. di. 1. c. sacramenta altaris. Ibi, pretio. i. pro pretio. hæc. n. dictio significat causam immediatam, ut ff. de pecu. leg. l. dominus Sticho. quasi dicat, alias non facturus. §.† Sed nunquid dicit
1 pretio testificari, qui inde spectat commodum sine pactione p-
a uenturum, vt si vnus correus debendi in solidum testificatur ꝑ altero? rñ. non. sed tñ an valeat testimoniũm? dic vt no. Cyn. de testi. l. dictantibus. Nos dicimus, ꝙ vnus videtur pro alio fideiube re, sed improprie loquimur, quia debemus dicere ꝙ vnus vr̃ pro alio se principalem constituere, quatenus ad alterutrum principaliter pertinet negotium, vt ff. de dolo. l. eleganter. §. seruus pactionis. Fideiussor. n. est, q in secũdaria obligatiõe se obligat. sed obligationes principales oriuntur simul ordine naturæ & intellectu, licet impossibile sit duas voces simul ꝓferre, vt singulr not. in Auth. de fideiuss. ī prin. Vnum aduerte, quod duo rei ꝯctus videntur esse duo rei iudicii, & iõ non vr̃ ꝙ vnus possit testificari pro altero, ut C. de duob. reis. l. fi. In ꝯriũ facit. ff. man. l. creditor,
2 in prin. dic, vt C. eo. omnibus, per Cyn. † Oppo. & videtur, quod testis possit aliquid recipere a producente, ut C. de testi. l. qm̃ liberi, & in c. statutum. §. pe. de resc. li. 6. Sol. expensas, quas faciunt in eundo, & redeundo, & stando possunt recipere, ut in contrariis, sed vltra illud si aliquid recipiunt, non valet eorum testimonium, vt hic, & nisi forte in recompensatione operũ, q̃ perdunt, quia a suis negotijs auocãtur. nec. n. dent iacturam pro alieno ꝯmodo sentire, ut C. e. l. si qñ, & ff. quemad. testa. ap. l. 2. & ar. ff. mã. l. idemq;. §. idem Labeo. Sed quis faciet expensas testib. in causa inquisitionis, cũ non debeant testes venire suis sumptibus, ut innuit gl. C. e. qñ liberi? tñ, Respublica mã dato iudicis, ar. ff. de bodã. l. diuus, & ff. de cap. l. mulier. C. de naui. l. cũ nauarchorũ. lib. 11. & l. 1. ff. de iustitia & iure. per Gul. vnde mandabit massario Communis, ꝙ faciat ipsis impensas de publico. Adde, quod qui
3 nõ laborat, non manducet, ut no. in l. quamuis. ff. de dam. infe. qđ si testis, dum iret ad testificandum, incidit in latrones, nũquid recuperabit hoc dãnum a producẽte? rñ. nõ, de rigore iustitiæ, sed de curialitate bene posset producens emendare dãnum, nec infringeretur testimonium. ff. man. inter causas. §. nõ oĩa. ff. de fur. l. si seruus. §. quod vero.† Quæro, nũqd testis per amicitiã repellatur? Rñ. non, nisi sit immoderata, ut ff. de usuris. scien. ꝙ arbitrio iudicis relinquitur, ut ff. e. l. 3. ibi, tu magis, &c. immoderata autẽ est ĩter vi. & vxo. ut C. de his, q ad eccl. confug. l. pñti. aliqua n. est amicitia illicita & impudica, quæ testẽ repellit, ut ea, quæ est ad
4 cubinam. ff. de ac. & ob. l. fi. ff. de ver. sig. Massurius. nam nihil est furore amoris vehemẽtius, ut in Auth. qui. mo. na. lib. eff. sui. §. illud. col. 6. & C. de nat lib. l. j.† Opp. dr̃ hic, ꝙ nullus dicat testimonium, nisi ieiunus, nam ꝯsuetudo seruat ꝯrium, ergo male. Sol. hic non ponitur prohibitio, sed quędã bona persuasio, unde hoc consilium ponitur, non præceptum, põt ergo ieiunus & non ie-
b iunus testificari, dum tñ non sit ebrius, quia ebrietas b debilitat corpus, & intellectum in tantum, ꝙ homo ebrius nescit abstinere a vitiis, & iniurijs, ut ff. de pœ. l. respicien. §. delinquunt, ut ff. de re mil. l. oẽ. §. qui se. & in Auth. de Cõsul. circa fi. cũ ergo ebrius sit quodammodo alienatus a mente, sequitur ẽt, quod non põt facere testamentum, inspecta tamen qualitate ebrietatis.

ADDITIONES.

a Vinc. God, Testificat. Adde q testis proxeneta ab vna parte tantum productus non est idoneus quando tractat de se exonerando, Rui. cons. 76. nu. 1. lib. 4.

b Vinc. God. Ebrietas. Adde ebrietatẽ vitandã esse secundum Plin. de Nat. Histo. lib. 7. ca. 56. & plenius lib. 14. c. 22. sit omnibus exemplum Noe. 25. q. 1. sexto die. & Loth. 15. q. 1. inebriauerunt.

SVMMARIVM.

1 *Aduersarius semper admonendus est vt ad audiendum testes veniat, & n. 6*
2 *Testes qui audit deponentes, non potest postea pr ose testes inducere.*
Absens in ineuitabili necessitate ad vnum articulum non tenetur mittere curatorem, & an ad videndum iurare testes aduersarii.
3 *Testes si sunt rogati ab utraq; parte an possit eis oponi infamia, vel nullitas.*
4 *Instrumentum publicum redditur validum si probatur, quod est probãdum.*
5 *Prælatus magnus si hodie sit, qui erat heri vilißimus, an poterit testificari de præteritis.*
Testium conditio quo tempore spectanda.
6 *Pars citari debet, vt veniat auditura testes, & nu. 1*
Citatio non valet si quis citationem non intelligat, vel non debeat intelligere.
7 *Testes an debeant examinari in secreto.*
Subornatio testium non timetur vbi interuenit tortura.
8 *Testes si fuerint examinati pro Titio, & deposuerunt pro ipso, & cum testibus non posset explorare veritatem, fecit sibi clam a notario per hoc attestationes perdant robur suum.*
9 *Testes si iurauerunt infra terminum, an possint examinari post terminum sine noua citatione, & an sine termino. & nu. 11.*
10 *Testes si fuerint producti in termino, tamen iudex noluit eis deferre iuramentum, an poterunt post iurare sine noua dilatione.*
Dilatio omnis peremptoria a litis contestatione vsq; ad sententiã diffinitiuã.
11 *Testem an sufficiat iurare in dilatione legali intra terminum.*
12 *Testium receptio facta contra impeditum comparere, an sit valida.*
13 *Citatio legitima vbi nõ procedit, processus ad ulteriora ipso iure est nullus, & an sit necessaria partibus præsentibus.*
14 *Lite conte. per procuratorem, an sufficiat citare dominum ad interessentiam testium.*
Per litis contestationem factam a procuratore, nouatio fit iudicii, & dominus exemptus est ab instantia.
Citatio non potest fieri de domino, omisso procuratore, nisi ex causa, & quia.
15 *In testibus quot debeant considerari. & nu. sequentibus.*
16 *Testes an possint esse, qui sunt in confinio ætatis adultæ.*
17 *Agricolæ & censiti an possint testimonium perhibere.*
Dominium est triplex.
Rustici recipiuntur in testes.
Sclauorum filij, an admittantur ad testificandum.
Filiorum genera tria.
18 *Fama inspici debet in testibus.*
Famæ bonæ omnes homines existimantur, nisi contrarium probetur.
Caduca non possunt esse stabilia.
19 *Fides non solum quo ad Deum, sed etiam quo ad mundum inspici debet.*

CAP. II.

In nomine Domini. Ipso iure nulla ex receptio testium maxime vilissimo rum facta & recepta ꝯ non citatum. Et primo papa ponit dictũ suum. & in secunda ipsum probat authoritate iuris ciuilis. in tertia concludit. ibi secunda, Ne postea. tertia ibi, Ecce. Casus. Absẽte quodã epo Stephano accusato de certis criminibus, fuerunt recepti testes vilissimi, eo non citato. dubitabat iste Stephanus, vtrum ipsis testibus deberet stari, papa rñ. ꝙ non, quia Stephan⁹ nõ fuit admonitus, vt ueniret, & audiret testes. si vero noluit venire, valent testimonia, ac si iste Stephanus fuisset præsens. sed si propter ineuitabilem necessitatem venire non potuit, non valent testimonia. & hoc probat authoritate Nouellæ cõstitutio-
1 nis, quæ de testibus loquitur, vt ſ. †Ex hoc concluditur, ꝙ semp admonendus est aduersarius, vt ad audiendũ testes veniat. & qa omissum illud est in Stephano, necesse est, ꝙ ꝯ legẽ actũ est ca-
2 reat robore firmitatis.† Dicit Inn. ꝙ q audit testes deponentes, nõ põt postea pro se testes inducere. & hoc facit ꝯ eos qui stant ad audien. post cortinam. Idem ait, quod ubi abest principalis ita ꝙ comparere non potest per se ad audiendum testium iuramẽta, dẽt mittere procutatorẽ, nisi cã sit ardua. in hoc signanter nota, quod in cã ardua ẽt ad unum articulum absens ineuitabili necessitate non tenetnr mittere procuratorem. ergo secus, si necessitas nõ esset ineuitabilis, ſm Inn.† No. ꝙ testes vilissimi non fa-
3 ciunt fidem aliquã. Sed nunquid, si testes sunt rogati ab vtraque parte, põt eis opponi infamia, vel nullitas? rñ. nõ. gl. est or. sing. in Aut. de testi. §. & licet, in verbo, supplicii. iste aũt rogatus dẽt probari uel per tabellionem, uel per duos alios testes, q interfuerũt corã rogationi. Nã infamib. non crederetur, ꝙ ipsi essent roga-
4 ti.† Cõclude, quod cum per publicũ instrm̃ probetur rogitus, ꝙ ex hoc redditur ualidum instrm̃, & probatur id quod est probandum, quod perpetuo tene menti, quia illam gl. non habes alibi. Nota, ꝙ id, quod ꝯ legẽ factum dicitur, nõ est solenniter actum. Item nota interloquendo pronunciari super nullitate attestatio nũ. Item nota, ꝙ canones non dedignantur imitari sacratissimas
5 & naturales leges.† Sed quid si ille, q erat heri vilissimus, hodie magnus ꝑlatus, nunquid poterit testificari de prẹteritis? vr̃, quod non, quia honor auctus est, non conditio personæ mutata. ff. de cond. & dem. l. falsa, §. j. Sol. inspici debet tempus testificationis, vt ff. ad Carb. l. 2. §. duæ. ff. de test. l. ad testium conditionẽ. C. de testes. l. 1. & not. ff. de infa. l. furti. §. 1. & ibi optima glo. saluo, ꝙ vbi testes adhibent ad ꝓbationẽ. i. ad coadiuuationem scripturæ solennis, inspicitur testiũ condõ eo tpe, quo subscripserunt, quia propter fortuitos casus post ꝯctum factum emergentes, non dẽt vacillare publica fides, ut C. de re iud. l. gesta. & in c. 1. si testes pares esse desierunt, col. 10. vbi inspicitur condõ testis in initio actus, licet ablato fundo postea sit depauperatus. sed ibi euẽtus posterior respicit q̃dã extrinsecã qualitatẽ, sed intrinsecus nõ tangit
6 fidem testis.† Scdo no. ꝙ pars dẽt citari, vt veniat auditura testes: Nã nisi quis intelligat, vel intelligere dẽat citationẽ, nõ valet citatio. ff. de noui ope. nunci. l. cuilibet. n. Intelligenti, tex. est nota.
6 †Oppo. qa imo testes debent examinari in secreto, vt C. de testi. nullũ. Nã si pars audiret attestationes, ergo dẽt audire primum testẽ, q est principiũ numeri testiũ, & tunc statim sequitur, ꝙ dicit testificara illius testis. & ex hoc de necessitate subsequitur, ꝙ alii testes non sunt examinandi, ẽt si prius iurassent, propter timorem subornationis, q timor concernit seriem testimonii, nõ [illegible] simplex, ut in auth. de testi. §. quia vero. Sol. litera non dicit

dicit,q̄ veniat audire attestationes,sed audire testes.i.eorum iura menta.Nō obst.ff.de adult.l.si postulauerit.§.quæstioni,quia vbi interuenit tortura,ibi non timetur subornatio, vnde speciale est in casu torturæ,q̄ licet quis didicerit testificata per torturam,nō
8 propterea prę̄cludatur ei via in probando:quod est no.†Moueo vnum dubium,ecce quod testes fuerūt examinati pro Titio, de posuerunt pro ipso,& cum a testibus nō posset explorare veritatem,fecit sibi clam ostendi a notario,nunquid per hoc attestationes perdant robur suum,ita,quod si postea publicentur,sibi non
9 prosint?Respō.imo prosūt,nec propterea vitiantur. † Ecce aliud dubium,testes iurauerunt intra terminum, nunquid p̄nt exam inari post terminum sine noua citatione? & vī quod nō,quia aliquod impedimentum potuisset interuenire examini. In contrarium vī, quia depositio trahitur ad diem iuramēti,& de hoc triplex redditur rō:prima,quia inde trahit originem, & statū.secūda,quia iurīm implicite cōtinet dictum. tertia, quia ex quo testis iurauit,est obligatus ad deponendum, a qua obligatione non liberatur p̄ lapsum diei,ut ff.de ar.l.Celsus.§.idem ait.Est & alia ratio lac.Bu.quia examinare pertinet ad officium iudicis,non partis.Est & quinta ratio mea, quia pars non est citanda ad audiendum attestationes,sed solum ad iuramentum,sed ad illud fuit iā citatus.Potest addi 6.ratio,quia deponere est executio iurisiurandi,& in mera executione nō est quis citandus.Item depositio fingit retro,vt no.in c.j.de off.deleg.in Cle. Sol.quia non est necessaria noua dilatio ad deponendum,non est necessaria noua citatio.Ex hoc sequit̄,quod si testes vtraq;parte præsente iurauerunt nulla data dilatione, p̄nt q̄cūque examinari nulla facta citatio-
10 ne.†Sed quid si testes fuerūt ꝓducti in termino,tī iudex noluit eis deferre iurīm, utrum poterunt post iurare sine noua dilatione?rn.non,ideo pars est de nouo citanda,vt ff.de fer. l.post rationem.Sed an est necessaria peremptoria?dicit Spec.q̄ post li.cōtest.vsq; ad diffinitiuam excussiue oīs dilatio est perēptoria. dic de hoc vt no.Bar.in l.cōtumacia.ff.de re.iud.& vide quod not.ff.
11 de hær.inst.l.si quis instituatur,in fi.†Sed nunquid in dilatiōe legali sufficit iurare testem intra terminum?rn.nō vī.nam, vt satisfiat mandato legis,debet quis summa ope niti, vt omnia ītra terminum fiāt,vt C.de temp.app.l.2.§.fi.& l.vlt.§.illud,& vī expressum in c.frequens,de rest.spo.& in c.pia,& ibi no.per Io.And.& Archi.de exce.li.6.Quod ergo vulgo dī,testes post terminū examinari posse, verū vī in dilatione arbitrnria data a iudice,secus ī
12 dilatione terminata a iure.†Tertio no. q̄ receptio testiū facta ꝑ tra impeditum comparere,non valet,si causam impedimenti ꝓbauerit,& dicit Ber.quod nō valet ipso iure,& hoc est no.dignū. Alij dicunt,q̄ imo,sed pōt appellari, & sic per appellationē hoc casu rescinditur probatum,ſm Io.And.quod alibi non reperies: sed contra, quia valet snīa, ergo & testium receptio,vt C.qūo & q̄ iud.l.ab eo.Sol.dic, q̄ aut iudex sciebat causam impedimēti, &non valet ipso iure,vt ff.de re iu.l.q̄situm.aut ignorabat,& tūc valet ipso iure,saluis tī exceptionibus ī personas,& dicta testiū,
13 ita intelligitur hic.†Quarto no.q̄ vbi legitima citatio non p̄cedit,processus ad vlteriora ipso iure est nullus.concor.C.de accu. si accusatorib & ibi gl.Opponi. quod nō sit necessaria citatio,vt ff.de re iu.de vno quoq; Solu.si partes sunt præsentes, non est necessaria citatio,sed monitio,quæ ꝓ peremptorio hr̄,ſm Bart.no.
14 Accu.C.qūo & q̄ iudex.l.2.& facit.C.de accus.l.absentē.†Quæro,nunquid lite contest. per ꝓcuratorem sufficiat citare dn̄m ad interessentiam testium?rn.non,quia istud est diuidere instantiā, imo lacerare,nisi proc.esset impeditus, vel nollet ītersse.arg.ff. de condit.& dem.l.mulcta non comittitur, in prin.&c.si duo,de proc.li.6.l.eum qui,C.de procu.C.de euic.si iō.ff.de ali.l.3.C.vnde vi.l.meminerint, nam dominus cōstituēdo procuratorē sese exonerauit de consilio legis,ff.de proc. l.1. §.vsus,& in c.1.de iudi.li.6.& C.de proc.l.fi.nisi,vt dixi,procu.nollet comparere.nam tūc dn̄s tenetur comparere,vt Inst.de satisd.§.si vero aliquis,s̄.vt
a li.non cōtest.c.j.& ibi dixi.Item cum procurator[a] litem cōtestatur,fit nouatio iudicij,& ideo dn̄s exemptus est ab instātia,vt plene legitur & no.ff.de neg.ge.l.libero.§.fi.& facit ff. de ap.l.ab executore,in fine.Item de iure canonico licet sententia possit ferri ī dn̄m tn̄ citatio non potest fieri de dn̄o, omisso procuratore, ut no.Io.And.in Merc.in regula,p̄sumitur,lib.6.ibi uideas,& tene
15 menti.†Septem cōsiderantur in testibus,ut in gl. Primum est discretio,quæ præsumitur in quolibet adulto,non in pupillo,ut C. de test.mi.l.fi.nisi forte malitia suppleret ætatem,arg. C.ad Silla.
16 l.fi.in gl.fin.ibi posita.†Quid enim si sunt in confinio ætatis adultæ,nam quod prope est,nihil distare vī.Tu dic contra, quia lege præfinita est ætas.Et ea quæ ex scriptura legis descendunt, p̄cise seruanda sunt.Item in teste inspicitur conditio. i. status personæ
17 †Quid ergo de agricolis,& censitis? Rn. hi tenent ad quædā seruitia,tn̄ non sunt serui, & ideo p̄nt testimoniū perhibere, ut elegantur no.Inst.de inge.in gl.Sed quid de statu libero? & sane rn. quod triplex est dn̄ium.s.nudum,plenum,& semiplenum,vt no. C.eo.ti.in gl. & neutro istorum modorum ascriptitij sunt serui, vnde possunt facere testm̄ de bonis suis,licet in quibusdam locis cōsuetudo seruet contrarium. De rusticis enim non est dubiū, nam veritas a rusticis exploratur,vt no.ff.de le.2.si chorus,sed q̄ de filijs sclauorum?rn.idem,licet eorum patres eis vtantur vt seruis vti.sui no.Inst.de patria potesta.§. ius autē. & not. tria genera filiorum.quidam vt serui,quidam quasi emancipati,vt apud Gal
18 los,quidam medij inter hos,vt iure Romano. †Item inspicit in testibus fama:oēs.n.homines sunt bonæ famæ,nisi probet̄ cōtrarium,quia status originis est,cum sit tanquam tabula rasa,in qua
b nihil maculæ est depictum, vnde fama[b] est status nulla inquinatiōe pollutus.Item inspicitur fortuna,quæ idem est,quod generatio,& corruptio fortuitorum,verbi gratia,diuitiarū, & paupertatis,& nō audit preces,quia æterna lege omnia caduca impossibile est esse stabilia,dicit lex,temperent. C. de vesti.oloberis,li.xj.
19 quod leges sunt imprecabiles.† Itē inspicitur fides non solū quo ad Deum,sed etiam quo ad mundum,vnde vasallus, qui est proditor domini sui,repellitur a testimonio,etiam si dominus ei peparcerit,quia factæ causæ pro infectis haberi non possunt, vt ff.de re mili.l.qui cum vno.§.ignominia.

ADDITIONES.

a Procurator. Adde. quod procurator delinquens,lite contestata,in quo noceat Dom.Ruin.cons.138.nu.25.lib.5.

b Vinc.God.Fama. Adde,qd fama sola in antiquis plene probat, ut quando distat p 40.ann.imo per centum Rui.cons.44.nu.7.& 15.li.4.& cons.151.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Mulier testificatur contra clericum,& quando,in prin. & nu.3.*
Crimen adulterii probatur per ipsam mulierem.
Testis non integer est minus,quam semiplena probatio.
2 *Mulieres criminosæ & sociæ admittuntur contra electum ad aliquam dignitatem non ad pobationem,sed ad præsumptionem.*
Socii quando admittantur in testes pro sociis,& num. 1.
3 *Dictio,seu,quandoque ponitur diuisiue,quandoque coniunctiue.*
Pertinentia ad causam etiam modicum conferentia dicuntur.
4 *Socius criminis,an admittatur in testem in causa criminali,& num.2.*
Testes associari quando debeant ab officialibus.

CAP. III.

1 **Quoniam aliqua.** Mulier † testificat̄ ꝑ clericū,qn̄ de crimine ciuiliter agitur, &c. Casus.Quidā Epiphanius presbyter infamatus erat de adulterio, mādat Papa suo defensori, q̄ diligentius inuestiget, & mittat ad ipsum mulieres,cū q̄bus peregisse dī,& alios secū adducat,quos senserit aliquid scire de cā.Ibi,necesse,ad tollen. malū exemplū & scandalum. Ibi, Mulier, quæ hodie non coguntur personaliter ire ad iudicium causa testimonij,vt j̄.de iud.c.11.li.6. Ibi. per egisse.i. fornicatum fuisse, &.sic no.q̄ crimē adulterij probatur per ipsam mulierem,& est speciale in hoc crimine,quia ꝑmittitur in secreto & inter parietes.C.de rep.ex ꝑsensu.§.super seruis. vel q̄ recipitur mulier ad iudicium,& quod qn̄ testis nō est integer,est minus,quam semiplena probatio,vt sin.no.ff.de proba. l. cum,ꝓbatio.uel hic nō loquit̄ de muliere fornicaria,sed de alia,
2 q̄ non est particeps criminis,ut s̄.de confes.c.1.†Dicit Inno.mulieres criminosas & socias admitti contra electum ad aliquā dignitatem non ad probationē, sed ad præsumptionem.Idem ait, q̄ in ꝯctibus uel alijs rebus socij omnium bonorum non admittuntur ad testimoniū,siue principaliter siue secundario interfit: nam qui potest appellare a sententia,aduersarius est censendus. Idem ait,quod legatarius est idoneus testis ad probandū reliqua testamenti,sed nō suum legatum,Inno.& si deponit de suo legato,nō uitiat utile per inutile,tex.est no.ff.de fal.filius. §.sequens. Idem ait,q̄ in re cōi vbi nō est quæstio totius rei, sed partis socij, tunc admittit̄ socius ad testimonium,quia nihil ei accessit ex vi-
3 ctoria litis.Inn.†Ibi,seu,no.q̄ ista dictio,seu,q̄nque ponitur diuisiue,q̄nque coniunctiue,vt q̄n̄ ponit̄ cum copula, ut in isto cap. q̄nque ponit̄ solute,ut ff.de au.& argē.leg.l.si quis ita,& facit C. de natu.libe l.2.Ibi,aliquid,no.quod dicit,aliquid. nam & si modicam occasionem præstet,aliqd est,ut ff.de fideicom.li.l. ergo. §.3.super uerbo,occasione.vnde ēt modicum cōferentia ad cau
a sam dn̄r ptinentia,[a] tex.est hic sing.Oppo. q̄ mulier non admittatur contra clericum.Item quod nō admittatur in causa crimi-
4 nali.†Item q̄ non admittatur socius criminis. ī̄de ad primum, quòd hic inquirebat̄ ciuiliter ad amotionē beneficij,secus si esset accusatio ad plenā pœnā delicti. Ad ſm respondeo eodem modo.Ad tertiū rn̄.quod admittuntur ad instructionem, nō ad condemnationem,vt ff.de pœ.l.qui ultimo.Item no. quod officiales debent ire cum testibus ad p̄sentandum eos superiori, ne forte arripiant fugam.

ADDITIO.

a Quod no.ad statutū.Dicunt̄ pertinentia.q̄ omnia capitula sint admissa saluo iure non admittendorum in disputatione in fine litis, vt si producantur capitula modicum conferentia,quod debent admitti, & uide omnino Do.Fran. de Are.in cons.99.in cip.Olarissime domi.

SVMMARIVM.

1 *Numerus crescit ex unitatibus,si uniantur in unam conclusionem.*
2 *Non peccat ille,quem humana lex excusat,nisi sit contraria legi diuinæ.*

Leges

BIU Cujas

Leges etiam in foro conſcientiæ ſeruandæ. & quæ.
Conſcientiam veritas non omnis ligat.
2 *Denunciatio vt fiat, requiritur aliquis, qui intelligat.*
3 *Citatio prima, cum eſt executa, non debet quis ad idem vlterius citari.*
4 *Denunciator, & teſtis an idem poſſit eſſe.*
5 *Monitor pro uno teſte reputatur in probatione monitionis.*
Syndicus qui denunciat maleficia, poteſt etiam eſſe teſtis.
6 *Actor, cui defertur ſacramentum in defectum probationis, dicitur ſecundus teſtis.*
Denunciator qualis eſſe debeat, & iurare de calumnia debet.
7 *Denunciatio, an expiret morte denunciantis.*
8 *Denunciationis caſſatio, an peti poſſit, quia nuncians eſt criminoſus.*
9 *Credi, an debeat illi, qui dicit ſe contra conſcientiam non facere.*
10 *Teſtis idoneus nemo eſt in cauſa ſua.*
11 *Criminoſi & infames, an admittantur ad denunciandum.*
12 *Denunciare quis teneatur.*

CAP. IIII.

In omni negocio. Is, qui denũciat, per dictum ſuũ & alterius probat ſe p̃monuiſſe. Et primo ponit dictum, ſecundo illud probat duab. rõnib. prima ratio ibi, quod patenter, ſecunda ibi, Item alibi. Caſus, in hoc capitulo traditur forma, quia qñ quis vult aliquem denunciare de aliquo crimine, debet primo admonere eum inter ſe, & ipsũ ſolum, & hoc probabitur per ſe ſolum & ſi eum nõ audierit, id eſt ſe nõ correxerit, quia auditus hic pro ſatisfactione accipitur, tunc adhibeat unum alium teſtem ſecum, & erũt duo teſtes, vel duos alios, & erunt tres, & ſic ipſe eſt de numero teſtiũ, qđ ꝓbat irrefragabili authoritate Euãgelij dicentis, in ore duorũ, uel triũ teſtiũ ſtat oẽ verbum, Io. 8. ego ſum &c. Deur. 18. ſcribit, duorũ
1 hoĩum teſtimonium uerum eſt.† Ibi, Efficiunt̃ tres, no. qũo numerus ex vnitatib. creſcit, qđ eſt verũ, ſi vnian̄t in vnã ꝯcl̃onẽ: ſecus, ſi diuidan̄t, vñ dicit gl. qđ x. & x. nõ faciunt xx. nec dr̃ ꝺdenat⁹ in xx. ille qui eſt ꝺdemnatus in una cã in x. & in alia cã in alijs x. quod dictum eſt utile ad ſtatuta terrarũ, ſi foret ſtatutũ, ꝙ banni tus in 20. p̃t impune offendi, iſta eſt gl. ſolemnis, ff. de ſol. l. ubi fideiuſſor, ſed ſi quid peccauerit, conditionaliter loquitur per dictionẽ, ſi. oportet igit̃, ꝙ peccet, ſed ille quẽ lex humana excuſat non peccat, niſi ſit ꝺ̃ria legi diuinæ, vt ſi lex humana dat cãm de linquendi, de præſcriptione, c. fi. ſ. de præſcr. alias leges ſacratiſſimæ ẽt in foro conſcientiæ ſunt ſeruandæ, alias ſequereẽt, ꝙ oĩs le
2 gum forma & ſubtilitas deduceret ad inferos, & conſcientia legum eſſet magis dãnata, q̃ maleficiorum. Nõ oĩs ueritas [a] ligat ꝯ ſcientiam, ſed veritas approbata, quæ ducit aliquem actum ad ſuum eſſe, l. nemo p̃t, ff. de leg. 1. ff. de uer. ob. ſtipl̃o, §. alteri, alias legis authoritas, & poteſtas eſſet inanis & vacua, C. de his q ue. æta. l. 1. oportet ergo, ꝙ talis ſit veritas, ex qua ſit ius q̃ſitũ, ut uerbi gr̃a, qñ aliqđ ꝯmercium geritur inter partes, ff. de cond. inde. ſi area. In tex. ibi, inter te, in perſonã facienda eſt, ff. de vi & ui arma. cum a te, & iõ nõ p̃t fieri ad domũ, vbi nullus audit. idẽ, ſi ha
2 bitet ibi inſanus, uel ſurdus, quia † requirit̃ in omni denunciatione aliquis, qui intelligat, ff. de no. ope. nunc. l. cuilibet. n. in uerbo intelligenti, ibi eſt aureus tex. Dic eccl̃ę, ergo ſęcularis iudex in iſta fraterna denũciatiõe nõ ſe dẽt intromittere. Opp. ꝙ ſufficiat vna denunciatio, ff de no. ope. nun. cum proc. §. ſi dn̄s. Sol. ibi plene fuit ſatisfactum, & ſatiſdatũ, & ita eſſet ẽt hic, ſi te audiſſet, iõ
3 litera dicit, ſi te non audierit.† No. ergo, cũ prima citatio eſt exe cuta, non dẽt quis ad idẽ citari ulterius, alias ſic, tene menti. Nã quod factum eſt, faciendum non eſt, ſicut eꝫ faciendum nõ eſt,
3 qđ factum iam eſt, ut no. ff. de dam. infe. l. 1.† Ibi, Duorũ, mala vr̃ hæc allegatio, qa hic non ſunt duo, nõ p̃t. n. idẽ eſſe denunciator, & teſtis, ut ff. ad Turp. accuſatus, §. denunciatores, ff. de cuſt. reo. diuus. Sol. hæc eſt denunciatin medicinalis, ibi criminalis, licet ĩ hac non forma iudicij redigatur ad q̃dam formam iudicij ꝑ ne-
4 gationem & affirmationem partium & concertationẽ.† Dicit Inn. ꝙ in ꝓbõne monitionis monitor pro uno teſte reputatur, ĩ principali ãt ſecus, Inn. Adde, quod in prima monitione ſolus cũ ſolo eſt plenus & ſufficiens teſtis ipſe ſolus, & eſt ſpãle, & eſt argu ꝙ ſyndicus ille, qui hẽt denunciare maleficiũ, poſſit ẽt teſtificari de viſis per eum, qa aliud eſt officium publicum ſyndici, aliud teſtis. Item denunciat fm ꝯſcientiam publicam, ſed teſtificat̃ fm ꝯſcientiã ꝓpriã, & ſunt officia ꝯpatibilia, arg. ff. de adop. ſi
6 ꝯſul.† Itẽ nõ uertitur ꝓprium intereſſe, itẽ ex iſto c. ſume ar. ꝙ actor, cui defert̃ ſacr̃m in defectum ꝓbõnis, dr̃ ſcđus teſtis, ergo dẽt eſſe idoneus, & ſcire factum, de quo poſſit reddere rõnẽ, q̃ dẽt reddere teſtis, ſ. ꝑ ſenſum corporeũ, ſic dico de iſto denũciatore, qđ dẽt factum plene ſcire. i. quod denunciatio ſua ſit vera; & puto, quod debeat iurare de calumnia, ſicut de cęteris, q̃ non agunt̃ in figura iudicii, vt no. ff. de dam. infe. l. qui bona, §. pe. Item dico in iſta denunciatione dẽre. exprimi cãm, ff. de no. ope. nũc.
7 l. 1. iuxta prin. & l. non ullum, §. 1.† Sed an morte denunciantis expiret iſta denunciatio euãgeli. arg. quod ſic, ff. de no. ope. nũc. l. nõ ſolũ, §. morte, & quia eſt actus conſcientialis, qui non trãſit ad hr̃dẽ, vr̃ ẽt qđ expiret morte eius, cui eſt nunciatũ. Sed an p̃t peti nunciationis iſtius confirmatio? Bar. quod ſic, ff. de no. ope.
8 nun. l. de pupillo, §. qui opus nouũ, & ibi glo. no. in ſua mã.† Sed, an p̃t peti caſſatio denunciationis eo forte, quia nuncians eſt criminoſus? rñdeo, ſic. Nam quælibet defenſio poteſt in libellum deduci, vt ff. de no. ope. nunc. l. de pupillo, §. qui remiſſionem, & licet leges loquantur in profana mã, tñ ſatis p̃nt adaptari conſi-
9 lijs aĩæ.† Sed nunquid illi, qui dicit ſe ꝯ conſcientiam non facere, debet credi? reſpondeo, ſic, ſi allegat aliq̃ probabilem causã, alias magis eſt credibilis ſermo ꝯrius, cui lux veritatis exiſtat, vt ſ. tit. 1. c. licet cauſam, alias reus ſemper negaret, & iudicium nõ redderetur in inuitum; quod eſt abſurdum, ff. de uer. obl. l. inter ſtipulantem, §. 1. etiam ſi iuret. alioquin facillimus &c. de iureiu
10 ran. l. 3. §. 1.† Opp. in cã ſua nemo eſt idoneus teſtis. Sol. hic ſpãle, quia utriuſque gratia iudicium ſubinfertur, imo principalius gratia eius, qui denunciatur, vt conſcientia eius mundetur, nec tenetur, ſi habet illæſam conſcientiam, vt no. Inn. de iudi. nouit,
11 †an criminoſi & infames admittantur ad denunciandum? dicit gl. ꝙ non, arg. C. de inoffi. teſta. l. in arenam. Fallit, ſi ſuam, vel ſuorum cauſam proſequuntur, fm Hoſt. ſed tunc non ſunt idonei teſtes ſuper facto principali, ſed ſuper admonitione ſic, quia litera dicit, ſi peccauerit in te. Item ẽt fallit, ſi eius vita notoria labo
12 rat infamia fm Hoſt.† Oppo. ꝙ culpa eſt. Solu. hoc pertinet ad charitatiuam rõnem, uelofficialis correctionem, l. 1. C. de emẽd. propinq. Vñ oĩs, qui hẽt ex officio corripere, tenet̃ denunciare, ſed ſimplex amicus non tenetur, ſed tamen poteſt quaſi liberalis amicus, arg. C. de neg. ge. l. turori.

ADDITIO.

a Vinc. Veritas. God. Adde quod ueritas uerborum adminicula nõ deſerat, Rui. conſi. 172. nu. 130. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Propinquitas per quot & quales teſtes debet probari.*
2 *Senioribus creditur in facto antiquo & melioribus loci.*
3 *Teſtes ſi iurauerant dicere veritatem. & iſta alia, ſcilicet, quod neque odio & c. an iuramentum ſit ualidum.*

CAP. V.

Quoties. Dicitur, quales eſſe debent, & qualiter iurare debent, qui ſuper conſanguinitate deponunt̃ cã matrimonij Caſus. Aliqui volunt ſeparari ratione conſangui-
1 nitatis. Quær̃t, per quot teſtes debeat probari propinquitas.† Itẽ per quaſes teſtes. Item qualiter dẽnt deponere, rñdeẽ ad primũ, ꝙ per duos, vel tres, ad fm, ꝙ de eadẽ ꝯſanguinitate, vel ſeniores eiuſdem loci. ad tertium rñdetur, ꝙ dn̄t dupliciter iurare, primo, ꝙ non reficabitur odio per amicitiam, uel pro aliquo cõmõ, qđ habuerunt, vel hñr, vel habituri ſunt, ſecundo ꝙ proferent rei ue ritatẽ, prout acceperunt a maioribus, & prout credũt ita eſſe. Di-
cit Inn. ꝙ ſpeciale eſt in conſanguinitate, & matrimonio, ꝙ præ-
a ferunt̃ conſanguinei, [a] de prob. ẽt matri. nã & ad ſcripturas parentum confugitur, vt Inſt. de inge. in fi. & ibi no. Ibi, Conſangui nitatem, no. conſanguineos ad teſtificandum admitti in cã mr̃i-
2 monij.† Ibi, Seniorib. no. in facto antiquo magis credi ſenioribus, [b] item magis credi melioribus eiuſdem loci, ad idem eſt argu. C. ubi de ratioci. agi oportet. Ibi, Neque amicitia, ſupple tali, q̃ inducat ſuſpicionem. Nã amicus Plato, ſed magis veritas. Ibi. Commode, ff. de calum. l. quinetiam. Ibi, accepiſſe. i. audiſſe, ff. de aqua plu. arc. l. 1. in fi.† Ibi, & credere, no. adijciendum de credulitate, ubi agitur de probanda antiqua memoria, ſic, ĵ. eo. c. licet, & dic ut ibi dicam, ſed quid, ſi iurauerunt dicere veritatẽ, & iſta alia, ſ. ꝙ neque odio &c. rñ. valet iurm̃, quia continet ſubſtantialem formam, de alijs enim poſſunt ſine iuramento interrogari, quia ſunt appendices examinis.

ADDITIONES.

a Vinc. Conſanguinei. God. Adde, an conſanguinei poſſint eſſe teſtes pro cõſanguineis in cauſa matrimonii Rui. conſi. 150. nu. 16. li. 5.
b Seniorib. Adde gl. quia in l. cũ quid, & ibi latiſſime Doc. maxime Mod. multa notabilia allegant præcipue. Iaſ. d. Bar. So. iu. & Doc. Lance. Decius.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, & clerici, qui cauſam eccleſiæ non procurant, teſtificari poſſunt in ea, & nu.*
Procurator eſſe teſtis pro conſtitutione quibus poſſit caſibus, & num. 8.
2 *Famulus recedens, an poſſit eſſe teſtis.*
3 *Ruſtici, an admittantur ad teſtificandum in cauſa uillę.*
De Vniuerſitatis corpore qui ſunt teſtes eſſe poſſunt in cauſa Vniuerſitatis, & quibus caſibus.
4 *Procuratores plures, uel ſyndici, an poſſint conſtitui in una cauſa, & an ſimul, uel ſeparatim, in genere negociari poſſint.*
5 *Communiones, quæ repellunt teſtem, quę ſint.*
6 *Officiis contrariis, an poſſit quis fungi.*
7 *Priuilegium conceſſum eccleſiæ, an uideatur conceſſum clericis.*
8 *Procurator, an poſſit teſtificari, & nu. 1.*
9 *Cleriei, an teneantur dicere ueritatem, ſi contra eccleſiam ſuam producũtur.*
10 *Epiſcopus, an poſſit teſtificari pro eccleſia ſua.*
10 *Teſtis in cauſa ſua quo caſu poſſit aliquis eſſe.*

Inſuper

BIU Cujas

CAP. VI.

In super statuimus. Prælatus,& clerici, qui causã eccleſiæ non procurãt,teſtificari poſſunt in ea. Et primo ponit dictum, ſecundo determinat
1 ipſum,ſecunda ibi,dummodo.† Caſus. Eccleſia ſanctæ Trinitatis habebat litem cum alio. Quærebatur, vtrum prior, & fratres dictæ eccleſiæ poſſint in dicta cã teſtificari? Reſpon. ꝙ ſic,dummodo vnus,aut duo alij ſint conſtituti ad agendum, & defendẽdum,nam illi,qui ſunt procuratores eccleſiæ, non admitterentur ad teſtificandum. Dicit Inn. ꝙ ſi duo ſint procuratores in diuerſis negocijs,vnus poterit teſtificari pro proceſſu alterius,& alter alterius,arg.ff.de tu.&cu.da.ab his l.Romanus,ergo idem in generali procuratore,ſi acceptat mandatum ad vnam ſpeciem, ad alteram non:idem ſi poſtea renunciauit, quia non inuenitur
2 prohibitum eum teſtificari,ẽt ſi habuiſſet ſpeciale mãdatũ. † Et
a eſt ar.pro famulo [a] recedente,vt poſſit eſſe teſtis, niſi receſſerit ĩ fraudem,& eſt iſta optima ſimilitudo:quia procurator famulus eſt in illo actu. Idem ait,quod ſi formatur libellus in perſona p̃la ti,vel vicedñi,ſiue per procuratorem ſuum,non p̃t eſſe teſtis, ſecus,ſi in ꝑſona Collegij,arg.ff.de his quib.vt indig.l.tutorẽ. No. ꝙ illi,qui ſunt de corpore eccleſiæ, & prælatus,admittunt̃ ad teſtimonium in cã eccleſiæ, dummodo ipſi nõ ſunt procuratores
3 in cã † Scdo no. ꝙ in cã vniuerſitatis admittũtur ad teſtificandũ illi,qui ſunt de corpore uniuerſitatis eiuſdẽ, ergo ruſtici admittuntur ad teſtificandum in cã villæ,quod verum eſt, niſi ſinguli ſperẽt commodum,vt in nemore pro beſtijs hoĩum villæ, licet gl.innuat ꝓrium,in l.ſicut,ff.quod cuiuſ.vni.no. & in hoc exemplo gl.eſt ibi valde ſing.vel metuat immediatum damnum, puta impoſitionem collectæ pro ſolone debiti cõis, vt ff. ꝙ cuiuſ. vni.l.j.§.quib.ſed ſi hoc non timent,quia villa hẽt aliunde, vnde ſoluat debitum,tunc bñ p̃t teſtificari,ff.de re.di.l.in tm̃, §. uniuerſitatis,ff.de ĩ ius voc.ſed ſi hac §.manumittit̃,& ibi per Odof. C.eo.parentes,per Cy.& facit,ff.de leg.j.ciuitatib. & l.ſi hæres,§.
b vices,& ff.ad Treb.oĩb.vñ ſi relinquit aliquid ciuitati,ciues [b] poſſunt eſſe teſtes huius teſtamenti,quia titulus relicti non acquiritur ſingulis,ſed ſoli vniuerſitati,vt C.de ſacroſ.eccl.l.fi.nec competit alicui aliquod ius agẽdi,niſi hẽat mandatum,vt hic,& ff. ꝙ cuiuſ.vni.l.nulli,& no.ff.de pac.l.idem magiſtri.hoc tñ mandatũ p̃t dare conſuetudo,& erit mandatarius proprie procurator mãdato legis,vt d.l.nulli,&ff.quod ui aut clam.l.prohibere,§.plane. Nõ ob.ff.iu.ſol.l.3.§.ſed ſi forte,ꝙ ibi lex non vult mandare,ſed
4 ſine mandato permittere,& ille tex.eſt elegans. † No. ꝙ in una cã p̃t ꝓſtitui plures procuratores,vel ſyndici, vt ſi quidam ꝓſtituuntur pro diuiſo,puta, A,qñ erit præſens,& B,qñ,A,erit abſẽs ſeruatur forma mandati. Si ãt pro indiuiſo, quilibet erit proc. ꝓ parte,A,hñs mandatum cum alio,non ſolus,vt.ff.de proc.l.pluribus:ſi ãt quilibet in ſolidum,melior eſt ꝓdõ occupantis. i. prius li.cõte.vt d.l.pluribus,& ar.ff.de ver.ſig.l.ſi Titius,& Seius. Si ãt dictum ſit, ꝙ non ſit melior conditio occupantis, dic ut in c. ſi duo,de proc.lib.6. Et ſcias ꝙ plures procuratores,ꝓ indiuiſo officio p̃t conſtitui in iudicio ex parte actoris,ſed non ex parte rei, vt ff.de proc.l.ſi quis procuratoris,§.vnius, in negocijs ãt non eſt actor,uel reus,ſed in cõi negocio uterque dẽt intereſſe,fallit ꝓp publicam utilitatem nauigantium, & ſiſium, vbi ꝙlibet vĩ hẽre mandatum in ſolidum,tñ ſi iuuicem ꝓriantur, dum actus eſt in fieri,melior eſt condõ prohibentis, niſi mandans declaraſſet uoluntatem ſuam,quid & qualiter,hæc probãtur per has leges ſingulares,ff.de exercito,l.1.§.ſi plures,ff.de cur.fur.l.conſilio, §. fi.
5 ff.de uer.ob.l.qui Romæ,§.Callimachus,&c.† Adde,ꝙ quędam eſt cõio,q̃ diſtribuitur in partes rei,puta dñij:q̃dam eſt, q̃ diſtribuitur in partes commodi,vt ſeruitus cõis;& iſtæ duę ſtãte cõio ne repellunt teſtem,q̃dam eſt cõio officij & ptãtis,de reſcr.eam te.q̃dam cõio patrimonij alicuius vniuerſitatis,vt molendinorũ cõis Bononiæ,&hæc non repellit,quia non cadit in ſingulis,alia cõio aquæ fluminum publicorum,& viarum publicarũ,& actis de cęlo,& venti,cum ſi.hæc non repellit,ꝙ non eſt de bonis noſtris,ſed in bonis Dei,vt ita dixerim,ut ff.de iureiur.l.ea eſt natura cauillationis,quam gl.no.alias ſequeretur, ꝙ ſuper his, q̃ ſunt cõia tõti humano generi,non reperiretur aliquis,qui poſſet eſſe teſtis. Ex his ergo apparet,ꝙ cõio alia eſt diuiſibilis,& viſibilis, alia eſt inuiſibilis,alia publica, alia cõis humanitatis, & omnium
6 animantium vitæ neceſſaria,& qualiter ꝓbetur teſtib. † Vlt.no. ꝙ quis non poſſit ꝓrijs officijs fungi. ſ. aduerſarij, & teſtis, ſicut non poteſt quis eſſe procurator actoris,& rei,ff.de proc. licet, §. pe.quamuis,ſi unus eſt tutor duorum pupillorum, quorũ unus agit contra alterum,poſſit utrique auctorizari,ut dicit l. illa ſolẽnis,ff.de auct.tu. l.accipiẽtis.quia aliud eſt agere,aliud auctorizari.Item poterit in animam utriuſque pupilli iurare de calumnia
7 ſi conſcientia tutoris eſt indifferens,ꝙ eſt no.dignum.† Opp. ꝙ priuilegium conceſſum eccleſiæ vĩ conceſſum clericis,vt no.C. de ſacroſan.eccl.qui ſub prætextu,ergo clerici non p̃t teſtificari. Solu. ibi intellr de priuilegio,ꝙ p̃t clericis adaptari,hic in alia
8 re,vel dic,quòd illa gl.non eſt ꝓ,ſed eꝓ.† Oppo.ꝙ ꝓcurator poſſit teſtificari,ff.de iu.fiſ.deferre.§.idem decreuerunt.Sol. ibi non teſtificatur in officio,ſed exͤ officium,finitum enim erat officiũ, vel hic erat in iudicio,ibi in ꝓctu fuerat procurator, & non pertinebat amodo ad eum negocium, nec ẽt ad ſolicitudinem, nec ad rem ipſam,nec alio modo. Sed quare procu.functus officio
c ſuo,ꝓcurator ẽt admittitur in teſtem, & non proxeneta? [c] rñ. qa proxeneta habuit ſalarium, ſed procuratoris officium adeo eſt gratuitum,ꝙ non p̃t petere officio iudicis ſibi aliquod ſalarium
9 conſtitui,vt ſin.no.in l.1.ff.de var.& extraor.cog.† Quęro,an clerici teneantur dicere ueritatem ſi ꝓ eccleſiam ſuam producunt̃ rñ.ſic,ſi eccleſia eos produxit pro ſe,argu.C.de tem. in inte. reſt. l.pe.& l.fi.C.de fru.& li.expen.no. ĩ.eo.cum nuncius, ff.de teſt. l.
10 lege Iulia,maxime in cã criminali.ff.de quæſt.l.maritus.† Quæro,nunquid eps poſſit teſtificari ꝓ eccła ſua? rñ. non in cã mẽſæ ſuę,ſed ſic in cã cõi. Exͤ op.ꝙ in cã propria quis teſtificatur,ut Inſti.de reſt.§.legatarijs.So.ibi non teſtificatur pro ſe.ſed pro teſtamento non nominando ſe,alioquin, ſicut non poteſt ſibi aſcribere uoce mortua,ita nec uiua uoce,ff.ad l.Corn.de fal.l.1. licet ex ſcripto puniretur,non ex uiuæ vocis teſtimonio,quia in legato nuncupatiuo abſque obtentu ſcripturæ nõ habet locum illa pęna, cũ non inueniatur legecautum ſm Dy. pro reliqua autẽ parte teſtamenti extra ſe non eſt dubiũ,ꝙ ſcriptura, & uiua uox valet,quatenus non eſt ſuſpecta,dicit l.illa notabilis,ff.de Fal. l.filius,§.ſequens quæſtio,& dixi ſupra eo.c.quoniam.

ADDTIONES.

a Vinc.God.Famulo.Adde quod admittitur in teſtem ad probandum eſtimationem rerum ablatarum.Bar.in l.ſi quando,col.fi.C.vnde vi. & admittitur pro domino ad probandum factum fuiſſe ad defenſam. Bald.in l.parentes, C. de teſtib.Spe.tit.de inquiſi.§.2.ver.ſed nunquid eos.

b Vinc.God.Ciues.Adde quod ciuis originarius ſtatutis conditis poſt translatũ alio domicilium,non obligatur,Rui.conſi.200.nu.13.lib.2.

c Vinc.God.Proxeneta.Adde quando proxeneta poſſit eſſe teſtis in contractu in quo ipſe interuenerit,Alex.conſi.28.Ponderatis,nu.1.& 2.lib.2.& conſi. 13. nu.14.lib.primo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſi non admittatur contra teſtes,licite poteſt appellari, in princ.*
Beneficium eccleſiaſticum,an & quanto tẽpore poſſit præſcribi,& an aliud, & num.2.
2 *Confirmatio præſumitur ex diuturnitate temporis, & ex negligentia.*
Ciuitas,& caſtrum eccleſiæ præſcribi poteſt.
Amplius adiecta dictio quid operetur.
3 *Vaſallus quando per longiſſima tempora ideo non ſeruiuit domino, quia dominus nõ habuit neceſsitatem talis ſeruitii,an currat aliqua præſcriptio.*
4 *Sententia reuocata non permittitur interim quis moleſtari eius occaſione.*
Ad probandum cum quis admittitur,videtur & exceptio admitti.
5 *Excipiens ad conſequendum effectum ſuæ excep. debet probare exceptionẽ eſſe veram in cauſa ap.ſicut in cauſa primordiali.*
Vitatio cuiuſpiam,an inducatur per priuationem beneficii.
Priuatus clericus beneficio,non eneruatur a clero.
6 *Clericum,an quilibet de populo poſsit accuſare de fornicatione.*
Accuſare ſi quilibet permittatur a ſtatuto,intelligitur de populo ſtatuentiũ.
Proceſſum impedit exceptio,tua non intereſt,& quo caſu.
Ad fundandum perſonam,& actionem quid inſpiciatur.
Perſona fit legitima, non obiecta declinatoria per proceſſum ad vlteriora.
7 *Procurator,an admittatur ad accuſandum.*
8 *Contra teſtem,quod in alia cauſa fuit conuictus de periurio,an poſſit obiici.*
9 *Exceptiones,an impediant,quo minus teſtes examinentur,& nu.10.& 11.*
10 *Exceptio ſi ſit ipſo iure probata,teſtis non debet examinari, & nu. 11.*
Inimicus nullus præſumitur.
11 *Recipi non debet teſtis,cui opponitur,quod ipſe eſt criminoſus & famoſus, ſecus in occulto crimine.*
Ex teſtis crimine duæ oriuntur exceptiones,declinatoria perſonæ.ſ.& perẽptoria,& quæ nam ſit.
Teſtis,qui contradicit ex altera parte producto ex eo ſe iuuare non poteſt,& ratio.
12 *Exceptio,an perimat teſtẽ,et eius depoſitionẽ ipſo iure,an elidat et obrũpat*
13 *Teſtes ſi aſſerant aliquid eſſe publicum & notorium,tamen non probant,ſi eorum perſonæ reprobantur,& poteſt appellari.*
Crimen teſtibus poteſt obiici,licet non ſit per circunſtantias declaratum, tamen poſtea debet in probationibus declarari.
14 *Factum contra appellationem,& ea pendente non reuocatur,niſi conſtet de veritate canſarum,& de iuſtitia appellationis.*
Innouare appellatione pendente,vel dilatione,quando liceat,& numero 15. 16.& 17.
15 *Appellatione pendente poteſt damnatus ad mortem facere teſtamentum,ſicut ſtatu liber.*
16 *Epiſcopus ſi mandauit iudici ſæculari ne faceret nouitatem, & creditor fecit capere alium,an dicebatur eſſe facta nouitas.*
17 *Nouitas interim fieri poteſt circa fideiuſſorem contractus.*
Teſtes,uel probatio admittitur poſt cognitionem teſtificationum non admiſſi antequam publicarentur.
18 *Appellans,an debeat probare.*
19 *Appellationem ſuam iuſtificare an quis debeat,cum appellat ab interlocutoria.*

Sen-

BIU Cujas

Sententia interlocutoria valet indiſcuſsis exceptionibus, niſi appelletur.

20 *Iudex, qui pronunciauit bene appellatum ab interlocutoria irritat quicquid poſtea factum eſt in executione dictæ interlocutoriæ.*

Sententia ſi continet multa capitula diuerſa, retractatur capitulum dũtaxat iniuſtum.

21 *Ad iudices, an pertineat defendere remiſſum per eos in poſſeſſionem.*

22 *Victo ſi imponatur ſilentium, an ſententia ſit executioni mandata.*

Sententia vix recipit executionem plenam in factis negatiuis.

23 *Falſum ſi quis expreſſerit, an debeat remitti ad priores iudices, & in expenſis condemnari.*

24 *Procedendum eſt tanquam lite pendente, ſi quis per errorem dixerit ſe depoſitum, cum non eſſet.*

Error in reſcripto, qui non afficit aduerſariuu, non officit reſcripto.

25 *Teſtes reprobatorii, an cogantur ad teſtificandum.*

CAP. VI.

Ex parte Adæ. Iſtud c. ꝓueuit reputari difficile, & ĩ hac parte ſubſtantiali hoc intendit, ſi teſtibus opponatur exceptio, quod ſint criminoſi, & per iudicem talis exceptio non admittatur, licite appellari poteſt, & primo ponit querelam ſacerdotis, ſecunda ibi, Mandamus, iudiciũ datio, & Papæ rñſio. Caſus presbyter Adam poſſederat pacifice eccleſiam de Culmo per ꝛo. an. & vltra, modo quidã miles maleuolus ipſius impetrauit literas, quod ſi d. Adam fuiſſet filius ſacerdotis illius, qui immediate ipſam eccl̃am rexerat, & vt publicus concubinarius, remoueretur ab ipſa eccleſia, poſtea dictus miles per interpoſitam perſonam petijt ex dictis cauſis d. Adam priuari eccleſia antedicta & produxit quoſdam teſtes laicos infames, vt d. Adam dicebat. Sed dictus Adã ꝯ allegat ſe canonice inſtitutum, & longiſſimum tp̃s poſſeſſionis, & dicebat dictos teſtes laicos infames, & reprehenſibilis vitæ, nec non latrones manifeſtos, & quoſdam alios in cã de periurio conuictos non recipiẽdos, cum hoc ſe diceret probaturum, & ne reciperent appellauit ad Papam, iudices non admiſſis exceptionib. receperunt teſtes, & atteſtationib. publicatis priuauerunt d. Adam eccleſia antedicta, q̃ poſtea filius dapiferi. i. coqui militis occupauit, ſed dictus Adam ſignificauit hoc Papæ proſequendo appl̃onem Papa mandat nouis iudicib. ꝙ dictam ſnĩam caſſent, ſi lata fuerit per teſtes nõ idoneos, & ſi dictus poſſeſſor hret literas confirmationis, dicta eccleſia dicto Adæ reſtituatur, nec inde de cætero moleſtet. Si uero veritas aliter ſe hret, i. quia cã deciſa non eſſet, cauſam audiant, & fine debito terminent, præcipiendo etiam teſtib. ipſius Adæ, & eis mandando, ꝙ ſuper dicta cã perhibeãt teſtimonium veritati conclude, ſi eſt iudicatum iuſtificata appl̃one dẽt reſcindi pronunciatum, & quicquid ex eo eſt ſecutum. Si uero non eſt iudicatum, tunc recipiantur teſtes Adæ, & fiat iuſtitia diſcuſſis diſcutiendis, & no. hic, ꝙ valet reſcriptum alternatiuum, & ſi ſunt membra quõdlibet per ſe, ſufficit vnum eſſe verũ licet alterum ſit ſubreptitium, habuiſti tex. ſup. de reſcr. inter cæteras.

a Ibi, Canonice, ſed nunquid hoc præſumit̃ ex tp̃is diuturnitate, [a] vr̃ ꝙ ſic, vt ff. de vſut. l. cum de in rem verſo. In ꝓrium vr̃ finis iſti ca. & hæc vera, quia fictio legis, cum de in rem verſo, non hẽt lo

1 cum in ſpiritualibus. † Ibi, & 30. Sed nunquid bñficium eccl̃aſti cum tanto tpe præſcribit? rñ. non, quia tituli nõ acquirunt̃ p̃ſcriptione, v. g. qui titulo ꝓſcribit putatiuo pro emptore, licet prẽſcribat rem, nõ acquirit titulum ꝓ emptore, ſolus. n. titulus pro ſuo, acquiritur præſcribendo, vt ff. de vſuc. Celſus. Sed in bñficialibus nihil p̃ſcribi põt, vt hic, & in c. ordinarii, de offi. ord. lib. 6. loquor in bñficijs eccl̃aſticis. Nã bñficia tpalia, & feuda præſcribunt ſpatio longiſſimi tp̃is, vt in c. ſi quis per 30. ſi de feu. fue. cõtro. co. x.

2 † Ex diuturnitate tp̃is præſumitur cõfirmatio, vt C. de his, q̃ a nõ dño manumittuntur, l. fi. Ex negligentia, vt no. s̃. de reſcrip. c. ex parte. Et ſic ex negligentia perdit quis gratiam & poſſeſſionem, de vſuca. fur. §. fi. de dam. infec. prætoris officium, in prin. Ciuitas & caſtrum eccleſiæ põt præſcribi. de poſtu. prẽla. bonẽ, & ibi per Inn. ſed eccleſia in titulum non põt præſcribi, vt hic. Ibi, & amplius nihil operatur hæc adiectio, quia incerta, ff. de in litẽ iuran. l. cum furti, niſi ad hoc tm̃, vt videatur quis ſe aſtringere ad certã formã tp̃is. Item vt probari poſſit de quolibet tempore latiori,

3 facit c. ſancimus, de feu. ſine culpa non amitten. eſt † & ibi admirabilis caſus, in quo nulla mundi præſcriptio currit, videlicet ꝙ vaſallus ꝑ longiſſima tempora non ſeruiuit dño, quia dñs nõ habuit neceſſitatem talis ſeruitij, per hoc enim nõ præſcribit ſe in libertatem, & quia nullum tp̃s hoc patrocinatur. Ibi, Vel publicè, no. reſcriptum alternatiuum valere, & ſufficere alterã partẽ eſſe veram. Ibi, Per interpoſitam, no. ꝙ in cã priuationis bñficij admittitur procurator. Ibi. Non eſſe recipiendos, no. teſtes infames, & manifeſte criminoſos examinandos nõ eſſe. Ibi, Diceret, aliud eſt dicere, intẽdo ꝓbare, aliud eſt dicere, intẽdo ꝓfeſtim, & ſine mora probare, vt j̃. patebit. Ibi, Adiudicauerũt, ꝓB, ſignificat priuationẽ, s̃. de reſ. c. 2. & c. inter cæteras, ꝑ d. ſignificat habitũ. Ibi, Occupatã, & ſic in executione ſnĩæ fuit proceſſum, tñ caſſat vno & eodẽ iudicio, vt l. j. §. neceſſarios, ff. ſi mu. ven. & arg. ff. de min. ſi ex cã, in prin. Itẽ no. ꝙ dẽt loqui de cã, per q̃ factum iudi-

b cis reuocet̃. Ibi, Caſſata. i. caſſa [b] & irrita nunciata. Ibi, confirmationis, no. ſnĩa caſſata ruit, per ꝯſs ipſius confirmatio impetrata.

4 † Ibi, Non permitatis, no. ꝙ reuocata ſnĩa non permittitur interim quis moleſtari eius occaſione. Ibi, Aliter, quia alia ratio proceſſum reformat, ar. C. de tranſa. l. interpoſitas. No. aliter & aliter ꝓcedi ſm̃ varietatẽ actorum. Ibi aſſertionis, i. exceptionũ ꝓductarum ꝯ teſtes, q̃ ſunt probandæ, ſi lis pendet. Itẽ no. ex quo Papa

5 dicit eũ admitti ad probãdũ, ꝙ vr̃ exceptionem admittere. † Ibi no. ꝙ excipiens ad ꝯſequendum effectum ſuæ exc. dẽt probare exceptionem eſſe veram in cã app. ſicut in cã primordiali, quia appl̃o non releuat ab onere probandi, ſm̃ Ber. & ex hoc colligi-plura notabilia. Primo, ꝙ ſi laicus impetrat remotionẽ clerici, literæ cẽſentur ſubreptitiæ, ſi tacuit ſe eſſe laicum. Oppo. iſte Adã dicebat̃ publicus fornicator, & ob hoc poteſt vitari, ergo & denunciari, dicit Inn. ꝙ nõ ſequitur, ſed certe imo, quia finis remotionis eſt vitatio, arg. l. oratio, ff. de ſponſa. Item, ꝙ poſſum ꝓpria auctoritate, multo fortius per iudicem, vt no. Inſt. de li. §. multis, & ibi bona gl. tene dictum Inn. q̃a aliud eſt priuatio quo ad oẽs, aliud eſt vitatio, quo ad certam perſonam Sed nũquid priuatio eneruet eum a clero? rñ. non, ſed ſolum a beneficio, ff. de auct. tu.

6 & ſi plurib. in gl. ſing. † Op. fornicatio in clerico eſt crimẽ publicum, ergo q̃liber de populo accuſare p̃t, rñ. imo nõ põt, niſi ille, cuius intereſt, v. g. patronus, parochianus, nã iudex ex officio dẽt repellere eos, quorũ nõ intereſt, ẽt ſi lege nõ caueat̃, iſte tex. ẽ ſo lẽnis, ff. de dam. infec. l. q̃ bona, §. qui dãni. Dicit Bar. ꝙ ſi ſtatuto cauet, ꝙ de priuato delicto puta de furto, vt dicit illa gl. no. ff. de cõd. ob cau. l. pe. q̃libet poſſit accuſare, intel̃r de illo populo ſtantiũ non de exneo populo, ff. de no. ope. nun. de pupillo, §. ſi in publico, optime facit gl. noſtra. Quæro, nunquid, ex quo non intereſt ſua, an impediat ꝓceſſum, rñ. ſic, ſi ex ea orit̃ exceptio declinatoria, & hoc caſu poſt li. conte. non põt opponi, vt no. Inn. de accu. ſup his, quia dẽt examinari ſeorſum a principali, ſecus, ſi intereſſe deducat, ut terminus litis nõ impediat proceſſum. Porro neutro caſu reddit iudicium retro nullum, ut dicit, l. no. ff. de innof. teſt. poſſunt, §. primo. Et ſcias, ꝙ ad perſonam fundãdam in iudicio, inſpicit̃ intereſſe: ſed ad fundandam actionem, ſi ꝑſonalis eſt actio, itẽ. ſi realis, nõ inſpicitur intereſſe, ff. de ſerui. quories, q̃ l. eſt no. ad hoc. Op. ſi literę ſunt ſubreptitiæ, Papa debuit caſſare proceſſum pendentem? rñ. imputet ſibi non obijciens, q̃ ꝓceſſit ad vlteriora, q̃a perſonam legitimaſſe vr̃, ut dicit, l. illa no.

7 ff. de iud. ſed & ſi ſuſceperit. † No. admitti procuratorẽ ad accuſãdũ, & ſic ẽ ꝯ, ff. d̃ pub. iud. l. pe. §. ad crimẽ. So. d̃t Inn. ꝙ admitti tur ad libellum producendum, vel ad vnum articulũ, nõ ad plenam defenſionem, dic ꝙ procu. conſtitutus ad litẽ conteſtandã, non admittitur in capitali cauſa, quia iſte articulus traheret ad ſe totum proceſſum, vt dicit l. illa no. ff. de procu. qui ꝓcurator. dat. nec eꝯ ad excipiendum peremptoriè, etiam ſi poſſit examinari ante li. conte. ſicut eſt exceptio banni perimentis accuſationem in libello comprẽhenſam ſm̃ Iac. de Bel. ſecus, ſi non perimeret ius principale, vt ad excipien. de excõicatione, quia tunc admittitur, quia exceptio iſta nihil habet commune cum publico crimine, arg. ff. de mino. Papinianus. Item dic, quod in cap. noſtro

8 non erat cauſa capitalis. † No. ꝙ contra teſtem poteſt obijci, ꝙ in alia cauſa fuit conuictus de periurio. Nam hoc vr̃ falſum, vt dicit, l. illa no. ff. de infa. Lucius. Itẽ regula iuris, res inter alios acta. Sol. hæc exceptio nõ omnino perimit teſtem, ſed debilitat, vel dic, aliud de iure ciuili, aliud de iure can. Not. ꝙ teſtes, q̃ non debuerũt recipi, recepti tñ probant, ſed dñt appellare. Op. ff. de q̃ſt.

9 l. maritus. Sol. ibi iſte erat ꝓhibitus deponere, hic non. † Oppo. ꝙ iſtæ exceptiones non impediant, quo minus teſtes examinent, qm̃ ſunt examinandi & publicandi, & tunc probabitur ꝯ perſo-

c nas. c non enim ob. didiciſſe teſtificata, quia examinatur ſeorſim a principali. C. eo. auth. ſi teſtis. & eſt rõ, quare reſeruantur nõ opponendo, ſed probando, quia ſi teſtes nihil probant, non intereſt opponentis probare contra perſonas, & ideo tanquam præambulum permittitur examinatio, vbi autem prius admittitur excipiens in perſonas ad probandum, eſt, ne vllum adminiculum ſumatur ex probationibus eorum, ſi forte contingeret eos proba-

10 re. † Dico ꝙ aut exceptio eſt ipſo iure probata, & teſtis non dẽt examinari, aut probanda. tũc aut offert ſe ſtatim probaturum, & idẽ, aut non aſtringit ſe ad ſtatim probandum, & tunc aut objici tur teſti ſeruitus, & dic vt in d. auth. odiũ, & tunc refert, aut teſtis ſe ſponte offert, & tanquam ſuſpectus repellit̃, arg. ff. de arb. non diſtinguemus. §. cum quidam. aut non offert ſe, ſed iudex eũ cogit,

---

ADDITIONES.

a Diuturnitate. Adde multa per d. Iaſ. in §. præiudiciales, in antepe. co. cum ſeq. & Inſti. de act. adde etiam Barb. conſi. 9. col. 17. in 2. uol.

b Vinc. God. Caſſa. Adde quod caſſare præſupponit ſcripturam caſſatã, validã. Corn. conſi. 30. videtur litera, b. lib. 3.

c Perſonas. Vide hic per Do. Fel. col. 5. ad fi. & in col. ſeq.

BIU Cujas

gīt,& tunc aut eſt ſuſpectus ex legis diſpoſitione, & nō dēt exa-
a minari,vt l.j.C.ſi quacunq; p̄ditus poteſtate.Aut dī inimicus,[a] tñ
nō ꝓſtat,& tūc diſtingue,ut d.auth.ſi teſtes,ut not.ff.de arb.licet
& ibi bona gl. Etſcias, ꝙ null⁹ p̄ſumīt inimicus.text.eſt no.in d.
12 auth.Aut†obijcīt teſti,ꝙ eſt criminoſus & famoſus,&nō dēt re
cipi, ut hic.Si aūt oppo.crimen occultū,dēt recipi,& poſtea reci
pientꝫ ꝓbationes ꝓſonarū Publicatis igīt atteſtationibus diſputa-
bīt, an valeant,necne,& ſi ꝓbāt,ad eas elidēdas,recipientꝫ ꝓbatio
nes ꝯ ꝓſonas teſtium.Si aūt non ꝓbant,tunc ſuperuacuo repro-
barentꝫ ꝓſonæ,q non poſſunt dici teſtes,eo ꝙ nihil teſtificānt, &
ita debes intelligere gl.Ber.Oppo.ꝙ ſi crimē obijcīt teſti,iſta q̄-
ſtio eſt præiudicialis & emergēs, ergo debet prius terminari,vt
C.ad l.Fal. de pla. l.præſes.C.de adul.l.quoniam Alexādrum.Itē
criminalis,ergo maior,ut C.de ord.iu.l.fi.So.circa iſtud, ꝙ dicīt
de iſta emergēte, eſt ratio,quia eſt reprobatoria,ergo ex natura
li ordine ipſorū actuum primo debet præcedere probatio , quā
reprobatio,ſicut nec priuilegia,niſi prius inſpiciatur,de falſitate
poſſunt redargui,vt ĵ.de fi.inſtr.c.accepimus.ff.de trāſa.l.de his,
& ibi per Cy.in additio.Conſidera,ex crimine teſtis oriunt duæ
exceptiones,id eſt duæ excipiendi formæ.ſ.declinatoria perſonę
teſtis,& propterea debet excipi vel proteſtari ante factū.i. anteq̄
teſtis iuret,uel ſtatim.i.in eodem contextu.eſt & alia ratio,qa ſi
non proteſtatur,conſentire videtur. C. eo. ſi quis teſtibus.nā cū
teſtis iuret pro vtraque parte,i pſe enim videtur tacite ꝓduxiſſe,
niſi contradixiſſent,porro ſi contradicit,nō prodeſt ſibi dictū te
ſtis ab eo non producti,ſed reiecti.Item oritur exceptio perēpro
ria dicti,& per hoc per indirectum eſt peremptoria negocij, qa
fundamentum negotij ſunt probationes,& ex hoc poteſt proba
ri poſt publicationē teſtiū,ut hic not. dicitur , & hæc vtraq; par-
te præſente.Sed ſi contra abſentem recipiuntur,poteſt ſine ꝓte-
ſtatione obijcere in perſonas , & eſt ratio,quia abſens habetur ꝓ
contradicente.Caue tibi,quia iſta ratio eſt falſa.nam ſequeretur,
ꝙ non poſſet ſe iuuare,ſi teſtes pro ipſo teſtificarentur.vnde vera
ratio eſt per regulam qui tacet,de reg.iu.li.6.illud ſciens,ꝙ ſi ex
ceptio eſt ipſo iure ſemiplene probata per iur.præſumptionē,qa
continentia probationis non debet diuidi,ſtatim admittīt ad cō
plendam probationem,nec differtur,vt d.auth.ſi teſtis.& facit ꝙ
12 magiſtraliter no.in l.nam & poſtea,in prin.de iureiurā.† Quero,
nūquid exceptio perimat teſtem,& eius diſpoſitionē ipſo iure,
an elidat & euellat.i.obumbret?reſpon.antequam ſit pronuncia
tum pro ipſa,elidit.ſed poſtea ipſo iure perimit.Caſus eſt vnicus
13 in iure.ff.de fideiuſſ.ſi plures,in prin.† Itē no.ꝙ licet teſtes aſſe-
rāt aliquid eſſe publicum & notorium,tamen non probār,ſi eo
rū ꝓſonæ reprobantur,& poteſt appellari,quia non faciunt fidē.
nec dicitur appellari a notorio,quia teſtibus eneruatis ſequīt , ꝙ
de notorio conſtet,tex.eſt valde notabilis,argum.ff.de teſt.mi.di
uus,no.in § licet.not.ꝙ crimen poteſt obiici teſtibus, licet non
ſit per circunſtantias declaratum,tamen poſtea in probationib.
per circunſtantias debet declarari Item in poſitionibus,ſi fiāt,&
14 in articulis.c.præſentium,eo.ti.lib.6.†No.in ver.mandamus,ꝙ fa
ctum contra appellationem,& ea pendente non reuocatur,niſi
conſtet de veritate cauſarum,& de iuſtitia appellationis.Opp.ꝙ
imo debet ſtatim reuocari antequā procedatur ad vlteriora. ff.
nil no.ap.pen.l.j.Nam factum eſt dilatione pendente,&cōtra or
dinē iur.vt in c. non ſolum, de ap.lib.6.Solu.dicit gl. hic fuit ap-
pellatū ante diffinitiuā,unde iudex erat in plena iuriſdic ibi poſt
diffinitiuam,ubi iudex,a quo,erat functus officio ſuo,& ideo fa-
ciliter reuocaī.ꝯ hoc oppo.de l.chyrographis.§.j. ff.de admi.tut.
ubi dicitur,ꝙ iſta reuocatio fit demum victoria ſecuta,& tamen
ibi erat appellatum a diffinitiua.Solu.ibi extra iudicium fuit in-
nouatum contrahendo,cum etiam rē alienam quis poſſit vēde-
re,nedum ſuam, ſecus, ſi authoritate iudicis an quo aliquid fie-
ret,quia tū contrario imperio iudicis,ad quem , cuius iuriſd.of-
fendetur.ſtatim reuocaretur,& uide Bar.ff.de do.l. poſt contra-
ctū.ff.de app.cū ex cauſa.Sed op. ff.ut lega.no.ca.poſtquā.§.Im-
perator,ſed ibi eſt innouatio permiſſa li.pen.hic prohibita.Item
op.quia lata ſententia cōtra teſtem,ſi appellet,poteſt interim te
ſtificari,& ſic innouare,ut no.ff.de infa.l.furti.§.j.So.illa innoua
15 tio nō tangit cām,ſup qua fuerat appellatū.† Ex his concludīt,
ꝙ appellatione pendēte poteſt damnatus ad mortem facere te-
ſtamentum ſicut ſtatu liber,ꝙ verum eſt.Item ſcias,ꝙ ille q̄ nō
defert appellationi ꝓprię,ſed interim aduerſarius expellitur, vi-
detur appellationi renunciare & ſententia eoipſo trāſit in rē iu-
di.ſ.de reſcrip.ex parte S.& raro alibi inuenies,ſecundū Ber. Itē
b oppo.l.dicit,ꝙ appellatione pendente aliquid [b]innouatur.ff.mā.
l.creditor,in prin.vbi eſt gl.ſing.So. ibi id quod innouabīt , non
poterat expediri eodē iudicio,quia contra aliam perſonam , cō
tra quam nō poterat exequi iudicatum , nec pendebat lis nec.n.
ibi erant complices eiuſdem iudicij,aliaſ ſecus,C.de diuer.reſc.l.
j.quæſtio fuit de facto,duo erant cum iuramento principaliter ī
ſolidum obligati,vnus fecit ſe abſolui a iuramento,cum diceret
16 inſtrumentum eſſe fœneratitium.† Epiſcopus mandauit iudici
ſeculari ne faceret nouitatē,creditor fecit capere aliū , quereba
tur,vtrum dicebaī eſſe facta nouitas ? allegabaī ꝙ ſic.ut d.l.i.C.
de diuer.reſcrip. in cōtrarium allegabatur gl.d.l.creditor.quod
verū eſt,quia abſolutio a iuramento nō eſt facta,niſi de eo, qui
17 petit ſe abſolui,unde non ſunt conſortes eiuſdem litis. † Ex his
ſequitur talis ꝯcluſio,ꝙ cōtra fideiuſſorem contractus , interim
poſſet fieri nouitas,ſed non cōtra fideiuſſitis,vt C.de vlu.rei iud.
l.fi.& ff.man.ſi remunerandi.§.Mauritius.tene mēti.illud eſt cer-
c tum,ꝙ forus epiſcopi nō eſt aprus, niſi prius ſit facta abſolutio
a iuramento,ĵ.de iureiu.c. 1.Itē no.in ver.mandamus,ꝙ poſt di-
dicita teſtificata poteſt Adam probare de iure ſuo, & ſic videī
obſtare ĵ.c.fraternitatis,& in Authē.de teſtib. §. quia uero,& ꝙ
no.ff.de rei vend l.officium.Sol.regula de qua tu opponis.fallit,
vbi ad probandum de iure ſuo iudex non admiſit eum ante didi
cita teſtificata,quo caſu poteſt probari poſt dedicita teſtificata,
argu.ĵ.de iureiurā.debitores.§.ſi.nō enim de facto iudicis imp e
dit ꝓbatio,ut ff.de eden.l.argentarius.§.cum autem,iſta eſt nota
18 bilis limitatio totius materiæ. † Vlterius no.in eodē ver. quod
ille,q̄ appellat,debet probare,& eſt ratio,quia ſemper pro ſenti-
tia præſumitur ſecundum Bar.certe hic præſumitur magis ꝓ ꝓ-
bationibus,quam pro ſententia.vel dic,duobus concurrentibus
ſcilicet ſententia & talibus qualib. probationib. præſumitur pro
ſententia,quod nō placet,cum ſit appellatum,ut ſupra,de reſtit.
ſpol.cum ad ſedem.vel dic, quod nō erat appellatū a diffinitiua,
ſed ab interlocutoria,quæ appō quanq̄ ſit p̄iudicialis,& eius ui-
ctoria abſorbeat diffinitiuā, tñ īterim ñ facit p̄ſumi ꝯ diffinitiuā.
19 † Itē ꝯ appellantes ab interlocutoria eſt iuſtificare ſuam appella
tionem , vt ff.de min.l.ait p̄tor.§.p̄ſumitur.in c.appel.in clemen.
Sed ꝯ hoc immediate oppo.qa iſte Adam offerebat ſe paratū ꝓ
bare,vnde ſi iudex eum non admittat,facit contra iur. ordinē,&
ſic appellatio eſt iuſtificata eoipſo,cum appellatur ab ordine nō
ſeruato,vt infra,de app.cap.interpoſita.Solu.ibi loquitur, quādo
exceptio erat declinatoria.hic autem erat peremptoria ſaltē in-
directè ſecundum Ber.Vel dic,ꝙ iſte Adam dicebat verba nō ta
men offerebat ſe probaturum,offerre enim quis debet facta,nō
verba:vnde iſte Adam debuit ſaltem nomina ſuorum teſtiū tra-
dere & petere,ut citarentur , quod non fecit , & ideo non videī
ꝓbationem obtuliſſe ut dicit illa l.no.ff.de arbitris.l.non ex om-
nibus. Sed certe hoc non videī verum: quia ſi hoc fecit,non ui
deī grauatus,ergo temere appellauit,dic quod fuit grauatus qa
iudices expreſſe repulerūt exceptiones legitimas contra teſtes
quas admittere debuerunt poſtea probandas ſuo loco & tēpo-
re.has igitur prius proteſtatus in cauſa appellatiōis poterit ꝓba
re:nam iudex q̄ denegat aures excipienti,videtur ei dare libellū
repudij, & ab hoc grauamine bene poteſt appellari, imo fuerat
grauatus,qa interlocutoria fuerat lata ſuper radice libelli aduer
ſarij ꝯ Adam,& contra radicem defenſionis Adæ,cuius omnis
exceptio fuit repulſa per primos iudices,& ideo fuit appellatū ,
argumē. ff. de mino. intra vtile.Conclude ex prędictis quatuor.
Primo,ꝙ lata interlocutoria exceptionib. indiſcuſſis valet . Se-
cūdo quod ab ea poteſt appellari.Tertio quod pendente appel
latione factum nō eſt ipſo iure nullū, ſed irritum.Quarto quod
20 talis appellans debet ſuā appellationem iuſtificare. † Adde qn-
to quod iudex,q̄ pronunciauit bene appellatum ab interlocuto
ria,irritat q̄quid poſtea factum eſt in executione dictæ interlo-
cutoriæ.Si autē appelletur à diffinitiua, & ſunt diuerſa capitula,
illud ſolum capitulum retractatur quod injuſtum eſt, ut inf.de
teſt.Raynutius,&c.Raynaldus.ita intelligitur C.de reb.cre.l.ge-
21 neraliter.§.& ſi iudex,& facit.ff.de mino.l.etiam.§.ſi.† Capio gl.
de uerbo , moleſtia.& opponitur,quod iudices ſunt functi offi-
cio ſuo , & non pertinet ad eos defendere amodo remiſſum ꝓ
eos in poſſeſſionē,ut l.iudex.ff.de re iud. Nam mittere in poſſeſ
ſionem pertinet ad ſolum ordinariū , cum ſit mixti imperij , ut
ff.de iuriſ.omn.iud. iubere cauere.Item ad iudicem delegatum
nō pertinet futuri temporis tractus.Solu.imo de iure canonico
delegatus poteſt vſque ad annum in poſſeſſionē mittere, & miſ
ſum tueri,item & ultra annum,ſi plus extenditur ſua iuriſdictio
ſecundum Ber.ſed de iure ciuili dic,id debere fieri ꝓ ordinariū,
ff.de re iud.a diuo Pio,in prin.ſubtiliter no.ff.de pac.l.tale pactū
23 § qui prouocauit.†Conſidera,quod ſi victo eſt impoſitum ſilē-
tium,nūquam eſt ſententia executioni plene mandata, qa ſi ſi-
let hodie,pōt moleſtare cras,vnde in factis negatiuis ſentētia vix
recipit plenam impletionem,vt dicit l.illa no.C.de n̄ata.l.ſiue
apud acta,& C.de vſuf.l.corruptionem,C.de pac.l.j.in ma.gl .ff.
de ꝙd.ob cau.l.dedi, in prin.ff.de ſer.ruſt.p̄d.l.prima.in fi. donec

ratiſ-

ADDITIONES.

a Vinc.God. Inimicus. Adde quando inimicus reppellatur à teſtimonio . Soc. conſ.228.in cauſa Gabrielis.verſi.nec etiam obitat, cum verſi.ſequen.lib. ſecundo Alexan.conſil.99.lib.primo. & conſil. 227. quod eſt Dom.Vincen.Paleotti lib.4

b Aliquid.Vide plene p Dom.Iaſ.in l.j.C. de bonorum poſſeſſ.ſecundum tabu.

c Vinc.God.Foru..Adde,an forus conſcientiæ,differat a foro contentioſo, uide Fel.in capit.Vigilanti,colum.fin.de præſcrip.& in capit.canonum, colum.12. de conſtit.

BIU Cujas

satisdatum sit de molestando,argu.ff.si ser.ven.l.egi.& l.harū,&
23 ff.de no.ope.nū.l.si prius.† Capio gl.super verbo aliter.& videt, ꝙ si iste Adā falsum expressit,debeat remitti ad priores iudices, & in expensis cōdemnari,vt no.in c.vt debitus.j.,de appell.Solu. licet iste Adam nō expresserit verum simpliciter,expressit tamē secundum quid,& ideo cā non debet remitti ad priores iudices
24 tāquam suspectos,ut C.de appe.l.eos,in prin.† Cōsidera, si Adā per errorem dixit se depositum.cum non esset,proceditur tanq̄ lite pendente,vt C.de erro.aduo.l.fi.nam iste error,qui non afficit aduersarium,non officit rescripto,& sic in appellatione sit iustitia,licet in prosecutione sit error,vincit quis ex vi iustitiæ tex. est hic not.& ff.de offi prēsi.illicitas,§ veritas, & C.si contra ius vel vti.pu.l.fi.iustitiā nāque colimus, & boni equi notitiam profitemur.l.j.in prin.ff.de iu.nihil enim honorabilius est cultu veritatis.vnde Aristo.duobus amicis existentib.Platone, & veritate,sanctum est præhonorare ueritatem,lib.ethi.de cōd.&dē.hoc modo.ff.de iureiur.l. 3.§.pe.ff.de ꝓba.l.fi.Restat vltima gl.parua.
25 † Et quæro,nunquid testes reprobatorij cogantur ad testificandū & de iure ci.certum est,ꝙ sic,nisi p̄ certas personas, sed de iure canonico gl.sentit ꝙ non,dic,ut infra,tit.j.dilectorum.

SVMMARIVM.

1 *An testes mittere,& quos debeat iudex,in princ.& nu.1.2.6.& 7.*
Receptio testium,an committatur in criminali.
Testes recipere,& confessionem etiam in causa status,& criminali tabellio non potest absque commissione iudicis.
2 *Testes si sint infirmi,vel senes,an sufficiat mittere vnum notarium qui eorū iuramenta recipiet,& dicta conscribet.& num.1.& in prin.& idem in aliis quibusdam.*
3 *Testes infirmi,senes,& debilitate confecti, an possint recipi lite non contesta ta & qua cautela vtendum.*
4 *Testis qui excessit 70.annum,an cogatur testificari.*
Veritatem qui celat, & subtrahit se a testificatione,an teneatur pœna falsi & mortaliter peccet.
5 *Pauper,an possit esse testis.*
Vitiosus in se præsumitur in alios multo magis.
Numerus testium supplet fidem,si non sint multum boni.
Testibus quibus fides adhibenda,committitur arbitrio iudicis.
6 *Testis,si interrogetur,an sit pauper,quid iuris,si ad elidendum testimonium suum dicit,quod sic.*
Mendacium in fraudem testimonii non officit veritati.
Pauperibus in quo fauetur,& nu.10.
7 *Testis debet ire ad iudicem,& non iudex ad testem.*
8 *Arbitri,an possint facere commissiones.*
9 *Arbiter quando facit commissionem,an debeat pars citari.*
Ad sententiam interlocutoriam quod pars non sit citanda, non est semper verum.
10 *Licita sunt aliqua propter paupertatem,quæ alias non essent licita,& nume ro 6.& 7.*
Fideiussor vendere bona debitoris pauperis citra mandatum potest.

CAP. VII.

Si qui testium. Iudex mittere debet ad testes, qui ad eum venire nō possunt. & illud c. loquitur in causa ciuili, non autem criminali ſm Te. Innocen. & Host.Nam in criminali non potest testium receptio committi, ut ff.de test.l.3.§.idē diuus,ibi dum dicit.Nam ipsos interrogare soleo. si tamen sunt testes alterius territorij, scribat iudici illius loci,ut eos recipiat,& eorū testimonia remittat sub sigillo,ut ff. quemadmo.te.aper.l.si qs ex signatorib.& argu. ff de bo. aucto. iu.poss.cum unus.§.is q̄,& C.de fi.inst.auth.apud eloquētissimū. Aliquando testis impedit de facto,& tunc debet ad eū mitti,secus,si impeditur de iure,ut qa infamis,nam tunc debet reijci,alitet sit interpretatio ī iudice,ut s̄. de rescr.sciscitatus.imo nec ibi
1 excusat infamis.† Dicit Innoc.qđ in criminali nō committit̄ receptio testium.qd ergo fiet?respondeo,scribet iudici illius loci, vt ex sua iurisd.eos recipiat.nec dicitur tunc officium committi, sed exigi.ff.de bon.auth.iud.poss.cū vnus.§.is q̄ illud.Scias ꝙ nullus tabellio pōt in absentia iudicis recipere testes sine speciali cō missione,qa nunquā reperit̄ ꝙ tabelliones possint auctoritate ꝓpria recipere talia iuramēta, ut dicunt duæ gl.no.C.de testa.hac consultissima.§.pe.C.de lib.cau.l.iubemus.ubi etiā dicit gl.multum no.ꝙ tabellio absente iudice non potest recipere cōfessionem partis ī causa criminali, uel status.Casus istius ca.facilis est.
2 Nā quēsitum fuit,si testes sunt† infirmi,uel senes,uel debiles,vel paupertate depressi,ita,quod non possint coram iudice venire, qd fiet?respondetur,ꝙ iudex mittet ad eos personas idoneas,& discretas,q̄ eorum iuramenta recipient,& dicta cōscribent.Quēro,an sufficiat mittere vnum, puta notarium suum? respon.sic, sed ubi deest tabellio mittentur duę personę loco tabellionis,vt supra titu.j.c.quoniam cōtra falsam.no.quod ad istos impeditos debet iudex mittere,&hoc propter necessitatem.Item personas egregias,& hoc propter dignitatem,vel nobilitatem.Itē ad mulieres,& hoc propter honestatem. si isti testes sunt alterius fori pōt scribere proprio eorū iudici,ut eos recipiat,& dicta eorum sigillata sibi transmittat ſm Ber. & no.hic quòd dicit̄ de sigillo
3 † Quærit Ber.nunquid ibi testes tres.s.infirmi,senes,& debilita
a te ꝓfecti,possunt recipi lite nō ꝓtest.dicit Ber. ꝙ sic. ca.quoniam frequenter,in princi.supra,ut li.non ꝓtestata.Nā queamdmodū possunt recipi ante cōditionē debiti existētē,ut ff.ad leg.Aquil. l.in l.Aquilia,si deletū.Itē post li.ꝓtesta.factā de facto, vt ibi patet.& ita nullo modo ꝓte.nec quasi.puto tñ ꝙ optima cautela sit qđ iudex primo interloquat eos,valetudinarios,senes,uel debiles,&ideo recipiēdos lite nō cōtest.& facit C.de naufr.l.de submersis,lib.11.& l.ne qd.ff.de incen.rui.nauf.† Quærit Ber.vtrū te
4 stis,q̄ excessit 70.annum,cogat̄ testificari?ius ciuile dicit,ꝙ non. sed d̄ iure canonica secus,qa peccatū mortale est veritatē occultare.& innuit gl.ꝙ testis,q̄ se cēlat,vt veritas non appareat tenea tur crimine falsi,vt infra de fal.capitu.primo.nā si subtrahens vocē mortuā,id est instrumentum, ut veritas nō appareat punitur de falso,ita pari ratione,si subtrahit vocem viaum.ista tamen nō est omnimo bona similitudo,quia qui subtrahit instrumentum, cēlat veritatem iā probatam, sed qui per seipsum, subtrahit probandam.item crimē falsi in teste est periurium, vnde testis non iuratus non proprie dicitur falsus,nisi dicas quod nō ex clausula speciali falsi testes,sed ex clausula generali,qa facit,ut veritas apparere non possit,cum etiam leuis occasio eum excusetˌputa qa timet calumnias partium,vel potētiam,arg.ff.de abig.l.prima.in
5 fi.de hoc dixi.C.de episco.& cleric.l.presbyteri.in lectu.† Sequit̄ quarta pars,scilicet de paupere, & uidetur quod pauper nō pos-
b sit esse testis,quia vilis,suspectus,& de facili corruptibilis,ꝟvñ nō dr̄,idoneus q̄ egestate laborat. ff. de fideiu.l.q̄ satisdare. ff.de pri. cre l.si creditores.ff. q̄ satisd. cogā.l.si uero.§.1. Sed ibi loquit̄ de idoneitate soluendi,sed ad verum dicendum quilibet est idoneꝰ nā,nisi se deprauet mentiendo,& magis creditur virtuoso pauperi,quam diuiti vitioso.Solu.aut incidit in paupertatem ꝓpter uitium suum,& non est idoneus testis, qa nō solum rerum, sed famæ suæ prodigus est,& tunc repellitur,quia vitiosus in se,p̄sumitur vitiosus in alium multo magis,ut no.C.de sen.pas.l.fi.aut sine vitio,& si quidē est bonę famæ,est idoneus testis:si aūt nullius est famæ neque malæ,tunc minus ei creditur,nisi quod deficit in fide,suppleat numerus. nam ut elegāter dicit Accur.licet testes non sint multum boni,tamen quod deficit in fide suppleat numerus,ut no.ff.de testibus.l.3.§.eiusdem in verbo numerus.quam gl.tene menti.Et breuiter hæc omnia committuntur iudicis arbitrio.quia non potest dari certa descriptio, vt ff.eodē.
5 l.3.§.tu magis,vbi est melior tex.qui sit in iure.† Sed pone,testis interrogatus,an sit pauper,ad elidendum testimonium suum,di cit ꝙ sic.respon.illa eliditas non officit veritati,argu. ff. de ꝓbat. l.fi.& C.de mendicantibus validis.l. vnica,lib.11.Et si tu dicas, iste est mendax testis ergo non creditur ei in aliquo,respon.mēdacium in fraudem testimonij non officit veritati.Item non tāgit id super quo est productus & iuratus,quia nō medullam negocij,nec eius qualitatem,alias bene infringeret seipsum,ut ī capit.veniens,el primo.infra,eodem titulo,& tamen talis testis debet puniri, quia callide locutus est. sed quare mittitur ad testes pauperes,cū possint psonaliter venire expensis ꝓducentis,& ma
c gis secure iuxta illud,cātabit vacuus coramᶜ latrone viator,respō deo,loquitur de tali paupere, cum dedecus est in publicum cōparere,ut ff.ex quibus cau.ma.l.in eadem,secundum Ber. Et no. hic faueri pauperibus.sic supra,de rescrip.ad aures, vbi talis ratio est digna fauore.secus, si sit digna vberiori cautela.ff de priuile.
7 cred.l.si creditores.† Et no.quod regulariter testis debet ire ad iudicē,nō iudex ad testē,C.de episco.& cle.l.iubemus.§.omnes & no.C.eodem titu,aut.sed iudex,quia iudex debet ius reddere in loco maiorū,nō in domibus priuatorem.l.pe.ff. de iustitia &
8 iu.C.de sentē.& interlo.omn.iudic.l.cum sententiam.† Quæro, quid in arbitris,vtrum possunt facere istas commissiones? Vgo de Porta renouata, qui erat arbiter in causa cuiusdā viduæ,quā uolebat videre & alloqui,dicit quod non.dic contra,quia cui ꝓmittitur totum,committitur quælibet eius pars, sed discretioni arbitri committit̄ principale,ergo & incidentia,argumen.in ratione sui.C.de testibus.l.si quando.ibi dicitur,quod cui committuntur maiora, & minora videntur committi.item qa arbiter
9 redigitur ad instar iudicis.† Sed nunquid,quando facit istam cō missionem debet citari pars?respond.non uidetur,quia illa com

missio

ADDITIONES.

a Vinc.God.Senes.Adde ꝙ senes 80.annorum non tenētur personaliter cōparere nisi sint robusti Rot.in decisio.226.Senex.in nou. & seniores præeruntur in consequendis priuilegijs & in honoribus & dignitatibus Tho.Grau.consi. 6.nu.9.& 19.in ciuilibus.

b Coruptibilis.Vide omnino alleg. per Dom.Ias.in l.secunda.§.primo.ff.qui satisdare cogantur.

c Vinc.God.Coram.Adde quod paupertatis priuilegia.quæ & quot Fel. in capit.significantibus, columna prima, de offic.delega.Et pauper quis præsumitur,nisi probetur diues.Bar.& Doc.in l.si vero,§.qui pro rei.ff.qui satisd.cog. & per Abb.in c.pone,el 1.de elect.

BIU Cujas

missio est quædam interlocutoria, sed in interlocutoria nō requritur citatio. Dic partem citandam, nam illa theorica, quod ad interlocutoriam non sit pars citanda, non est semper vera, ut eleganter no. ff. de arb. l. sed interpellatur. §. primo. & C. de re. credi. l. generaliter. §. his de præsentibus. & tamen fateor, quod quædā sunt, ad quæ non est pars citanda, vt sunt illa, in quibus nulla exigitur discussio. l. 2. §. pen. ff. de bon. posses. quia in illis proprie nō est pars, s. aduersarius, glo. ibi singu. † Item no. hic, quędam licere propter paupertatem, [a] quæ alias nō licent. simile dicit lex, quod propter paupertatem fideiussor habet vendere bona debitoris, & satisfacere creditori, licet non habeat aliquod mandatum ad vendendum. ff. man. l. si procu. §. ignorantes. & non est alibi, not. C. de episco. & cleri. l. si quis ad declinandam. §. siue autem ampliores, vbi videas. prodest enim appellanti, qui propter paupertatem non prosequitur, vt non currāt ei fatalia. infra de appe. ex ratione, per Innocen.

ADDITIO.

a Paupertatem. Vide multa cumulata per Dominum And. Barb. in capitulo, significantibus, in decima col. sup. de offi. deleg. & aliquid no. Mod. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.

SVMMARIVM.

1 *Corrupti & periuri non debent ad testimonium admitti.*
2 *Testimonium falsum si quidam tulerunt in causa matrimoniali, & propter illorum testimonium sententia diuortii lata fuit, postea vero accedentes dicunt se corruptos falsum dixisse, vtrum ad dictum ipsorum debeat sententia retractari.*
Corruptio testis sufficit, licet verum dixerit, ad inualiditatem testimonii.
3 *Adulterium si sit secutum ad dictum falsi testis, de adulterio, & de falso venit puniendus.*
Adulterium quoties committitur, tot pœnæ sunt imponendæ.
4 *Testi, qui se asserit periurum creditur contra se, sed non creditur quo ad retractationem sententiæ.*
Crimina si duo quis committit, de vtroque, an de vltimo puniatur.
5 *Adulterium, an aggrauet falsum, vel econtra.*
Aggrauatio vnius delicti per alterum quando fiat.
6 *Causam damni dans quando verum est, quod videtur damnum dedisse, & numero 9.*
7 *Mouentes guerras tenentur de omnibus malis inde secutis, nisi guerra fuerit licita.*
Sententia diuortii lata per falsos testes, si est contractum nouum matrimonium, an possit retractari.
8 *Decapitatus si sit aliquis ad dictū falsi testis, an poterit puniri de homicidio.*

C A P. VIII.

1 **Sicut nobis.** †Corrupti & periuri ad testimonium nō debent admitti. secunda ibi, super quo.

2 †Casus. quidam pro pecunia falsum tulerunt testimonium in causa matrimoniali, propter illorum testimonium sententia diuortii lata fuit, postea vero adinuicem accedentes dicunt se corruptos falsum dixisse. Quæritur vtrum ad dictum ipsorum dēat sententia retractari? respondetur, ꝙ si sit contractum nouum matrimonium cum alio, testes debent puniri de periurio, & adulterio, vno, vel pluribus, quibus causam dederunt. Si vero res est integra, falsitate comperta, sententia reuocetur, testimonium autem prædictorum, cum asserant se periuros, non recipitur. Not. quod dixi in summario. Dicit Inno. quod sufficit probare, quod testis sit corruptus, licet in facto principali deposuerit verum, quia in interrogatorio, an esset corruptus periurauit, & cum iuramentum testis sit indiuiduū, non potest pro parte valere, & ꝓ parte non ualere. Item periurus statim remouetur ab actu testimonij, ergo illud officium nunquam resumere potest, vt no. in
3 Authent. de armis, §. fina. colla. 6. † Item nota, quod si ad dictum falsi testis est secutum adulterium, punitur de utroque, scilicet de falso, & de adulterio. Item no. quod quoties adulterium com
4 mittitur, tot pœnæ sunt imponendæ. † Item no. quod testi, qui asserit se periurum, creditur contra se, sed nō creditur quo ad retractationem sententiæ, quod est bene no. Opp. extra glo. Nam quoties duo crimina committuntur, punitur quis de vltimo, & primum confunditur, vt ff. de fur. l. verum. hinc est, quod de vulnere, & morte, non punitur quis de vulnere, sed de morte tantū. Item si quis facit insultum, & vulnus, confunditur insultus & nō fit punitio, nisi de vulnere, vt ff. ad legem Aquil. l. illud. §. fi. & no. ff. de fur. l. nunquam plura, & C. de accu. qui de crimine, vbi sunt glo. nota. so. ibi erat vnus terminus, delicti, hic plures & diuersi generis, sicut si quis simul occideret, & derobaret, vt C. de accu. l. si quis homicidij. Secundo oppo. & videtur, quod de pluribus adulterijs vna tantum sit pœna, ut not. ff. de furtis. l. vulgaris, in ptincipio. so. aut committuntur continuatiue, & vna est pœna, vt ff. de act. & obl. l. penult. vbi glo. eleganter dicit, quod diuersa facta pro vno computantur ratione continuationis: aut diuersis locis, & temporibus, & tunc plures sunt pœnæ, vt hic. Non obst. quod no. ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus, in quæstione de appenso, quia ibi erat actus continuabilis, ut ff. de furtis. l. inficiando. §. infans hic instantaneus. sic. C. de ser. fu. l. qcunque. vltę

rius no. ꝙ cum principium imputatur alicui, imputantur omnia
5 quæ sequuntur ex illo. † Quæro, nunquid adulterium [a] aggrauet
a falsum, vel eō? dicit Ber. notabiliter, quod non, quia sunt per se distinctæ species: sed qn̄ vnum delictum est species, & adiunctum eius est qualitas, tunc vnum aggrauat aliud, sed gl. in l. quicunq; prędalleg. dicit, ꝙ vnum aggrauat aliud, quia consuetudo delinquendi aggrauat pęnam, vt in l. 4. C. de epi. au. item rapina aggrauat adulterium, vt l. j. C. de rap. vir. & C. de sepul. vio. l. qui sepulchra. alibi dicit lex, quod contumacia aggrauat pœnam, text. est no. ff. de pœ. relegat. dic, ꝙ species delicti eadem est, sed persona delinquens aggrauat suam conditionem, tanquam sordes additę sordib. vt l. 2. C. vt intra certū tempus crim. quæstio term. vbi tex. no. vnde proprie pœna delicti non mutatur, sed arbitraria se
6 uerius punitur. † Item no. dicit glo. quod qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, quod uerum est, si causa est cōiuncta cum damno, secus, si esset causa multum remota, vt not. in l. si
7 mulier. ff. rerum amota. † Ex hoc no. argumen. contra mouentes guerras, quod tenentur de omnibus malis inde secutis, nisi guerra fuerit licita. Quæro, nunquid sententia diuortij lata per falsos testes possit ipso iure retractari, si contractum est nouum matrimonium bona fide? respondet sic. quia tale matrimoniū est impossibile, & rupto principio rumpitur finis, argumen. ff. de pact. l. si debitorem. oportet tamen hoc casu probari falsitatem, non autem sufficit probare solam corruptionem testium, quia possunt esse corrupti, ideſt simoniaci. & cum hoc stat, quod potuerunt testificari veritatem in facto principali. sed si non est lata sententia, sufficit probare solam corruptionem, quia sunt testes falsi, in eo quod iurauerunt se non esse corruptos, vnde totum testimonium eliditur, vt supra, de proba. c. licet causam. Vel dic, ꝙ ex quo annullantur testes, & testimonia ex sola corruptione, ꝙ annullatur sententia, argum. ff. de excus. tuto. l. qui testamento. nec est opus petere restitutionem in integrum, quia illud ha-
8 bet locum in alijs causis, non in causa matrimoniali. † Et prædicta sunt ad quæstionem: nā dicit statutum, quod falsus testis puniatur in centum, pone, quod ad dictum falsi testis aliquis est de capitatus, vtrum poterit puniri de homicidio? & vr̄ casus istius c. quod sic. facit l. j. post princ. ff. ad leg. Cor. de Sicar. illic habes expressum, quod talis testis punitur pœna l. Cor. de Sic.

ADDITIO.

a Vibc. God. Adulterium. Adde ꝙ adulterii appellatio est generalis, proprie tamen in nupta committitur, & quæ sit adulterii pœna habetur Instit. canoni. titulo de adulteriis, & ali. coniu. illic. Abb. in consi. 37. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis & muneris non testificatur etiam in crimine simoniæ.*
2 *Syndici communitatis Perusii possunt & tenentur denunciare maleficia cōmissa in suis villis, licet sint infames, vel periuri.*
Pro tempore, locutio significat temporis aptitudinem.
3 *Vox vnius nullius, vbi agitur de crimine.*
Iuramentum in supplementum probationis de partium voluntate deferri, an possit, vbi sit alias prohibitum.
4 *Forma excipiendi contra testem, qui dicitur socius criminis, quæ sit.*
Testis potest infringere seipsum confitendo societatem criminis.
5 *Testi vni, an credatur.*
6 *Vsurarii duo si sint socii, vnus contra alterum super vsuris testificari non potest.*
7 *Testis vnus cum aliis duobus testibus an plene probet de fama.*
Causa ciuilis famosa, vel ardua, æquiparatur causæ criminali.
Fama quid, & eius officium, & operatio, nu. 8.
8 *Principator famæ si constans fuerit, non plus operatur, quam illius dictum extra iudicium.*
9 *Indicium quot modis dicatur, & per quot tres habeat probari.*

C A P. IX.

1 **Veniens, el j.** †Socius criminis, & muneris non testificatur etiam in crimine simoniæ. h. d. primo ponitur facti & processus narratio, & iudicis diffinitio. In se cūda Papæ confirmatio, & eius ratio. Secunda ibi, & nos. Casus, Quidam presbyter tenebat quandam ecclesiam, petebatur eius remotio, eo ꝙ habuisset ingressum per simoniam, ad ꝙ proban. fuerunt inducti duo testes, qui deposuerunt iurati, ꝙ iste presbyter pro beneficio consequendo promisit vnicuique parochianorum suorū remittere quinq; barillos vini, q sacerdoti ibi seruienti tpe debito consueuerat per ipsos parochianos tanquam procur. eccl'iæ præstare, tñ vnus istorum testium obiecit, ꝙ secū fuerat factum illud pactum: iudex causæ sacerdotem absoluit, Papa sententiam confirmat & commendat: nam qui dicit, ꝙ secum erat factum illud pactum, confitetur se eodem crimine irretitum, vnde remanet solūmodo vnus alius testis, & uox vnius, est vox nullius. Dicit Inno. ꝙ infames admittuntur ad denunciā
2 dum infamem, sed non ad testificandum contra infamem. † Ex hoc not. quod Syndici communitatis Perusij possunt & tenentur denunciare maleficia commissa in suis villis, licet sint infames, vel periuri, quia iuramentum eorum non est iuramentum probationis, sed calumniæ, tene menti. Ibi, Promisisset, ff. de cal.

l. qui

BIU Cujas

l.quinetiam.Ibi,pro tpe ſeruienti,no.ꝙ hæc dictio,pro tpe.ſignificat temporis aptitudinẽ.Ibi.cum altero, nota ꝙ tota probatio
3 ruit,ſi vnus ex duobus teſtibus annihilat'† Ibi,infectus.C.de epiſco.& cleri.l.ſi q̃cunque.Ibi,Nec vnus, no.ꝙ vox vnius vox nullius,vbi agit̃ de crimine,non enim hoc caſu pōt deferri ſacramẽ tū in defectū,ꝓbationis,ꝙa cā eſt grauis & famoſa.An aūt de partiū voluntate poſſet deferri,vr̃ ꝙ ſic,ꝙa tunc ſacramentū habet vim ꝓfeſſionis,ꝙ dic,vt plene no.in l.2.§.quacūque.ff.de iureiu-
a ran.Oppo.ꝙa ſpeciale eſt in crimine ſimoniæ *, ꝙ ſocius admittatur in teſtem.ſolu.patet ex caſu ſummarij,quia hic laborat duplici morbo,ſcilicet,quia eſt ſocius & ſimoniacus cautione pro
4 miſſionis corruptus.† Modo ego q̃ro,quæ erit forma excipiendi contra teſtem,quia dicitur ſocius criminis? Solu.dic,ut no.C. de lib.cauſa.l.ſi filium,& ibi eſt melior gl.q̃ſit in iure ciuili,aliã gl.habes in iure canonico,in c.mediatores,infra, de teſtib.lib.6. Sed quare iſte presbyter ex vno teſte non ponitur ad torturã reſpondeo,quia cauſa eſt ciuilis,ut ff.de quæſtio.l.maritus.Not.ꝙ vnus reorum delinquendi contra alterum teſtificari non poteſt. Item no.quod teſtis poteſt infringere ſeipſum confitẽdo, quod
5 eſt particeps eiuſdẽ criminis. † Opp.vlterius,& uidetur, qđ uni
b teſti credatur ᵇ de do.præle.Theopōpus.Solu.extra iudiciū uni teſti creditur,in Authen.de non alie.§.& vt neq;,in iudicio nō, & eſt ratio,quia extra iudicium proceditur de communi cōſenſu partium.Dicit Accur.ꝙ uni ſolenni viro quis poteſt credere, & excuſatur per hoc,& no.ff.de cond.& demon.Titio fundus. Et argum.ꝙ ꝓſilium vnius famoſi Doctoris excuſat iudicẽ cauſæ, qui ſequitur illud conſilium, ſi conſultor fuit electus de cō ſenſu partium,niſi conſilium cōtineret certum & expreſſum errorem,& ſic debet intelligi,ꝙ no.per Bar.ff.de re iu.l.ſi conuenerit.Vel dic ad ꝓtrarium,ibi teſtator ita ſtatuit.Pręterea ibi potius creditur ut executori & diſpenſatori,q̃ vt teſtificatori.die, ꝙ ibi fungit̃ duplici officio.ſ.teſtis,& ideo iurat:& executoris & ideo
6 ei ſoli credit̃,& nunc intelligis. † Et collige hic ar.ꝙ ſi ſunt duo uſurarij ſocij,vnus ꝙ alterum ſuper vſuris teſtificari non poteſt, argumẽ.cōtra.C.de hęre.quoniam.§.inter ſe,& C.de inoff.teſt. l.in arena.ff.ſol.mat.§. viro atque vxore,Itẽ ꝙ quia cōfeſſio vni⁹ videtur alteri nocere.l.hoc vnius,in prin.ff.de pac.quia non ꝓbetur in uia iuriſdictionis neceſſariæ bonam fidem cognoſcere. ff.man.Quintus.Sed reſpōdeo,ꝙ ille,qui hic litem conteſt.eſt ſibi conſolidauit ius agendi,& ideo alius tanquam pars nō poteſt confiteri,ut no.ff.de noua.l.ſi rem,§.fi.nec tanquam teſtis,ꝙa ſo-
7 cius criminis. † Quærit gl.nunquid vnus teſtis cum alij duobus teſtibus de fama plene probat? & dic, ꝙ nō in criminali.ſed in ciuili probat,dic,ſi ciuilis cauſa eſt famoſa,vel ardua,non probat, ꝙa æquiparat cauſæ criminali.ff.de excuſ.tu.l.propter litẽ.ſed ſi eſt ciuilis & non magni præiudicij,& talis in qua cōſueuerit deferri ſacramentum in defectum probationis, tunc probat plene cum vno teſte,dummodo reddatur ratio famæ,quare orta fuerit ex aliquibus iudicijs.ut no. Bar. ff. de q̃ſtio.l.de minore.§.tormẽta,ad finẽ,vbi omnino videas.Porro fama nō eſt aliud quam ratiocinatio populi,uel plurimorū cum eorum opinione ꝓcurrens.iſta eſt fama,i.diuulgatio,vel locutio,cuius natura eſt ad aliquid dictum,ꝙ vulgus credit præſiſtere.& ideo accidit rei factæ, non autem natura ſua factum præceſſit, & quia ſubſequit̃ officium eius eſt confirmare,aliquam probationem nō autem fun-
8 dare per ſe.ff.de teſt.l.3.in verbo,confirmat † Et no.qđ ſi cōſtat, ꝙs fuerit principiator famæ, non plus operatur, q̃ illius dictum extra iudicium.ff.de adul.l.miles.§. mulier.ſi autẽ quaſi diuino nutu nata eſt quaſi authore Deo,vt ĩ Aut.de teſti.§.& licet, verſ. hæc autem omnia,ibi dum dicit,Deo huiuſmodi non patiente occultari,quaſi terra loquat̃ iuxta illud, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.vel ex ſuſpicionib.validis hominū diſcretorū,iſta eſt fama efficax & fundata. ĵ.de ſim.cap.licet Hel.C. de offi.rectoris proui. l.iuſtiſſimū,& ſicut corpus facit umbram lucente ſole, ita fama eſt quædam vmbra operum, & beatus qui poſſidet bonam famam,& contra proximus eſt periculo,quem fama denigrat,ut legitur & no.in Auth.quomodo oportet epi-
9 ſco.in principio,collat.prima.† Indicium autem dicitur duobus modis.uno modo,prout eſt probatio a remotis,& tunc debet ꝓbari per teſtes: alio modo, prout eſt probatio de viſu,& auditu, & hoc dupliciter,vno modo,prout eſt probatio non ſolemnis, ut inter libertos,& exiguntur duo teſtes,& dicitur indiciū facta ꝓparatione in ſeptẽ teſtes,C.familiæ erciſcundæ.l.fi. alio modo, prout eſt probatio ſemiplena vnius teſtis optime teſtificantis de viſu,vt no.ff.de queſtionibus.l.maritus.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Simoniæ.Adde ꝙ ſimonia eſt crimẽ publicum & æquiparatur crimini læſæ maieſtatis Alex.in l.1.ff.de pub.iud.Rui.conſil.158.nume.tertio, libro quinto.

b Credatur.Vide Bar.conſi.193.aliquid per Abb.conſi.51.& ſeq.lib.1.Lud.Ro. conſi.20.colum.2.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſi fuerit cōmiſſa inter aliquos lite conteſt.& receptis teſtibus, illi sũt mortui uel abſentes, vnde Papa commiſit cauſam quibuſdam iudicib.nouis,an atteſtationes receptæ coram primis,debeant produci, & valerent coram ſecundis.*

Inſtantia perempta,quæ tangunt principale negotium,non pereunt,& nu.2. & ſequentibus.

2 *Sententia vbi facit ius inter omnes idem faciunt probationes.*
Sententia non poteſt ab actis ſeparari de iure probationis.

3 *Atteſtationes,& acta in uno iudicio recepta valent in alio ſubſequenti,& nu.4.& 5.& ſequentibus.*

4 *Translatio eiuſdem inſtantiæ durantis quando fit,tunc nulla acta peunt, nec in cauſa appellationis.*
Appellationis iudicium eſt ſuppletiuum,& oppreſſorum præſidium.

5 *Atteſtationes licet non ſint publicatæ partibus,tamen quia non ſunt notæ iudici,poteſt iudex ex ipſis atteſtationibus formare ſententiam.*
Atteſtationes non publicatæ non faciunt fidem publicam.
Inſtantia iudicii quibus modis perit & tanſit,& nu.6.& 7.

6 *Inſtantia tranſit aliquando de iudice ad ſucceſſorem,& ad alios.*
Commoda rei quæ.
Hæredi quæruntur adeundo hæreditatem omnia iura,quæ poſſunt acquiri ſine actu corporeo.

7 *Inſtantia ante litem conteſtatam non tranſit in hæredem in realibus iudiciis.*

8 *Probationes factę in vno iudicio,an faciant fidem in alio.*
Defendere non dicitur qui confitetur.

9 *Acta facta cum uno in cauſis criminalibus,nunquam nocet alteri, niſi quo ad ordinem ſeruandum.*

CAP. X.

Cauſam,quæ.el j. Atteſtationes receptæ corã primis iudicibus debent produci coram ſecundis,ꝙbus cā eſt commiſſa de nouo.h. d. primo.vel ſic deuoluta iuriſdictione deuoluunt̃ acta atteſtationū vtriuſq; partis.h.d.ſecūdo.vel ſic.Acta corã primis iudicibus dēnt produ
1 ci coram ſecūdis.h.d.tertio.† Caſus,fuit cōmiſſa cauſa ª inter ali
a quos,li.conte.& receptis teſtib.illi ſunt mortui, uel abſentes, vñ Papa cōmiſit cauſam quibuſdam iudicibus nouis, quærebatur, utrū atteſtationes receptæ coram primis debeant produci,& ualerent coram ſecundis? reſpon.ꝙ ſic,adeo,ꝙ ſecundum ipſas cauſa debet terminari fine debito. Dicit Innoc. ꝙ acta ſuper principali facto actitata,vel confeſſiones,atteſtationes,acta,inſtrumenta producta durant,perempta inſtantia,ꝙa non eſt propterea perēptū negotium principale.igitur vis iudicij poſita eſt in inſtãtia ſed materia præiacens nō eſt in inſtantia poſita, ſed in ſuo eſſe, & p ſe ſubſiſtens,& eſt uerum ſi ad idem agatur, uel ad aliud,ꝙ ex illo pēdeat,ſed ad diuerſum finẽ,non probat.ſ. plene. ea autẽ, quæ poſſunt iterari perempta inſtantia,pereūt,ut citatio,ſatiſdatio,& ſimilia,quæ ſunt acta inſtantiæ litis, & non ſubſtantiæ litis, ſm Inno.Idem ait,ꝙ nō pōt dici, quod atteſtationes fuerunt receptæ li.non conteſt.quia imo fuit ſeruatus ordo, nec requirit̃, qđ iterato deponãt,ꝙa ſufficit ſemel eſſe ordinẽ ſeruatū,ex quo
2 inſurrexit effectus.† Et idem ait,qđ eandẽ vim habent ꝯ alios:vt non habent atteſtationes & ſententiã,Innoc.& hoc quotidie allegamus,qđ vbi ſententia facit ius inter omnes,idẽ faciunt ꝓbationes,facit ff.de pig.l.ſi ſuperatus.§.fi.nec etiam poſſunt acta a ſnĩa ſeparari, cum oporteat eã fundari in iuribus actorum.hoc intelligitur de iure probationis, nō de iure agendi actione in factum,quia illa non ſurgit ex atteſtationibus teſtiū,vel inſtrumẽtorū,vt ſingulariter no.ff.de iureiuran.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.pen.
3 & illa gl.non eſt alibi † No.qđ atteſtationes, & acta in uno iudicio recepta ualent in alio ſubſequenti,& in eodẽ mutatis iudici b⁹.prima pars iſtius notabiliter exẽplificatur, quando cā eſt trãſlata per viam appellationes,vel reſtitutionis ĩ integrum,vel ſupplicationis,uel nullitatis concernentis ſententiam, non acta, C. quomodo & quãdo iud.l.ſi vt proponis, ſed ſi acta facta coram primis iudicibus eſſent ipſo iure nulla:tunc coram ſecūdis iudicibus nullam facerēt fidem,nec in facto, nec in iure,ut C.ne de ſta.defun.l.ſi pater,& C.de lite conteſtata.auth.offeratur,in fi. &
4 ſupra de iud.at ſi clerici,& C.de iur.om.iud.l.in criminali.† Et ꝑmitto pro aliquali declaratione materiæ,qđ qñque fit translatio eiuſdem inſtantiæ durantis,& tunc nulla acta pereunt. Nã ſtructus iudicij idem permanet,unde ad conſultationem prædeceſſoris reſcribitur ſucceſſori,ut ff.de mi.l.verū.§. ex facto,vbi text. eſt no.& ſic atteſtatione cōtinuãt ſuũ eſſe,vt hic,ſiue ſint publicatæ,ſiue non,quia idem eſt iudicium,licet iudex, q eſt eius organum,ſit mutatus,ut ff.de iud.proponebatur.quandoq; prima inſtantia eſt conſummata, quia lata eſt ſententia,& ab ea eſt appellatū,& tunc omnia acta perdurãt,& atteſtationes,ſi non ſunt publicatæ in prima inſtantia,publicabuntur in ſecunda,quia omne iudicium appellationis,eſt iudici ũ ſuppletiuum,vt ĵ.cap.fraternitatis, eſt ſubſiduum oppreſſorum,vt ibi dicã, de hoc.C.de eden.

ADDITIO.

a Vinc.God.Cauſa.Adde ꝙ cauſa ſi commtitatur cum clauſula,ſola facti uerita te inſpecta, procedi poteſt manu regia. Rui. conſilio. 234. numero 12.libro quinto.

BIU Cujas

eden.l.2.& C.de app.l.ne causas.† Et no.q̄ licet attestationes nō sint publicatæ partib. tñ qa sunt notæ iudici,vt C.de testi. l.nullū qm̄ intrauerunt eius secretum,pōt iudex ex ipsis attestationib. formare sententiam,nec ppea dr̄ attestationes publicare, quia requiritur,quod partes possint eas publice legere,& super eis disputare ad hoc,vt dicantur publicatæ,arg.ad hoc.ff.de transl. de his,& C.de testa.l.publicati.& no.in l.2.ff.quemad.test. ap. & l.si quis ex assignatoribus,eo.tit.interdum instantia est consummata,i extincta tpis lapsu,vt C.de iud.properandum.vel mutato statu per deportationem,vt ff.so.ma.l.si constante.§.fi & tunc dicūt Doc.q̄ quædam sunt acta,quæ pertinent ad iudicij ordinationē, vt libelli oblatio,lit.conte.iuramentum calumniæ, conclusio in causa,& ista pereunt instantia perempta. Quædam sunt acta in facto respicientia,quæ pertinent ad litis decisionem, vt confessiones partium,depositiones testium, publicatio,& instrumēta, & ista non pereunt perempta instantia,sed faciunt fidem in noua instantia,si producantur,vt hic,fm vnam lec.& C.de arb.l. cū antea.§.fi. Tu vero dic clarius,quod quædam sunt acta, quæ habent perpetuam firmitatem,& ista, licet surgant ex peremptorijs iudiciorum,non pereunt,perempta instantia. exemplum in interruptione præscriptionis,quæ interrumpitur per solam citationem. Item in perpetuatione actionis,qúæ perpetuatur per lit. conte.ut C.de præscri.30.ann.l.sicut,& l.fin. Item exemplum in his,quæ aguntur in medio causæ,vt sunt attestationes publicatę vt C.de re iu.l.gesta.quædam sunt,quæ non habent perpetuam firmitatem,quia constructus eorum ordinatur ad diffinitiuam, vnde perempta instātia,destructa est textura istorum actorum, vnde oportet nouum fieri libellum, lit.contesta. de nouo iurari de calumnia,nouas dari dilationes,de nouo produci, recipi, & publicari debent,quia primæ attestationes non faciūt publicam fidem,cum non sint extra iudicis secretum,vt C.de testi. nullū, & no.in l.2.& 3.ff.quæ in frau.cre. Et conclude, qnod illa acta, quæ iam induxerunt & perfecerunt aliquem effectum circa actionem propositam,non pereunt,quia factæ causæ pro infectis haberi non possunt. Et quia quod transiuit in præteritum factū, est confirmatum,non pendet a modo de futuro.C.de inoffi.do. l.2.sed illa, quæ non produxerunt perfecte, sed desiderant sententiam, illa pereunt,quia superuenit causa infirmans. sic dicimus,quod multa impediunt faciēda,quæ iam facta dirimunt,vt ff.de his, qui sunt sui iur.l.patre furioso,& ff.de uerbo.obli.l.plurib.§.& si placet. Et adde,quòd no.Bar.ff.iud.sol.l.cum lite mortua,& quod no.C.de iud.properan.§.j.& §.fi.vbi per Cyn. Porro quædam sunt per se,& propter se,& ista non pereunt,licet cætera instantia pereat,quędam non stant,per se,& ista pereunt. Interdum instantia perit oblatione,& hoc potest esse tribus modis. primo,propter impedimentum processus,& tunc acta cancellantur.s̄.de iud.examinata.interdum propter abolitionem legis,adhuc idem.ff.ad Tur.l.j.§.accusationem.ff.de accu.l.libellorum.§.j.C.de aboli.l.2.C.si pen.app.l.3.cum si.† Amplius not. q̄ 6 instantia aliquando transit de iudice ad successorem.ff.de iudi.l. edictum.aliquando transit de iudice in superiorem,eo.tit.l.iudicium soluitur.aliquando in iudicem appellationis transit iurisdictio,& hoc dupliciter vel prima instantia [a] sopita, vt cum appellatur a diffinitiua.ff.iudi.sol.l.pen.& tunc iurisdictio primis iudicibus infertur,& ideo nō mirum, si postea innouata per eos statim reuocantur,vtpote facta per priuatas personas, sub obtentu iurisd.& implicat contradictionem: sed si est innouatum a possessore sub obtentu possessionis,esset expectanda diffinitiua iudicis appellationis, qa reuocatio est faciēda in executione diffinitiuæ,interim enim commoda possessionis non sunt auferenda possessori,nec commoda dominii domino. commoda autem rei dicuntur alienare,vel obligare licere, vt not. dicit text. de regu.iur.l.fructus rei.secundo modo transit iurisdictio primi iudicis ad iudicem appellationis,& tamen in totum non aufertur a primo iudice,& innouata ita de facili non reuocantur, vt in cap.non solum,de app.lib.6. Interdum transit instantia ad hæredem vniuersalem,& tunc nulla acta pereunt, etiam si aliquando mutatur qualitas litis.exemplum.ff.de infa.l.seruus. hæres enim est eadem persona,re,& nomine.s.appellatiuo, quia hæres idem est,quod dominus,vt ff.de hær.inst.l.his verbis.& ideo omnia iura,quæ possunt fine actu corporeo acquiri,quæruntur hæredi statim adita hæreditate,& inter alia iura ponitur ius instantiæ,vt ff.de fideiuss. l. cum hominem, nisi finiatur materia litis cum persona,vt ff.de susp.tu.l.post finitam. Porro singularis successor non succedit in instantia,sed potest ei adhærere, idest adiutor esse pro suo interesse,vt C.de liti.authen.nunc si hæres, & magistraliter no.ff.de inoff.testa.si suspecta.& adde quod dixi su 7 pra.de iud.c quia.V.† Et not.quod instantia formata dicitur lite contestata, & ante litem contestatam non transit in hæredem in realibus iudicijs,vt ff.ad exhi.l.de eo.§.fin.& l.2.ff.de præt.stip. Idem est,vbicunque ius non transit ad hæredem lite non conte. vt l.j.C.ne de statu defun.& ff.si quis cau.l.si eum. §. qui iniuriarum.sed vbi transit actio, trāsit instantia etiam per solam citatio

3 *Concubina, an & quare non admittitur in teſtimonium.*
Amaſius pro concubina vt teſtis non admittitur.
4 *Vir ſi expulerit vxorem, an ipſa poterit teſtificari pro viro.*
5 *Famulus expulſus a domino an poſſit pro eo teſtificari.*
Amor continuare non dicitur in expulſo famulo, neque in affine, ſopita affinitate.
6 *Vniuerſitas an habeat domeſticos ciues ſuos ita, quod repellantur a teſtimonio, vel tanquam unum corpus.*

C A P. XXIIII.

In literis. Non ſunt idonei teſtes quos actor de familia ſua producit. Caſus. quidam nobilis volebat eam, quam per ſeptennium tenuerat in vxorem, repudiare prętextu affinitatis tertij gradus primi generis, eo ꝙ dicebat ſe prius carnaliter cognouiſſe conſobrinam ipſius patris puellæ, & ad probandum inducebat tres teſtes de ſua famil.a. nam ſic faciunt nobiles, qñ faciunt iſtos furtiuos amplexus, ducunt ſecum familiares & per hos iſte nobilis intendebat probare. Quæritur, quid iuris? Papa reſpondet, iſtos familiares non admitti ad teſtificandum. Alij vero non familiares admittuntur, ſi ſunt probatæ vitæ & opinionis. Ibi. Legitime. i. in facie eccleſiæ. Ibi, Per ſeptennium, maxime quia idem, ſi per vnam diem. Ibi, Patris eius. ſcilicet mulieris. Ibi, Ante, ſecus ſi poſt, quia præpoſtera affinitas non rumpit matrimonium. Ibi, familia. ſ. aſſidua & domeſtica. C. de his, qui
1 ad eccle. conf. l. de præſenti. † Dicit Inno. quod familiares ſui iu. qui non attinent per ſanguinem, vel affinitatem, poſſunt eſſe te-
a ſtes, [a] ſi ſunt homines honeſti. & fide digni, quod relinquitur arbitrio iudicis, ſed hic non erant honeſti, eo quod dicebant ſe inter ſuiſſe facto inhoneſto per dominum perpetrato, ar. ff. de adu. hæc verba. præterea familiares ɔſueuerunt obedire domino per fas, & nefas, vt ſ. de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. & l. 1. C. de rap. vir. & dic latius, quod domeſtici dicunt omnes, qui viuunt ad vnum panem, & ad vnum vinum, ut ſic loquar groſſo modo, ut in Authent. de monachis. §. cogitandum. familiares dicuntur omnes, qui ſunt ſub alicuius imperio de iure, uel de facto. ff. de iur. om. iu. l. qui iuriſdictioni, & l. 1. C. ſi rector prouin. & l. 1. C. ſi quacunq; præd. it. poteſtate. ff. de offic. præſi. ſenatuſcon. ff. de pœnis, ſi quis forte. §. ſi quos. C. de emen. propin. l. 1. ſtrictius tm̄ accipit. ff. de uer. ſig. l. denunciatio. §. familiæ, & adhuc magis ſtricte. ff. de iu. om. iu. l. ſi familia. ff de publ. l. 1. §. familiæ. Attinentes autem dñr, qui poſſunt accuſare tanq̄ proſequentes ſuorum iniuriam. C. ad Turp. ſi fęmina. Item. ff. de poſtu. l. 1. in fi. Item no. quod quidam ex iſtis prohibentur teſtificari. ff. de qō. l. maritus. Qui-
2 dam excuſantur, ſi nolunt teſtificari, ut. ff. de te. l. lege Iul. † Quidam, nec paſſim admittuntur, nec indiſtincte repelluntur, ſed arbitrio iudicis, conſiderata qualitate affectionis, ut notabiliter ait hic Ber. ſimile no. Accur. ff. de iuſt. & iure. l. ut uim, & ſcias, quod aliquando uxor admittitur ad teſtimonium ad indicandas res viri, ut no. gl. fin. in l. 2. C. qñ & qui. quar. pars deb. lib. x. † Item
3 ɔcubina nō admittitur tum propter uitæ inhoneſtatem, arg. ff. d̄ ac. & ob. l. fi. tū quia domeſtica, nec eꝺ̄ admittitur amaſius pro cocubina propter furorem amoris, qui inficit aīas perditorū, vt C. de nat. li. l. 1. cætera dic u. no. in Spe. de teſte. §. 1. adde gl. nō. quam habes Inſt. de iure perſonarum, ubi tractat de colonis aſcri
4 ptitijs, cenſitis, & ſimilib. ubi omnino uideas. † Quæro, uir expulit uxorem, utrum poterit teſtificari pro uiro? reſpon. non, quia una caro eſt cum ipſo, item ꝓꝓ ſpem reconciliationis poſſet mo ueri. C. fa. erc. in ipſo. item poſſet ſimulare diuortium. ff. ſol. mat. filiæ meæ. † Quid in famulo? reſpon. diligenter interrogabi-
5 tur famulus, quare fuerit expulſus, & an ſit reuerſurus, nec ne. & ſi eſt uilis perſona & ſuſpecta, poterit torqueri, argu. C. de ſer. fugi. l. quicunq;, in fin. & l. mancipia. de famulo expulſo ad cautelam, not. Cyn. C. eo. l. etiam. Dyn. & Bart. ff. de quæſtio. l. 1. §. ſi ſeruus. Et nota quod poſtquam famulus eſt expulſus, non ſeruat amorem certe, nec affinis ſopira affinitate, ita notat gloſ. ſing. ff. de re iud. ſed hoc ita. de procu. an repellatur a teſtificando not. per Cyn. C. eodem omnibus Bart. ff. de iure fiſci. deferre. §. idem decreuerunt. An vniuerſitas habeat domeſticos ciues ſuos ita

ꝙ † re

A D D I T I O.

a Vin. God. Teſtes. Adde, ꝙ familiares poſſunt eſſe teſtes ſi modo nō ſunt ſubditi. Alex. in l. vir mulieri. ff. de do. inter. vir. & vxo. Bar. in l. 2. §. ſtas. ff. de exc. tu.

BIU Cujas

6 ℘ † reppellantur a testimonio, uel tanquam vnum corpus, no. Cy. s. eo. tit. parentes. an dominus possit inducere suos homines in testes. no. Cy. in d. l. eos.

SVMMARIVM.

Testes, donec attestationes clausæ, & nõ est testib. renunciatum, produci possunt alii, secus post earum publicationem, nisi super alio capitulo in prin.
1 *Controuersiæ vbi sunt diuersæ, potest iudex diuidere processum per singula capita & in vno pronunciare, & in alio testes publicare, & in alio differre & nu. 5.*
Mandatum finitur morte mandantis integra re tam in iudiciis, quam contractibus, excipiuntur quidam casus.
2 *Confirmatio Papæ quid operatur.*
3 *Papa quando mandat, quod fiat iustitia, quomodo debet intelligi.*
4 *Testes reprobatorii, vel repugnatorii, an admittantur post didicita testificata*
5 *Processum causæ, an liceat diuidere, & nu. 1.*
6 *Conclusio quid operatur in causa & nu. 7.*
7 *Conclusio quid operetur in eadem instantia, & nu. 6.*
Defensionibus consistentibus in apicibus legũ vel statutorũ põt renunciari.

CAP. XXV.

Cum venisset. Donec attestationes sunt clausæ, nec est renunciatum testibus possunt testes ꝓduci post publicationẽ vero, vel renũciationẽ, nõ possunt nisi super alio capitulo. In prima decisa ꝙsultatio. In secunda cõmissio trimembris. secunda ibi, mandamus. Casus. Inter magistrum. M. & quendam abbatem vertebatur triplex controuersia. Lucius Papa commisit causam iudicibus qui citauerunt reum, & antequam procederetur vlterius, Lucius Papa decessit, & cum ad vlteriora procederent, fuit appellatũ eo, quod mãdatum esset finitum morte, iudices nihilo minus processerunt, & in vna controuersia tulerunt difinitiuam, in alia publicauerunt testes, in tertia fuit lis tm̃ contestata, ista fuerunt intimata Papæ. Papa mandat sentẽtiam, si fuit canonice lata, confirmari in alia causa, ubi fuerunt testes publicari, uel renunciatum testibus producendis, mãdat ex attestatis causam decidi, & nul-
1 los alius testes recipi, & debito fine terminari. † No. ℘ vbi sunt
a diuersæ controuersiæ, [a] quæ hic uocantur capitula, puto una super proprietate domus, alia super feudo, alia super emphyteusi aliarum rerum, potest iudex diuidere processum per singula capitula, & in vno pronunciare, & in alio testes publicare, & in alio differre. dicit Inn. quod iudex coram quo intentantur diuersa maleficia p̃t vno suspenso pronunciare super alio. est l. no. C. de ac. l. si quis homicidium. Op. dr̃ hic quod iudices isti potuerunt procedere, quia partes fuerunt prosecutæ causam coram primis iudicibus & sic innuit, qd̃ consensus partium faciat non expirare mandatum mortuo mandante re integra. unde opp. ff. de iur. om. iu. l. & quia. so. ibi non interuenit partium prorogatio, hic sic ſm Inn. Sed contra hoc opponitur, quia mandatum erat finitum ipso iure per mortem mandantis, ut l. eius qui ff. si cer. peta. ergo nec potuit prorogari. ff. de preca. sed si manente. ff. de ver. obl. cum stipulatus sim mihi a Proculo nam prorogatio est quædam qualitas, & ubi non est subiectum, ibi non est qualitas. vt l. 2. ff. de vsuf. Sol. mandatum non erat finitum ipso iure, sed ope exceptionis, vnde potest corroborari ope prorogationis ſm In. Ber. dicit ℘ imo ipso iure finit mãdatũ mortẽ mandantis & re integra. & ideo non habet locum prorogatio, vt s̃. de off. dele. significantibus nam oĩs prorogatio requiri prorogabile subsistere actu vel habitu, ut not. Barto. in l. dies, in prin. ff. de dam. infe. & patet. C. loc. si cum Hermes. Si forte ista prorogatio esset facta in vita delegantis, qua tunc substitit prorogabile. breuiter quicquid dicatur, tene, ℘ in iudicijs, & contractibus ipso iure finitur mandatum morte mandantis re integra, ut Inst. mandati. §. item si adhuc, nisi esset mandatum annexum alicui interlocutoriæ, puta iussui de soluendo, quia tunc sicut non expirat principale, ita nec accessorium & annexum. & vt no. in d. l. & quia. vel nisi esset collatum post mortem, quod dic, vt singulariter. no. ff. de leg. 2. l. cum pater §. Mæuio. quæ gl. non est alibi. sed his obijcitur quia iurisdictio quæritur. & etiã efficitur ignorãti. ut ff. de sta. ho. l. qui furere, ubi est tex. optimus: secundo, quia illud est uerum in iurisdictione ordinaria, secus in delegata, quæ licet aptitudine quæratur, tn̄ morte soluitur: hoc namq; est vbicunq; requiritur perseuerantia voluntatis, ut l. 4. ff. lo. & l. fi. ff. de com. præ. & in c. si gratioſe, de rescr. li. 6. Item fallit in mandato dotis, quod fauore dotis non expirat morte. immo cogitur hæres persistere in uoluntate defuncti. Itẽ est casus vnius in iure in l. si ego. §. j. ff. de iure do. Item fallit in illo singulari casu, qui ponit. ff. de proc. l. si defunctus, & l. Titius. Quæro, igitur, qnomodo iurisdictio fuit reseruata ad primos iudices tn̄. quia fuerunt reuersi litigatores ad eos, vel quia fuerat friuo
2 la manifeste. † Quæro ſm ordinem gl. quid operatur confirmatio Papæ? tn̄. quia videtur Papa pronũciare ſm Ber. & hoc est generale vbicunq; superior confirmat, ℘ dare videtur auctoritate
3 maiore. † Quæro, Papa mandat, quod fiat iustitia, quid est hoc dicũ: respõdeo, est dicere, quod fiat, ℘ iuris est, ff. depositi, bona fides. per hoc tn̄ tollitur concordia partium, vt s̃. eo. causam quæ, el secondo, ibi dum dicit, concordia, uel iustitia mediante deci
4 dant, † Quæro, [b] an post didicita testificata admittantur testes re
b probatorij, uel repugnatorij? dic vt s̃. c. fraternitatis. † Quero, vtrũ
5 liceat diuidere processum cause? respondeo, sic, si capitula sint oĩno diuisa, alias non. ff. fa. er in hoc iudicio. fallit ratione confessionis, vel oblationis. ff. si cer. peta. quidam æstimauerunt. ff. de leg. 2. l. qui solidum, in princ. C. de transac. si quidem. C. de
6 fur. post decisionem. † De nouo quæro, & est qõ substantialis, quid operetur conclusio in causa? rñdeo in alia causa nihil operatur, etiam si annexa sit renunciatio, quia renunciatio & conclusio facta in causa principali non extenditur ad causam appellationis, quæ postea oriẽ, ar. ff. quorum le. l. j. §. quod autem, nisi specialiter hoc actum esset secũdum Inno. ℘ etiam no. ar. C. de
7 pac. postquam, & C. de tem. app. l. fin. in fi. † Si autem an quæris, quid operetur in eadem instantia? dic ℘ aut est renunciatum de terminato modo super aliquo speciali articulo, & tunc non admittuntur testes ad aliquid probandum directe, vel indirecte, & ita intelligitur gl. quæ est in l. officium. ff. de rei ven. fallit, si iusta causa superuenit, vt sup. de causa poss. pastoralis, §. fin. Itẽ fallit, si talis est casus, in quo detur in integrum restitutio secũdum Inno. aut renunciatio & conclusio est indiffinita, & tunc non possunt testes produci super eisdem capitulis, vel directo contrarijs, sed indirecto sic, vt s̃. eo. fraternitatis, in Clem. testib. de testib. & probo hoc tali ratione, quia si admittitur ꝙs post didicita testificata ad concipiendum, ad replicandum, vel replicationem, ergo ad probandum ipsam exceptionem, ſm Inno. Ber. vero facilius se expedit, quia dicit quod qui renunciat, sibi imputet, ut ff. de ædil. edi. l. quæritur. §. si uenditor, & C. de rebus cre. l. si quis iusiurandum. & in c. j. §. rursus, qui mo. feu. amittitur. col. x. fallit in causa criminali, vbi nõ potest renunciari probationi. Inn. vt singlariter no. ff. de pac. l. pactum inter hæredem defen
sionib. autem, quę consistunt in apicibus legum vel statutorum, puto posse renunciari, ut ff. man. l. fideiussor. §. quædam, & no. ex presse. C. de accusatorib.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Controuersæ. Adde ℘ controuersia est de facto. Bart. in l. Lucius. §. tres. ff. ad Treb. & Bal. in l. causas. de transa. & per Alex. in l. amplius. ff. rem rat. hab.

b Quæro. Adde omnio eundem Bal. in c. studuisti, in pe. col. de offi. dele. ubi circa hoc format vnam notabilem q. & ibi etiam vide pulchre. d. And. Barb. & adde etiam late scripta per Ias. in l. Iustitia, ff. de iustit. & iure. & i l. causas. 2. col. C. de transa.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitas probatur & reprobatur per instrumentum, & nu. 4.*
2 *Falsitas quando committitur in causa matrimoniali tam directe, quam indirecte possunt reprobari testes, & nu. 5.*
3 *Gradum probare possunt duo testes, & alii duo secundum.*
Gradu vno consanguinitatis destructo, destruitur aliorum graduũ consequẽtia, & nu. 1.
4 *Instrm si contineat, sicut Berta promisit Baldo decem nomine dotis pro matrimonio inter eos contracto, non solum per hoc instrumentum probatur promissio, sed etiam ipsa affinitas seu matrimonium, & nu. 1.*
Qualitatem facti reprobare quis potest, licet factum fateatur, secus in qualitate personæ, quam quis non negat, & nu. 5.
Ratificari non potest nec obligatur qui labitur in persona, & quando.
Instrumentum quando quis ex parte possit acceptare, vel fateri, & ex parte negare.

CAP. XXVI.

Series. Publicatis attestationib. potest probari falsitas testiũ in causa matrimoniali. secunda ibi. Rñdemus. Casus Accusabatur matrimonium de consanguinitate, testes producti & publicati asserebant gradum impedientem, aduersa pars dicebat, quod deposuerunt falsum, & volebat producere ꝰrios, & quoddam publicum instrumentum ad eorum corroboratio nem. Pro accusatore allegabatur etiam consuetudo, Papa deter minat consuetudinem non valere, & testes contrarios reci-
a pi iubet. No. ℘ in consanguinitate [a] probanda non oportet incipere ab Adam, sed a gradu, qui est ex substantia probationis.
1 † No. consanguinitatẽ per instrm probari & reprobari, & intellige per instrumẽtũ confectum inter litigantes. No. ratione falsitatis post aperturã testium testes admitti contrarios, vel mixtam probationem testium & instrorum. No. ℘ consuetudo nõ
2 valet in causa matrimoniali. † No. quod destructo vno gradu destruitur aliorum graduum ꝰntia, quia si est falsum antecedens, ergo & consequens. Op. ℘ per istrumentum non possit probari gradus consanguinitatis, quia tabellio non potest hoc scire

ADDITIO.

a Vinc. God. Consanguinitate. Adde, ℘ consanguinitas quæ repellit testem uel excusat ne compellatur inuitus testificari, ponitur per Spe. in ti. de test. §. 1. uer si. sed nunquid. & seq. & Ab. in c. in literis. de testib. 3. q. 5. cõsanguinei. ubi per gl. & testis consanguineus non est omni exceptione maior. Alexan. consil. 13. nu. 11. lib. 1.

BIU Cujas

ſcire pro vero. ut l.j.ff.de ven. inſpi.ſo. dicit gl. ꝙ directe non poteſt ꝓbari, ſed indirecte ſic,& ponit exemplū. nam ſi in inſtrō dr̄, ꝙ ſi. B.& I.eius filia, vel dr̄, Petrus patruus,&Berta eius neptis, indirecte ꝓbat̄, ꝙ ita fit. Or caue tibi. nam Spe.dicit, ꝙ ſi poſitio ꝑtinet, ꝙ A.& B.eius filia ꝓmiſerunt.x.& aduerſarius ꝑfiteat̄; ꝙ intelligit̄ ꝑfiteri ꝓmiſſionē, ſed nō, ꝙ ſint pater,& filia, ut C. de teſta. mil. ex his verbis Fortunato, & l. epiſtola, in prin. ff. de pact. ſol. ibi ideo, quia illa verba nihil conferebant ad qōnem quę ver
a tebatur in iudicio, ſecus, ſi conferrent. ut dicit l. illa ſingularis, [a] & no. C. de ꝑhen. & commit. ſtipulatione. l. optimam. uel dic, ꝙ iſtud inſtr̄m non probat ad plenum, ſed faciat adminiculum, vt C. qui accu. non po. l. non ignoret,& ff. de ma. teſt. l. vxorem.
2 † Op. ꝙ conſuetudo erat rationalis, vt s̄. eo. fraternitatis. ſo. hoc ſpeciale, qn̄ falſitas committitur in cauſa matrimoniali, ut tam directe, quā indirecte poſſint teſtes reprobari, quia concurrunt duæ rationes, ſ. falſitas, odioſitas, & matrimonij fauorabilitas. Itē maius periculū eſt in diſſolutione matrimonij quam in ſubornatione teſtium,& ideo in fauorem animæ non præſumitur
3 ſubornatio. † Dicit Inn. ꝙ duo teſtes poſſunt probare primum gradum,& alij duo ſm gradum,& ſic de alijs gradib. nec dn̄r teſtes ſingulares, quia quodlibet capitulum habet conteſtes. dicit Inn. quod ad reproban. conſanguinitatē ſufficit deſtruere vnum
4 gradum,& hoc eſt utile in matrimonijs,& ſucceſſionib.† Extra no. ar. quod ſi in inſtr̄o continetur, ſicut Berta promiſit Baldo. x. nomine dotis pro matrimonio inter eos contracto, quo non ſolum per hoc inſtr̄m probatur promiſſio, ſed etiam ipſa affinitas ſeu matrimonium, licet non fuerit tunc ꝑfectum, quia ſi probatur conſanguinitas, ut in glo. (ergo & affinitas) non eſt neceſſe, ꝙ matrimonium probetur aliter. Item ſi in inſtrumento dicitur. A. procu.& B. promiſit Titio. x. probatur ꝙ dictum A. proc. quod ſic aſſeruit, & ſi Titius negat procuratorem, quia dicit inſtrumentum mendax, non poteſt ex eo agere. nec obſ. ꝙ quis poteſt approbare factum, & reprobare qualitatem, quia illud eſt verū de qualitate facti, non de qualitate perſonæ, ar. C. de teſti. l. ſi qs teſtibus, & no. in d.l. optimam, per la. de Ar. & Cy. Item qualitas perſonæ eſt fundamentum, vnde magis eſt ſubſtantia, quam qualitas, unde oportet vel ſimpliciter confiteri, vel nullo modo
5 uti adminiculo inſtrumenti.† Item qui labitur in perſona, nō obligatur, nec ratificare poteſt. ff. de fur. falſus. ſed ille, qui labitur in mandato, & ſi in nomine appellatiuo in perſona repræſentata per nomē appellatiuum. ff. de ſo. filiæ. ff. de condit. inde. ſi urbana ſed iſta ratio eſt falſa, quia geſtum cum falſo tutore, uel adminiſtratore minus legitimo poteſt ratificari ſiue per uiam contractus, ſiue per modum iudicij, vel decreti. ff. de ne. ge. ſi pupilli. ff. de bo. poſſ. l. 3. §. & acquirere, C. in qui. cau. in inte. reſt. non eſt neceſſaria. l. ſi tutor. ff. de exce. rei. iud. ſi iure. §. hoc iure. de ne. ge. ſi autem. §. j. ff. quod fal. tu. l. j. nam contractus eſt verus,& obligatio uera, & qualitas falſa repręſentatur vera ꝓp̄ ratihabitionem. ff. qui ſat. cog. l. Iulianus.& ſic purgatur dolus iuris fictione. ff. de fur. ſi vēditor. §. ſi Titius. dum tamē ratihabitio fiat, ſaluo intereſſe aduerſarij & debito tempore. ff. rem ra. ha. bonorum & l. fin. ff. de ſol. ratum,& non ſit contra ius, ut no. ff. de le. j. l. talis ſcriptura. ff. de infa. quid ergo, in prin. vnde videtur, quod quis poſſit negare mandatum fore generale,& in pluribus alijs præiudiciale, ut mandatum tutelæ, uel procu. generalis,& ratificare vnum ꝑfectum ſibi utilem tanq̄ geſtum ſine mandato. Hæc quæſtio fuit de facto in ciuitate Peruſij, ſuper his terminis, ſtatuto cauet̄, ꝙ publica inſtrumenta, in quibus eſt annexa clauſula de confeſſione coram iudice facienda, mandantur executioni, ſicut confeſſio, quæ tranſiuit in rem iudicatam,& ſic præceptū guarentigiæ. modo Berta aſſerens ſe tutricem filij locauit quoddam prædium filij Caio pro. x. tandem adultus factus præmiſſa negatione tutelæ tanquam ratum habens factum, ſed non qualitatem tutelæ, petit executionem inſtrumenti. Quæritur, quid iuris? & uidetur indubitanter, ꝙ poſſit,& tñ ex alijs ꝑctib. matris non cōuenitur, quia non conſtat, quod ſit tutrix,& hoc per regulam generalem, quia ratihabitio conſenſus, confirmatio, & ſimilia trahuntur retro, ut C. ad Mace. l. fi. ego dicebam cōtrarium. Nā ego teneor confiteri, niſi illud, quod in inſtrumento continetur,& ſic integraliter, & non diuiſim. C. de excep. ꝙ ſi quidem, in gl. ergo remanet ꝑctus abq; cōfeſſione faciēda, ut inſtrumentum iacet, ff. de ver. ob. l. j. §. cum dicit, ac ſi coram iudice confiteor cōtraxiſſe cum tutrice, & non aliter. ex duob. igitur complexis, ſi alterum eſt falſum, ceſſat ſtatutum. Item ueritas mandati inducit directum remedium. ff. depo. Publia, fictio utile. ſi non ſufficit. ff. de ſol. ſi duo. Item ex eo inſtrumento non debet quis commodum cōſequi, quod nixus eſt impugnare, ut in re-
b gula iur. & j. de exce. cum venerabilis. per Inno. Sol. refert, [b] vtrum inſtrumentum dicat talis tutrix, ut conſtat tali inſtrumento a me tabellione uiſo & lecto, & tunc contrarium dicens aſſerit inſtrumentum eſſe falſum, unde ex eo non poteſt iuuari. ff. de his qui. ut indi. poſt legatum, aut dicit, talis aſſerens ſe tutricem, vel talis tanquam tutrix,& tunc non contradicit inſtrumento, qui negat eam tutricem, argu. no. C. ſi cer. pet. ſi ex ꝑcio. & nō omne, quod aſſeritur, eſt de ſubſtātia probationis, & tamē ſi calumnioſa negaret, repelleretur, quia mendax petitor careat penitus effectu. C. ſi contra ius vel vti. pub.& ſi non cognitio, qa agit ex falſo capite, nam ſi impetro reſcriptum tanquam ex facto per procuratorem, ſi apparet ratificatio, & non mandatum, reſcriptum non valet tanquam obreptitium, ut in cap. nonnulli, de reſcriptis.

ADDITIONES.

a Singularis. Vide Mat. no. ſuo. 79. incipit, no. quod quotieſcunque. quod notabile magni facit do. Alex. in conſi. ſuo. 137. in pe. col. in j. uol.

b Refert. Vide per d. Fel. in c. præſentium, col. 4. & ſeq. infra. eo. ti.

SVMMARIVM.

Copula carnalis quo modo probetur, in prin.& nu. 1.

1 *Accuſatus ſi ſit quis, quod cognouit aliquam mulierem, an teſtes ſint interrogandi de viſu, an ſola fama viciniæ probet.*
Teſtimonium de viſu & auditu debet eſſe conueniens de his, quæ poſſunt videri.

2 *Singulares teſtes, licet non probent, quid efficiant.*
Probatio integralis, vel præſumptio violenta ex concurrentibus pluribus diuerſi generis reſultat.
Indicia & adminicula iudicis arbitrio committuntur.

3 *Ex argumentis cauſa deciditur.*
Teſtis qui deponit de viſu, an probet.

4 *Teſtificari taliter ſufficit, qualiter patitur actus naturæ.*
Accidentia communiter, magnopere conferunt ad ꝙ quid eſt probandum.

5 *Teſtis, quid iuris ſi dixerit, vidi eos commiſceri, cum forte cortina erat in medio.*

6 *Conſcius, conſciaque, quis, quæ ve dicatur.*

7 *Strepitus commiſcentium cum fama viciniæ, an ſufficienter probet.*

8 *Fama an inducat præſumptionem.*

9 *Teſtis ſi deponit ſup fama, ꝙ audiuit a maiori parte populi, an probet famā.*

10 *Teſtis ſi dicat, quia publice dicitur per maiorem partem populi, & alias non affirmat de ſuo auditu, an probet.*
Dicta teſtium non ſunt cauillanda, vel calumnianda.

11 *Teſtis ſi dicat ſe ſcire verum eſſe, quod Petrus, & Berta commiſerunt adulterium, nec eſt interrogatus de cauſa ſcientiæ, an probet.*
Teſtes repetendi in cauſa criminali, qui rationem ſui dicti non reddiderunt non interrogati.
Teſtes acutius interrogandi in cauſa criminali.

12 *Vir, qui polluit matrimonium, non poteſt accuſare vxorem, nec petere ſeparationem thori.*

CAP. XXVII.

Præterea. Carnalis copula probatur ꝑ conueniens teſtimonium de viſu. Idem in teſtimonio de audi-
1 tu cū fama. ſecunda pars ibi, Reſpondemus.† Caſus. Aliquis accuſat̄, ꝙ cognouit aliq̄ mulierem. queritur, vtrū teſtes ſint interrogandi de viſu, an ſola fama viciniæ probet, & an ſi teſtes dicāt ſe conſcios carnalis copulæ, & de viſu nihil deponant, probent ſufficienter, vel ſaltem uiolentam faciant præſumptionem? Papa reſpondet, quod ſufficit conueniens teſtimonium de uiſu. Item de viſu repręſentante actum commixtionis cum fama viciniæ & alijs adminiculis quæ circumſpectus & diſcretus iu-
2 dex contemplabitur iuxta animi ſui motum.† No. primo teſtimonium de uiſu, ꝙ debet eſſe cōueniens de his, quæ poſſunt videri, non de inuiſibilibus. Secundo no. teſtimonium de auditu, quando audiuntur verba, vel actus, qui conſueuerunt in talibus commiſſionibus ineruenire, ut ff. de adul. inter liberas. Item no. de violęnta præſumptione, quæ per famam confirmatur. Item no. qd̄ licet ſingulares teſtes non probent, tñ ſingularia iudicia uel præſumptiones, quorum quodlibet plurib. teſtib. comprobatur, bene probant ſaltem vehemēter adminiculando. Item no. qd̄ ex pluribus cōcurrentib. diuerſi generis reſultat vna probatio integralis, vel ſaltem violenta præſumptio, ſic. j. de ſucce.
3 ab inte. cum dilectus.† Item no. qd̄ iudicia,& adminicula iudicis arbitrio committuntur. C. de quæſti. milites. §. oportet. Item no. ex argumentis decidi cauſam, ut no. ff. ad Tre. qui filium. §.
4 fi.† Oppo. qd̄ ubi teſtis non deponat de viſu, non probet, ut ff. de te. §. qui teſtamento. §. fin.& l. 1. ff. de ven. inſpi. & C. de teſt. l. teſtium. Sol. illud verum, ſi ſufficiēs ratio poteſt reddi per viſum. ſed quædam ſunt, quæ non poſſunt videri per ſe, ſed per accidens,& tunc ſufficit taliter teſtificari, qualiter patitur actus naturę. Porro, ut ait philoſophus, accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quicquid eſt. item loca a com-
5 muniter accidentibus, vt no. C. de proba. l. neque natales.† Sed quid ſi teſtis dixit, uidi eos commiſceri, cum forte cortina erat in medio? videtur quòd teſtis poſſit ſaluari, ut ponatur viſu pro auditu, ſed hoc non eſt verum, quia falſus ſenſus non poteſt poni pro uero ſenſu. ſed hic eſt falſus, ſenſus, quia habet obiectum impedientem de cortina in medio, not. in l. fin. C.
6 de iure delib.& in l. ſecunda, ff. de aqua pluuia.† Opp. dicitur quod poteſt eſſe quis conſcius,& tamen non uidit. Nam iſtud uidetur

BIU Cujas

videtur implicare contrarietatem. Sol: conscius dr̄ non solum, qui vidit, sed confessionem partis audiuit, ff. de ædil. edic. l. quæro, §. fi. item ille, qui uidit nudum cum nuda, & solum cum sola, licet emissionem seminis, in qua consistit pollutio, non uideat, Ber. no. ergo quod conscientia est ex præiacentibus signis consonans scientia. Quæro, † nunquid strepitus [a] commiscentium cū
7 a fama vicinæ sufficienter probet? resp. sic, & si agatur ad pœnā criminalem. ſm Ber. Nam trib. modis potest illud capitulum intelligi, vt ait Ber. † Quæro de fama, nunquid inducat præsumptionē?
8 rn̄deo, non per se, sed potest habere adiuncta adminicula, q̄ eam conualidant, vnde fama non dr̄ probare ſm Ber. quod dic, ut copiose no. per Bar. ff. de quæsti. l. de minore, §. tormenta, & ibi eleganter dicit, q̄ si per statutum ciuitatis fama probet delictum, tale statutum dēt intelligi nō de nuda voce populi, sed de adminiculata p̄ indicia, quod intelligo saltē talia, qualia possunt animum iudicis informare, vt hic dr̄, no ff. de test. l. ob carmen, §. fi.
9 † Et adde, quod no. 3. q. 9. testes. Ibi tñ Bar. dicit vnum, q̄ non pu
b to verum, q̄ si testis deponit super fama, [b] q̄ audiuit a maiori parte populi, q̄ non probat famam, quia non dicit, cuius populi, nā certe intell'r de populo illius ciuitatis, & interdum sufficit fama viciniæ, tex. est hic no. q̄ popularis fama intell'r illius populi, vel
10 uicinalis illius viciniæ. † Idem ait, q̄ si testis dicat, quia publice dr̄ per maiorem partem populi, & alias non affirmat de suo auditu, q̄ non probat, quia non deponit per sensum auditus, & idē no. Bar. in l. Labeo, ff. de sup. le. nam certe sufficit, q̄ testis reddat cām per sensum corporis præsumptum per locum a cōiter accidētibus, si. n. dr̄ publice, q̄ ſm dicta reiterationis exponitur ideſt publice. & sic est vnus de populo, ergo præsumitur audisse, q̄ ab oībus dr̄, vt extra de postu. præl. c. 1. & dicta testium non sunt ca-
c uillanda, uel [c] calumnianda, vt in isto. c. ad hoc facit quod no. iste Bar. ī l. 1. ff. si cer. pet. ubi dicit, q̄ sufficit dicere, scio, quia uicinus vt l. 1. §. 1. ff. de flu. & l. 2. C. quando fis. uel priua. quia ex hoc præsumitur scientia, & sensus corporis, C. de in inte. rest. mi. l. de tutela, ff. vnde cogn. l. octaui, C. de repu. consensu, §. 1. & est gl. ordi.
11 l. 3. §. 1. ff. de test. & ita consuluit do. Dy. † Quæro, pone testis dicit se scire uera esse, quod Petrus & Berta commiserunt adulterium, nec est interrogatus de causa scientiæ, an probet? respondeo sic, ſm Inn. licet de uisu nihil affirmet. Porro hæc quæstio formatur in tex. sed non soluitur ſm Inn. istud est ualde notabile dictum, q̄ in causis capitalibus ualet testimonium de veritate sine redditione causæ uisus, si testes non sunt interrogati de causa scientiæ, ego puto, q̄ testis debeat repeti ex officio iudicis in causa capitali, vt ueritas per omnia eluceſcat, & si malam cām reddiderit, non probat, nam, vt dixi, sup. eo. fraternitatis, speciale est in causa criminali, & dicam, ī. eo. cum clamor, sed si testis nō est repetitus per iudicem, tunc stabo dicto Inno. Et no. quod in criminalibus acutius sunt interrogandi testes, ut no. ff. ad Silla.
12 prius. † Vltimo no. in glo. q̄ uir, qui polluit matrimonium, non potest accusare vxorem, nec petere separationem thori, ff. solut. ma. viro atque vxore, & l. cum mulier, & an ius accusandi matrimonium transeat ad hæredem, dic vt l. rei iudicatæ, §. 1. eo. tit. & C. de adūl. l. fi. & ar. C. de reuo. do. l. fi. & C. de decur. l. si ille, q̄. li. x.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Strepitus. Adde quomodo strepitus iudicii intelligatur Bar. in extra ua. ad reprimen. ver. sine strepitu. Oldr. consi. 115. in iudicio. Card. in clem. 2. q. 43. de iud.

b Fama. Adde, quod idem dicit Bal. in l. de quibus, ff. de legib.

c Vinc. God. Vel. Adde, quod fama sine aliis indiciis non probat etiam ea quæ sunt probatu difficilia si agatur de magno præiudicio, secus si de paruo, Rui. consi. 113. nu. 8. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis vnius verbo non creditur, & scriptura eius reprobari potest per testes, secus in Papa, in prin.*
Verbum Papæ an poterit probari per testes, & nu. 2.
2 *Collatio simplicis beneficii an possit probari per testes.*
Priuilegia vetustate corrosa non sufficiunt sed debent renouari.
3 *Cardinalibus asserentibus sibi aliquid commissum a domino papa an credat.*
4 *Ducibus habentibus legationē imperatoris, qui asserunt sibi factas aliquas extraordinarias commissiones, an sit credendum.*
Regibus, & præfecto prætorio an sine literis credendum.
Tabellio, licèt sit quis in dignitate, magistratu, vel officio, non dicit, & nu. 6.
5 *Literæ testimoniales episcoporum an probent, & num. 10.*
Instrumenta conficere soli tabelliones possunt, & qui.
6 *Iudex, & tabellio si sit aliquis, an tanquam tabellio possit scribere acta sua cum subscriptione testium.*
7 *Iudices an possint testificari, & nu. 8.*
8 *Iudices possunt testificari super sano & conuenienti intellectu verborum ab eis prolatorum.*
Arbitri an similiter testificari possint.
9 *Scriptura iudicis habens subscriptionem testium an possit reprobari, & quid publica scriptura.*
Scriptura priuata quæ, & nu. 18
Præsumptio, quæ sumitur ex scriptura, duobus testibus reprobari potest.

10 *Episcopus si propria manu scripsit cautionem vsurarii, uel eius testamentū an huic scripturæ stetur.*
11 *Scripturæ priuatæ si duo notarii subscribunt, an probent absque alia dispositione per eos fienda.*

CAP. XVIII.

Cum a nobis. Vnius iudicis uerbo non creditur, & scriptura ipsius per duos uel tres testes p̄bari potest, fallit in papa, cuius simplici uerbo, vel scripturæ creditur, secunda ibi, Salua. quod dic, vt in c. 1. de prob. in cle.
1 & in ca. si Papa, de priu. lib. 6. † Sed nunquid uerbum Papæ poterit probari per testes? dic q̄ nō, si consistit in priuilegio, ut l. p̄batorias, C. de diuer. off. li. 12. uel in collatione alicuius dignitatis, vel in donatione seu alienatione alicuius rei, vt C. de quadr. p̄scr.
2 l. bñ a Zenone. † Itē non sufficiunt priuilegia uetustate corrosa,
a & iō dēnt renouari, ut no. ī Auth. de hær. & Fal. ī prin. col. j. collatio [a] aūt simplicis bñficij uidetur posse probari per testes, quia ēt antequam fiat scriptura, sortitur effectum suæ ualiditatis, ut no. in prooemio 6. libri, in nouella, ar. q̄. C. man. in prin l. 1. C. de iur. fis. l. prohibitum, lib. 10. quod est tutius. Pro prima vero parte est arg. C. de testa. omnium, vbi dicitur, quod præsentia & conscien-
3 tia principis potest probari per duos testes. † Quero, quid de Cardinalibus asserentibus sibi aliquid commissum a domino Papa? dicunt quidam quod in curia creditur eis, sed non extra curiam. Alij dicunt indistincte credi etiam ex̄ curiam, si habent officiū legationis de latere, & est speciale, 96. dist. nobilissimus, & no. j. de app. cum parati, & est argumētum, q̄ eodem modo credatur ducib. habentib. legationem Imperatoris, qui asserunt sibi factas
4 aliquas extraordinarias commissiones, quod est no. † Nam tales duces possunt dici de latere, quia sp astant principi, vt l. unica, C. de præpo. labarorum, lib. 12. ibi dum dicit, nostri lateris comitat' illustrat, & l. 1. C. de silentiar. eo. lib. idem puto in regibus & p̄fecto prætorio, ut ff. de officio præf. præto. l. 1. §. his cunabulis. Casus in isto capitulo satis patet, dicit. n. papa, q̄ dicto uel scripto unius iudicis nō creditur, siue sit testimonium de iudicio, siue de testō, siue de q̄ctu, ēt si sit eps, nisi scriptura fulciatur adminiculo testium. Item dicit, q̄ tale scriptum potest reprobari per duos vel tres testes. Item excipit auctoritatem Papę, q̄tumcunque fuerit auctoritatis ēt epalis, nec ob. 11. q. j. quicunque, quia ibi loquitur ſm antiquissima iura, quæ hodie sunt correcta ſm Innoc. Et no. q̄ licet quis sit eps, uel alterius dignitatis, vel legum Doctor, vel magister in Theologia, uel generalis Minorum, non tamen est tabellio, nec habet auctoritatem conficiendi publicam scripturam. Sed quid si ante epatum erat tabellio? videtur non depo nere illud officium, ff. de cond. & de. falso, §. 1. in p̄rium facit, q̄a
b officium tabellionis [b] est uile, vt no. C. de decu. l. uniuersos, lib. x.
5 vbi videas. † Item no. quod literę testimoniales eporum nō probant, quod dic, ut s̄. de prob. post cessionem. Ex prędictis appareret, q̄ soli tabelliones p̄nt conficere instrumenta, ut C. de tab. l. generali, li. 10. & illi soli, qui non deliquerunt in officio, ut no. in l. si aliquid, C. de fusce. & arca. lib. 10. & in Auth. de armis, §. fi. col. 6. & soli illi qui sunt creandi tabelliones, sunt bonę famę, vt in di
6 cta Auth. de armis, col. 2. vbi est tex. notabilis. † Quero, si aliquis est iudex, & tabellio, utrum tanq̄ tabellio possit scribere acta sua cum subscriptione testium, & uidetur q̄ non, quia sicut coram seipso non p̄t esse testis, ita nec tabellio, nam non dēt duplici officio fungi in q̄dictorio iudicio, & hoc sentit Inn. Idē ait, q̄ in quibusdam locis notarij appellant̄ iudices, sed iste usus loquēdi nō dat auctoritatē q̄ non h̄nt, ſm Inn. Ego dico, q̄ in leuib. causis, & in his, quę sunt voluntarię iurisdōnis, & non contentiosis, vel nō leuibus possunt utrumque officium exercere, ar. C. de sacrosan.
7 eccl l. iubemus, §. his tabellionib. † Modo quero, nunquid iudices possunt testificari, & dicendum est, q̄ non coram seipsis; vnde nec mutuo vnus alterum potest se recipere in testes, quia in iurisdictione contentiosa non p̄t vnus fungi vice duorum vt no. ff. de adop. l. si consul. sed coram alio iudice superiore, puta in cā supplicationis, in integ. rest. appellationis, vel nullitatis, si quidē volunt testificari super processib. p̄nt, vt in c. q̄m q̄ falsam, in prī.
8 s̄. de prob. † Item sup sano & q̄uenięti intellectu verborū, ab eis platorū, ff. de app. ab executore, & no. ī l. si p̄tor, §. 1. ff. de iud. sed sup causis iustitiæ ñ possunt, quia hæc cā afficit eos, ar. C. de app. l. eos, in prin. ita sentit hic Ber. Item in arbitris, C. de arb. l. ne in ar
9 bitris. † Quæro, utrum scriptura iudicis habens subscriptionem testium

ADDITIONES.

a Vinc. God. Collatio. Adde quod collatio beneficii patronati facta per episcopum intra tempus præsentandi præfixum a iure patronatus, non conualescit licet patroni infra tempus nullum præsentent, quia a principio non ualuit. DD. de Rota in decis. 357. & in decis. 309.

b Tabellionis. Adde, quod idem dicitur de officio procuratoris, quod eius officium est uilissimum, in §. fi. Inst. de excep.

BIU Cujas

testium possit reprobari, v.g. iudex scripsit suam sniam, & eam legit, & subscripsit, tam ipse, q̄ testes, respon. reprobari pōt ēt per duos, vel tres testes, & quia dicit, ꝙ pōt reprobari, colligitur, ꝙ creditur, si non reprobetur, & est ratio, quia olim erat permissum iudicibus, quod ipsi ijdem possent scribere acta, tn̄ si dicebatur ꝙ non erat scriptura manu iudicis scripta, debebat ꝓbari, ꝙ erat sua manu per cōparationem lr̄arum uel testium, sed nouissimo iure nō creditur ſm In. qui dicit, ꝙ oīs scriptura, siue ex̄ iudicium fiat, siue in foro iudiciorum, est scriptura priuata cui non datur publica & authentica fides ſm Inn. quia non est scriptura publica, nec authentica, nam scriptura publica, vel aut. nō potest reprobari, nisi per quatuor testes, ſm Ber. tu dic, vt sup. de prob. tertio loco. Et adde quod præsumptio, quæ sumitur ex scriptura potest infringi per duos testes, quia non est proprie reprobatio, vt no. ff. de pac. l. iurisgentium, §. quod fere, vbi est gl. solen-
10 nis.† Pone, eps propria manu scripsit cautionē vsurarij, vel eius testamentum. nunquid huic scripturæ statur, respondeo nō, nisi testibus in iudicio deponentibus roboretur, ꝙ omnis scriptura regulariter est scriptura priuata vt solemniter no. ff. de eden. q̄dā §. nummularios, & nullo iure cauetur quod scriptura episcopi habeat vim publicæ scripturæ in contractibus, vel testamentis, & est casus in isto c. uer. nec scriptum, exponendo literam ibi, ni
11 si. i. quamuis, ſm Innoc. quod tene menti.† Sed quid, si priuatæ scripturæ subscribunt duo notarij? respondeo si sunt additi tanquam notarij probaī absque alia depositione per eos facienda in iudicio: secus, si vt amici simplices, C. qui po in pig. ha. scripturas, in Auth. de hær. & Fal. §. si uero absunt. ff. de eden. l. si quis ex §. 1. ver. aut certe, quod no.

SVMMARIVM.

1 *Testes iurati super exceptione dilatoria an possint examinari in principali.*
2 *Dilatoria iudicii, quæ litem contestari non patitur, debet opponi, & probari ante li. contest. nisi in casu.*
Procurator falsus proprie non dicitur is, qui fuit admissus ex certa scientia.
3 *Exceptio declinatoria iudicii est præiudicialis & debet ante litem contestatam decidi.*
Replicatio declinatoria simili modo & tempore decidenda.
Exceptio dilatoria solutionis, an & quando, et quomodo opponenda, & quā doque peremptoria, nu. 5.
Excipiendo an quis intentionem fateri videatur aduersarii, & nu. 4.
4 *Exceptio contra actionem, quæ oritur ex pacto de non petendo, præsupponit actionem.*
5 *Dilatoria solutionis, quia habet diminuere debitum principale, est secundū quid quodammodo peremptoria in eo quod diminuitur.*
Iuramentum a teste præstitum quando extendatur ad alium articulū, & quā do præstari debeat super exceptione solutionis dilatoria.
6 *Testis ex iuramento obligatur ad dicendam veritatem.*
7 *Testes superuacui non sunt recipiendi, nec tamē debet iudex hoc detegere an te testium publicationem, & nu. 8.*
8 *Renunciari an possit probandis per testes, vel ipsis talib. nominatis puta. Pe. vel Io. & quo tempore.*
9 *Testes iurati super possessione, an possint principaliter deponere super ꝓprietate, vel è contra.*
10 *Testi an competat exceptio declinatoria compulsionis, si compellitur, vbi nō debet compelli.*
11 *Testium personas qui approbauit in vno casu, an cōpellatur probare in alio.*
Exceptio peremptoria potest opponi publicatis attestationibus.
12 *Reus si velit probare exceptionem antequam constet de probatione actoris, an posset.*
Testes denuo possunt variato agendi modo produci.
13 *Exceptio peremptoria an impediat litis contestationem.*
Excipiendi forma & aptitudo semper inspicitur.
14 *Fundamentum vbi prohibetur, ibi initium iudicii prohibetur.*
Litis contestationem exceptiones impedientes, quæ. & nu. 13.
Auditus in vno articulo, quia nō fuit exceptū, tamē potest super alio repelli.

CAP. XXIX.

De testibus. Testi, qui super excepione dilatoria iuratus uit, super principali non creditur. Si tn̄ li. cont. super principali negocio producatur iurare cogitur veritati testimonium prohibere, nisi sufficiens testium productio, renunciatio, vel publicatio facta sit. Et primo ponitur decisa ꝙsultatio. secundo ponitur bimembris responsio, secunda ibi, Cōsultationi. Item secunda subdiuiditur in tres, quia duo dicta. Itē a se
1 cundo dicto tres casus excipit. Casus patet.† Quæritur, vtrum testes iurati super exceptione dilatoria possint examinari in principali, & dr̄ quod non, duabus rōnibus. Primo, ꝙa iurauerunt ante li. conte. secundo quia super principali non sunt iurati. Secundo quæritur, vtrum super principali li. conte. possint produci testes, ita, quòd cogantur iurare & deponere? respondetur quòd sic, fallit, si sufficiens productio testium facta sit, vel renunciatū,
2 vel attestationes publicatæ. † In tex. dilatoriam, puta subreptionem rescripti. Et ad euidentiam no. ꝙ quædam est dilatoria iudicij quæ litē contestari nō patitur, & ista debet opponi & probari ante li. conte. vt C. de exce. l. fi. ff. de iud. sed & si susceperit, C. de procu. ita demum, nisi sit talis, quæ reddat iudicium retro nullum, vt C. de procu. l. licet, puta exceptio falsi procuratoris, quem quis ignorabat esse falsum: secus, si ex certa scientia sit admissus, quia tunc non dicitur proprie falsus, licet non habeat
3 mandatum, ff. de nego. gest. at qui natura, §. cum me.† Exceptio igitur declinatoria iudicij est præiudicialis, & ideo ante li. cont. debet decidi. Idem intelligas in replicatione, vt dicit illa l no. C. de adul. l. qm̄ Alexandrum. Alia est exceptio dilatoria solutionis quæ respicit rem petitam, vel verius actionem præmature propositam, & ista exceptio debet ante li. conte. proponi, sed post litem conte. probari fundata intentione actoris, vt C. de prob. l. exceptionem, & est ratio, quia quodammodo exceptio mixta, qa in ipsa disputetur tam de iudicio quam de meritis causæ principalis, naturam nam que iudicij sapit in opponendo, sed naturam negocij sapit in probando, dicit Ber. ꝙ interdum non est necesse, ꝙ opponatur, nam si nascitur ex ipso eodem ꝯctu, & nō ex diuerso, non est necesse, ꝙ obijciatur, qa ipsa actio est affectata per seipsam, ff. de uerb. ob. eum qui, §. qui ita, per Bar. ff. iol. mat. l. si ꝙ stante §. quoties. Sed nonne, qui opponit dilatoriam solutionis, vr̄ confiteri debitum in diem, vt C. de re iu. l. ad solutionem, & ff. de pac. l. si vnus, §. i. dicit gl. ꝙ debet primo negare, & sub conditione excipere. Considera hic, ꝙ si primo negaret, litem contestaretur, sed dicit, ꝙ debet protestari, ꝙ non facit animo litem ꝙ-
4 testandi. † Considera subtiliter, ecce ex pacto de non petendo oritur exceptio ꝯ actionem, & istam præsupponit actionem. Itē contra ipsum agere, & hoc non supponit actionem, prout est ius petendi, sed prout est quoddam intentare, vnde qui excipit vr̄ fateri, ꝙ aduersarius ait, ꝙ facti est, & verum est, sed nō quod habeat ius agēdi, & idem in omnib. exceptionib. peremptorijs est dicendum, & ista est noua uera & bona consideratio. Vel dic, ꝙ excipiens non vr̄ confiteri, vt no. in auth. de exhi. re. §. suscepto, vbi gl. no. quia excipere est introductum in fauorem reorum, un de non dēt verti in odium, & quia ordinatur ad diminuendum, non debet augere, vt ff. de leg. 1. legata inutiliter, & no. ff. de reg. iur. l. nemo ex his. Ex prædictis habes duo tempora. s. tempus opponendi, & tempus probandi. Caue tamen tibi quia Doctores
5 dicunt, quod † dilatoria solutionis, quia habet diminuere debitum principale, est ſm quid quodammodo peremptoria in eo, quod diminuitur, ut in d. §. quoties, & ideo potest opponi lit. cōte, non ad effectum suspendendi processum usque in euentum diei, sed ad effectum duplicandi inducias, si sunt certæ, sed incertæ habentur pro conditione, & dicit gl. quod agens perdit interim actionem i. illam vulgarem formulam, seu libellum, quem & quam intentauerat de facto, vt no. ff. si cer. pe. l. pecuniam, sed non perdit illam, quæ orietur existente cōditione, ff. de ædil. edi. l. bouem, §. aliquando, & ff. de iud. non potest uideri. In tex. ibi, Audiri. s. si ſponte velit deponere. Ibi, Nec cogi, si deponere noluerit, & no. quod testis non iuratus non cogitur testificari. Itē no. quod testi non iurato non creditur. Item no. quod iur̄m præstitum super uno artículo non extēditur ad aliud. Ibi, peremptoriam, quid in dilatoria solutionis, quæ post lit. conte. probatur? dic quod aut iurauit super toto capitulo certo, & non extēditur ad aliud, quia nec productus nec iuratus. Aut iurauit super tota causa ante li. contesta. & idem, aut post lit. contest. & tunc potest deponere super quolibet capitulo in uirtute talis iur̄i, & non solum in causa principali, sed etiam in causa appellationis, quod dic vt no. C. de temp. app. l. per hanc. Et no. quod super exceptione dilatoria solutionis testes non debent iurare ante li. contest. alias oportet dictum testis trahi retro ante li. conte. & non ualeret depositio.† Ibi, Obligari, nota testem ex iurō obligari ad dicendum veritatem, si ergo non dicit veritatem, conuenitur ād ītereſſe actione in factum ex iureiu. vnde non est periurium, sed ꝓp periurium ex ipso iuramēto oritur actio, & est subtile dictū.
7 † Ibi, Sufficiens, no. superuacuos testes recipiendos nō esse, [a] nec
a tamen hoc iudex debet detegere ante testium publicationem, vt C. de fal. vbi, & patet hic in litera, non distinguit casum publi-
8 cationis a casu numeri testium sufficientium.† Ibi, Renunciatū, no. probandis per testes, vel verius ipsis talibus nominatis, puta Petro, & Io. vel generaliter renunciari, & hoc, si renunciatur in iudicio, & post li. conte. secus, si in contractu, & non in causa, vt no. in Auth. vt matres deb. & credi. §. si vero, item ante li. conte. non potest renunciari facultati, quæ nondum competit, ut no. ff. de le. 3. l. si ita, §. 1. ff. quorum le. l. 1. §. quod autem. Dicet ergo, audiuimus tot pro & contra quod nolumus amplius laborare, qa
9 nō expedit partib.† Quæro vna cum gl. an testes iurati super possessione possint. s. principaliter deponere super proprietate, vel è ꝙ. gl. dicit ꝙ non, quia non iurati, de hoc no. C. qui le. perso. l. mo
10 mētaneæ, & ī Spe. eo. ti. §. 1.† Quæro, utrū testi ꝙpetat exceptio declina-

ADDITIO.

a Esse. Vide late scripta per Ale. in apostillis ad Bar. in l. 1. §. quamquā, ff. de test.

BIU Cujas

declinatoria compulsionis,si cōpellitur,vbi non debet compel
11 li?rñdeo sic.Quæro,vtrum ille, qui approbauit personas testiū in uno.capitulo,cōpellatur approbare in alio?rñdeo,sic.Quæro, vtrum attestationibus publicatis possit obijci exceptio perēptoria?rñdeo sic.Quæro,an poterit probari per testes?rñdeo sic, qa
12 indistincte,vt exceptio ꝑscriptionis,pacti,vel rei iudicatæ.†Quę
a ro,si reus a vult probare suam exceptionem ante,q̄ constet de ꝓ batione actoris,utrum posset?dicit gl.ꝙ sic,tñ reputat eum stultum,qui se onerat ante,quam oporteat.& per hoc dicit Ia. But. C.de prob.exceptionē,quod stultus est iudex,q̄ dat eundem terminum ad probandum reo,& actori,ut C.deexce.si quidē.Quę rit glo.si variatur modus agendi,vtrum testes possint de nouo ꝓ
13 duci?resp.sic.†Quærit gl.utrum exceptio perēptoria impediat lit.cont.rñdeo,ꝙ non,nisi in tribus casibus in quibus potest dici mixta.si autem obijciatur in forma debita.i.ne procedatur,quia
14 forma & aptitudo semper inspicitur,ſm Iac.Bu.†Item vbicun-
b que l.vel statutum dicit,non audiam, uel actionem non dabo.b nam ipsum agere,idest intentare,est prohibitum, & ubi prohibetur fundamentum,ibi initium iudicij prohibetur,ut ff.de aleato.l.1.§.quod autem,ſm Ia.But.& ideo si statutum dicit, ꝙ non audiantur querelæ bannitorum, etiam libellus eorum non debet recipi,nec in actis poni,ut in l.j.C.ne quis uela regia.& istud statutum non solum obstat collectiue.i.si obijciatur toti causæ, sed etiam distributiue,ut nec audiatur,in prin.nec in medio,nec in fine causæ,nec etiā in executione,ut no.Ia.Bu.ff. de condi. inde.l.eleganter.§.si quis post.& ideo auditus in uno articulo quia non fuit exceptum,tamen potest repelli super alio,ubi pronunciatum sit eum audiendum,quia sententia facit ius, & contrariorum eadem est disciplina,& uirtus æqualiter opposita.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Reus. Adde ꝙ reus diffinitiue absoluitur,si actor minime probasse conuincatur.Rui.consi.114.nu.11.lib.5.

b Dabo.Vide late per d.Ale.Doc.in l.1.§.sublata,ff.ad Treb.& ibi etiam D.Ias.

SVMMARIVM.

1 *Persona veniens ex transuerso licet admittatur ad assistēdum causæ pro suo interesse,tamen non admittitur ad petendum publicari attestationes receptas inter ipsos principales.*
Didicisse,vel percūctatus attestationes quis præsumitur,si habeat eas apud se,nisi clausæ fuerint.
2 *Percunctatio præsumpta impedit productionem testium,sicut vera.*
Publicandi sunt testes,aliter fidem minime facerent.
Tertius pro suo interesse,quid possit,& num. 1.
Voluntas Papæ pro sententia interlocutoria habetur.
3 *Acta pendentis controuersiæ possunt committi custodienda uni partium.*

CAP. XXX.

Constitutus. Publicatio attestationum non fit ad petitionem tertij,& pars, apud quā depositæ sunt scripturæ attestationum,non pōt vlterius testes producere.Prima pars narrat processum.Secunda interloquit̄, & cām committit ibi,nos eam.Casus.Archiepiscopus Eboracen. in absentia concesserat Archidiaconatum Richemun.cuidam magistro Honorio: Capitulum vero Eboracen.eundem Archidiaconatum contulerat magistro Roglerio authoritate, vt dicebat, Lateranensis concilij.Item,vt asserebat,auctoritate proprij priui legii ipsius dicti capituli. magister appellatione pendente expulit de facto d.M.impetrati fuerunt pro & contra iudices delegati.& verum est,ꝙ dictus magister Roglerius de ipso eo. Archidiaconatu litigabat cum dicto Archiepiscopo, & testes produxerat,qui erāt examinati,tandem fuit hæc causa deducta coram Papa,coram quo petebat dictus magister Honorius publicari testes receptos inter episcopum & dictum M. Rog. Papa dicit, quod non potest hoc petere,quia causa Archiepiscopi & magistri Rog non spectat principaliter ad d.M.Honorium,& hoc primo.postea Papa commisit causam principalem de dicto Archidiaconatu & inter dictos magistros.& est verum in facto, quod inter eos fuerunt similiter testes examinati,& attestationes depositæ penes d.M.Hono.qui volebat vlteriores testes producere, quærebatur,an posset? & videtur quod nō,præsumitur.n.attestationes vidisse,& percunctasse, & ideo dictus M. Hono. debet esse contentus ipsis attestationib.si autem attestationes non essent apud eum depositæ nec publicatæ, deberent admitti testes,quos ipse produceret,supple & quemadmodum pro aduer
3 fa. l. 2. §. miles. † Sed pone. ꝙ primo denunciat, & postea effectus est infamis, uel est bannitus. resp. debet procedi super denũciatione quia fuit legitime facta, vt ff. de pub. iu. l. is qui reus, versic. inchoatas. plane idem est in tabellione deposito, quia non uitiantur vetera instrumenta rogata tempore quo ipse erat integri status, ut hic. & ad Carbo. l. 3. §. duæ, & l. 1. C. de testi. sed pone. iste syndicus, erat infamis ante ipsius constitutionẽ, nũquid poterit denũciare maleficia? dic ꝙ sic, quia ualuit eius citatio, licet esset infamis, & ideo potuit officium exequi, arg. huius literæ in versic. postquam, a contrario sensu, non ob. C. si ser. aut liber ad decur. aspi. li. 2. lib. 10. quia ibi aspirauit ad onus, ut ff. de mu. & ho. l. munerum. §. defensores. Ibi, Non studiose. i. ex certa scientia,. & sic etiam debet exponi. l. municipalis dicens, si quis studiose fecerit falsam scripturam, comburatur, nam intelligitur studiose. i. ex certa scientia, non per errorem facti, uel iur. ut l. 1. in fi. ff. de abige. & ibi no. glos. & l. illud. ff. de liber. cau.
4 † Ibi, incontinenti, quidam exponunt. incontinenti, quando-
a que in eadem instantia iudicij, quia error a potest reuocari usque ad sententiam, ut C. de iuris, & fac. ignor. l. error. tu dic. i. antequam partibus loquatur, uel ab alio super correctione instruatur, ut nota. in Authent. de testi. §. quia uero quinimo dici potest si testis sit notæ fidei & authoritatis, possit se corrigere, ante quam testimonia sint publicata, non post. iurabit tamen, quod cum nemine sit locutus, argumen. supra titulo. 1. vltra tertiam, ad l. error, respond. quod ibi loquitur in parte;

ADDITIO.

a Vinc. God. Error. Adde. ꝙ error probatur ostendendo rem aliter se habere, maxime quando probatur de damno vitando, etiam si error sit in facto proprio. Rui. consil. 10. num. 16. lib. 3.

BIU Cujas

te,non in teſte,ñ mirum,quia principalis perſona ſæpe uariat,vt. ff.fam.erc.l.qui familiæ, & C.de eden. l.edicta. ſed teſtis variare non debet,quia ueritas,de qua teſtis iurat,non recipit contrarietatem,uel diuerſitatem,ut ff.de dam.infe.l.qui bona. §.ſi quis ſtipulatus. † Modo quæro una cum Innoc. quæ differentia eſt inter uariantem & contradicentem.[a] D cit Inn. ꝙ uarians primo dicit unum, poſtea directe contrarium, nullam cauſam ſuæ varietatis adijciens, contradicens eſt, qui primo dicit vnum,deinde deponit indirecte contrarium.Exemplum. C.de contrahend. & commi.ſtip.optimam.Mihi videtur,ꝙ Inn.debuerit dicere totum e contra.ſ.ꝙ contradicens ſit ille, qui ſibi directe contrariatur varians qui indirecte,vt in cle.teſtibus,de teſti.& neuter ipſorum poteſt reddere rationem ſui teſtimonij, per ſenſum corporis,quia impoſſibile eſt,ꝙ duo ſenſus contrarij vel incompaſſibiles ſimul ſtent,uel concurrant in eodem ſubiecto, vt C.de fur.l. 1.ff.de cond.& dem.l. Titiæ,ſi nõ nupſerit.ff.pro ſuo. l.ancillam. † Quæro,quis dicatur vacillans? [b] dicit Innoc. ꝙ qui dubitando, uel tremendo loquitur,vacillat.ſ.quo ad fidem ei adhibendam. i.vacillat fides eius. † Item varians dicitur, qui varie loquitur,ut quia primo dicit, ꝙ Titius mutuauit c. Florenos in carlinis,poſtea dicit in Bologninis. uel in Imperialibus.licet ſtipulatio non vitiaretur per iſtam diuerſitatem, quia recipiunt inuicem funCtionem,ut dicit l.illa not.ff.de verb.obli.quicquid aſtringendæ. C.de do.ſi quis argentum in prin.ff. de ſo. Paulus. Item variatio eſt diuerſitas,& vacillatio eſt unius ad ſeipſum, vt ſi primo dixit vnum, poſtea dicit aliter, tãdem reuertitur ad primum dictum ſed ſi teſtimonium teſtis eſt ſcriptum & incontinenti rediens facit ſibi legi,& dicit tabellioni,ego non dixi ſic, poteſt dicere tabellio,ꝙ ſcripſi,ſcripſi,nec licet mihi emendare ſcripturam,niſi iudicis mandato,quia abſolura fuit dicta ſcriptura, ut C.de fi.inſtr.contractus,& ꝙ not. ff. de ſta ho. Imperator, per Cyn.Iſta.n. controuerſia eſt inter tabellionem, & teſtem, de qua teſtis non habet iudicare,& cum tabellio præſumatur peritus in iure & legalis in ſcriptura,iſta cõtrouerſia altioris eſt inquiſitionis. C.de fal.ſi quis decurio,per Cyn adde varians mutat, contrarius emẽdat,C.de eden.l.edita actio,deficiens ſupplet,obſcurus declarat, ſuperfluus minuit.Item ſi dicta teſtis ſint excedentia & exceſſa ſecundum quid,eſt inſufficiens. & ſecundum quid eſt mutans. & in ſumma ſub generali uocabulo mutationis continetur omnis diuerſitas,& omnis alteratio,quæ nõ eſt adiacens dicto prio ri ipſius teſtis ex natura rei,uel interpretatione ipſius legis. Interpretatio nihil aliud eſt, niſi ſubauditus intellectus. C. de liber. præte.l.3. Idem not. in Spec. de teſte.§.opp.verſic. idem ꝙ teſtes ſunt varij,dicit Spe.ꝙ ſi teſtimonium eſt nullum, quia coram iudice incompetenti,& poſtea variat, quia dicit coram iudice cõpetenti, ꝙ talis variatio non officit. Nam creditur teſtimonio ſolenni & non temerario iuramento præſtito coram iudice nõ congruo.eo.ver.quid ſi idem teſtis,& verſi. quid ſi compertum. Ego dico,ꝙ fallit.quando coram arbitro, uel arbitratore depoſuerunt iurati. de arbitro patet, quia redigitur ad inſtar iudicis. ff.de arbitr.l.penul.de arbitratore autem, licet non redigatur ad ſimilitudinem iudicis, tamen quia de voluntate partium recipitur,fidem facit.ergo variare non poteſt, vt ſ.tit.j. tuis.ff.de do. præleg. Theopompus. Item ſcias, ꝙ ſi factum eſt tale, ꝙ de ſui natura & iuris diſpoſitione recipit iterationem, ibi non eſt contrarietas unius teſtis ad alterum,ut not.in Spec.de te. §.nunc uidendum,ver.quid ſi vnus teſtis dicit ad ſe ipſum,diceretur variare,Bart.ff.de fal. eos, dicit ꝙ etiam teſtis non iuratus dicitur, variare,dic vt dixi.ſ.tit.2.cum cauram.† Extra quæro, nunquid iſti ſynodales teneantur denunciare qualitates aggrauantes factũ, puta ꝙ ꝯ legem ꝓtraxit in gradu prohibito lege diuina,& copulati ſunt per carnalem copulam.nam ex hoc includitur inceſtus & ſic ad denunciationem officialis eſſet inquirendum etiam criminaliter.C.de accuſa.ea quidem? Reſpon. non tenentur apponere qualitates ſine quibus poſſunt officio ſuo fungi abſquæ læſione ueritatiş in ſacramento eorum compræhenſæ, quia non iurati, ſed neceſſarias tantum, & ideo non tenentur ad denunciandum gradum ſpecifice.† Adde, ꝙ qualitas maleficij non eſt maleficium,ſed quædam adiectio. & ideo ſi ſtatutũ dicit, quod ſyndici teneantur denunciare maleficia, non tamen teneantur omnes qualitates, unde ſi quis occidit germanum ſuum, non oportet ꝙ ſyndicus dicat, talis occidit Petrum germanum, ſed tantum ſufficit,quod dicat, talis occidit Petrum, quia non plus requirunt verba ſtatuti,ſed ego conſulo, ꝙ qualitates cohærentes & notas ponant,& facit ad materiam,de qua no. Barto. ff.de cu.re.l.diuus. † Item ex prædictis apparet, quod ſyndici non poſſunt maleficia denunciare, niſi prius iurarent officium, dum ad inſtar teſtium redigantur, & ſcias, ꝙ aſſignare plures rationes ad vnam concluſionem probandam non eſt diuerſitas, ſed quædam confirmatio, uerbi gratia ad probandum intereſſe lucri perditi dicunt teſtes,ꝙ lucrum, ꝙ erat facturus, erat 10.quia alij mercatores tantum fuerunt ex ſimile mercede lucrati.Item quia ſuperuenit guerra, unde equi & arma fuerunt empti & venditi carius ſolito, & uenditores armorum lucrati. Eſt enim lucrum exceſſus proportionis, ſiue adæquationis rei cum pretio fauore fortunæ inductus, licet teſtis non dicat expreſſe,quia vidit † quoniam præſumitur viſus in eo, quod communiter ſit inter quaſi omnes & quaſi ex multis oculis reſultat vnus oculus communis generalis,ſicut ex ſpeciebus ſurgit genus apud intellectum:ex concurrentijs ergo nunquam ſurgit diuerſitas, ſed differentijs.

ADDITIONES.

a Contradicentem.Vide omnino ſcripta per Alber.de Roſa.in l.3. §.qui uaria, uel falſa.ff.de teſti.

b Vinc.God.Vacillans.Adde,ꝙ uacillare dicitur,qui depoſuit extra iudicium, conficiendo ſcripturam,poſtea in iudicio dixit cõtrarium.Alex.conſi.63. breuiter omiſſis.lib.j.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quando ad teſtificandum cogendi,caſus quidam referuntur.*
2 *Inquiſitoris fauore fit aliquando quod non fieret.*

CAP. VIII.

Super his. Cum de † fama,vel vitio falſitatis inquiritur, 1 cogendi ſunt teſtes gl.ponit caſum.Ibi, Cum de fama.ideſt infamia quo ad delinquẽtem,ſed fama quo ad teſtem proloquentem.Ibi literis,quæ dicebantur falſæ.Ibi, longe maioris,lõge maior dicitur duę partes.Ibi,Sanctores,ſanctus eſt eo ipſo quod non eſt infamis.Ibi,teſtamentum,ſub quo includitur iuramentum.Ibi,veritati,ꝙ verum ſit famam eſſe famam,& crimen eſſe uerum crimen. no. ſuper fama teſtes eſſe cogendos. Item ſuper crimine falſi. ex hoc patet, ꝙ aliud eſt fama, aliud crimen, quia hic ponuntur tanquam diuerſa. dicit hic Innoc. quod vbi proceditur per inquiſitionem, teſtes ſunt cogendi. Item vbicunque crimen committitur lite pendente,& hoc eſt inductum in fauorem iudicum. & ne eludi poſſit eorum iuriſdictio,Inno.& † eſt no.ꝙ in fauorem inquiſitoris fit, quod alias 2 non fieret,quod inquiſitoribus eſt fauendum,quia repręſentant rem publicam principaliter.ff.de offi.præſi.congruit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quo caſu cogendi,in prin.& nu.1.& 2.*
Pœna falſi punitur,qui utitur falſo inſtrumento per procuratorem.
Falſum qui fabricat inſtrumentum,& eo utitur,geminum facinus committit,reputatur tamen unum & idem,& ratio.
Similia maleficia dicuntur quæ ſint eiuſdem qualitatis.
2 *Sententiam lucroſam ubicunque ex probatione criminis quis conſecuturus eſt,uel uitaturus damnoſam,ſemper cogendi ſunt teſtes,*
Lucrum quod rationabile.

CAP. IX.

Cum contra. Super crimine falſi ſunt cogẽdi teſtes. Caſus. dicebat de quodã magiſtro R. ꝙ impetrauerat falſas literas,& eis vſus fuerat per ſe,ſeu per eius procuratorem, ad hoc probandum inducebantur teſtes,qui nolebant teſtificari.Papa dicit, ꝙ coguntur teſtificari,ſi ſe gratia,timore, uel odio ſubtrahunt, uel declinant perhibere teſtimonium ueritati.Ibi, Falſas.f.funditus, vt quia in bulla,vel in tem- a pore,uel in toto tenore.Ib., ſeu, [a] hæc dictio poſita inter diuerſos terminos ponitur pro, uel, ſed quando ponitur inter diuerſas res ponitur pro, &,ut ff. de auro & arg. leg.l. ſi quis ita legauerit vxori. † Ibi, per procuratorem, no. quod qui utitur falſo 1 inſtrumento per procuratorem, punitur pœna falſi.Item no. quod qui fabricat falſum inſtrumentum,& eo vtitur,geminum facinus committit: tamen, quia non tendit niſi ad vnam concluſionem reputatur vnum,& idem. Ibi. Subtrahunt, ideſt declinant teſtificari.dicit Inn.quod hoc eſt ſpeciale propter enormitatem criminis, idem in homicidio, & conſimilibus, quia de ſimilibus maleficijs idem eſt iudicium ſimilia ſunt, quæ ſunt eiuſdem qualitatis,ut quia vtrũque enorme. ff. de mi.auxilium.§.in delictis.Innoc.Idem ait,quod vbicunque ex probatione criminis quis conſecuturus eſt ſententiam lucroſam, uel uitaturus damnoſam,ſemper cogendi ſunt teſtes, quia tunc peccatum eſt in alterius præiudicium tacere veritatem, Innoc. qđ dicit de lucro, intelligo de rationabili intereſſe ſine alterius iniuria,non enim puto, ꝙ ſuper præſcriptione cogantur teſtificari, quia illud lucrum cum iniuria domini meditatur, arg. ff.de fur. l. ſi quis vxori, circa fin. & quod no. C. de fur.l. mani feſtiſſimi, in principio. Item nec in actione iniuriarum, quia ibi agitur de ſeueritate vindictæ priuatæ, non publicæ, & non de uero intereſſe. ff. de iniu.l. iniuriarum æſtimatio, & C.de col. bo. l. cum emancipati. §. prim onec in actione popu lari, quæ per lit. conteſta. tranſit de publico in priuatum commodum.

ADDITIO.

a Vinc.God,Seu.Adde de iſta dictione,ſeu.Bar.in l.ſi is qui ducenta. §. utrum. col.3.de reb.dub.Soc.conſil.63.in cauſa.uer.capiendo.lib.1 & conſil.180.cõſiderata,uerſi.circa prima,lib.4.

BIU Cujas

modum.ff.de verb.signifi.sicut.§.quod si ex populari. transit ergo actio popularis de publico interesse ad priuatum per lit.con testa.cum hoc tamen cõstat,quod illicite factum debet destrui, & hoc reipublicæ interest, exemplum de iureiuran.cum qui. §. in popularibus.

SVMMARIVM.

1 *Testes compelluntur in ciuilibus,sed non compelluntur in criminalibus, & nu.5.& 6.*
2 *Testes qui petit compelli,debet primo nominare ipsos.*
Excusationem suam,licet legitimam,qui non allegat,contumax est.
3 *Testis proprio motu non potest testificari,nisi sit productus in iudicio.*
Officium suum iudex non debet impartiri,nisi petenti,excipit quosdã casus.
Supplere iudex quando possit,& nu.4.
5 *Iudex ex officio suo potest producere testes propter publicam vtilitatem.*
5 *Testes an sint fortius compellendi in criminali,quam in ciuili.*
Inimicitias vnusquisque sapiens deuitat.
Procurator in causa criminali potest interuenire in actibus,per quos non cõ trahatur obligatio & nu.7.vide.
7 *Ciuilis si incidit in criminalem, vel econtra,an admittatur procurator.*

CAP. X.

Dilectorum. Testes,qui nominatim sunt in causa vertente inter episcopum, & capitulum suum,testificari coguntur præterquam super criminibus.Casus. Inter capitulum Vulteranum ex vna parte,& episcopum ex altera,vertebatur quæstio tam super conuentione, quam super reconuentione,nominati erant testes de utraque parte, nolebant testificari, quæsitum fuit ab Honorio,vtrum compellantur? Papa respondet quod sic, præterquam super criminibus.† No.ex 1 isto capitulo duas regulas.prima affirmatur, quod in ciuilibus compelluntur testes. secunda negatiua, quod in criminalibus non compelluntur,& prout facit literam loqui per modum regulariter,dictio, præter, ponitur improprie.vel dic, quod ponitur proprie,quia quæstio formabatur in genere vtrum testes essent compellendi.& respondetur quod sic. Fallit in criminalib. & habetis hic glo.magnam,quæ primo tractat de ciuilibus.secũda ibi,in criminalibus,quando proceditur per accusationem.tertia ibi,si vero ciuiliter agatur,tractat,quãdo de crimine proceditur in modum exceptionis,vel denunciationis,vel inquisitionis. quarta ibi,sed huic distinctioni,format quãdam oppositionem. quinta ibi,& sic necesse,concludit circa causam capituli. sexta ibi,ideoque,concludit in materia ponendo varias & diuersas opiniones.& non firmando conclusionem.demum in versic. sed magis æquum,ponit conclusionem,quam firmat.vltimo in ver bo,quartus, ponit conclusionem Innocen.† In text.ibi,nomina 2 ti,not.quod ille,qui petit compelli testes, debet proprie nominare ipsos,& est ratio,quia non debent compelli nisi monitione præmissa.& si monitus non excusat se,tunc est in præsumpta malitia secundum Bern. hic, & supra.c.peruenit,el primo.Nam etiam iustam excusationem habens,si non comparet, cum possit allegare suam excusationem, contumax est. ff. si quis in ius voc.non le.l.2.de appel.ciues.l.is qui ad ciuilia.ff.de reg.iu.l.non potest dolo videri carere. si quis autem non peteret compelli testes, non teneretur eos nominare,nisi quando producit ipsos, vt dicit.l.illa not. ff. de arbit.l.si ex omnibus. Oppo. ad primam regulam de mediatore, siue proxeneta, qui non compellitur testificari, nisi ante partes hoc petant. si autem sponte testificatur, valet testimonium, vt in Auth.de testi.§.quoniam.& in ca. mediatores,de testi.lib.6.quod dico, quod valet testimonium, si sponte deponunt,verum est,nisi vtraque pars contradicat, vel neutra hoc petat.tunc.n.non valet eorum testimonium, nõ qa 3 mediatores,sed quia non producti. † Nam nunquam inuenies, a quod testis proprio motu possit testificari, [a] nisi sit productus in iudicio.ff.de test.l.produci.sed nec aliquis actus potest fieri in iudicio,nisi parte petente, vel vbi est licitum iudici supplere de facto, quod est in aliquibus casibus,puta in causa inquisitionis. Item in causa collusionis, vt C.de abo. l. 2. Item vbi constat iu- b dici, [b] quod actio,vel exceptio ipso iure non competit, ut not. sing.C. de transf.vbi pactum. Item iudex prohibitus est cognoscere,ut l.ne quis vela regia. vt nemo pria.Item in causa appellationis & cuiuslibet legitimæ suppletionis, vt C.de app.l. amplio 4 rem,in princ.† Item hic dicit Ber.quod iudex ex officio suo potest producere testes propter publicam vtilitatem scilicet principaliter,& est optima doctrina,& maxime in causis criminalibus de hoc per Accu.in l.idem est.§.si tibi.ff.de condi. ob turp. causam.Item quando iudex videt oculata fide,vt no.in l.2.ff. de fer. Nam non potest dissimulare quod videt, vt C.ne fan.bap.l. fin. 5 †Opp.contra secũdam regulam,& videtur ꝙ testes fortius sint compellendi in criminali,quam in ciuili,ne crimina remaneant impunita.ff.ad l.Aquil.vulneratus,de publ.l.licitatio.§.quod illicite.ff.depo.bona fides. Solu.verum dicit de rigore iudiciorum, sed de æquitate canonica secus,& non potuit esse motiuum Papæ quia ex testimonio capitali contrahitur inimicitia capitalis, vt infra.de ac,cum P.Manconella. quam inimicitiam vnusquisque sapiens deuitat,nec debet se ponere in periculo pro causa aliena.C.de test.l.si quãdo.ff.quemad.test.aper.l.si quis ex assignatoribus.quia ordinata charitas incipit a seipso.Oppo.quod litera non possit loqui in criminali. Nam aut quæstio criminalis erat ciuiliter mota,idest ad pœnam damni extra corpus, puta in reb. vel beneficijs, & possunt testes compelli: aut erat criminaliter mota, idest ad pœnam alicuius supplicij, vel quasi, vt deportationis, & tunc non habet locum reconuentio,quia in criminali non habet locum natura reconuentionis,ut C.qui acc.non pos. l.j.& l.neganda,& ff.de publ.iudic.l.is qui reus.Præterea hic procuratores erant in causa ergo causa non erat criminalis. Solu.dicunt Ber.& Inno.quod in causa præcisa criminali potest interuenire procurator ad media causæ,quia non interuenit ad actum, per quem constituatur obligatio, & idem tenet Accur.ff.de publi.iudi.l.penul.§.ad crimen.de hoc plene not. C. de acc. l. reos, per Cyn.& me. ff.de procu.l.seruum quoque.§. publice. in lect. 6 mea.finaliter ꝓclusio huius c.est vera.† Hic quæro de vera conclusione,vtrum in criminalibus testes compellantur? teneo qđ hoc sit arbitrarium.Nam si testi imminet periculum,iudex non debet eum cogere.Nam si non tenetur testificari in præiudiciũ coniunctorum,multo minus in præiudicium suiipsius. ff.de testi.l.lege Iul.Si autem non imminet magnum periculum, tunc debet compelli propter fauorem publicæ disciplinæ, ne delicta 7 remaneant impunita. † Extra quæro, si ciuilis incidit in criminali, vel e contra,vtrum admittatur procu.& est gl.hic or.ꝙ sic, puta si excipiatur contra testem de falso.contra testem dico,etiã receptum in causa criminali,secundum Bern.quod est not. dig. & facit pro sententia Iaco.Butr.in quæstione vulgata de Rauengense, ꝙ ad excep. banni declinatoriam & peremptoriam fori possit accusatus de homicidio constituere procu.licet personaliter debeat comparere.sed Iaco.de Bel.dixit contra, ne frustretur iudicium,si pronuncietur excep.non obstare. vnde procur. non est idoneus,quia non est æque idoneus vt principalis, qui debet causam dicere ex vinculis, ut C.de procu.l.fin. & ibi per eundẽ Iac.But.quod bene not.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Testificari.Adde,ꝙ testes debent esse rogati pro testamento,nec sufficit esse rogatos pro publicatione Ruin.consi.1.nu.19 lib.3.
b Iudici.Vide Fel.in c.ad aures,in uersi.scientibus istis,de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Socii coniurati coguntur ad detegendam coniurationem.*
2 *Causa si sit inter Archiepiscopum,& ciues,coguntur ciues testificari cõtra ciuitatem,& etiam conspiratores,& coniurati.*
3 *Testes minus idonei recipiuntur,ne veritas pereat,etiam corrupti pecunia.*

CAP. XI.

1 **Venerabilis.** †Ad detegendam coniurationem coguntur socij coniurati.h.d.Casus. Ciues ciuitatis Ceruiæ habebant causam cum episcopo Rauennate, modo dicti ciues cum M. & I. clericis ecclesiæ Rauenn. fecerunt coniurationem contra Archiepiscopum Rauennatem, dantes eisdem clericis certam quantitatem pecuniæ ob cęlandam veritatem,& eos ad hoc astrinxerunt proprio iuramẽto de hoc Archiepiscopus est conquestus Papæ. Papa mandat dictos testes absolui a iuramẽto,& compelli, ut perhibeant testimonium veritati.quidam exponunt super coniuratione.alij exponunt super 2 principali quæstione.† No.quod causa erat inter Archiepiscopũ & ciues, & tamen ciues coguntur testificari contra ciuitatem etiam conspiratores & coniurati, quia fraus,& dolus ciuitati patrocinari non debet. fundamentum istius conspirationis fuerũt ipsi ciues, & M.& I.clerici cum ipsis.Et no.quod testem coniuratum contra me possum producere pro me, tene menti.Opp. quod non sit necessaria absolutio, quia iuramentum temerarium.solu.illa temeritas non erat liquida,sed occulta, & ideo re 3 quiritur sententia. † Not.quod hic minus idonei testes [a] recia piuntur,ne veritas pereat.Item no.quod isti testes erant corrupti pec.tamen possunt produci contra corrumpẽtem etiam ad plenam fidem,quod raro alibi inuenies.

ADDITIO.

a Vinc.God.Testes.Adde,ꝙ testis minus idoneus non admittitur ad probandũ matrimonium clandestinum.Rui.consi.130.nu.2.& 9.lib.4.

De fide instrumentorum. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum non probat nisi originali producto,in prin.& nu.1.& nu.10.et 11.& quid sit nu.10.*
Scriptura authentica quæ dicatur.& nu.2.
Tempore eodem factum videtur,quod accedit ad alterius confirmationem.
2 *Instrumentum publicum si faciat mentionem publici,sed confuse,non explicite,vt quia Papa mandat procedi iuxta formã alterius rescripti, an mãdatum possit exequi.*

Bald. super 2.Decretal.

BIU Cujas

Notarius qui præſumatur.
3 *Prælatus poteſt certæ perſonæ ſigillũ committere, licet malè faciat committendo, & ſit puniendus.*
Inſtrumenta de præteritis notarius non poteſt conficere.
4 *Inſtrumentum publicum, an probet inter omnes.*
Inſtrumentum facit ſolum ad probationem, & a quibus rogari, & quibus edi debeat.
Notarius rogatus, & ſapiens præſumitur.
Officium ſuum iudex impartiſſe parti præſumitur.
5 *Inſtrumenta, quæ fiunt clam & in ſecreto, valent: tamen ſunt ſuſpecta.*
Notarii officium deſcribitur in quibuſdam.
6 *Scripturæ priuatæ, niſi negetur, creditur contra ſcribentem.*
Silentium quando obſtet.
7 *Credendum eſt literis cuiuſcunque de his, quæ facere poteſt, uel debet ratione publici officii, & nu. 8. & 9.*
8 *Creditur literis Conuentus licentiantis aliquem monachum.*
Procuratorium probatur per literas ſigillatas, & quod.
9 *Creditur literis prælatorum, q aliquis ſit presbyter.*
Talis quis præſumitur, qualia acta diu geſſit.
Notarius alteri ſtipulando, an ei acquirat.
10 *Scriptura originalis dicitur illa, quæ a ſe oritur.*
Teſtimonium de auditu auditus, & de viſu viſus non probat.
Teſtes recipere, & publicare nulli licet præterquam iudici.
11 *Sumptum facit fidem contra ſumentem.*

CAP. PRIMVM.

SI ſcripturam. Exemplum non probat, niſi producatur originale. hoc mirum videtur. nam ſi producitur originale, ipſum originale probat. Non ergo conſiſtit aliqua virtus in exemplo, licet originale proferatur? reſpõ. imo ſi intra terminum peremptorium datum ad producenda inſtrumenta ſit productum exemplum, & poſt terminum producatur originale, confirmatur productio exempli, & videtur eſſe probatum intra terminum, quod eſt no. dignum. quia quod ad confirmationem alterius accedit, eodem tempore factum videtur, argum. ff. de dona. inter virum & vxor. l. ſi donante. §. ſi ſpõſus, &c. † Quærit Ber. quæ dicatur auth. ſcriptura? & [a] dicit, quod
1 a ſcriptura publica. item ſcriptura iudicis cauſæ cum ſubſcriptione trium teſtium, vel duorum ad minus. Item ſcriptura, quæ habet authenticum ſigillum prælati. Addit Bern. quod ſcriptura priuata trino teſte notata, id eſt ſubſcripta, plene probat contra ſcribentem, vt C. qui po. in pig. ha. l. ſcripturas. oportet, quod ſtetur exemplo ſumpto manu publici notarij, vt not. C. de eden. aut. ſi quis in aliquo documento. ſed verum eſt, ſi tali ſumpto iudex interp ſuit decretum ſuum, quod intelligitur cauſa cognita, vocatis his, quorum intereſt, vt ſupra de teſti. ca. Albericus, licet glo. in l. geſta. C. de re iudic. dicat, quod non requiritur citatio, quæ glo. debet intelligi, quando citandus non reperitur.
2 † Quærit Bern. quid ſi publicum inſtrumentum facit mentionem publici, ſed confuſe, non explicite, vt quia Papa mandat procedi iuxta formam alterius reſcripti: nam vtrumque eſt authenticum? Reſpondet, quod niſi appareat de primo reſcripto, mandatum non poteſt exequi, quia incertum, dicit. l. quod vbi
b deficit exemplar, deficit [b] exemplum. ff. de condi. & demonſt. l. in teſtamento, el primo, & per literas incertas non datur iuriſdictio. Item ſententia non mandatur executioni, niſi appareat de proceſſu, ad quem ſe refert, & maxime de iuriſ. ſecundum Ber. dicit Innoc. quod auth. ſcriptura eſt illa, quæ fit authoritate iudicum ſolenniter interpoſita. Idem ait, quod authenticam ſcripturam facit conſuetudo. alias autem, ſi eſſet ſpecialis conſuetudo præter ſcripturas tabellionum, & acta iudiciorum omnes ſcripturas reputat priuatas, cum ad hoc officium non ſint ſpecialiter deputatæ perſonæ, per quas factæ ſunt. Item ait, quod niſi conſtet, quod ſcribens ſit notarius, nõ præſumitur notarius, quod officium poteſt etiam probari per teſtes. Idem ait, quod ſufficit, ſi teſtes probant quod publice officio notarij fungebatur, & hoc conſtet per teſtes, uel plurima inſtrumenta facta inter multos, quibus eſt adhibita fides, Innoc. quod eſt not. dignũ, & ſic ex longo exercitio quis præſumitur tabellio. tene menti.
3 † Idem ait, quod prælatus poteſt certæ perſonæ ſigillum committere licet male faciat committendo, & ſit puniendus. hoc etiam eſt no. dignum. Item ait, quod tabellio non poteſt conficere inſtrumenta de præteritis, ſed ſolummodo de his, quæ vidit tempore rogati inſtrumenti. Sed dices, nonne conficitur inſtrumentum de confeſſione? reſpond. ipſa confeſſio eſt de præteritis, tamen ipſe actus confitendi eſt præſens, & tabellio ipſum au-
4 dit, vt l. Publia, §. fin. ff. depo. † Idem ait, utrum publicum inſtrumentum probet inter omnes? quidam dicunt quod ſic, quia tabellio eſt ſeruus pub. tu dic, quod probat rogitus, ſiue cõtractus partium, vt C. depoſi. deſiderium. Idem ait, quod obligationes dicuntur prodeſſe & obeſſe partibus, inſtrumentum autẽ non prodeſt, nec obeſt tanquam inſtrumentum, niſi tanquam probatio, quia in eo non conſiſtit obligatio eſſentialiter, ſed probatiue tantum, ut no. ff. de pact. l. poſtquam. Idem ait, q ſufficit inſtrumentum rogari ab eo, cuius cõſenſus requiritur, & rogatur, & ſi eſt vnus, ſufficit ab vno, vt teſtamentum, & ſententia, ſi plures, a pluribus. Idem no. gl. in denunciationib. in Auth. de tabel. §. nos autem. Idem ait, q ille, qui non rogauit inſtrumentũ, non poteſt facere, vt tabellio ſibi edat illud. Idem no. Accur. & Odo. ff. de eden. prætor, in princ. & §. rationes. Idem ait, q tabellio nõ præſumitur rogatus, niſi hoc dicat in ſuo inſtrumento, pro Inno. facit. C. de fide inſtru. ſcripturas. ſed in contrarium eſt glo. ordin. in d. §. nos autem, & no. ff. de verbo. oblig. ſciendum. & eſt ratio, quia iurat in ſua creatione de conficiendis rogitibus. Item quia eſt ſolennitas cohærens. Item quia notarius præſumitur ſapiens, vt no. in l. j. C. de vſur. & ff. de verbor. obligat. ſciendum. Item credo in iudice, quod præſumatur feciſſe ad petitionem partis, ſi pars erat præſens, argum. de fideiuſ. tu. l. cum oſtendimus. §. fin.
5 †Item ait, quod inſtrumenta, quæ fiunt clam & in ſecreto, valent, tamen ſunt ſuſpecta, quia ſuum officium debet publice exercere, cum ſit ſeruus publicus. & ideo caueant tabelliones facere inſtrumenta in media nocte, niſi in caſu neceſſitatis. Idem ait, quod tabelliones præſtant iuramentum in ſua creatione, qđ aliquando de conſuetudine non ſeruant, & tamen non vitiatur inſtrumentum. Idem ait, quod notarius non tenetur aliud rimari, ſed ſolum ſcribere id, quod rogatur a partibus. Inno. vnde non punitur, ſi fecit inſtrumentum de contractu ſimulato, vel fœneratitio ignorãs hæc: ſecus, ſi ſciens, ut in Auth. de non alie. §. quia
6 vero, & ibi bona glo. † Idem ait, quod priuatæ ſcripturæ, niſi negetur, creditur contra ſcribentem; & ſi dicas ſilentium nihil eſt, & non videtur fateri ſcripturam, nec diffiteri? reſpondeo, ſilentium nihil aliud eſt de ſe, ſed quando habet adiunctam ſcripturam, aliquid eſt. ff. ad Macedo. ſi filius. ego non credo, quod ſilendo fateri credatur, quia iſta ſigna muta, ideſt, ſine uoce non ſunt alicuius determinatæ & certæ ſignificationis, niſi nutus ſal-
7 tem intercedat, ut no. ff. de pac. item quia. † Idem ait, & no. valde, quod credendum eſt in literis cuiuſcunque de his quæ facere poteſt, uel debet ratione publici officij, ut ſi Archiepiſcopus ad concilium citet, vel ad cõſecrationem epiſcoporum, vel per
8 literas etiam epiſcopos alienæ prouinciæ vocabit. † Item creditur literis conuentus licentiantis aliquem monachum. Idem ait, quia procuratorium ad impetrandum & contradicendum probatur per literas ſigillatas, etiam ſi non conſtet ad plenum, quod ſint ſigillatæ ſigillo domini, cum credatur etiam hominibus modicæ fidei & authoritatis. & eſt ratio, quia agitur de nullo, vel modico præiudicio alterius, ſecundum Innocen. quæ
9 omnia tene menti. † Ex prædictis apparent argum. ad uarias quæſtiones, & primo, quod literis prælatorum, quod aliquis ſit presbyter, creditur, verbi gratia, ſi prior monaſterij aſſerit, quod aliquis de fratribus ſuis eſt presbyter, tranſmittit eum ad celebrandum in aliqua capella ſua, quia naturaliter vel nemini nocet, & quia ſpectat ad prouidentiam ſuam, ſicut ei creditur, cum licentiat monachum, vt dixit Innoc. Item quod quis præſumitur talis, qualia acta diu geſſit inter prouidos notoſque & publice. ff. ad Macedo. l. 3. dicit Innocen. in capit. dudum, de conuer. coniu. quod notarius alteri ſtipulando indirecte, id eſt ſibi pro illo recipienti ei non acquirit, niſi ſit ad hoc officium deputatus. Et verum dicit, vbi requiritur deputatio, vt in c. quãquam, de vſu. lib. 6. alias tanquam publica perſona acquirit vtilem ſine ceſſione, ſi talis ſtipulatio veniat in executione ſuæ ſcripturæ & non alienæ, quia pars eius eſt. ff. de adop. l. nam aliter, per Cyn. & me, cum ſimi. Sed ſi diceret, promittis illi, & ſic verbis directis, non eſſet bona forma. l. huiuſmodi. ff. de lega. 1. in gloſ. & ideo non valet, tene menti, & ex hoc intelligis radicem & ra-
10 tionem plurium legum. † Extra no. pro intellectu literæ, quod originalis ſcriptura dicitur illa, quæ a ſe oritur. Sed exemplum dicitur illud, q ab alio oritur, ut pater ex voce. & ſic teſtimoniũ de auditu auditus non valet, quia non tangit negotium. Ita nec de uiſu uiſus. & ideo exemplum nõ probat, quia eſt de uiſu alieno, etiam ſi talis exemplatio fuit facta de aſſertione teſtium inſtrumenti dicentium, ſcribe ſic, quia ita ſe habet veritas, nam recipere teſtes, & publicare nullus poteſt, prætereq̃ iudex, vt ſin. no. C. de teſta. hac conſultiſſima. §. fi. adde, quod dixi in cap. Alberi.
11 ſupra de teſti. † Vnum ſcias, q ſumptum facit fidem contra ſumentem, vt ff. de admini. tuto. l. chirographis, in principio, & contra utentem. Item ſi ſumptum eſt ex archiuio publico ex authoritate

ADDITIONES.

a Et. Vide Barb. in rub. ſupra de iudi. & Iarius vide etiam de exemplo, & exemplato per eundem in trac. de præſtan. Car. in 2. q. in 1. parte.

b Vinc. God. Deficit. Adde, q ſcriptura manu alicuius facta, debet probari per teſtes, et ſi per ſcribentem tantum ſubſcripta, debet intercuenire comparatio literarum. Rui. conſi. 46. nu. 3. & 14. lib. 4.

BIU Cujas

thoritate officialium,tex.no. C.de fide instrum. aut.ad hæc,facit fidem contra omnes propter authoritatem archiui, forte etiam aliquo non citato.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura multipliciter est authentica.*
2 *Scriptura,quæ fit per tabellionem deputatum, vel rogatum addit fidem alii authenticæ scripturæ, quæ habet authenticum & solenne sigillum.*
Scriptura priuata non probat & quibus adminiculis adiuuetur ad faciendã fidem,& vide nu.3.ver.sed & in nu.4.& 5.
Notarius quis esse non præsumitur, & quomodo probabitur,nu.3.
3 *Tabellio & quis sit,vel fuerit,qualiter probabitur.*
Scriptura publica,etiam si contineat causam certam,quando probet.
Pactum non dicitur pactum,nisi consensus interueniat.
4 *Litera vel charta qualiter dicitur authentica.*
Firmitas instrumenti quid dicatur.
5 *Testes inscripti quare requiruntur ad hoc, vt scriptura, vel charta sit publica.*
Scriptura priuata a testibns scripta quando probet.
6 *Scriptura priuata,an debeat esse munita loco & tempore sicut publica.*
Dies qui præsumatur esse scripturæ sine die.
7 *Sigillum authenticum,quod dicatur.*
8 *Scriptura publica & authentica qualiter differunt.*
9 *Testator, qui est tabellio, an posit de suo testamento conficere publicum instrumentum.*
10 *Scriptura authentica,an non pereat morte sigillantis, sicut scriptura publica non perit morte tabellionis.*
Scriptura legitima est probatio probata.
11 *Testes an requirantur in scriptura fori iudicialis.*
12 *Sigillis inferiorum prælatorum,an credatur ab episcopo.*
13 *Sigillo alieno,an quis posit sigillare.*
Signo non vti potest alieno notarius.
Notarius infirmus protocollum suum potest alteri notario committere.
14 *Sigillum ad quid apponitur,& num.15.& cuius causa præsumatur appositum num.15.*
Prælatus pater,& dominus adæquantur.
15 *Exprimi debet in litera,ad quid sigillum apponatur.*
In sigillo quæ requirantur.
Sigillum æquiparatur armis.
16 *Ius ciuile vocat annulum,ius vero canonicum sigillum.*
17 *Notarius si sigillauit litteram uacuam,demum ei superscribitur citatio, an scriptura ista sit falsa,& nu.18.*
Sigillum suum potest episcopus committere fideli personæ,& ad quæ,& numero 19.
18 *Ciuitas una quando submittit se alicui principi,portat chartam albam, quæ est sicut tabula rasa,in qua nihil depictum est,cum sigillo communitatis.*
19 *Committi consueta cancellario Imperatoris, præsumuntur commissa ei,cui Imperator committit sigillum suum, de quo confidat tanquam propria persona.*
Consueuit quæ facere quis,committere uidetur.
Consueuit princeps feuda renouare.

CAP. II.

1 Scripta verò. † Præmitte ad euidentiam, quod quædam scriptura[a] est aut.manu, ut est scriptura tabeilionis,quædam a sigillo,non a manu, ut alicuius officialis, prælati, vel nobilis. Item quædam habet tale quale sigillum, cui de iure communi, vel consuetudine non statur,& ista scriptura non probat, nisi testibus roboretur, & ideo testibus mortuis non facit fidem, sed scriptura, quæ fit per manum publicam,puta per tabellionem deputatum,vel rogatum,ista facit fidem per se. † Item addit finem alij authenticæ scripturæ, q̃ habet authenticum & solenne sigillum, cui de iure, vel de consuetudine datur plena fides, & ista etiam probat de per se sine alio adminiculo, ut infra c.cum dilectus, quædam est scriptura priuata, idest, non publica, nec solennis, & ista non facit fidem de per se,sed indiget alijs adminiculis, idest uel confessione aduersarij,vel approbatione testium, vel subscriptione triũ testium. ff. depo. l. Publia, in fi. C. qui po. in pig. ha. l. scripturas, & tamen si sunt mortui. scriptura non ualet, infra eod. ca. inter dilectos, in glos. super ver. manu. quam bene no. alij addunt,vel literarum comparatione, sed glos.Accur. dicit, quod tunc non facit plenam probationem, sed semiplenam, ff.de iureiuran.admonendi,vbi videas, dic quòd si nihil deficit, nisi comparatio, tunc facta comparatione solenniter facit fidem plenam, si decreto iudicis approbatur. C. de testam. l. publicati.ff.quemadmo.te.aper.l. 2. C.eod. l.2. sed si non est appositum decretum, facit semiplenam secundum Accur. & uide quod no. in l. 2. ff. de fide instrum. & hæc per Innoc.sed quid si in instrumento continetur, ego talis notarius &c. nunquid creditur, quod sit notarius? Azo dicit quod non,in summa Authenticorum de fide instrum. quia officia publica non decernuntur a natura,sed a superiore, & propter fidem personæ & industriam artificialem.ff.de sol. inter artifices, & l.fin. C. de conditis in horreis publi. lib. 10. & hæc consistunt in facto.ff. de pub. quæcunque.§. fin ergo hoc est probandum. infra c. cum P. tabellio,per Innoc.† Qualiter autem probabitur, quòd quis sit vel fuerit tabellio? respon. quandoque probatur plenè & directè, ut per priuilegium Imperatoris, quandoque indirecte, ut per usum,& quasi possessionem tabellionatus lõgissimis retro actis temporibus,uel quia in re publica gessit officia publici tabellionis,vt dixi supra eo.c.1.per Innoc.& ff.de offic.prẽto.l.Barbarius & scias,quod scriptura publica probat, licet non contineat causam certam.probat dico, informiter, non formiter,quia forma in hac materia idem est, quod causa, ut not. Institu. de actio.& obligat.§.item si quis postulante,fallit, si scriptura informis contineat cessionem iurium: nam tunc non ualet, unde non ꝓbat'. ut plene not.in l. 1.& 2.C.ne lice.pot. Sed in scriptura priuata distinguitur,aut fit ad obligandum,& non probet, aut ad liberandum,& probat,& etiam inducit exce.doli,ff.de pac.l. tale pac.in princip.& ff.de libe.leg.non solum.§.si liberationum.§.uerba.& hoc uerum,si talis scriptura potest adaptari confessioni,uel ultimæ uoluntati.sed si esset pactum nudum de non petendo, non ualeret inter absentes,licet absens postea ratificaret, quia nisi interueniat medium organum nuncij, uel epistolæ, pactum non est pactum,quia non habet in se consensum vtriusque patris, ut sing.not.ff.de pac.l.idem in duobus. ff. de contrahen. emptio. l. 1.in fi.C.de don.nec ignorans.† Quæritur, qualiter dicatur litera,uel authentica charta? respond. quod duobus modis de per se,& uno adminiculo testium, scilicet si est scriptura manu publica,uel authenticum sigillum,uel habeat adminiculum testiũ uidentium,& pro ipsa deponentium. Nam si neque est scriptura publica manu.facta, neque habeat solenne sigillũ,neq; testes inscripti uiuant, sed decesserint,nullius firmitatis robur uidetur habere.firmitas appellatur hic probatio per se stans, quæ non perit casu fortuito, C. de re iudica. gesta. † In text. ibi inscripti, quia ille, qui facit scripturas, eos nominauit in scriptura. non autem dicit, subscripti, quia quando testes se subscribunt priuatæ scripturæ, aut sunt duo tantum, aut tres, uel plures. Primo casu, aut constat de partium uoluntate factam scripturam, aut hoc negatur: si quidem constet, ualet inter contrahentes tam quo ad obligationem personalem, quam quo ad realem, puta ad hypothecariam, uel translationem dominij. ff. de acquiren.possess.l.prædia.ff.de rei vendic.quædam mulier.C.de fide instrumen. l.scripturas. si autem negatur scriptura, non probat, quia priuata: si uero sunt subscripti tres testes, uel plures, & scriptura non negatur, fidem facit quo ad omnes a debitore causam habentes,ut d.l. scriptura, [b] quæ est. l. vulgaris,tamen singularis. Sed pone, quod unus ex duobus subscriptis sit notarius publicus,respon. per hoc non facit maiorem fidem, quia non est adhibitus tanquam notarius, & ideo oportet eum uiua uoce deponere,ut ff.de testam. Dominus, ff.de milit.testam. Lucius, præterea, si esset adhibitus tanquam tabellio suum instrumentum non haberet, nisi unum testem, & sic non ualet, Authen.de instr.cau. & fi. & etiam si ille unus testis esset similiter tabellio,ut not.in Authen.de hæredi.& Fal. §. si uero. Et prædicta uera quando testes se subscribunt contractui. sed si se subscribunt vltimæ voluntati referenti se ad contractum, non tamen probant contractum.ff.de lib.leg.l.Aurelius. §. fi.nisi ueniret contractus in cohærentia testamenti,ut not. ff. de test. hæredes palam.§.fin.per glo.& Dyn.† Quæro,utrum priuata scriptura, [c] debeat esse munita loco & tempore, sicut publica? respond. non, quia locus & tempus sunt solennitates quædam, sed ista scriptura priuata non est solemnis, ergo non requirit solennitatem. Porro sufficit veritas,iste est casus ad literam satis nota. ff. de pign. l. cum tabernam. §. idem quæsiit, & si non habet alium diem expressum, intelligitur habere diem præsentationis litterarum.ff.de acquiren. possessio. qui absenti. §. 1. ff. de pact. emptor.§. Lucius.ff.depos. Publia.§.fin.ff. si certum petatur. lecta.† Quærit Bernar. quod dicatur authenticum sigillum? respondet, sigillum Episcopi,quando sigillat factum proprium, quod ex sola sua auctoritate dependet, argum. ff. de nego. gest. Nesennius, ff. de ann. lega. l. Quintus, in fine. Item sigillum capituli, quando gerit vices episcopi, alias non. Item sigillum regum, vel principum, quia summa auctoritati p̃sunt in suo territorio,sed ex̃ suum territorium non faceret fidẽ nisi

ADDITIONES.

a Vin.God.Scriptura.Adde,q̃ scriptura continens rationem pro substantia sua debet habere diem,secus in scriptura priuata.Ruin.consilio 69.numero 13.libro quarto.

b Scriptura.vide domi.Alexan. consilio 149. volumine secundo, & aliquid per Lud.Roma.consi.303.

c Vinc.God.Scriptura.Adde,an priuata scriptura faciat semiplenam probationem,quæ perficitur ex depositione plurium testium, qui dicunt scripturam illam esse manu talis,vel saltem faciant indicium. Ruin. consilio 79. numero 1. libro 4.

BIU Cujas

nisi de consuetudine, ut innuit hic Bernard. & tene menti
8 † Quærit Innocen. quæ sit differentia inter scripturam publicam, & authēticam? & dicit, quod publica sit per solum tabellionem, authentica per multos alios, & quod habent se, vt exceden
9 tia, & excessa, Inn. † Quæro, utrum testator, qui est tabellio possit de suo testamento cōficere publicum instrumentum? & uidetur ꝙ nō, quia nō potest seipsum rogare, nec seipsum auctorizare. dic. ꝙ imo potest & nō solum nuncupatiuū, sed etiam in
10 scri. ar. ff. de adop. l. si consul, & ꝙ no. per Bart. in l. 2. 3. & 4. ff. de sti. ser. & probatur. ff. de proc. l. si proc. absentem. † Quæro, nunquid sicut scriptura publica non perit morte tabellionis, ita nec authentica morte sigillantis? respondeo, neutra perit secundum Innoc. & est ratio, quia legitima scriptura est probatio probata,
11 vt no. per Cyn. C. de fi. instrumen. l. comparationes. † Quæro, utrum in scriptura fori iudicialis requirantur testes? & dicit Inn. sub dubio forte, ꝙ sic, ꝙ verum est ad probationem, si negetur, sed non ad essentiam, vt C. de test. in l. omnium, & C. de do. l. in donationib. hoc saluo ꝙ quidā sunt actus, a quibus dñt excludi alii testes, ut cū testes, examinatur, & tunc non requirit̄ adminiculū testiū, quia esset implicare ꝯdictionem. Item consuetudo dat auctoritatē scripturæ fori sine testiū appositione, quia fit in
12 p̄sentia iud. & in loco publico causarū, vbi sunt multi astantes tñ melius & cautius est, ꝙ testes, apponātur. † Quæro, utrum sigillis inferiorum prælatorū ab eꝑo credatur? dicit Inn. ꝙ non crederem, nisi hoc haberet consuetudo nisi forte habeat iurisdictionem, quia tunc his quæ sunt suæ iurisdi. possunt mandare instra fieri, & ea sigillare, etiam si sint iudices delegati. fm Inn.
13 † Quæro, an quis possit sigillare sigillo alieno? rñ. non, nisi careat proprio sigillo, & de hoc in subscriptione faciat mentionem. Inn. caue tibi, quia loquitur in sigillo non in signo tabellionis. Nam nullus tabellio debet esse sine signo, & semper debet signare signo ꝓprio, ut no. C. de assess. l. nemo, & no. Inst. de pub. iud. §. item. si ꝓp infirmitatem non potest signare, committat protocollum alteri notario, ff. de eden. l. quædam. is autem & auctoritate Iudicis puplicabit, vt ĵ. c. cum P. tabellio. vbi uideas. Item aduerte, quia principes non possunt sigillare sigillo alieno, nec eꝑi, nec in magnis negociis. ĵ. eo. c. inter dilectos, in gl. fu
14 per uerbo iurauit. † Quæro ad quid apponitur sigillum? rñd. qñq; in signum consensus, vbi tractatur de præiudicio sigillātis, ut C. de re. ecc. non ali. l. distrahente, & ibi no. quandoq; in signū testimonii, & tunc non vī consentire, sed factum ꝯhentium referre tanquam testis, quia factum ad unum effectum non debet ad alium effectum trahi, de pig. ac. grauis. qñq; in signum prestantis auctoritatem. 12. q. 2. cum redēptor. Caue tibi, quia hoc est uerum in auctoritate prælati, secus in auctoritate tutoris quæ interponitur verbis expressis in l. j. ff. de auth. tut. & l. ubi non uoce. ff. de regu. iur. Porro prælatus æquiparatur patri & domino, & ideo ratificare potest, ut C. ad Mace. l. fi. & consen-
15 tire ipso facto, ff. de adop. l. si pater. naturalis. Item dicit Inn. ꝙ sigillum apponitur in signū confirmationis. & subdit, ꝙ quia multis modis potest apponi sigillum debet in litera exprimi, ad quid sigillum apponatur, immo dicit, ꝙ si non exprimitur uidetur apponi ad id, ꝙ natura causæ desiderat. quia ex natura actus datur uoluntas intelligi. ff. de usur. si stipulatus. Idem ait, quod qualitas sigilli debet apparere per characteres, dic, quod in sigillo quatuor requiruntur, actus, aptitudo, uoluntas, & character. Vnde cum corrigia non potest sigillari, quia non est scul-
a ptum fm Inn. Idem ait, ꝙ sigillum [a] præstat auctoritatem scripturæ alterius, cui accedit, & firmat illam in personā scribentium, nō in personam regis, vel Papæ sigillantis. Idem ait, quod episcopus non intelligitur alieno sigillo sigillare, quando signat sigillo ecclesiæ suæ. & ego in aliquibus æquiparo sigillum armis, cum arma alterius non possint portari nisi de domini uoluntate, ut l. j. C. de mu. nomi. & potest quis arma sua alteri cōicare, vt ff. de donat. hoc iure. §. fin. & nomen suæ dignitatis
16 alteri concedere ff. ad Trebel. l. facta. §. sub conditione. † Dicit Inno. quod ius ciuile uocat annulum, ius canonicum appellat sigillum. Aduerte, si quædam corniola sit ligata in auro, illa cornola dicitur sigillū, non annulus; nisi fuerint in annulo aliquæ circūferentes literæ, ar. ff. ad exhi. gemma. dicit Inn. ꝙ non est vis, an in illa litera loquatur ille, qui se obligat, an ille, qui sigil-
17 lat. ff. man. qui patitur. † Quæro, notarius sigillauit literam vacuam, demum ei superscribitur citatio, an ista scriptura sit falsa? dicit Inn. ꝙ non, quidam dicunt contrarium, quia auctoritas debet interuenire ante factum, & ex certa scientia; & cum causæ cognitione, sed quia per sigillum præstatur auctoritas scripturæ, ergo debet ille, qui auctorizat scire. Item commissio istus scripturæ est captiosa, quia posset scribens scribere, quicquid uult, dicas, ꝙ scribens excusatur a vitio falsitatis, sed non a uitio nullitatis, nisi data esset certa forma scribendi, ita ꝙ non posset committi fraus. & licet ille qui dat chartam uacuam uideatur dedisse potestatem, quicquid uult, scribendi, tamen re uera nihil scriptum est. ff. de iniu. test. l. si binæ tabulæ. Confitetur tñ Inn. & est no. dig. ꝙ eps pōt committere fideli personæ si gillum suum, & fm ptātem sibi datam poterit illo sigillo sigillare scripturas de his quæ pertinent ad eꝑm, puta facere commissiones causarum, citationes, confirmationes, & gñaliter de omnibus alijs, quæ commissa sunt ei, poterit scripturam sigillare, ēt si p̄latus ille non uideat literas, sicut Papam & alios prælatos, & principes suis cancellarijs hoc committere videmus. sed auctoritate huius sigilli non poterit nomine eꝑi sigillum testimoniale apponere, nisi eps viderit, cum testimoniū sit tm̄ de uisu, uel de his, quæ plene nouerint. Item istud testimonium non est eꝑi, sed cancellarij, Inn. auctoritas tñ literarum est ipsius committē-
18 tis sigillum, ut superius declaraui. † Et no. ex prædictis ar. ad id, ꝙ fit quotidie, qñ vna ciuitas submittit se alicui prīcipi portat chartam albam, quæ est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum,
b cum sigillo cōitatis. Et notarius, qui est missus cum illo sigillo, [b] potest scribere, quicquid est de natura negotij, & de uoluntā-
19 te domini. † Item ex prædictis dico quod omnia, quæ consueuerunt committi cancellario Imperatoris, videantur & præsumātur commissa ei, cui Imperator cōmittit sigillum suum, de quo confidat tauquam propria persona. ff. de offic. præfec. præto. l. 1.
c §. his cunabulis. 96. distin. nobilissimus, non obst. l. 1. [c] C. de man. princip. & C. de iure fisci, prohibitum, libro 10. quia ibi assertor mandati non habebat sigillum principis. & not. bene ista, quia sunt utilia. porro dominus videtur ea committere, quæ ipse facere consueuit, argum. optimum quod cum eo. l. Titianus, ff. de pig. actio. l. vel vniuersorum. ff. de don. filius. & ideo sub tali sigillo possent reuocari feuda, quia sic se habeat consuetudo, & etiā naturalis discretio, & instructio, ut dicit l. illa no. ff. de aqua quotidia. l. 1. §. permittitur. quia principum beneficia debent esse mansura, sicut propagines, argum. infra, de feu. cap. ex parte. ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Sigillum. Adde, quod sigillum notarii positum in prin. vel in fi. protocollorum, trahitur ad omnes contractus ibi scriptos, præcedentes uel sequentes, secus vero in pluribus scripturis insilzatis. Bar. Alex. & DD. in l. si quis ex argentarijs, §. si initium. ff. de eden.

b Vinc God. Sigillo. Adde, quod licet quis sigillo alieno sigillare possit, tamen quando sigillat, debet de hoc facere mentionem. Alex. consi. 87. nu. 6. lib. 7.

c Non ob. l. 1. Vide per Fed. consi. 145. & consi. 287. & 20. & consi. 59. & Ro. consi. 336. & aliquid per d. Fe. in c. cum in iuuentute. de præsum.

SVMMARIVM.

1 *Scriptum, vel priuilegium est edendum aduersario, & nu. 2.*
2 *Instrumentis editis si obiiciatur falsitas, vel suspicio ex sola rasura in loco non suspecto, repellitur talis exceptio.*
3 *Rescriptum iustitiæ non præsumitur vitiosum.*
4 *Error facti cum est in literis, proceditur per literas, licet non secundum eas detur forma iurisdicendi.*
5 *Rasura, quid iuris si reperitur in originalibus priuilegiis, vel in protocollis contractuum.*
6 *Rasura, quid iuris si sit in nomine proprio iudicis actoris, uel rei. Falsitas in instrumento quando non præsumatur, & nu. 2. 3. 4. 5. 7.*
7 *Instrumentum contractus, quid iuris, si reperitur abrasum in cohærentiis sine confinibus.*
8 *Instrumentum est suspectum propter rasuram in loco suspecto, & interlineatum scripturam.*
9 *Instrumento eo ipso quod falsatur sufficit ad imponendum silentium. Falsitas in uno non officit in alio veritati.*
10 *Famam si quis probauit per vnum falsum testem tantum, an puniatur. Attentatum æque punitur, ac delictum perfectum, & quando.*
11 *Scriptura vituperata, an faciat fidem.*

CAP. III.

15 l.fin.in princ.ff.de acquiren.poſſeſſ.l. ſi quis ante. † Quæro, quæ eſt ratio,quod non poteſt aliquis facere iudicem ordinariū,niſi imperator,papa,princeps,vel conſuetudo? rñ.dicit Inno.in natura pari nemo pōt aliū ſubijcere alteri, niſi ex præeminentia potestatis.cum ergo ſumus natura omnes liberi,ergo per aliū obligari,uel iudicari nō poſſumus,niſi hoc ſit datū deſup. iſta eſt mēs Inn.iuxta illud,Nō haberes in me poteſtatē vllam , niſi tibi datū eſſet deſuper. & per hoc habes expoſitam totam gl. Inno.qui more ſuo loquitur ſatis confuſe,nota tamen , & adde quod no. Inno.j.de præſumpt.illud.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Deficit.Adde inſtrumentum tranſumptum ex protocollo uitiato & ſuſpecto,nullam fidem fācit, nec reconualidatur per confirmationē ſummi Pont.nec per clauſulā motu ꝓprio,aut aliquā aliā,Rui.conſi.215.nu.18.li.j.

b Quodammodo.Vide gl.Io.Fab.in §.fi.Inſt.de excep.quæ etiam dicit,quod uiliſſimum eſt officium procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum deſcriptum per tabellionem authoritate iudicis ordinarii,uel ſpecialiter delegati, eandem vim habet cum originali in prin.*
Inſtrumenta aliqua propter vetuſtatem,vel literæ caducitatē , vel aliud accidens ſi ſunt quaſi conſumpta,quid fieri debeat,ſi petuntur exemplaria.
2 *Inſtrumenta ſi ita erant vetuſtate conſumpta , quod non poterant legi niſi cum difficultate,an poſſint exemplari.*
3 *Scriptura ſi non poſſet legi,poſſet tamen per teſtes probari factum, & inde confici publicum inſtrumentum.*
Inſtrumentorum quatuor formæ,& quæ.
Inſtrumenta non publica publicari,publica vero exemplari,vetuſta renouari debent.
4 *Vicarius ordinarii,ordinarius eſt,licet ſubalternatus, & poteſt authoritatē interponere ſine ſpeciali mandato.*
5 *Clericus ſi eſt citandus,quid iur.ſi publicatio petitur coram iudice ſæculari.*
Citatio ſi non valet vt citatio, valet vt ſcientia.
6 *Teſtamentum qualiter debeat publicari.*
7 *Contractus ſigillatus & non lectus teſtibus, an poſſit fieri eodem modo.*
Contractus nuncupatiuus qui.
8 *Citatio eorum,quorū intereſt,an requiratur in publicatione, & an in exemplatione.*
Cauſæ cognitio incipit a citatione.
9 *Atteſtationes teſtium ſi petantur publicari,cum aliter non faciant fidem coram alio iudice,an ad hoc requiratur citatio ſpecialis.*
10 *Inſtrumentum quando exemplatur,an debeant ſuper veritate inſtrumenti examinari teſtes .*
11 *Exemplatio,vel publicatio an poſſit fieri de conſenſu partium ſine iudice.*
Voluntati contrahentium,& iuris diſpoſitioni aliquando ſtatur.
12 *Miſſio an poſſit fieri ſecundum l.editam,C.de edi.di.Adri.tol.ex teſtamēto non publicato.*
Teſtamentum in ſcriptis concludit iudici,licet aduerſario minime.

CAP. XVI.

Si inſtrumenta. Inſtrumētū exēplatū ꝑ tabellionem auctoritate iudicis ordinarij, vl ſpāli-
1 ter delegati eandē vim hēt cū originali.h.d.†Caſus patet,aliqua
a inſtra pp vetuſtatē,vel literæ caducitatē,uel aliud cōſumpta ſūt, petuntur exemplificari.Quæritur,quid fieri debeat? rñ.papa,ꝙ ꝑſententur corā ordinario,uel corā delegato ſpeciał ad hoc.ille poſt modū.ſ.ſimul cū tabellione ea diligenter inſpiciat,& ſi nulla in ſui tpe vitiare repererit, per ipſum tabellionem ea præcipiat exemplari, eandē auctoritatem cum originali habitura.
2 † Op.ſi erant vetuſtate conſumpta,ergo legi non poterant,& ꝙ legi non poteſt,pro non ſcripto eſt , etiam ſi perſpicacia intellectus intelligitur,ut l.j.ff.de his,quæ in teſt.de.So.hęc non erāt ita ꝓſumpta,ꝙ nō poſſent legi,licet cū difficultate,alioquin nō poſ
3 sēt exēplari,Ber.Opp.qa ēt ſi ſcriptura nō poſſet legi,tñ ꝑ teſtes poſſet probari factum,& inde confici publicū inſtrumētū, vt ſ. c.ꝑx.So.illa ē alia forma,& nō forma exēplationis.dic ergo, quatuor ſunt formæ.ſ. publicationis,ꝑ q̄ originalis ſcriptura aſſumit auctoritatem ꝓbādi,vt ſ.proxi. Exēplandi, per quam originalis ſcriptura non aſſumit auctoritatem,ſed dat auctoritatē exēplo, ut hic tertia forma eſt recipiēdi teſtes ad ęternam rei memoriā,
ut ſ.

ADDITIO.

a Vinc.God.Inſtrumenta Adde ꝙ inſtrumenta antiqua non probant dominiū eccleſiæ quando ceſſio ad illius dominii & iuris tendit dominationem.Rui. conſi.161.nu.18.lib.j.

BIU Cujas

vt ꝛ.de teſtib.ſignificauit,& c. Albericus.quarta forma eſt de eo, de quo debuit fieri inſtrm & non factū fuit,vt C.de lib.cau.ſicut datā. & in quatuor iſtis caſib.eſt hoc. ſ.fauore libertatis, & ibi fauore dotis.ff.ſol.mat.l.2.§.fauor liberationis.C.de cond.ſine cā, diſſoluta. Item ſi inſtrm cōfectum olim,nūc caſu fortuito amiſſum eſt.ff.de eden.ptor,ad fi.adde.Item ubi eſt conſuetudo.ff.de euic. ſi fundus. regulr ꝫ,niſi ex pacto,arg.de leg.j. huiuſmodi,in prin. ff.de verb.obl.l.quicquid aſtringēdæ. ff.de cond.ob cau.l.3. in prin.& not.ſm Inn.ꝙ inſtra non publica debent publicari,publica debent exēplari.adde,ꝙ uetuſta debēt innouari,vt in Auth. de hær.& Falc.† Quæro quid de vicario ordinarij?rn.& ipſe ordi
4 narius eſt,licet ſubalternatus, & ideo poteſt auctoritatē interponere ſine ſpeciali mādato.C.de off.eius,qui vi.alterius ge.l.2. niſi eſſet vicarius ad certos alios actus.ar.C.de ꝓcu.l.maritus.† Quæ-
5 ro,quid ſi citādus eſt clericus, [a] & publicatio petit coram iudice
a ſeculari?rn.iudex ſecularis non citabit clericū, ſed hortabitur,& per hoc inducet eius ſcientiā, quæ ſola inducit præiudicium,ar. ff.de re iudic.l.ſæpe.Itē & ſi citatio non ualeat ut citatio,ualet ut ſcientia, quia facti eſt,& nulla iuris conſtitutione prohiberi pōt, cautius puto,ſi per epm faciet citari. ſed ſi eps non uult citari ſta tur dicto ſuperiori,præſertim ſi periculum eſt in mora. † Quærit
6 Inn.qualiter teſtm debeat publicari ? rn.primo debet peti publicatio corā iudice competenti.ſecundo debent citari hi,quos res tangit.ff.de uen.inſpi.l.fi.tertio debēt citari teſtes,& recognoſcere ſigilla ſua,ſi teſtm eſt in ſcriptis. & ſi ꝓꝓ occupationes ſuas nō poſſunt uenire,mittitur ad eos,vt l.ſi quis ex aſſignatoribus. Adde, ꝙ interdum contingit, ꝙ teſtm eſt factum in ſcriptis,adhibito ēt publico tabellione, qui hoc caſu non haberet legere teſtm coram teſtibus,cum ſit teſtm in ſcriptis, & tunc non eſt neceſſa
7 ria publicatio,vt no C.quemad.teſt.ape.l.2.ff.eo.l.2.† Quęro,nūquid eodem modo poſsit fieri ꝯctus in ſcriptis.ſ. ſigillatus, & nō lectus teſtibus ? rn.ſic,& tunc eodem modo publicabitur ꝯctus, ſicut publicabatur teſtm in ſcriptis factus ſm Inn.Quæro,quid ſi ꝯctus erat nuncupatiuus , nunquid id quod eſt tm in mente teſtium poſsit redigi in teſtimonia, & publicari ? rn. ſic,ſm Innoc.
8 † Quæro , nunquid in publicatione [b] requiratur citatio eorum,
b quorū intereſt ? rn.ſic, quia requiritur cauſæ cognitio, & omnis cauſæ cognitio incipit a citatione, vt j.de pęna temerè lit. §.fin. quæ citatio debet fieri de quolibet diuiſim,ſi certi ſunt,ſed ſi incerti,debet fieri coniunctim per proclama generale, in Auth.de hær.& Fal. §.ſi uero,abſunt.C.ſi ut ſe ab hær.abſt.auth.ſi omnes, de maio.& obed.ſi habilis,per Inn.Sed nunquid eodē modo fiet citatio in exemplatione inſtri ? Rn. ſic, & ꝙ dico in exemplatione, fallit, ſi aliqua inſtra ſunt in caſu perditionis ꝓꝓ uetuſtatem, vel alteram cauſam conſimilem,quia tunc ēt abſentibus,& non citatis partib.poteſt inſtrm tranſcribi.Innoc.tn ſunt ſaluæ omnes exceptiones in factū reſpicientes,non citato, vt ſingulariter not.
9 ff.de bon.poſ.l.3.§.ſi cauſa cognita. † Quæro,quid ſi petātur atteſtationes teſtiū publicari, cum aliter non faciat fidē corā alio iudice,ſm Innoc.nunquid requirit ad hoc citatio ſpecialis?& vr ꝙ ſic, quia per publicationē concluditur in teſtium productionē. In ꝯrium vr, quia qui ſemel citatur gñaliter , & ad intereſſendū productioni & examinationi teſtiū , ꝙ non pōt intelligi de examinatione, q̄ fit in ſecreto , quæ eſt in corde ſolius iudicis, & teſtium,ſed ſolū de publicatione.Itē quia iſta publicatio eſt quędā profectitia executio,& ſolidatiua probationis.vnde in hac interlocutoria non vr neceſſaria citatio partis, vt ff.de ar. l.diē proferre,in prin. † Quæro,nunquid,qn̄ exemplatur inſtrm,debeāt ſup
10 veritate inſtri examinari teſtes. rn.non ſm Inn. ſed ſola ſcriptura examinat,& ſi non eſt vitiata exemplatur, non.n.aliud requirit li
11 tera noſtra,ſm Inn.† Quæro,nunquid de conſenſu partiū poſsit fieri exemplatio,vel publicatio ſine iudice ? rn.non, quia hoc requirit iudiciariā auctoritatem ſm Inn.Porro quædā ſunt uoluntates in quibus ſtatur uolūtati.quædā ſunt iura, in quibus ſtat iuris diſpoſitioni,vt dicit l.illa no.ff.de pac.do.l.pr dotē.§.j.vbi Iuriſ-
12 conſ.ponit hanc doctrinam † Quæro,an ex teſtō non publicato poſſit fieri miſsio, ſm l.editā. C.de edi.di.Adr.toll.Inn.ſentit hic, ꝙ non,quia eſt ſcriptura priuata non faciens fidem ēt in poſſeſſorio,quia manus teſtatoris, & teſtiū non eſt manus publica,quod verum eſt, ſi eſt aliquis verus contradictor, aliàs fieret omiſsio, quia teſtamentum in ſcriptis concludit iudici,licet nō cōcludat aduerſario, vt not.in d.§.ſi cā cognita.& iſta ſunt bene no. & utilia,vt l.j.ſi tab.teſtamēti extabunt, dic ut j.c. qa veriſimile,ꝓ Inn.

ADDITIONES.

a Clericus.Clericus qualiter ſit a laico citandus,vide etiam hic per D.Feli.

b Vinc.God. Publicatione . Adde ꝙ inſtrumentum publicum dicitur, quod habet requiſita a lege. Ruin.conſi.144.nu 9.lib.4.

De præſumptionibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio iuris & de iure vocatur,quando lex præſumit & ſtatuit, & non recipit probationem efficacem in contrarium , niſi per confeſſionem partis, & quæ ſimplex vocetur.*

2 *Præſumptio iuris & de iure in quo differat à fictione.*
Veritas in naturali, & fictio in ciuili materia attenditur.
Præſumptio iudicis quædā,& alię aliūde,& nu.3.& quę, & earū ius,ibi.

3 *Præſumptiones iuris ſunt ſcriptæ in legibus , ſed præſumptiones iudicum non poſſunt deſcribi .*

4 *Præſumptio idem eſt aliquando, quod interpretatio.*

5 *Præſumptio efficax dicitur liquida probatio.*

1 NOꝙ † interdū lex ꝓſumit, & ſtatuit, & iſta vocat̄ ꝓ-
a ſumptio iuris [a] & de iure,& nō recipit probatio-
b nē efficacē in ꝯriū , niſi ꝓ ꝓfeſsionē partis [b] in Auth. de æqual.dot. §.illud. qn̄que lex ꝓſumit , ſed non ſtatuit, & iſta vocat̄ præſumptio ſimplex,& recipit probationē in ꝯrium tā per ꝯriam ꝓſumptionem.ff.de in inte.reſt.di uus.quā per alia probationū gña.C.de prob.ſiue poſsidetis.l.fi.ff.
2 ꝙ me.cau. † Sed quæro,in quo differt ꝓſumptio iuris & de iure, i.ſtatutū legis ex ꝓſumptione natū a fictione ? rn. quia ꝓſumptio ſæpe cū ueritate ꝯcordat,fictio nunq̄ niſi,qn̄ ponit impropriè & in mā nāli ueritas attenditur,in ciuili fictio. ff.de lib.& poſth. ſilio quē pater. Eſt illa ꝓſumptio.ſ.iudicis,puta ex uno teſte ſolēni- & differt a ꝓſumptione legis , qa illa facit plenā probationē, cui eſt ſtandū,niſi ꝯriū probet:iſta ſemiplenā,cui non eſt ſtandū,niſi coadiuuet.ff.de iureiu.admonēdi. Eſt & alia ꝓſumptio ex poſſeſſione,vel qua ſi.ff.ſi ſer.vēd.l.ſicuti.§.ſi q̄rat̄ ꝓſertim in corporalibus,vt no.in c.afferte,& l.pe.ff.de ꝯd.inſt. Eſt & alia ꝓſumptio ratione tpis, exemplū habes notabile.j.de coniug.ſeruorū c.licet olim.ꝓꝓ tps facilius diſpenſat̄. ff.de ri.nupt.l.qui in prouincia.§.j.
† Et no.ꝙ ꝓſumptiones iuris ſunt ſcriptę in legib.ſed ꝓſumptio-
3 nes iudicū nō pnt deſcribi,qa depēdent ex diuerſis animi motibus,arg.ff.de uſu.mora.ff.de teſti.ob carmē.§.fi. ff.de rei uēd.l.in fundo. ff.ad Treb. l.qa poterat.ff.de arb.l.itē ſi unus,§.ſi in duos. Eſt & alia ꝓſumptio hoīum diſcretorū , & iſta nō facit aliquā ꝓbationē ēt ſemiplenā,niſi deponant in iudicio,tn̄ excuſat a calūnia,vt no.C.de his,quib.vt indi.l.Polla.niſi iure nāli cōprobēt,vt ff.pro ſoc.l.merito.tunc.n.facit plenā. Eſt & alia ꝓſumptio ꝯſuetudinis. & iſta,ſi uera eſt,nihil operatur.j.eo.illud, & l.Seio.ff.de ann.leg.§.j.Sed ſi ſtabilis & cōſtans eſt,operatur id,ꝙ operat̄ arg. a cōiter accidentibus,vel ꝯntib. C.de prob.l.neque. Sunt & aliæ quædā quæ circunferentiæ uocātur, qn̄ ſingula nō ſufficiunt ſeparata,ſimul iuuant inuicē collata.j.de ſucceſ.ab inteſt.c.cū dilectus. & illa probatio eſt, quia genus eſt & in propriū nomen ali-
4 cuius ſpeciei non tranſit. † Item no. ꝙ aliqn̄ eſt præſumptio & interpretatio. ff.de pact.dot.l.2. & l.cum pater,in princ.& l.inter ſocerum.§.vr̄ dotem,& §.cum inter.ff.pro ſoc.ſi ſocius,pro filia, ff.ſol.mat.l.ſi cum dotem,in prin.§.inter. Interdum præſumptio uocatur, arg.ff.ad Treb.l.qui filium,§.fi. C.de fideicō.l.cum acu-
5 tiſsimi. † Et no.ꝙ præſumptio efficax dr̄ liquida probatio. C. de peri.tut.l.pe.ff.de leg.j.licet Imperator.C.de apo.pu.l.q rē,lib.10.

ADDITIONES.

a Vinc.God. Iuris. Adde, ꝙ præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio . Ruin. conſi.223.nu.5.lib.1.

b Partis. Adde tex.l.j.inducendo ut ibi per Salic.C.de dolo. & D.Iaſ.in l.cum te tranſegiſſe.C.de tranſac.

SVMMARIVM.

1 *Occidere quempiam velle non eſt ludus.*
Fraudare etiam non eſt bona fides.ibid.
Ex inſtrumenti qualitate præſumitur animus occidendi,ibid.

2 *Sagittans in alium arcu,vel baliſta,vel mittens lanceam in ipſum, preſumitur habere animum occidendi & punitur capitaliter.*
Maleficium prauè preſumitur commiſſum.

CAPVT PRIMVM.

1 SIcut. Velle occidere † nō eſt ludus, & uelle fraudare non eſt bona fides.h.d.dicit Inn.ꝙ malum,& damnum ſemper preſumitur fieri malo animo . Item ex qualitate inſtrumenti præſumitur animus occidendi, vt hic,& j.de homi.ſignificaſti. ff.ad
2 le.Cor.de ſic.l.j.§.ſed ſi claua. † No. ꝙ qui in aliū ſagittat [a] cū ar-
a cu,vel baliſta,vel lanceā mittit in ipſum,preſumit hre animū occidendi,& punit capitaliter, intellige, qn̄ cum ferro mittit iaculum,ſed ſi abſque ferro,non præſumit,de facili animus occidendi,vt d.§.ſi claua,per gl.& Bar.Dicit Ber.ꝙ omne malefactū, pra uè præſumitur actum, & tractat iſtud c.de præſumpta prauitate.

ADDITIO.

a Vinc.God. Sagittat. Adde, ꝙ ſagittamentorum appellatione, uenient etiam baliſtæ.Bart.in l.qui pœnūm.ff.de pe.leg.

SVMMARIVM.

1 *Ex præſumptione violenta fertur diffinitiua ſententia.*
Præſumptionum violentarū experimentum eſt vt conueniat rebus ſenſatis.
Litem malam fouere qui cenſeatur.

2 *Filius ex duab. mulierib.ſi dubitatur quæ ſit ſua mater,an ſi lis pen. vtraq; decedat vtrique ſuccedat, & nu.3.*

3 *Confeſſio debet conuenire naturalibus.*
Filius ſuppoſitus cōtulit quid monaſterio,verus filius reuocabat,quid iuris.

Bald. ſuper 2.Decretal. Hh 2 CAP.

BIU Cujas

CAP. II.

1 **Afferte.** Ex violenta † p̃sumptione fertur diffinitiua . h.d. Casus patet.& ista fuit prima sn̄ia quam dedit Salomon. Item no.q̃ experimentū violentarum præsumptionum est,q̃ concordet rebus sensatis s̄m Arist. q̃ ma'ā litē fouere censetur,qui non cupit uincere,sed rem,de qua quæritur, diuidi,vel perire,ꝯ.l.ff.ad l.Falc.in ratione.§.cum quidam.victoriam.n.desiderat bona conscientia . & idem esset,si contenderetur de turri, vel alia re indiuisibili,vel de statu ciuitatis . Nam qui uult exterminū ciuitatis,non censetur ciuis. Ibi,Cōmota.i.ad pietatē. Ibi, Date . ergo cedebat liti,sed non nocuit sibi, quia faciebat causa pietatis,sicut quis nec confitetur metu tormentorū s̄m Vincen. Item quia aduersarius contradicebat, & non acceptabat cessionem litis.Ibi,Diuidatur,iuxta prouerbium,largas corrigas faciebat de corio alieno. Ibi,& ait diffiniendo causam. nota,q̃ homo
2 uiuus non potest diuidi. † No.q̃ dixi in summario, & quod quis nō potest habere duas matres . sed pone,q̃ lite pen.decedit utraque, nunquid succedit vtrique? dicit Ber.q̃ succedit ei,quæ erat in possessione maternitatis . tu dic, q̃ pp bona remanet quæstio filiationis post mortē matris,de qua dubitatur. ff.de inof.test.l.q̃ inofficioso. vnde ei succedit, cuius probat se filiū. Nam qō filiationis remanet pp bona,vt ff.de iu.fil.Lucius.ff.ad Syll.Caius. C. de Carb.edic.l.fi. vñ si illa,q̃ erat in possessione est ditior, & ideo puer p̃tendit eam matrē , probet si vult successionē eius obtinere. confiteri aūt se utriusq̃ filiū, impossibile est,quia confessio
3 nāl.ib.conuenire debet. ff.de interro.act.l.cōfessionibus. † Quid, si vna instituit,alia exhæredauit? pia mater illa præsumitur, q̃ eū hæredē instituit,certe & quæ eū exhæredauit,de verb.obl.quidā cū filium.alioquin inepta esset exhæredatio. vr̄ ergo mr̄,licet dura mater.prima verior est,ar.huius c.dicit Arch.quod partus suppositus cōtulit monasterio, verus filius reuocabit. 54.dist. c.pen.

S V M M A R I V M.

1 *Da piccol se pare la spina, che dè ponger.*
Virtutum testimonia opera bona.
Virtutibus qui studet, non inquinatur vitiis.

CAP. III.

1 **Ex studijs.** Da piccol † se pare la spina, che dè ponger. h.d.secūdum patrem meum. Qui studet virtutibus, non inquinatur uitijs,quia bona opera, virtutum sunt testimonia.ꝯ.eo.cum in iuuentute.

S V M M A R I V M.

1 *Dilationibus quē subterfugit, contra eum præsumitur.*
Confitetur quis tripliciter.
Contumax quam confessus condemnari quis præterquam in expensas,non potest, statuta ideo contra loquentia sunt aduersaria iuri communi.

CAP. IIII.

1 **Nullus.** Præsumitur contra † illum,qui dilationib. subterfugit.h.d. Bern. q̃ tripliciter quis confitetur,s.ore, tei audientia, & contumacia . dicit Innoc.q̃ ex sola contumacia non condemnatur nisi in expensis. Et hoc no.q̃ statuta,quæ dicunt,q̃ contumax condemnetur tanq̃ confessus, sunt ꝯ ius commune,& ideo strictè interpretanda, quod tene menti perpetuo.

S V M M A R I V M.

1 *Fateri videtur alterum, qui alterum ex duobus diffitetur.*
Pro cōfesso nō habetur qui positionib.respōdendo quid confitēdo,cętera tacet.
Taciturnitas in incommodis non habetur pro consensu, nisi secus appareat.

CAP. V.

1 **Nonne.** †Qui ex duob. alterū diffitetur , reliquū fateri vr̄ econtra,Ber.& facit ad rn̄den.positioni, qui diuidit eā partē confitendo. Nā non hr̄ pro confesso in eo, quod tacet,sed negante,quod est no.ff.de min. l.& sine.§.sed quod Pap,
a no.dicit gl.q̃ taciturnitas[a] habetur pro consensu.istud brocardū explicat,vt not.Iac.de Are.ff.sol.mat.l.2.§.voluntate, & Cy.C.de procu.l.inuitus,& per glos.ff.de pign.act.Caius.& breuiter dic,si agitur de suo commodo, videtur consentire, secus,si de incommodo,nisi sint aliqua indicatiua consensus,quod est notandum,

ADDITIO.

a Vin.God. Taciturnitas. Adde q̃ taciturnitas habetur pro mandato quo ad cōmodum patientis, gl.& Bart.in l.j.ff.de neg.gest.vide Alex.in consi.84.num.5. lib.7.cons.80 co.lib. Soc.iun.consi.49. & consi.148.nu.27.lib.2.

S V M M A R I V M.

1 *Ex præteritis præsumitur circa futura, & circa seipsa, & econtra.*
Præsumptiones de tempore trahuntur ad tempus.
Vicem si commisit Papa non videtur ob id commisisse Papalia, neque concessiones fiscalium castrorum .
2 *Iurisdictio vicariatus non inhæret territorio, sed personæ intra fines territorii, & quandoque loco, quandoque personæ conceditur.*
3 *Cura tunc bene geritur, cum inter idoneos compartitur.*

CAP. VI.

1 **Mandata.** Ex † præteritis præsumitur circa futura. concor.ff.de re mil.l.non oēs.§.a barbaris. Itē circa seipsa.ff.de usur.cū de in rem uerso.Itē ex præteritis dudū præsumuntur recentia. C.de apoc.pub.l.quicūque,lib.10.facit C.de prob.siue possideris.Itē ex pātib.constat de prēteritis.ff.de iu.do. Plotiana.Et no.p̃sumptiones trahi de tpe ad tps.16.q.4.volumus. In tex.ib:,Vices,per hoc verbū non vñr cōmissa Papalia,nec concessiones fiscaliū castrorū.ff.quod ui aut clā.l.prohibere.§.plane. Bar. Ibi,non loco.no.q̃ vicarius nō conceditur loco.i.territorio,
2 & ideo iurisdictio † vicariatus nō inhæret territorio,sed personę intra fines territorij.l.2.ff.de off.proc.& leg.& ideo nō transeunt ad successorem,nisi sit dictū de successore. ff.de ser.leg.l.pr̃. vide ibi p Bar. Per hoc declaratur dictū dñi Dy.in l.ergo.ff.de acq.re. do. Ibi,Sed personæ,hoc nō expediebat dicere, ex quo scribebat personæ,vt no.in Spe.de instr.edi.§.nunc aūr. ver.quid si papa.& sic iurisdictio qñque loco,qñque personæ ubiq; locorū,vt in co-
3 mitibus sacri Lateran.palatij.† No.in isto c.quod tunc cura bene geritur,cū inter idoneos cōpartitur. C.de proxi.sac.scrin.in l.hac parte,lib.12. dicit Arist.curæ diuisę litigia nō generāt,eundētissimum huius rei ar. est natura,quæ distinxit officium membrorū s̄m Apostolū. Item,alter alterius onera portate, Ber.Apostolus.

S V M M A R I V M.

1 *Scire quis præsumitur præsens, vel vicinus, quod absens, vel longinquus non ignorat,& maximè si id scire pertineat ad officium,vt sind.ci,nisi in casibus, & quibus.*
Ciuitates, & Regna mortalitate, & tribulationibus vastantur.
Interrogatus de credulitate, an debeat habere tempus ad deliberandum.

CAP. VII.

Quosdam. Quod sciunt absentes, multo fortius presumuntur scire præsentes, quod sciūt longiꝰ qui,multo fortius propinqui.ff.loca. dñs horreorū, & j.c.proxi. ff.de fun.instr.fi ita.§.fi.Et est arg.ꝯ sindicos,vt ratione uicinitatis, præsumantur scire,cum ēt ad eos pertineat inuestigare. C.de his quib.ut indi.l.fi ideo. nisi malū sit nocturnum,vel in ꝯfusa multitudine hominū perpetratum,vt not.ff.qđ me.cau.fi cū ex.§.hæc autē actio,ibi glo.sing.Ibi,mortalitatē,no.mortalitate & tribula-
1 tionib. ciuitates, & regna uastari. † Ibi,credo,an interrogatus de credulitate debeat habere tēpus ad deliberandum.dic q̃ non super facto notorio , nec super facto proprio recenti , super alieno facto sic.Item super proprio antiquo reminiscendo. Nā ad reminiscendum datur spatium.Item posset credere vnū nunc,deliberatione habita crederet ꝯrium. l.2.§.j. ff. quis or.in bon. pos. ser. iurabit tamen , q̃ non petit dilationem animo differendi litem. ff.de iureiu.l.iusiur.& ad pecunias,in princ.ff.de interro.act.l.qui interrogatus,& facit s̄.de prob.licet cautam. & j.eo.scribam eis.

S V M M A R I V M.

1 *Vicini præsumuntur scire, sed hoc argumentum præsumptiuè,non necessaria nisi aliquando concludit.*

CAP. VIII.

a **Quanto.** Vicini[a] † præsumuntur scire. h.d.Et no.q̃ arg.à
1 vicinitate probat præsumptiuè,non de necessitate. & sic ratio,quia uicinus,est coniecturalis, non necessaria,li-
b cet[b] Bart.dicat contra in l.j. ff.si cert.pet.sed secundum Bart.debet intelligi de his,quæ publico aspectu, vel conuersatione concernuntur.dicit hic Ber. quod triplex est præsumptio temeraria, probabilis,& uiolenta,Ber.ꝯ.c.proxi.per Innoc.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Vicini . Adde, quando uicini præsumantur scire facta uicini,& quando hoc procedat,Alex.consi.15.nu.15.
b Licet. Adde D.Alex.consi.1.vol.3.Panor.consi.19.vol.2.Fel.in c.in præsentia, ver.tertio limito,de prob.

S V M M A R I V M.

Renunciatio beneficii per testes probari potest cum fama,in princ.
De fama,aliqua notantur, ibid.
Testis uicinare non præsumitur, sed verum dicere, nisi in casu, ibid.
1 *Iactare quis suum non præsumitur, & quando, ibid.*
Ad probandum id, quod nullo modo est verisimile,difficile quis admittitur.
Præsumptionum quædā continuatiuæ,quædam minimæ,in princ.& ad fine.
Ex præsumptionibus quando quis condemnatur, sententia quo temperanda.
Præsumptiones quædam non recipiunt in contrarium probationem,quædam contra, & quæ, & num.seq.
2 *Confessio in cessione actionum inducit fraudis præsumptionem, & in mutuo.*
3 *Dos præsumitur confessata in fraudem creditorum præcedentium,nec mulier contra eos habet priuilegium dotis.*
Legis,assiduis.C.qui pot.in pig.hab. intellectus.
4 *Militia empta filio per patrem præsumitur fuisse empta de pecunia patris.*
Emisse quis de cuius pecunia præsumatur.
5 *Visus de nocte in loco maleficii præsumitur tam ipse, quàm socius illud perpetrasse, cum alius non esset, qui posset perpetrare.*
Clericatū quis præsumitur in fraudem legis accepisse pp delictum præcedens.
Annulum si vir det mulieri, quid præsumatur.

CAP. X.

Quia verisimile. Efficacior probatio exigitur ab illo, quod probare uult, quod non est uerisimile. hoc dicit concor. ff.quod met.cau. l.fin. in princ. vbi de hoc. Casus. R.dicebat H.personatum ecclesiæ sibi fecerat concedi,contentus vicariatu eiusdem ecclesiæ,Papa dicit q̃ hoc non

non eſt uerisimile,& ideo mādat teſtes nō recipi ad probandū,i. receptos non probare, niſi cōis fama illius loci hoc habeat. No. renunciationē beneficij probari per teſtes cum fama, non ſine. Ibi,Receperit.i.recipere cōſenſit ab ordinario,ad quem pertinet collatio.Ibi,Recipias.i.nō diffidas. Ibi,Cōis.nota,ꝙ fama eſt uox & opinio cōis in loco. Itē no.ꝙ fama auxiliat veritati. Ibi, Deierare, no.ꝙ ſemper p̄ſumitur teſtis uerū dicere niſi uiolēta p̄ſumptio ſit ꝯ eum,quā fama abſorbeat. Ibi,corrupti, no.ꝑp dulcedinem beneficiorū ſtudium eſt corrūpendi teſtes.No.ꝙ nō præſumitur quis iactare ſuū,maxime ubi uertit honor. ff.ſi quis omiſ. cau.teſt.Iulianus. † No.ꝙ difficile admittit quis ad probandū id, quod nullo modo eſt veriſimile. Inn.ponit hic diſtinctionē præſumptionū,& earū effectum.ego dixi latius ſ.eo.in rubr. & ideo non repeto. ſed addo, ꝙ eſt quædā præſumptio ſua uera currens continuatiue,vt pręſumptio dñi.quædam ſunt,q̄ non p̄nt continuari in eodē puncto,vt no.C.de in inte.reſti.min.l.ſi minorē te. ff.de excu.tut.l.ſpadonē.§.qui abſolutus,per Dy.quędā ſunt,quę ſunt apta ad utrūque.ff.de iureiu.l.qui. §.in popularibus,& l.qui iuraſſe.§.ſi pr. vtrobiq; no.dicit Inn.no. tñ ꝙ ubi ex pręſumptionib.ad condemnationē proceditur, multū debet iudex tēperare ſnīam,& maxime ne condemnet niſi raro, vel modice ad pœnā nec pecuniariā,nec corporalem. Inn. & hoc eſt ualde not.ꝙ ꝑp penuriam probationum pōt diſpenſari in minori pœna. Itē ait, ꝙ ſurripiens filiū alterius debet puniri pœna mortis. idem ait,ꝙ non eſt uis in pręſumptionum noīe,ſed in qualitate,Inno. Extra no.quaſdā præſumptiones eſſe ſcripturas in iure,non tñ authenticas;ꝙ non recipiant probationē in ꝯrium.quædam aūt ſunt ita authenticata a iure, ꝙ non pōt ꝯria uoluntas comprobari. ecce præſumitur fraus ꝑp legis interdictum.ff.de prob.qui teſtīm . Itē ꝑp naturale debitū,& omniū vel plurimorū bonorum alienationem.ff.q̄ in frau.cred.l.oēs.§.Lucius.Item ꝑp multitudinē alternationū ſucceſſiuis tpibus.ff.de leg.3. nomen.§.j multo fortius in eodē inſtanti,vndē illa cła,quod tot ſunt donationes,&c. non ualet,quia in fraudē legum. Item præſumit uoluntatis perſeuerantia in opinione tā bona,q̄ mala & fraudulenta. ff.de proba.cū tacitū,& l.quinquaginta,& ff.de cond.& dem.l.nō ad ea.Itē præ
a 2 ſumit dolus [a] ꝑp nimias cautelas & inſolitas cłas,quæ potius cauillationes dici debēt,vt ſingulr not.in l.vj.ff.de cond.inſt.† Item
3 in ceſſione actionū confeſſio inducit fraudis præſumptionē.ſ.p̄tium cedendarū actionū eſt pro parte numeratū, pro parte confeſſatū.C.mand.l.per diuerſas,& l.ab Anaſtaſio. Idē in mutuo ꝑ parte numerato,pro parte cōfeſſato, quia p̄ſumitur confeſſio facta in fraudē uſurarū.C.de pac.l.ſi tibi,ꝑ Gul.& Cy.† Itē dos p̄ſumitur ꝓfeſſata in fraudē creditorū p̄cedentiū , & ideo ꝯ eos mulier nō habet priuilegiū dotis,ſed ſi dos p̄cedat, bene habet p̄rogatiuā tpis, niſi alij creditores ꝯ.tpa querelā propoſuerint. C. de non nu.pec.l.fi.C.de do.ante nupt.auth.ſed iam neceſſe. & ita in-
4 telr l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.ha. † Itē præſumit militia empta per patrē filio fuiſſe empta de pecunia patris.C.de pig.l.fin.Item
b vxor p̄ſumitur emiſſe de pecunia ſibi donata [b] a viro , & multo fortius,ſi vir emat noīe uxoris. ff.de do.inter vir.& vx.marito.itē theſaurarius principis p̄ſumit de theſauro emiſſe. C.de iu. fiſ. facultas,li.10.ibi gl.unica in iure.itē ex eo,ꝙ aliqd ſtatim fit p̄ſumi
5 tur deſcēdiſſe ex p̄ambulo.ff.de priuil.cre.l.ſi vētri.§.fi.† Itē q fuit viſus de nocte in loco maleficij, p̄ſumit tā ipſe, q̄ ſocius illud ꝑpetraſſe,cū alius nō eſſet,q poſſet ꝑpetrare.C.de adul.Gracchus. ff.de adul.l.capite quinto.j.e. tertio loco. item ꝑp p̄cedens delictū p̄ſumit quis accepiſſe clericatū in fraudē pœnę,& fori. ff.de leg.j.l.nemo pōt.in gl.j.ff.de pœn.l.j.per Bar.itē ſi dat vir mulieri annulos anteq̄ ſit in domo viri,præſumit datū ut ſponſæ, nō pōt reuocari donec in eodē ſtatu cauſa eſt. ff.de cond.ob cau.l.quod ſeruus. ſed poſtq̄ eſt in domo viri præſumitur matrimoniū præueniſſe,& nō ualet donatio.C.de do.ante nup. l.quod te ſponte. ff.de don.inter vi.& vxo.l.pen.§.iungi. ſaluo quod interdū vr potius cōmodatum,q̄ datum. ff.comm.ſi ut certo. §.ſed interdum.

ADDITIONES.

a Vinc.God. Dolus. Adde quòd dolus præſumitur ex læſione enormiſſima, Rui. conſi.82.num.5.lib.5. Et an dolus præſumptus remitti poſſit, Ruin.conſi.97. num.8.lib.5.

b Donata. Vide Barb.in c.1.in 2.not.de pecu.cler.

SVMMARIVM.

Matrimonium ſiue coniugium probatur, per nominationē, cohabitationem, & famam, ſi appareant inſtrumenta dotalia,in princ.

1 *Tempus longum non inducit matrimonium.*

Liberam perſonam vendicare quis poteſt in multis caſibus, & quibus,nu.3.

2 *Nominatio non facit matrimonium, ſed actus coniugalis.*

Matrimoniū non probatur per dotis inſtrumentū, vel donationē ꝑp nuptias.

Acceſſorio probato non probatur principale.

3 *Concubinam ſi habeam, cum qua honeſtè poſſum contrahere matrimonium, pater non poteſt legitimare filios, niſi matrimonium contrahat.*

Annulus mulieri datus inducit præſumptionem quandoque matrimonii, quandoque ſponſaliorum.

4 *Abbas an poſsit portare annulum extra monaſterium.*

Fama viciniæ ſeu loci ſufficit aliquando.

5 *In vxorem petens aliquam, ſi probat, quod per decem annos ſimul habitauerunt, & fama viciniæ habet, quod eam tenuit in uxorem, obtinebit.*

6 *Fama viciniæ an ſufficiat ei, qui diu ſtetit in aliqua eccleſia ut clericus, vel ut rector, ad probandum, quia ita ſit.*

Titulus nullus per famam probatur.

7 *Notarius quilibet præſumitur legalis.*

Fama cum aliis præſumptionibus ſufficit ad probationem.

Probatio efficax ex coniunctione diuerſorum iudiciorum in vnam tendentium concluſionem.

CAP. XI.

Illud. Per noīationem, cohabitationē, & famā probat̄ con- iugiū, maxime ſi appareant inſtra dotalia. ſcda ibi, ve- 2
rū quia. Caſus.Quædā fœmina libera per x.annos & ultra cohabitauerat cū quodā ſeruo tanq̄ uxor ipſius, nunc dicebat eū ſuū maritū non fuiſſe,vir uendicabat eā tanq̄ uxorem ipſius,inducēs ad hoc probandū publicum inſtrm,in quo cōtinebatur, ꝙ uocabant ſe coniuges , & ꝙ proprie ipſe fecerat ei donationē ꝑp nuptias,& portabat annulū ſicut cōiugata . ipſa rndebat,ꝙ illud inſtrm erat fraudulentū & ſimulatū , vt dns fraudaretur ſeruo ſuo, 1
& viro noluit vnq̄ matrimoniū ꝯhere requiſitus a multis , & ꝙ annulū portabat tanq̄ uenditrix panis ſm cōſuetudinē Genuen. Quæſitū fuit,quid iuris? Papa mandat,ꝙ ſi fama loci habet,ꝙ vir tenuit ipſam in lecto, & in menſa ſicut uxorē, ꝙ uxor debeat iu- 2
dicari , p̄ſertim ſi dictum inſtrm fuit conditū a tabellione fideli.
1 † Ibi, Per decē annos, no. longū tps non inducere matrimoniū. Ibi,vendicans,qūo pōt uendicare eā,cū ſubſtantia ſit alterius?rñ. ſi eſt uxor ipſius, vendicat eam de iure canonico,dicens ſe ꝯxiſſe matrimoniū cū ea in forma eccleſiæ.dicit Inn. ſic pr uendicat filiū adiecta cauſa de iure. Quærit quo iure eſt introducta patria
2 ptās. † Noīauit,no.noīatio nō facit matrimoniū,ſed ꝯſenſus coniugalis. Item inſtrm dotis,vel donationis ꝑp nuptias non probat matrimoniū,quia non eſt ſup matrimonio confectū ſm Innoc. Itē quia per acceſſorium non probat̄ principale. non ob.Inſt. de nup.§.fi. quia cōſtabat de utroque.ſ. de matrimonio & de dote. habes ergo,ꝙ p teſtimoniū dotale matrimoniū non probat̄, nec ecōtra,vt C.de don.ante nup.l.fi. aliqñ tñ fallit, vt no.ff.de iu.dot. 1
mulier. ſed illa glo.debet intelligi,qñ ſunt alia adminicula dotis datæ,vel promiſſæ.ff.de iu.dot. l.ꝙ autem.& nota ad limitationē filiorū nō ſufficit mrimoniū ſine inſtris dotalib. vt not.in Auth.
3 de inceſt.nupt.§.dubitandū. † Item no.vnū mirabile, ꝙ ſi habeo
a concubinā, [a] cū qua honeſtè poſſum ꝯhere matrimonium,ꝙ pr nō pōt ltimare filios,niſi matrimoniū ꝯhat, vt no.in Auth.quib. mod.na.effi.leg.§.ſi quis ergo ſnīa,& non reperitur alibi. Itē no. iuxta p̄dicta,ꝙ ſicut pater uendicat filiū, & vir uxorē,ita poteſtas 2
noīe ciuitatis uendicat ſuū ciuem,vel comitatiuū. i.ruſticū, non ſolum ꝑp tributa, ſed ꝑp alias obedientias, vt eleganter not. in Auth.de man.prin. §.ſed ēt ſuſcipiētes. Ibi, Annulos,dicit Ber.ꝙ annulus datus in eccleſia, vel in domo viri inducit præſumptionē matrimonij,ſed ſi in domo ſpōſæ præſumuntur ſpōſalia, Ber.
4 † vtrū Abbas poſſit portare annulū extra monaſteriū. 69.diſt.c.j. ibi oīno vide per Archid. Ibi, Fama uicinię,no.ꝙ ſufficit,ꝙ fama ſit in vicinia, non aūt requirit,ꝙ ſit in tota ciuitate. & ſubdit ſtatim,ſi fama loci,quaſi locus & uicinia idē ſint. Ibi, Tenuerit, ſ.in honore mrimoniali.ff.de leg.3.l.itē in legato.§.parui. Ibi, Cōiunctio.ff.de iuſt.& iu.l.j.§.pe.& ꝙ no eo.ti.ius ciuile,vbi videas.ff.de
5 reg.iu.l.impar,Inn.dicit.† No.diligenter,ꝙ ſi aliquis petit aliquā 1
in vxorē, & probat,ꝙ ꝑ x.annos ſimul habitauerūt, & fama uiciniæ hēt,ꝙ eā tenuit in uxorē,ꝙ obtinebit : nulla.n.æqua eſt ꝓbatio bona in his,ſicut fama viciniæ. & hoc in peritorio,ſed in poſſeſſorio non requirit fama poſtea dicit nec in petitorio,& ſic ua cillat.hæc opinio ſcda eſt vera inter pares,vt inter liberum & ſer-
6 uum.ff.de ri.nup.l.in liberę.† Quærit Inn.vtrū ſi aliquis diu ſtetit in aliqua eccleſia ut clericus,vel ut rector, & probat ꝑ famā viciniæ,qa ita ſit,an ſufficiat ei? dicit Inn.ꝙ non,in tm,ꝙ ſnīa feratur ꝓ actore,quia nō probat de iure ſuo,ſed de facto,Inno.ad hoc ſ. de teſti.c.ex parte Adę. beneficiū eccleſiaſticū tpe non p̄cnbit, vt in c.j.de reg.iur.lib.6. dicit Inno.ꝙ teſtīm non probatur per fa-
7 mā,quia dicit,ꝙ nullus titulus probatur per famā. † Dicit Ber.ꝙ quilibet notarius præſumit legalis, & ideo in publicis inſtris nō præſumit fraus,neq; ſimulatio,certè nec aliquid,quod ſit in cor de contrahentium occultum,niſi eſſet iuri ꝯrium,vt in Auth.de non alie.§.quia vero.& in c.Imperialē,de prohib.feu.alie.per Fede. Item dicit Ber.ꝙ fama cum alijs præſumptionibus ſufficit ad probationem.Nam ex coniunctione diuerſorum iudiciorum in vnam concluſionem tendentium ſufficit probatio efficax.Ber.

ADDITIO.

a Vinc.God. Concubinam. Adde quod concubinatus propriè cadit inter ſolutū & ſolutam,Ruin.conſi.109.num.9.lib.3. & ibid.nu.11. Ad eius eſſentiam requirit cohabitationem.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis quomodo probetur.*

Mulier quomodo capiatur ex conditionis diuerſitate.

BIU Cujas

3 *Suspicio certa & valida dicitur violenta præsumptio, & sufficit ad sententiam diuortii.*
Incestus adimit nubendi licentiam, & inducit thori separationem.

CAP. XII.

1 **Literis.** Per † violentam præsumptionem probatur carnalis copula.h.d. Dicit Ber.ꝙ copula non plenè patet visui, & ideo testis non debet dicere, ꝙ viderit carnalem copulã, sed quod uidit id,quod potest uideri, & quod credit id,quod potest credi, & no.bonum tex.ad multa. Ibi,Latebris. nocte uagatur adulter.versus:Villanã precib.Burgensem munere quere, Gentilem capias commoditate loci. hunc versum causa solatij, & non vitij sæpe recitabat D.Rayn.de Forli.in schol. Ibi, violen-
2 ta & certa,no. † certam suspicionem & validam dici uiolentam præsumptionem,& sufficit ad sententiam diuortij. Item no. ꝙ scienter committenti incestum non debet dari nubẽdi licentia. Item no. propter incestum agi ad separationem thori. Nam vir petebat separationem thori.dicit Papa,quòd propter violentam præsumptionem incestus thorus separatur.

SVMMARIVM.

1 *Concubina appellatur etiam illa, cum qua quis secretè luxuriatur.*
Delictum intelligitur ex opportunitate loci.
Stuprum quid ali quando excuset.
Singula quæ non prosunt, &c.
2 *Turpitudinem suam an nemo possit allegare, & in princ.*
Rumor minus quàm fama probat.

CAP. XIII.

Tertio loco. Ad separationem matrimonij admittitur tertius,& suam turpitudinem allegans,& probans.h.d. Casus, Quidam iuuenis consensit in quandã sponsam per verba de præsenti,cõparuit neptis sponsæ, & dixit se cognitam prius carnaliter a dicto iuuene, & probauit per testes,ꝙ dictam neptem,& iuuenem viderant per plana & nemora & inuia inuicem conuagantes, & testes credebant pro certo, ꝙ exti-
1 terit concubina.hoc etiam probatum erat per famam, & per assertionem iuuenis,& sponsæ, papa iudicat sponsalia dissolui,maxime quia hoc nõ est occultum, sed manifestum ex multorum præconio. † Ibi, Concubina, no. ꝙ appellatur concubina etiam illa cum qua quis secretè luxuriatur. ibi,inuia. i.vbi non erat via & no. ꝙ ex opportunitate delinquendi datur delictum intelligi. Ibi, Ad maiorem. nota iuramentum deferri ad probationis supplementum.Ibi,Confessi.hæc confessio valet quandoq; ad excu sationem stupri.glo.est sing.C.de fide instr.l.pen.Ibi,prædicetur. no.ꝙ a pluribus prædicatur dicitur manifestum.dicit Ber.ꝙ quæ non prosunt singula separata, probationẽ iuuant inuicem capi-
2 tulata. † Opp.ꝙ nemo possit allegare turpitudinem [a] suam. Sol. hoc speciale fauore animæ.vel hic,quia erat manifesta.dicit Bar.
b ꝙ turpitudinem suam [b] ab alio detectã quis allegare potest.ff.de iureiur.l.alias.ibi omnino vide per eum. dicit Inno.ꝙ rumor minus probat,quàm fama.idem dicit Ber.j.de eo,qui cogn.consan. vxo.suæ.c.super eo.ibi uideas,& hac breuitate sum contentus.

ADDITIONES.

a Turpitudinem.Vide omnino pulchrè quod dicit Bar.in l.cum res. C.de prob.
b Vinc.God.Suam.Adde,ꝙ turpitudo allegari potest ab aliquo in fauorem animæ.idem est,si aduersarius erat in pari causa turpitudinis. idem etsi iam turpitudo erat detecta.Ruin.consi.132.num.10.lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Condemnari nõ debet quis de graui crimine pp vehementem præsumptionẽ.*
Sportulæ non faciunt quem suspectum.
Iurisdictio non amittitur delegata, licet partes in iudicem compromiserint.
Ex ptãte iurisdõnis delegatæ,& arbitraria, an quis possit simul procedere.
2 *Testis qui dicit se audiuisse publicè dici, probat famam.*
Relatio ad aliquid operatur idem prouidè, ac si specificatum fuisset.
3 *Dixisse qui negat se illud,quod in actis publicis reperit scriptum, cum testificatur, non ei creditur.*
4 *Testis iterum examinatus, si dixit,non recordor quid primo dixerim non iuratus, tamen veritas est sic, & si appareat me dixisse contrarium illud reuoco, quia dixi per errorem, an præsumatur.*
Verum confiteri quis præsumitur in articulo pœnitentiæ,& nu.10.& 13.
Confessio mutui,vel dotis à moriente facta, non facta præsumitur spe futuræ numerationis.
Suos,vel carnem suam nemo odio præsumitur habere.
5 *Condemnari non debet quis de homicidio de quo nescitur quod factum sit, propter præsumptionem præcedentem minarum, vel inimicitiarum.*
6 *Catholicus ex fructu pœnitentiæ, quis præsumitur.*
Impœnitens, & obstinatus hæreticus præsumitur.
7 *Iudex ordinarius,vel delegatus, an possit esse arbiter,vel arbitrator.*
Iurisdictio quid, & an cogat ius dicere.
8 *Iudex si iudicat vt arbiter, an faciat litem suam.*
6 *Compromitti an possit de causa criminali.*
10 *Pœnitentiam agens,an præsumatur confiteri delictum, & nu.2.& 13.*
11 *Frater an possit testificari contra fratrem.*
Consanguinei in criminalib. nõ admittũtur in testes,nisi in casibus, et quare.
Examinatus qui non debuit examinari, non facit indicium.
12 *In articulo mortis quod dicitur, an præsumatur verum.*
§.fi.l. Aurelius.ff.de lib.leg.damnauit animam cuiusdam aduocati.
13 *Consanguinitatis, vel affinitatis ratione,an aliquid præsumatur.*
Præsumptio maior minorem tollit.
Hæreticus quis ex leuibus probatur coniecturis.
Iuramento simplici quis non est committendus.
14 *Dictio, præter, ponitur ampliatiuè, quando ponitur inter media.*

CAP. XIIII.

1 **Literas.** † Propter præsumptionẽ etiam vehementem nõ debet aliquis de crimine graui condemnari. h.d. Et in prima parte iudicis consultatio. in secunda ibi, Nos uero, responsio.quæ subdiuiditur in duas.In prima ponitur motiuum mandantis.in secunda mandatum. secunda ibi,quocirca. Casus. Episcopus Altisiodorensis ex una parte, & quidam Burgẽses de Charitate ex altera habebant magnam controuersiam, quia eps prætendebat illos esse hæreticos,& bona eorũ ad se pertinere,illi negabãt,inter quos erat V. & frater eius,causa ista fuit delegata duobus, in quos postea compromiserunt tanq̃ in arbitros sub certa pena,reseruata sibi nihilominus potestate delegata,coram quibus duplici auctoritate fungentib.dictus V. cõfessus fuit hæreticũ se esse,idẽ de fratre suo asserens, quod fratri eius fuit indicta purgatio,qui purgauit se per dictũ V dicentem,ꝙ frater eius nõ erat purgabilis, & ꝙ ipse nunq̃ dixit eũ culpabilem. Quærit, quid iuris? & Papa dicit,ꝙ iste V.est suspectus,tũ quia negauit se dixisse,ꝙ dixerat,tũ quia primo asserendo eũ hæreticũ;postea iurando ꝫrium vr̃ periurus, tũ quia ꝙ prius dixerat, reuertendo ad fidẽ dixerat,tũ quia non præsumit mentitus ꝺ fratrẽ, sed pro fratre. Papa in isto dubio nõ cõdẽnat dictũ fratrẽ de hæresi,sed mãdat ei imponi pnãm discretã, & securitatẽ recipi ab ipso de certa pœna soluenda,si similia de cætero præsumpserit, & nihilominus p̃stat iuratoriã cautionẽ,& si pnãm peregerit salutarẽ in pace dimitti,alioquin tanq̃ hæreticũ cõdẽnari. Ibi,epm,iste eps petebat bona hæreticorũ ſm Inn.ꝙ est no.quia eps põt bona hæreticorũ sibi confiscare,ſm Inn. & ideo causa erat ciuilis,licet indicat purgatio.Ibi,de Charitate,erat forte q̃dam ꝯgregatio Burgẽsiũ,qui vocabant Burgẽses de Charitate, sicut si v.g. diceremus, disciplinati fraternitatis S.Francisci. Nã sub uelamine disciplinæ nõnulli interdũ sunt hæretici.Sed nõne eps põt eos punire tanq̃ iudex ordinarius. rñde, verũ est,nisi tractaret de proprio quæstu bonorũ.& no.ad munic.l.de iure,in prin.& ibi optima gl.vel dic, Papa cã suspicionis uitãdæ dedit iudices delegatos, ar.ff.de iurisdom.iud.solet.sportulę uero solę nõ faciunt iudicẽ suspectũ,quia dant pro labore officij,& est modicũ lucrũ, vt in Auth. de iud.§. ne aũt labor.Ibi,Sub certa pena, licet hęc verba sonẽt stipulationẽ pœnæ,vt not.ff.de pact.l.rescriptũ.§.si pacto, vbi bona gl.& est casus hic.Ibi,Arbitros,no.in iudices posse cõpromitti ẽt cũ pœna. Ibi,Reseruata,dic,ꝙ ẽt sine reseruatione retinebant eã,Inn.& sic prouisio cõpromittentiũ non derogat authoritati iudicis, nimirũ superioris,quia est munus publicũ,cui renunciari non põt. Sed nũquid simul p̃nt vti iurisdõne,& cõpromisso? hic est arg.ꝙ sic.In ꝫrium facit c.q̃diu,de app.in cle.illud c.nihil facit,ga ibi in
2 diuersos fuit cõpromissũ, hic in eosdẽ. † Ibi, Publica voce, facit ad actũ testis,qui dicit se audiuisse publice dici,quia intelſr.i.publica voce a populo,& sic probat famã. Nã ista est aptior expositio, & ſm cõem intelſm loquentiũ,ad quẽ est recurrendũ, vt j. de spõs.c.ex lris. Ibi,Recognouerat,vt j.de hęr. c.j.in fidei, lib.6. Ibi,ꝙ eodẽ.notarius nõ scripsit plus, tñ pinde est,ac si essent specificata pp uirtutẽ istius relatiui. & facit ad qõnẽ de teste,q̃ iterũ examinatus dixit,dico idẽ,qđ prius dixi. Itẽ ad aliã qõnem,si notarius scripsit, Titius idẽ dixit,ꝙ Sẽpronius,nec est ppea meditatus sermo,sed breuis locutio.licet Spe.dicat ꝫriũ, vt no, j.de ver. sig.c.intelligẽtia,in nouella.Ibi,se dixisse negauit,no.ualde hunc tex.ꝙ in actis publicis reperit scriptũ,cũ testificat. Ibi, Dixit,etiã nõ iuratus,& sic primũ dictũ eneruat ſm,[& hoc qñ corã iudice
4 cõperenti,ita intelſr ꝙ no. s̃.de testib.cũ cãm.† Quid si testis iterũ examinatus dixit,nõ recordor qd primo dixerim non iuratus, tñ veritas est sic,& si appareat me dixisse ꝫriũ, illud reuoco,ga dixi p errorẽ? dicit Bar.ff.de fal.l.eos, ꝙ huic solẽni dispositioni stãdũ est,& nõ primæ,nec p̃sumit testis falsus, facit s̃.de test.c.p̃terea,ꝙ uerũ est,nisi prius dictũ plurib.rõnibus iuuet,q̃ ſm. tex.est hic sing.& ita dẽt intelligi gl. Ber.notabilis,q̃ est hic. Ibi,Reuertebat, no.ꝙ in articulo pnię quis pręsumitur verũ confiteri tam ꝺ se,q̃ ꝺ alium,aliq̃ tñ moriens mentitur, vt ff.ad Sill.l.si quis in graui,in prin.& ff.de lib.le.l.Aurelius.§.fi. Cõfessio mutui,vel do
a tis [a] facta a moriente non pręsumit facta spe futuræ numerationis,gl.est vnica in iure in l.j.C.de fal.cau.adie.leg.Ibi,in fratrẽ,no ta,ꝙ non præsumitur quis falsum testimonium ꝺ fratrẽ dicere. Item ꝙ nemo carnem suam odio habet. ff. in ius uoca. ut eant.
5 l.2.& ibi no. † Ibi,noluimus condemnari, arg.ꝙ pp pręsumptionem

ADDITIO.

a Vinc.God. Dotis. Adde ꝙ confessio mariti in testamento de dote recepta ab uxore reuocari potest tanquam in fraudem legis, quæ morte confirmatur, & agitur ex legato,non ex debito,Ruin.cons.53.nu.1.lib.2.

BIU Cujas

nem præcedentem minarum, vel inimicitiarum non ſit quis cõ demnãdus de homicidio. de quo neſciẽ, a quo factũ ſit. de hoc in Spe. de prẽſum. verſi. ſed pone P. minatus. C. de dolo, dolum. ꝑ Cy. dicit Seneca, quod no. finem, ꝙ terret, nocet, no. hic ex vehementibus ſuſpicionibus quem non damnari, ſed pẽnitentia mo
6 derari. † Ibi, Cognoueris, no. ex fructu pẽnitentiæ quẽ prẽſumi catholicum. Ibi Condemneris, no. obſtinatum & impẽnitẽtem
7 prẽſumi hereticũ. † Modo capio gl. primam, & quẽro, nũquid iudex ordinarius, vel delegatus poſſit eſſe arbiter? So. de iure ciuili & canonico nouiter ꝓt iubere ſe arbitrũ fieri, ſed ſi eligitur ſponte, tunc aut loqueris iure ciuili, & nõ põt eſſe arbiter, tum quia ſnĩa ſua eſſet vtilis, ut C. de arbi. l. j. tũ ꝙ hẽt neceſſe ius dicere, cũ iuriſdictio ſit poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicen. & æquitatem ſtatuendi. hac rõne idem vr̃ in iudice delegato. ff. de iu. om. iud. l. eum qui. quia fungitur vice ordinarij. ar. ff. de arbit. quin ẽt. ſed de iure canonico põt cõpromitti ex quo partes ſunt in concordia, ut hic, & s̃. de arb. cum tempore, & no. ff. de arb. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. Quero qd in arbitratore? rn̄. ex quo poteſt tranſigi, poteſt in eũ cõpromitti, vt in Auth.
8 de defen. ci. §. j. ſed † nũqd ſi iudex iudicat vt arbiter, facit litẽ ſuã?
9 rn̄. ſic, ꝑ dolũ vel latam culpam.. C. de arbi. l. j. † Quæro nũquid
a de cauſa criminali poſſit compromitti? rn̄. [a] in arbitrum nõ põt compromitti, ſi criminaliter agit ſed ſi ciuiliter ſic, ut hic. ſed in arbitratore dic idẽ, ꝙ in tranſac. ut C. de tranſ. l. tranſigere, vel pa
10 ciſci. † Quæro nunquid ille, qui agit pẽnitentiam præſumatur ꝺ fiteri delictum? glo. j. dicit hic, ꝙ ſic, quam no. concor. ff. de tab. exhi. l. locũ. §. ſi qs dolo. & eſt ar. ꝙ qui ſtat ad confinia, præſuma
11 tur delegatus. † Capio aliam gl. & quæro, nũquid frater ꝺ fratrẽ poſſit teſtificari? rn̄deo, ſic in crimine hereſis. Item ꝺ patrem & matrẽ filius, quia maior omni patre eſt Deus, ſed in alijs capitalibus criminibus nõ, ſed in leuibus ſic. Ber. de hoc in Spe. de teſt. §. j. ver. ſed nunquid frater. & hoc eſt inductum ꝓ familiarum ꝺ cordiam, & publicam vtilitatem ſeruandarum familiarũ, & iõ examinatus, qui non debuit examinari, non facit iudicium, ar. ff.
12 de quæ. l. maritus. † Quærit gl. vtrum illud, ꝙ dr̃ in articulo mortis, ꝑſumat verũ? rn̄. ſic, ſed nõ ſemper. Item ꝙ dr̃ in ultima uolũtate, non trahitur ad contractum probandum. d. l. Aurelius. §. fi. Quidam aduocatus quaſi rediens ab inferis dixit, ꝙ ille. §, damnauit animam ſuam. Porro ſi eſſet appoſitum iurm̃, ſtaret iurõ, niſi eſſet appoſitum in fraudẽ legũ, Ber. & eſt ſpẽs iurãdi, ſi teſta
13 tor dixit ſic, aſſero ꝓ fidẽ meã, vel ſic eſt in verbo veritatis. † Quę ritur, vtrum ratione cõſanguinitatis, vel affinitatis aliquid prẽſumatur? gl. dicit, quod ſic. Item ꝑſumitur donatio. ff. de dona. Proculꝰ. ff. de dona. inter. vi. & vxo. l. vtrum. ff. ſolu. mat. q̃ dotis. C. de don. data iam pridem. ff. de bo. li. l. nihil. §. facilior, dicit Dy. quod
b ceſſio b actionum inter cõiunctas perſonas valet ſine expreſſione tituli, ꝙ ineſt titulus donationis. ff. q̃ in fau. cre. patrem. ꝓ Dy. Sequitur alia gl. quæ incipit, hoc eſt notabile, q̃ dicit, ꝙ ſi contrarius præſumitur periurus, quod ſtatur primo dicto, quia tunc non habebat vocem cõtradictionis, & teſtis erat in ſuo ſtatu. Itẽ dicit Ber. quod præſumptio validior tollit minus validam, quę ꝑponderat ei. facit ad materiam gl. s̃. de teſta. veniens. & vt eccleſiaſtica benefica. c. vt noſtrũ, de hereti. accuſatus, lib. 6. alia glo. dicit quod ex leuibus coniecturis probatur quis hæreticus, nõ tamen damnatur etiam ex vehementi ſuſpicione. ſ. iuris, ſicut hic. Vltima gl. dicit, ꝙ nõ eſt committẽdus quis ſuo iurõ ſimplici, ſi in eo non appareãt indicia legalitaris & veritatis, ſed dẽt iurõ valari pœnali ſtipulatione. ff. qui ſatiſ. cogã. l. j. & 2. §. fi. ff. de iud. l. 2.
14 §. ſed ſi dubiteẽ. † Vltimo nota hic de dictione, ꝑter, q̃ ponit ampliatiue. qñ ponit ĩter media. ſic ff. de pig. act. l. j. ſed ſi ponit inter regulã, & exceptionẽ, ponit reſtrictiue, & cũ hoc aliqñ declarat qualitatem regulę. ff. de pe. lega. l. nam quod liquide. §. ſi is, cui penus. ff. de vino, & oleo lega. l. fi. §. cui dulcia, quod bene no.

ADDITIONES.

a Reſpondeo Vide de hoc per do. Bal. conſi. 24. volum. 2.

b Vin. God. Ceſſio. Adde ꝙ omnis obligatio tollitur ceſſione Goz. conſ. 48. nu. 8. ceſſio autem ſimulata non valet, Goz. conſi. 3. nu. 7. & quando dicatur ualere ibid. nu 24. & quando noceat ceſſionario tranſactio, ſeu pactum cedentis, ibi. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Continens qui fuit in iuuentute, idem in ſenectute eſſe præſumitur.*
2 *Bonus tempore longo qui fuit præſertim in feruore iuuentutis, ſemper præſumitur bonis.*
Virtute præditus præſumitur quis ex dignitate, & a papa decoratus.
Epiſcoporum honorem & famam papa defendere tenetur.
Delictum, vel maleficium non præſumitur.
Salutis nemo ſuæ immemor præſumitur.
3 *Denunciatio criminum per procuratorem fieri poteſt & proſequi.*
Regibus & principibus non eſt complacendum contra iuſtitiam.
4 *Executori, qui aſſerit ſe feciſſe aliquem recipi, an credatur.*
5 *Epiſcopatus debet conferri idoneo.*
Confirmatus quando quis præſumitur.

Canonicus præſumitur, qui inuenitur inter eos. & quando.
Conſuetudo ſpecialis eccleſiæ derogat literis generalibus prouiſionis.

CAP. XV.

1 **Cum in iuuentute.** † Qui in iuuentute fuit continens, idẽ in ſenectute eſſe ꝑ ſumit̃. h. d. Caſus, Eps Quinq; eccleſiarũ diffamatus erat coram papa, ꝙ iacebat cũ nepte. & Rex Vngariç denunciauit hoc papę ꝑ ſuos legatos, petens, ꝙ papa tantũ facinus remoueret de Vngarica eccleſia. erat aũt papa informatus de iſto epõ, ꝙ in iuuẽtute ſua fuerat ꝓtinẽs, & ideo in ſenectute multo fortius, cũ ſenectus fomitẽ libidinoſi caloris extinguere ꝓſueuerit Itẽ ꝑ epõ ꝑſumitur, quia erat decoratus pallio ſpũali, ꝙ non fit niſi ꝓp ſingulares virtutes. Papa literis non credidit, nec annuit eius volũtati, ſed ꝓmiſit cuidã epõ, vt diligẽter & caute ſe informaret a coepis, vtrũ crederent dictum epm̃ Quinque eccleſiarum fore tanta labe co
13 maleficia non sunt a iure reprobata, & ideo punibilia &c. † Quæro nunquid statutum ciuitatis possit dicta iuramenta præstita vsurarijs ipso iure annihilare? Bart. dicit ꝙ sic, si statutum prohibeat personas contrahere, & iurare. verbi gratia, nullus cōtrahat mutuum cum vsurario, vel nullus vsurarius recipiat instrumentum, vel chartā mutui. nam vbi persona subtrahitur de medio, ibi iurm non habet fundamentū. ff de stip. ser. l vsufruc. fm Bart. qui ita tenet, alias not. ff. de fideius. l. si quis pro eo, in prin. versi. 3. idem dixi, si res subtraheretur a comercio, ut l. j. C. non licere habita. me. lib. 11. secus, si causa subtraharur de medio. Nam iurm ēt sine causa obligat, vt hic, & s. c. debitores. tñ qñ causa habet in se peccatum debet relaxari per iudicem animarū, vt s. c. j. & ista sunt bene notanda & quotidiana, quæ examinaui. C. de legi. l. nō
14 dubium, vbi videas in lec. mea, & in repetitione nostra. † Extra qnæritur, duo erant socij, & unus exercebat fœnus, & cōicabat alteri, postea fecit cautionē, utrum ille alter teneatur conferre in restitu. vsurarum? & vr quod non. quia l. requirit, ꝙ primo sit cōdemnatus, ut ff. pro so. l. quod omnia. Mar. Sylli. dicit, ꝙ fuit iudicatū conferri dre non vi societatis, quæ non tenet in delictis, sed vi æquitatis. nam pro condēnato hr, ex quo obligauit se epo, vel suo vicario, tanquam confessus in iudicio saltē animæ, fm Mar. Sylli. facit quod no. Cy. C. fami. ercis. certum. & in l. vnica. de cō fes. & Bar. in l. cum vnus. ff. de bo. auto. iud. pos. & in l. a diuo Pio. s. de re iud. per Bar. & fiet executio tanquam in bonis debitoris, cum ēt ipsum nomen sit obligatum pro restitutione vsurarum.

SVMMARIVM.

Ordinem iudiciarium qui iurauit in omni causa obseruare, non seruabit in notoriis in prin.

Legi, libellorum, ff. de excusationibus non est locus in notoriis, ibidem.

Ordo iuris in notoriis, & summariis non exigitur, ibid.

1 *Iuramentum indifinitum distinguitur per ius commune.*

Generalia verba interpretantur per modum regulæ, & tanquam regulæ patiantur exceptiones legitimas. & nu. 6.

2 *Iuramentū, quod sine interitu salutis æternæ potest seruari, an sit seruandū.*

Ordo iudicii duplex & qui seruandus, & nu. 3. 5. & 6.

3 *Libellus an sit offerendus in notorio contractu, si reus comparet, & petit sibi libellum offerri.*

4 *Pars, an sit citanda in notoriis, & sententia ferenda.*

5 *Iudex quid iuris si nescit esse notorium.*

6 *Iudex inuito actore, an possit seruare præcisum ordinem iudiciorum.*

CAP. XXI.

Ad nostram. el 3. Iudex, qui iurauit in omni cā ordinē iudiciarium obseruare, innotorijs subtilitatem ordinis iudiciarij non seruabit. h. d. scda ibi, verum. Casus. Archiēps Neapolitanus quasi per extorsionē præstitit iurm, quod in oī cā seruaret ordinem iudiciarium, dubitabat Archiēps, vtrum in notorijs teneretur obseruare eundē? Papa dicit, ꝙ ex vi iuris cōis non tenetur obseruare iudiciariam indaginem & ordinem, qa quæ manifesta sunt, accusatione nō indigent. Itē nec ex mente iurantis, quia non intendebat prætextu huius iuramenti venire contra canonicas sanctiones, quia ista intentio tenderet ad illicitum iuramentum, quod hic vocat periurium. Item nec ex interpretatione iur. quia ratio non patitur. Itē quia subtiliter intuenti de ordine iudiciorum vr procedere, ꝙ in talibus non seruetur ordo. Item quia iuramentum debet intelligi de causis, in quibus ordo est seruandus, & ideo Papa ꝯcludit, ꝙ Archiepiscopus satisfacit iuri scripto, & per hoc seruabit ipsū ius cōe, & iurī tenorem, vnumquodq; in suo casu. No. ꝙ dixi in summario. Secundo no. ꝙ manifesta. i. notoria accusatione non indigent. Ex hoc collige, ꝙ solēnitas. l. libellorum. ff. de accus. nō est necessaria in notorijs. Ibi. In mente, ꝙ uerba restringuntur ad cogitatum. ff. de te. tu. si quis ita. Ibi, Benignius interpretari, no. ꝙ iurm est benigne interpretandum. Ibi, Consonet, not. ꝙ promptum est iurm legibus concordare. Ibi, Non seruari, not. ꝙ non prohibet seruari, vt no. Inn. s. de iud. nouit. sed intendit dicere, ꝙ non est necesse ibi per omnia, i. per libelli oblationem, & litis ꝯte. citatio tñ est necessaria, si est absens. Ibi, Procedere. not. valde
a not. ꝙ in notorijs & summarijs a ordo est ordinem non seruare. † Ibi, Valet, nota iurm indefinitum distinguitur per ius com-
1 mune, idem puto in statutis municipalibus vt C. de noxa. l. si serui vestri, & est multum no. gl. C. de iure delib. l. fi. §. in cōputatione. Item no. ꝙ satis est ꝙ verba generalia interpretentur per modum regulæ, & tanquam regulæ patiant exceptiones legitimas, vt C. de adul. ita pudor, & l. j. §. 1. ff. quod vi, aut clam. nam sermo gñalis ciuiliter debet intelligi vt ff. de serui. l. si cui. Ibi. Seruabis. s. vbi debes, & in quibus debes. † Oppo. istud iuramentū b pōt seruari sine interitu salutis æternæ ergo seruandum. Sol. qñ iustitia
b alterius offenditur non pōt eo inuito seruari absq; detrimento salutis æternæ, & ideo non seruandum: quæ regula est bene notabilis. non dico, quia propterea processus esset nullus, imo valet licet sit supra formam mandati, & ita intelligitur dictum Inn. Et no. ꝙ duplex est ordo iudicii, s. regularis, & irregularis. primus seruatur regulariter ēt in casibus exceptis, vt hic cum si. † Quæro su-
3 per verbo, accusatione, quid in notorio contractus, vtrum sit libellus offerēdus, si reus comparet, & petit sibi libellum offerri? dicit Inn. ꝙ non proprie reperitur in cōtractibus notorium. j. de cohabi. cle. & muli. c. fi. † Sed ꝯ hoc videtur tex. s. de test. cog. super eo. lo. Inno. dicit verum, quia non pñt omnes circunstantiæ contractus esse notoriæ, quia potest esse, quod cōtractus fuit celebratus dolo, vel metu, uel simulate, & rone circunctantiarum, quæ sunt dubiæ, debet seruari ordo iudiciorum, si reus cōparet, & petat offerri libellum. vt C. de edic. di. Adria. tol. l. fi. Sed in delictis omnes circunstantiæ pñt esse notoriæ. † Quæro, vtrum in
4 notoriis sit pars citanda, & sententia ferenda? dic ꝙ sic j. de app. c. cum sit Romana. Et ex hoc sequitur, quod requiritur qualis qualis causæ cognitio, ita quod ex actis appareat, quòd iudici sit notorium, quia sententia non debet ferri de facto. C. de accu. ea
5 quidē. † Quæro, quid si iudex nescit esse notorium? rñdet glo. ꝙ potest procedere ordinarie, sed si vult procedere extraordinarie primo inquirat, an crimen sit notorium, & super eo interloquatur, & lata interlocutoria, & declarato, ꝙ sit notoriū, poterit postea procedere ordine iudiciario, non seruato, de off. deleg. c. statuimus. Quæro, quid si est notorium in una prouincia, sed non in alia? resp. qa quærimus de ordine iudicii, seruatur notorium, uel non notorium, prout est in loco iudicii, secundum Bern.
6 † Quæro, nunquid inuito actore possit iudex seruare præcisum ordinem iudiciorum? rñdet Ber. ꝙ non, quia multum læderet p' actoris, Ber. ar. ff. de min. l. minor. 25. annis cui fideicom. Et per hoc patet, ꝙ si instrumentum ex forma statuti debet executioni mandari, iudex non potest imponere grauiorem ordinem, quā statutum dictat, quod tene menti pro instrumentis guarentigię in Tuscia. Vltimò no. de generalitate verborum restringenda, & de hoc no. in c. 2. infra de coniugio leprosorum.

ADDITIONES.

a Summarijs. Vide Andr. Sic. in consi. 36. 2. uol.

b Vinc. Ged. Iuramentum. Adde ꝙ iuramentum ideo non ualidat contractum, nulla statuti forma seruata initum. Rui. consi. 159. nu. 9. li. 5.

BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Consilium alterius non est necessarium in re euidenti.*
2 *Soluere Seio, an possim, quod debeo Titio.*
3 *Receptor falsus, an committat furtum.*
4 *Solui vni soli, an possit, si aliquid pluribus debetur.*
5 *Domini si sint plures, an sufficiat iurare fidelitatem vni pro omnibus.*
6 *Fur, qui partitur furtum cum alio, an magis delinquat, quam ille, qui nõ partitur.*

CAP XXII.

Eate. Qui iurat, cui non debuit, ei, cui debuit iurare compellitur. Et tria facit, primo exorditur, secũdo narrat, tertio concludit. secũda ibi, sane. tertia ibi, cum igitur. Casus. Dominus Papa mandauit Episcopo Calaritano, quatenus iuramentum fidelitatis exigeret, & reciperet a iudice Calaritano nomine Romanæ ecclesiæ pro ipso iudicaturo, quia eius inuestitura pertinet ad summum Pontificem, sicut tota Sardinia, & vulgo vocatur iudex Arboreæ. iste iudex excusabat se, quia dicebat, q̃ illud præstiterat Archiepiscopo Pisano, saluo ecclesiæ Romanæ honore, Papa scribit dicto iudici, quòd istud iuramentum, quod est præstandum Papæ, non potest præstari alteri sine mandato Papæ, quia augetur, non minuitur debitum, id est culpa debitoris, quando quod debetur vni, soluitur alteri. Et si diceret iudex, quòd istud iuramentum esset contrarium primo iuramento, respondetur quòd primum tanquam illicitum non est seruandum: si vero non est contrarium, sed compatibile, puta pro diuersis feudis, tunc primum iuramentum non officit, quin secundum habeat sine difficultate præstari. † Ibi, per te ipsum, no. quod in re euidenti non est necessarium consilium alterius, & sic argum. quod causa certa & indubitata non debet committi consilio sapientis. a † Ibi, remittitur, ff. de solut. qui hominem. §. si nullo. ff. de furtis. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de condit. indeb. l. si pœnæ causa. §. primo. Ibi, sed augetur, quia grauius est malum soluere, quam non soluere, vt plenè not. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo. ff. de actio. emptio. Iulianus, in princip. Ibi, saluo Apostolicæ sedis honore, ista protestatio nihil operatur, quia si non tenet principale, nec accessorium. Ibi, tenearis, quia tota Sardinia est de pleno dominio ecclesiæ, vnde plebs Sardiniæ est fidelis ecclesiæ. Ibi, illicitum, reliquum est licitum, & econtra, quia in contrarijs regulæ dantur per oppositа. Ibi, ex debito, not. quod fidelitas debetur pro inuestitura feudi. † Quæro, vtrum id, quod debeo Titio possim soluere Seio? respon. non. fallit, si Seius sit debitor Titij ex ea causa, & ex qua ego sum debitor, vt ff. de pigno. actio. l. solutum. §. vnde si domum. de excep. do. l. si opera. ff. de nego. gest. si liber. † Quæro, nunquid falsus receptor committat furtum? respon. sic, nisi se obligauerit per pactum ad illud exequendum, vel nisi sit secuta ratihabitio, vel nisi sit translatum dominium, quod tamen in dubio non præsumitur, sed magis traditum tanquam nuncio. hæc probantur, ff. de furtis. l. si vendidero. §. si Titius. ff. de dona. l. si hoc iure. §. si quis dederit. ff. de condict. ob causam, si procuratori falso, & l. penulti. † Quæro, quid si aliquid debetur pluribus, vtrum vni soli possit solui? respon. aut debetur species indiuidua, ut Stichus, & potest solui p̃occupanti, ut ff. de solu. l. si stipulatus. §. si lancem. aut debetur quantitas, & tunc refert, aut sunt rei credendi in solidum, & idẽ, siue vnus habeat regressum contra alium. vt C. de duobus reis. l. fina. siue non, ut quia debitum est gratuitum, ut dicit l. illa singularis. ff. ad l. Falcid. l. in lege Falcidia hoc obseruandum. aut non sunt rei credendi in solidum, & tunc pars vnius solui alteri non potest, nisi forte sint socij, quia inuicem institores videntur. ff. de pac. l. si vnus, in princi. † Sed pone, plures sunt domini, nunquid sufficiat iurare fidelitatem vni pro omnibus? respon. aut sunt domini ex diuersis feudis, & non sufficit, casus est hic: aut ex eodẽ feudo, si feudum sit indiuiduum, ut feudum iurisdictionis, potest uni pro omnibus, quia nisi in solidum præstari non potest: sed si diuiduum, non potest præstari vni pro altero, nisi ille ratificet, argum. ad hanc distin. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. fi. & hic. † Quærit glo. an fur, b qui partitur furtum cum alio, magis delinquat, quàm ille, qui non partitur? dicit glo. q̃ sic, quia facit plures peccare. Item quia geminum furtum committitur, primo faciendo, postea partiendo, quod not. contra sociales improbarum societatum, qui inuicem diuidunt spolia, quia maiores fures sunt, quàm fures simplices.

ADDITIONES.

a Sapientis. Vide Barb. consi. 51. incip. scripsi sapientissime. in 31. col. 1. uol. Fel. c. ex parte, de reb. cred. & do. Alex. consi. 63. pe. col. 2. lib.
b Vinc. God. Fur. Adde quod fur pro tribus furtis potest suspendi, quando s. seruus furatur domino in furtis paruis, Aret. in tract. malefi. uer. uestem. Alexan consi. 91. nu. 3. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti potest in mulierem tanquam in arbitratricem.*
2 *Pater metu pœnæ non debet inuitari ad exhæredandum filium.*
3 *Compromissum potest fieri etiam sine promissione.*
4 *Reductio in eo, quod confirmat, meretur executionem.*
5 *Actio an oriatur ex pacto nudo transactionis.*
6 *Compromissum si fuerit factum super quibusdam accidentibus post contractum nominatum ex interuallo, oritur actio, & non exceptio.*
7 *Ordo aliquis iudiciarius, an sit seruandus coram arbitratoribus, & nu. 9.*
8 *Arbitramentum an possit fieri parte absente non citata.*
9 *Arbitrator quando examinat testes non est necessaria citatio testium.*
10 *Arbitrari intra quantum tempus debeat.*
11 *Contractus an sit nullus si emi rem pro centum soluendis intra terminum declarandum, aliasque ad quid declarandum compromittitur, & moritur declarator ante quàm declaret.*
12 *Tempus solutionis, an sit de substantia totius.*
13 *Arbitrator an possit declarando apponere diem incertam, puta, cum Papa venerit Perusium.*
14 *Pactum, q̃ recedatur a persona non arbitrante, an sit ualidum.*
15 *Pœna compromissi, an committatur, vbi receditur a persona non arbitrante, & venitur contra eius arbitramentum.*
16 *Arbiter, & arbitrator, an & qualiter differant, & nu. 6. & 21.*
17 *Laudum arbitratoris dicitur reduci ad arbitrium boni viri, etiam si in totũ cassaretur, & quando reduci possit, & nu. 19. 20. 21. & 28.*
18 *Renunciari an possit reductioni ad arbitrium boni viri.*
19 *Potestas si est data arbitro, & arbitratori, quid iuris, si arbiter fecit litem contestari coram se.*
20 *Arbiter, quid iuris, si processit vt arbitrator, & in sententiando dicit, pronuncio vt arbiter.*
21 *Dictum arbitratoris cum pœna, uel sine an homologetur taciturnitate decem dierum.*
22 *Quantitas modica quæ dicatur.*
23 *Compromissum si sit in arbitrum cum pœna stipulatione interueniente, utrũ posset homologari expresse.*
Prouisio hominis, quando faciat cessare prouisionem legis.
24 *Iniuriarum actio, an per compromissum sit sublata.*
Iniuria non consistit in consensu, sed in contumelia.
25 *Arbiter tertius assumptus ex post compromisso, an propter discordiam duorum sit arbiter.*
26 *Arbitro si sit data potestas prorogandi tempus compromissi, quod pone, fuit mensis, an poterit prorogare ad annum, vel longum tempus.*
27 *Compromisso finito, an possit fieri prorogatio.*
Prorogatio quid.
28 *Arbiter postquam pronunciauit, non potest prorogare compromissum.*
Arbitratus est stricti iuris.
Dolus contractum stricti iuris non reddit nullum, sed annullandum.
Libellus in reductione arbitrii, & nu. 17. & 29.
29 *Reductio ad arbitrium boni viri, quo iure petatur.*
30 *Receditur in vltimis voluntatibus ab executore non exequente, & a cõmissario non declarante, & quare secus in contractibus.*
31 *Reductio, sicut quando petitur officio iudicis de iure communi, potest peti p̃petuo, ita cum petitur reductio ad arbitrium boni viri.*
32 *Exceptioni doli mali, an possit renunciari.*
Renunciatio est quædam donatio.
33 *Laudum qui petit reduci, quid habet probare.*
Reductio ad arbitrium boni viri habet vim appellationis a sententia definitiua.
34 *Arbitratoris bona fides non sufficit, nisi in modicis.*
35 *Arbiter electus Papiæ, existens Mediolani, an possit prorogare terminum compromissi, cum Mediolani non possit ius dicere.*
36 *Arbiter an possit mandare, quod debitum præscriptum, vel naturale soluatur.*
Arbitrator qui male iudicauerit, an liberabitur reductione deserta.
37 *Regulis iuris non subiicitur id, quod voluntati committitur.*

CAP. XXIII.

Quintauallis. Si is, cuius mandato stare iuraui, mihi faciat contra l. illud seruare non teneor hoc dicit, secunda ibi, quocirca. Casus. Filiæ Quintauallis, & vxor venerunt ad verba cum quibusdam alijs mulieribus, vnde exortũ est graue scandalum, & inimicitiæ, vnde Quintauallis volens dictas mulieres offensas placare, iurauit eorum mandato parere, demum dictæ mulieres offensæ mandauerũt dicto Quintaualli sub debito iuramenti, quod si contingat deinceps filios, vel filias, aut vxorem ipsius Quintauallis aliquod factum, vel verbum contumelioſum dictis mulieribus offensis obijcere, idem Quintauallis huiusmodi filios, & filias exhæredaret, & a se propriam vxorem repelleret: quærebat, an tali mandato sit standũ? respondet Papa, q̃ dictum iuramentum fuit licitũ, sed mandatũ fuit illicitũ, & ideo mandat dictis mulieribus offensis, q̃ dictum

BIU Cujas

mandatum reuocent,& ſi forſan reuocare nolunt,mandat Alatrino Epiſcopo,quòd enuncier Quintauallē ad huiuſmodi mandati obſeruantiam nō teneri.Ibi,Pro offenſa,no.ꝙ pr̄ pōt compromittere pro ſatisfaciendo offenſæ commiſſæ p filiū,vel vxorē.Item no.offenſam committi verbo,vel facto.ff.de ma. te.l.cēturio.Ibi,Quòd earum,ſ.mulierum offenſarum.& no.ꝙ de ſatiſ
a factione iniuriæ & de pace poteſt ꝓmitti[a] in offenſum,& ini-
1 micum. † Item no. ꝙ in mulierē pōt compromitti tanquam in arbitratricem,tex.eſt hic no.& adde qđ no.ff.de arb.l.pe.Ibi,Sub debito,illud vocabulum non cadebat hic, quia mandatum erat extraneum a iuꝛo. Ibi, quod ſi quando, futurū tempus reſpicit, & ſic no.quod ad arbitratorem pertinet futuri temporis tractus. Ibi,Idem.ſ.Quintauallis.Ibi,Exhæredaret,no. quod pater ꝓp offenſam tertij non pōt filiū exhęredare.vt infra patet.† Itē no. ꝙ
2 pater non debet metu pœnæ inuitari ad exhæredandū filiū.non ob.ff.de ver.ob.l.quidā,cū filium,quia ibi filius merebatur,ut ibi no.& no.ꝙ illa l.gloſſat iſtam decr.Ibi. Remoueret vxorē no. ꝙ vxor licet cōmittat maleficium,vir non poteſt eam de domo expellere.Ibi, Iuꝛm ſ. Quintauallis.Ibi,ſm mandatum.ſ.mulierum offenſarum.Ibi, Reuocent. ſ. quatenus de facto ꝓceſſit,& hoc, ne incipientes forte crederent, ꝙ Quintauallis eſſet periurus. no.quod arbitrator poteſt reuocare mandatum illicitum. dic ut ſup. dixi. cap.ueniens. & adde, olim fuit quæſtio,vtrum arbitro pro bono pacis poſſit mandare alicui,quod exeat ciuitatem pro prima?& dic quod non.Item nec poteſt prohibere, ꝙ nec exeat domum, quia eſſet ſpecies ſeruitutis facit. C. de ſen. l. muleri, niſi forte hæc poteſtas eſſet conceſſa ſpecialiter ei,vt ſup.c.ex reſcripto.in gl.ad hunc caſum,no.quid compromittentes non vñr ſe obligare ad impoſſibilia de iure,vel de facto uel ſm naturam uel ſecundum bonos mores non ſolum ciuitatis Romanæ, ſed ciuitatis propriæ.No.de cauſis exhæredationū.& adde quod no. Auth. de hæ. & Fal. §. exhæredatos. Item no. ꝙ ſi iſtæ mulieres præcepiſſent Quintaualli aliquod honeſtum, ꝙ eſſet obediendum laudo,ut ſup.c.veniens.Sed tunc quæriť,quo iure. dicit In no.ꝙ officio iudicis,qđ oritur ex iuramento?Inno. no. hoc pro eo,quod legitur, & no.s̄.de pac.c. j. ſ.quod ex pacto nudo non oritur actio,ſed officium iudicis.dicas, ꝙ aliud eſt iurare, aliud eſt promittere. Nam iuramentum eſt ſolius actus iurantis, uel voluntas.pactum aūt eſt duorum,vel plurium in idem dandum & faciendum,placitum,vel conſenſus,ff.de pac.l.j.§.j.& ex conſenſu vnius regulariter non oritur actio,nec officium iudicis. ff. de ñeg.ge.l.Pomponius,el.j.ſed ex conſenſu plurium.Siquidem talis conſenſus cadat in nomen proprium contractus oritur actio, & exceptio, alias ſi eſt nudum oritur exceptio, non actio. fallit in compromiſſis, vbi ſi ſurgeret inæqualitas, etiam exceptio non naſcitur.ff.de arb.l.ſi de meis & l.2.Sed videtur ꝙ ex nudo pacto oritur actio,quia omne pactum eſt cōtractus, ut ſing.no.in l.j.gl.mag.ff. de act.& ob.Sol.illa gl.debet intelligi in pacto veſtito,non nudo,uel non erit contractus, uel improprie dicetur contractus,quia non habet legis adminiculum, arg. §. de fideiuſ.l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.† Ex his apparet,quod
3 compromiſſum poteſt fieri ſine promiſſione, quia non eſt pactum, ſed quędam commiſſio, ſiue conceſſio poteſtatis. unde etiam inter abſentes poteſt fieri, ut l.2.ff. de ar. Quia modo aduerte diligenter ad dicta Inno. dicit Innoc.quod condemnatus per arbitratorem poteſt cogi ad ſoluen. iudicis officio implorato, dummodo arbitrium ſit æquum, uel quatenus reductum ſit ad æquitatem per arbitrium boni viri, & hoc, ſi fuit
4 appoſitum iuramentum. † Et no.ꝙ reductio in eo,quod confirmat meretur executionem ſecundum Innoc. tolle defectum, & habebis effectum.ff.de vſu.placuit.ſed ſi non interuenit iuramentum, neque pactum, tunc ex ſententia arbitratoris non oritur actio, quia propriè non eſt ſententia. & ſi dicatur, quod arbitratus eſt pactum,id eſt tranſactio,reſpondetur,quod ex pa-
5 cto † nudo tranſactionis non oritur actio,ſed exceptio,ut ſingu. no.C.de tranſa.ſiue apud acta,& l.ſi pro fundo.& ita intelligitur, quod dixit Io.Gremo.quod arbitratus eſt tranſactio quædam, ut no Inno.hic,& Accur.in auth.vt dif.iud.§.j. † Sed contra hoc immediatè opponitur, & uidetur quod imo oriatur actio. Nā ſi vendo rem tibi pro precio declarando per Titium, & declarat precium, habeo contra te actionem ex vendito,vel ex ſtipulatu,ſi interceſſit ſtipulatio,uel pro ſocio,ſi interceſſit ſocietas, vt C.de contraben. emp.l.fin.ff.de ver.obl.l.cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo,& l.ſi quis arbitratu.ff.pro ſoc.l.ſi ſocietatem. §. arbitrorum. Solu. laudum.Ibi, Informat contractum nominatum,ideo nimirum,ſi oritur actio,ut ff.de pac.iuriſgen. §. quinimo, C. de pac.petens. ff. ſi cer. pet.l. lecta. nam compromiſſum
6 in hoc æquiparatur pacto. † Sed quid ſi compromiſſum [b] fuit
b factum ſuper quibuſdam accidentibus poſt contractum nominatum ex interuallo?dicit.Inno.ꝙ oritur exceptio, & non actio, & ſi quis dixerit,ergo claudicat compromiſſum,reſpondet, hoc poteſt eſſe in compromiſſo in arbitratorem. ſecus, ſi compromittitur in arbitrum. Et ratio differentiæ eſt hæc, quia arbitratus reducitur ad inſtar contractus, in quo poteſt cadere inæqualitas,ſecus vero in arbitrio, quia redigitur ad inſtar iudicij, de cuius natura eſt, quod ſeruetur æqualitas iuſtitiæ, ut C. de
7 fruc.& li.expen.l.fi.† Sed immediate quæro ſecundum Innoc. nunqnid coram arbitratoribus aliquis ordo iudiciarius ſit ſeruādus dicit Inno ꝙ non,quia nec dr̄ eſſe iudicium quod coram eis agitatur. Sed nunquid arbitrator ad ſui inſtructionem, quaſi extra iudicium laborabit ad veritatem inquirendam, ut plenius inſtruatur? reſpon.ſic, ſm Inno. & concludit,ꝙ tenetur ſeruare ordinem iudiciii,in quo conſiſtit ſtrepitus, & conflictus ſecundum ordinem naturalis diſcretionis in ſe informando de ueritate,& æquitate, ita,ut non fallat,nec fallatur,ut l.fin.C.de pon. de.auri.vnde non poteſt ex abrupto fulminare arbitramentum, niſi de eo,quod ſibi eſſet notorium per præſens,vel in pręſentia per rei aſpectum. videtur enim arbitrator aſſumptus tanquam ſapiens vir,ſed ſapientis & ſapientiæ eſt ſermones ſuos ponderare.l.di.ponderet.& quod neſcit ex ſe,inquiret a prudentibus, ut
8 C.de inge.& ma.l.ſi auiam. † Quæritur ergo, nunquid arbitramētum poſſit fieri parte abſente non citata?dicit Ber. quod nō, quia non liquet ſibi de meritis cauſæ,uel rei compromiſſæ, ut C. ſi per uim, uel alio modo. l. fi. requiritur ergo citatio, id eſt mandatum,ꝙ abſens compareat, uel pręſentia, & de hoc dicit eſſe caſum,ff.de verb.obl.ſi quis arbitratu.ff.de ædil edic.l.quod ſi nolit.§. ſi quid ita, & ff. de arb.ſi de meis.§.recepiſſe.ubi dicitur, quod debet partes diſcutere, & eas interrogare.ff. de uſufr. leg.l.legatum. C. de ſec.nup.l. hac edictali.§. is illud.hoc probat ratio naturalis ſecundum eum,quia pręſentia partis poſſet trahere arbitratorem in aliam ſententiam, ut ff.de arb. l.item ſi unus. §.fin.cum l. ſeq. Item contra naturalem, rationem, ꝙ magnum præiudicium ingeratur ignoranti.ff.de jur.& fac.igno.l. iniquiſſimum.item argu. ad hoc. ff. de lega.2. l.ſi tamen. ff. de in diem adic.l.neceſſe.ff.de ali.leg.l.ſolet.ff.de uer.obl.qui Romæ. §. cohæredes. C.de auct.præſtan.l.fi.ff.de tranſact.cum hi. §. in cauſa & §. ſi prætor. C. de præd.curi.l.j.l. 11. Concedo igitur, quod arbitrator habet plenam poteſtatem, ſed ex fide, & ex naturali ordine,ut dicit l.illa no.ff.manda.l.creditor,§.Lucius, claue tamen diſcretionis præcedente,ut no.in ſimili.ſupra eod.c.quanto,ſecunda gl. Item quia primo quis eſt monendus, quam cogēdus,ut nota.in Authen. ut liceat mat. & auiæ. §.ſi quis in iſta domo. In ꝓtrarium allegat,quia arbitrator uidetur eſſe merus executor in declarando explicite partium implicitam uoluntatem,
c uel rei bonitatem, ut precium. Item quia arbitramentum [c] eſt exiſtentia cuiuſdam condi.quę redditur in inuitum, ergo & in ignorantē,ut in regula iuris.Sed certe iſtę ſunt debiles rationes. nam prima ratio tollitur per l. Theopōpus. ff.de do.præle.ſecūda ratio tollitur.nam euictio eſt exiſtentia cuiuſdam conditionis, & tamen eſt pars citanda, niſi ſit renunciatum citationi, ut ff.de euictio.l.Herennius,& l.ſi rem. §. quodlibet. ff. de uerbor. oblig.in executionibus. Sed contra Bart. ſic oppo. ſi requiritur citaro, uel mandatum habens eadem uim, ergo arbitramentū non poteſt ferri die feriata in honorem Dei, ſed illud eſt contra caſum.l.ult.C. de ſent.& ibi Iaco. Butr.Item non poſſet ferri de nocte contra l.non minorem.C. de tranſa. Item nec per mulierem,quod eſt contra caſum noſtri capituli. Item nec in ſeruū poteſt compromitti tanquam in arbitratorem,quod falſum eſt, quia arbitramentum conſiſtit in iure naturali propter conſenſum,licet omnia iudicia ſint de iure ciuili,ut no. Inſti. de obl. in prin.Ber.dicit in c.pen.ſupra,de arbi.quod arbitrator non habet cognoſcere de cauſa per uiam alicuius ſtrepitus. facit quod no. Inno.s̄.de præſump.c.fi.& ibi dicit Ber.de hoc no.in l. Theopōpus.ff.de do.præle.Item ſi requireretur citatio,uel quaſi, non tñ requireretur peremptorium, quia non eſt iudicium,de ele.c.cū nobis olim, per Inno.in gl.ſed nunquid. Item ſi inſtet terminus arbitrādi,utraque pars uidetur ſuo pacto monita ad illam diem. d.c.cum nobis olim,eadem gl.per Innoc. quia ſcit, uel ſcire debet eo die arbitratorem iudicaturum nec requiritur trina monitio, hac ratione uidetur ſecus in arbitro, ubi eſt neceſſarium peremptorium,licet de cauſa ei liqueat. Et breuiter in arbitro & arbitratore dico,ꝙ ſi nihil ei liquet, terminus compromiſſi expirans non citat,quia non citat ad iniuſtum, quod explicari nō debet.ff.de arbi.l.ſi de meis.§.fin.& adde quod no. Innocen.inf. de cenſi.uenerabili. Quapropter mihi uide ſic dicendum,quod

citatio

ADDITIONES.

a Vinc.God.Compromitit.Adde ꝙ compromiſſum cum authoritate terminandi de iure, intelligitur inter Chriſtianos de iure municipali, non autem de communi.Rui.conſ.4.nu.10.li.2.

b Vinc.God.Compromiſſum.Adde ꝙ compromiſsum non comprehendit lites quæ non incœperunt pendere tempore compromiſſi.Rui.conſ.16.nu.24.li.2. & ibi quod extenditur tantum ad proſecuta.

c Vinc.God. Arbitramentum. Adde quod arbitramentum non requirit diſcuſſionem quando compromiſsum ſit ſuper eo, quod abſque partibus poteſt intelligi,Goz,conſ.104.nu.18.

BIU Cujas

a citatio non ſit neceſſaria [a] neceſſitate ordinis, ſed eſt neceſſaria neceſſitate diſcretionis cum diſtinctione prędicta. aut per prius liquet de meritis, & non eſt neceſſaria, aut non liquet, & eſt neceſſaria, non ob. l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig. vbi abſentia partis dicitur impedire laudum arbitratoris, quia illud debet intelligi, quando arbitratori per prius non liquet, quid ſit arbitrandum. hanc diſtinctionem confirmo per quoddam dictum Iaco. Buttrig. qui dicit, quòd mandata iudicum, & decreta poſſunt fieri in abſentia, ſi prius liquet de cauſa, vt ipſe not. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ. & lega. vel dic ad l. ſi quis arbitratu, quod ibi erat pœna promiſſa, & quia abſens noluit comparere, erit pœna commiſſa: nam licet arbitrator non debeat vocare, tamen ſi vocat, debet ei pareri, & ſi non paretur, pœna committitur, & per conſequens compromiſſum ſoluitur, ſi non erat. Ibi, Clauſula, rato manente: facit, quod no. in cap. quamdiu, de appell. in clem. Item nō ob. l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edic. vbi diſplicentia: requirit alterius partis ſcientiam, vel præſentiā, quia illud eſt ideo, quia reſultat diſtractus, & diſſolutio naturalis & ciuilis obligationis ipſo iure, vt not. ff. de do. l. j. in magna gl. & ſicut contractus requirit partium præſentiam veram, vel interpretatiuam. ff. de act. & ob. l. conſenſu. Nam contrariorum, excepta contrarietate terminorum, eadē eſt diſciplina. ff. de ſol. l. prout quiſquam. ff. de pac. l. ab emptione. Nam in diſtractibus requiritur actus retro ſimilis. C. de reſcin. vēd. l. fi.

9 † Ex prædictis infertur, ꝙ quando arbitrator examinat teſtes, nō eſt neceſſaria citatio teſtium, quia nō eſt neceſſarius iudiciarius ordo. Porro in iudicijs requiritur ſtrepitus, & conflictus, vt l. fin. C. commi. vel epiſtolas. ſecus in amicabili compoſitione, vt ℸ. de præb. niſi eſſet. Item non obſt. l. hac edictali. §. is illud. quia ibi loquit in iudicio extraordinario, ſiue ſummario. Sed quid in arbitratore neceſſario, vel legali electo ex neceſſitate impoſita à ſtatuto? videtur ꝙ niſi aliud ſit actum debet pars citari cum ab eius ſententia appellari poſſit. C. de iud. l. pen. §. fi. c. ab arbitris, de off. dele. lib. 6. cum. n. auctoritate & prouidentia leg. in controuerſijs proceditur, ſemper ſequenda eſt uia legitima, ad hoc. ff. de adop. l. nam ita diuus. ff. de nat. reſtitu. l. fin. ff. de fideicō. lib. ergo. §. aduocari. ff. de lib. agno. l. j. arg. contra, quia quandoque nō requiritur citatio. ff. de bon. auct. iud. poſſ. cum vnus. ff. de bon. poſſ. l. 3. §. pen. & ibi not. C. qui admi. ad bon. poſſ. poſſunt. l. fin. per Cy. vbi omnino videas. Deinde no. in noſtro c. ꝙ tenet compromiſſum factū in arbitratorem ſine tēporis appoſitione. Nam in noſtro c.

10 nihil dicitur de tempore. † Quæro igitur, intra quantū tempus

b debeat arbitrari? [b] videtur ꝙ perpetuo, vt C. de diuer. reſcr. l. falſa. Item quia ſicut officiū iudicis eſt perpetuum, donec redigatur ad tpalitatem iudicij ipſum limitantis, vt C. de præſcrip. xxx. ann. l. ſicut. ita & officium arbitratoris. Si autem eſſet tempus limitatum, licet non in compromiſſo tñ a iudice, non duraret ultra illud tempus, arg. ff. de opt. leg. l. mancipiorum. In contrarium videtur, ꝙ non duret vltra xl. dies, vt d. l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edi. alia l. dicit, ꝙ non durat vltra annum, vt l. fi. §. ſed & ſi quis. C. cōia de leg. ſed dicit Bar. in d. l. ſi quis arbitratu, ꝙ ſi cōpromittitur in alterum ex contrahentibus ſuper ſubſtantialibus contractus durat ſolum per xl. dies, ſed ſi ſuper aliqua qualitate, durat per annum, in arbitratore loquor, non in arbitro. Et ſi tu dicas, ꝙ illud, quod dicitur de anno, eſt ſpeciale in vltima voluntate, quia non debet multum pēdere, vt l. reſcriptum. ff. cōia prę. dicit Bart. ꝙ non eſt verum, quod ſit ſpeciale, cum in contractib. non reperiatur contrarium ſtatutum, arg. ff. de leg. j. l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum, hæc opinio Bart. quo ad §. ſi quid ita, non videtur vera, quia ibi non eſt compromiſſum de ſubſtantia contractus, ſed de ſubſtantia diſtractus. nam de ſubſtātia contractus non poſſet compromitti in alterum contrahentē, vt C. de contrahen. emp. l. in ementis, ſed de ſubſtantia diſtractus poſſet compromitti. & ratio differentiæ eſt hæc, quia diſtractus habet præcedentem ordinationem, in qua fundatur contractus, & diſtractus eſt quoddam accidentale, itaque tenet arbitrium collatum in alterum contrahentem ratione fundamenti præcedentis, qua ratione tenet pactum l. commiſſorię addictionis in diē. Item dictus §. ſed & ſi quis, ſecundum rei ueritatem loquitur ſolum in vltima voluntate: dicit Bart. ꝙ ibi loquitur in arbitratore circa res: ſecus, ſi circa perſonas, vt lego pauperibus eligēdis per Titium. Nam perpetuo poteſt eligere epiſcopo annuente, ſic intelligitur, quod no. Bar. ff. de leg. 2. l. cum quidam, vbi uideas. Reuertamur nunc ad quæſtionē propoſitam, ſ. inquantum tempus debeat arbitrari? & videtur l. expreſſa, ꝙ poſſit perpetuo, vt C. de temp. app. auth. ſi tñ, in verbo, decies millies. ſol. ſi res nō eſt tempore peritura, vel magnū damnū allatura, durat perpetuo, aliàs videtur ineſſe tantū tempus arbitrio boni viri, arg. ff. de verb. obl.

11 l. continuus. §. item qui inſulam. † Modo reſtat, quæro, emi rem pro centū ſoluendis intra terminum declarandū, moritur declarator antequàm declaret. Quæritur, vtrum contractus ſit nullus? videtur ꝙ nō, ſed debeat recurri ad arbitrium boni viri, quia dies ſolutionis non eſt propriè de ſubſtantia obligationis, ſed de ſubſtantia exactionis, vt probat illa lex ſubtilis. C. quando di. leg. ced. ex his verbis. & ꝙ dies non ſit proprie de ſubſtantia, tenet Barto. ff. de verb. obl. l. ita ſtipulatus, la grande, in prin. In contrarium videtur, quod eſt pars pretij. item agens debet edere diem ſolutionis. ff. de eden. l. j. §. editiones, ſed hic non poteſt edere diem certam, ſed incertam. tunc infero ſic, dies incertus habet vim conditionis. ff. de cond. & demon. l. dies incertus. ergo contractus euanuit. C. de contrah. empt. l. fin. Aduerte, quoddam eſt arbitrium, quod competit alicui iure creditoris, ſicut eſt arbitrium eligen. circa res promiſſas alternatiuè, vel circa tempora, vt promitto tibi ſoluere, prout elegeris in Paſchate, vel in nūdinis, & talis poteſtas arbitrandi tranſit ad hæredem, nec finitur curſu anni, vel tēporis, vt elegāter no. Iac. de Are. in l. ſed & ſic. ff. de leg. j. Quoddam eſt arbitrium, quod non competit alicui ut creditori, ſed vt ſimplici arbitratori, vt promitto tibi illud, aut illud, quod Seius elegerit: vel promitto tibi decem ad triennium declarādum per Seium, & iſtud arbitrium eſt nudi miniſterij, & non trāſit ad hæredem: quia in facto, non in iure conſiſtit, arg. ff. de tut. l. tutela. & quod ibi no. Sed quid ſi competit duobus per copulatiuam coniunctionem, & ſic non in ſolidum, & vni competit tanꝙ creditori, alteri tanꝙ arbitratori, vt promitto tibi illud, aut illud, ꝙ tu & Titius elegeritis? rñ. Titio mortuo videtur expirare electio, vel forte loco Titij ſupponitur bonus vir, ne cōtractus pereat; ſed in

c hoc dubito: quia omne arbitrium [c] formale eſt, & ideo nō videtur recedi a perſona, quia iſta diſgreſſio mutaret formā de perſona ad perſonam, quod vī impoſſibile, vt ff. de cond. & demō. l. qui hæredi, in prin. & C. de cad. toll. l. ne autem. Diſtinctionē autem prædictam aut tanꝙ creditori, aut tanꝙ arbitratori, tangit Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. de verb. obl. & hoc in pen. q. Conſidera etiā, ꝙ Bart. format talem quæſtionē, vendidi quendam fundum pro centū pacto appoſito, ꝙ ſi qua pars eſſet emphyteutica diminueretur pretiū arbitrio Seij: deceſſit Seius antequam arbitraretur, vtrum recurratur ad arbitrium boni viri generalis. i. iudicis? Et dat iſtam theoricam, quod aut contractus eſt perfectus, & ſuper aliquo adiuncto cōmittitur declaratio arbitratori, & eo non arbitrante recurritur ad arbitriū boni viri, ar. ff. de contrah. emp. domum. & l. officium, vbi videtur expreſſum: aut tota ſubſtantia contractus, vel maior pars pendet ex futuro euentu declarationis, & tunc contractus euaneſcit, quia non receditur a perſona

12 ſm Bart. quę verba ſunt notabilia &c. † Remanet igitur quęſtio, an tempus ſolutionis ſit de ſubſtantia totius, quia concernit totam ſummam, & non magis vnam partem, quàm alterā, in iſto articulo æquum eſſet tenere, ꝙ recurratur ad arbitriū boni viri, vt res valeat potius, ꝙ pereat, ſed antequam bonus vir declaret, agi non poteſt, quia dies incerta habetur pro conditione, & ſic an poſſit arbitrator declarando opponere diem incertam, puta

13 cum Papa venerit Peruſium? † Reſpon. non puto de die incerta ſenſum a compromittentibus, ſed de ea die, quæ habet purificare obligationem, vt ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. § inter certam. Item quia ad certificandum, non ad interueniendū fuit adhibitus, iſte declarator hac ratione, puto, ꝙ etiam verus arbiter non poſſit ferre ſententiam ſub conditione aliqua etiam intrinſeca, vt ff. de arbit. l. non diſtinguemus, §. nunc de officio, quod

14 eſt no. † Sed ſtatim quæro, nunquid ualeat pactum, ꝙ recedatur a perſona non arbitrante? reſpon. ſi actum eſt, ꝙ certa perſona ſubrogetur, valet, ſecus de incerta. ff. de arbit. l. itē ſi vnus. §. ſed

15 ſi ita, &c. † Item quæro, vbi receditur a perſona non arbitrante, & venitur contra eius arbitramentū, an pęna compromiſſi committatur? reſpond. non, ſed ſecus, ſi recederetur a perſona arbitrante. ff. de cond. & demon. l. mulcta non committitur, in princ. nam bonus vir eſt idem arbiter fictione iuris, quę non ſufficit in commiſſione pœnarum, quoniam quædam nouatio fit de perſona ad perſonam, & eſt ſimilis ei, quæ de re ad rem, & in tali nouatione pœna non eſt repetita. hoc ſatis probatur per illam ſingularem legem. ff. de condit. & demon. teſtamento. arg. contra, quia iſta nouatio eſt neceſſaria, vt C. de iudic. l. j. & ideo pęna vi-

16 detur repetita. † Sed ſtatim quæritur, quæ differentia eſt inter

d arbitrum, & arbitratorem? [d] dicit Inn. arbiter eligitur ut iudex. ſ. ſimilitudinarie, id eſt vt procedat ſeruato in ſubſtantialibus ordine iudiciorum, & item dirimat. ſ. per ſententiam abſolutoriam, vel condemnatoriam, a quo non poteſt appellari, & ita eſt ſtatutum

---

ADDITIONES.

a Neceſſaria. Vide Alex. conſi. 130. incip. Difficultas præſentis, uol. 1. & Anch. conſi. 260. incip. Pro declaratione primi dubii, uerſ. reſtat ergo.

b Vinc. God. Arbitrari. Adde, ꝙ arbitrator non habet tempus limitatum ad iudicandum, ſed liberam facultatem iudicandi, cui non præſcribitur, maximè propter iuramentum. Gozad. conſi. 100. num. 4.

c Vinc. God. Arbitrium. Adde, ꝙ arbitrium boni uiri, quando quis teneatur de dolo, lata & leui culpa, non autem leuiſſima. Gozad. conſi. 63. nu. 21.

d Vinc. God. Arbitratorem. Adde, quòd arbiter, quis in dubio cenſetur electus, non arbitrator, Gozad. conſi. 100. num. 3. Et quando quis dicatur arbiter, Gozad. conſi. ..num. 104. 3. & 13.

BIU Cujas

tum a iure ꝓp rigorem arbitrorū ſeruatum. Adde, ꝙ nec etiam à pœna poteſt appellari, ſ. cū effectu, ꝙ imputet ſibi, qui ſe aſtrin xit, cū ſciret, vel ſcire deberet hanc eſſe vim arbitrij, vt ff. de arbit. l. diem. §. ſtari. Adde, dicit Bar. ꝙ ſi eſt compromiſſum in arbitrū ſine pœna, poteſt appellari, ne naſcatur actio in factum, vel condictio ex lege. C. de arbit. l. ne in arbitris, & l. pen. Nam, vt elegan ter dicit gl. in l. j. C. de arbi. cōuertibilia ſunt actionem in factum naſci, & poſſe appellari, & tunc oportet, ꝙ appellans doceat de iniquitate. alias confirmabit laudum, q̄q̄ iſte appellans fatuus vi deatur, quia ſufficeret ei ſola proteſtatio ꝺ dictoria, ſed ex quo iu dicium implorat, iudicium expectat. Arbitrator autem non eligit ſuper iudicijs, ſed ſuper negocijs, i. ſuper tranſactione reſultā te, q̄q̄ iudicium fuerit forſitan cauſa remota, i. motiuum ad com promittendū, & poteſt laudum arbitratoris peti reduci ad arbi
17 trium boni uiri. † Et dr̄ reduci, etiam ſi in totum caſſaret. Nam iſte libellus, peto reduci ad arbitriū boni viri. ff. pro ſoc. l. vnde ſi Neruę. & hoc, ſi laudum eſt latum, vt no. ff. de verb. ſig. illa verba. ſed ſi non eſt latū, non petitur reduci id, ꝙ non eſt, ſed petit ſuppleri, & iſta debet eſſe forma libelli, qñ eo non arbitrante recurrit ad iudicem, vt l. j. ff. de leg. 2. Sed qnid ſi petitur reduci ex vna cauſa. nunquid poteſt reduci ex alia? rñ. ſic, vt ff. de appell. l. ſcio. quia ſicut compromiſſum fuit generale quo ad ſuas cauſas, ita & reductio gñalis eſt, nam ꝟriorum eadem eſt diſciplina. omnis enim ratio conferens tacitè ineſt, arg. ff. quod cū eo. l. Titianus. Sed quid ſi eſt dubium, an compoſitio arbitri ſit æqua, vel iniqua? rñ. non debet reduci, arg. ff. ad Treb. Lucius. §. fi. & ibi ꝑ Bar.
18 † Sed an poſſit renunciari reductioni ad arbitrium boni viri? rñ. ſi arbitratus eſt ꝟ ius leg. non ualet renunciatio, quia ſtultum eſt vt hoc c. & ff. de leg. 2. l. codicil. in fi. vbi gl. dicit, audi ſtultum teſtatorem. Item quia eſt error expreſſus. ff. de app. ſi expreſſus. Si autem eſt ꝟ ius litigatoris, & eſt error exiſtens, ſed nō apparens, tunc aut dolo, & non tenet renunciatio, quia dolo futuro nō po teſt renunciari, aut culpa eſt lata, & tenet renunciatio. ff. de pac. ſi vnus. §. illud. C. de temp. appel. l. fi. in fi. dum tñ nō ſtet in finibus renunciationis, ſed ſit appoſitum pactum de non agendo, ſeu de non petendo futuram reductionem, & hincinde ſit appoſitum, quia non vr̄ compromittens circumuentus, cum ſit par dubius euentus, arg. C. de inoffi. teſta. l. pater puellę. Dicit aliquis, arbitrator eſt quædam tertia perſona, ergo dolus eius reparatur agendo ꝟ eum, non autem reſcindendo ꝟctum. niſi inſolidum. l. fin. ff. de eo, per quem factum erit. Sol. imo ſui arbitrii ipſe eſt cauſa formæ & eſſentiæ principalis, vt not. ff. de procu. l. ſi procu. abſen tem. Et quia eſt morbus in radice, debet funditus eradicari. C. de
19 nup. l. fin. † Quærit Innoc. ſi data eſt poteſtas [a] arbitro, & arbitra
a tori, & fecit litem conteſtari coram ſe? rñdeo, præſumitur vt arbi ter procedere, ſed ſi eſt arbitrator tm̄, non eſt uis, vtrum fecerit coram ſe litem conteſtari, vel non, quia non vr̄ elegiſſe viam arbitri, cum nō ſit arbiter, ſed potius feciſſe ad cautelam. Sed quid ſi non apparet, vtrum fuerit aſſumptus vt arbiter, vel ut arbitrator, ſed dictum eſt, vt poſſit procedere ſeruato ordine iudiciorū, vel non ſeruato. dicit Inno. ꝙ poteſt procedere ut arbiter, & arbi trator, & ſi proceſſit ut arbiter. ſ. ſeruato ordine, non redigetur di
20 ctum eius ad arbitrium boni viri, Inno. † Quid ergo, ſi proceſſit vt arbitrator, & in ſententiando dicit, pronūcio ut arbiter, & hoc fecit ad finem, ut non poſſit fieri reductio. Innoc. ſic loquitur, ꝙ ad hoc, vt non petatur reductio, requirit, ꝙ tam proceſſus q̄ ſen-
21 tentia ſit in forma arbitri ſeruato ordine iudiciorum. † Quærit Inno. vtrum dictum arbitratoris cū pęna, vel ſine homologetur per taciturnitatem decem dierum? & dicit ꝙ non. Ex quo infe ras, ꝙ licet quis tacuerit per dies decem, imo & per decē annos, tñ poteſt peti reductio ad arbitrium boni uiri, & in hoc differt ab appellatione, & a compromiſſo arbitri ſm Innoc. Idem ait, ꝙ iſta reductio non poteſt peti pro modica læſione. ſubaudi, quia tacitè vr̄ data hęc poteſtas arbitratori pro bono pacis, ꝙ poſſit auferre uni, & dare alteri in modica quantitate, vt ff. de arbit. l. ſi
22 cum iudex. §. j. & l. ſi de meis, §. recepiſſe. † Sed quæ erit modica quantitas? rñdeo, qñ comparatiuè per modum pacis magis expedit parti pacem habere, q̄ litigare, dum tñ non ſit læſio enor
23 mis. facit quod no. Bar. in l. vlt. ff. de præto. ſtipul. † Quęro cū Innoc. ſi eſt compromiſſum in arbitrum cum pœna ſtipulatione interueniente, vtrum poſſit emologari expreſsè? & dicit ꝙ ſic, puta, quia ſubſcribunt ſe dicentes, conſentimus, vel dicēdo, non ꝟdicimus. Adde, ſi nihil dicunt non emologatur ſi eſt pœna appoſita, niſi ſint duo capita compromiſſi, vnum cum pœna, aliud ſine pœna, quia eſt ibi clauſula, ꝙ pęna committatur & exigatur rato manēte compromiſſo & laudo. licet enim utrobiq; ſit unū compromiſſum reſpectu finis, vnde ſemel tantū poteſt pronunciari tñ ſub diuerſis modis & per commiſſionem pęnæ, tūc non fit nouatio ſententiæ, ita intelr quod no. in l. 2. ff. de arbi. Alij dicunt, ꝙ duo ſunt compromiſſa, vnum cum pœna, aliud ſine pę-
na, ſed impropriè loquitur, quia non ſunt duo termini litis, ſed duo modi compromittendi. Tertij dicunt, ꝙ licet ſit illa cla l. nō homologat arbitrium, quia prouiſio hominis facit ceſſare ſubſi-

diariam prouiſionem l. vt C. de procu. l. mariſus, & l. fi. C. de pac. conuen. ſed iſta ratio non eſt bona, nec uera, quādo prouiſio hominis uenit ad augendam prouiſionem legis, vt C. de iud. l. cum
24 debitoris, & l. fundus, ff. de ann. leg. † Quæro circa capitulum no ſtrū, nūquid per tale cōpromiſſum ſit ſublata actio iniuriarum. Inno. recitat has ambages: tu dic ꝙ non, quia iniuria non fuit remiſſa, ſed cōpromiſſa, & ſi fuiſſet remiſſa non poſſet reſuſcitari, vt ff. de pac. ſi unus. §. pactus, ver. ſed ſi pactus, quia non cōſiſtit in cōſenſu, ſed in cōtumelia. vnde non pōt ſe reponere in ueterem obłonem, neque per ſnīam, neque per pactū, neq; per vltimam voluntatem, licet poſsit promittere intereſſe, vt ff. de conſt. pec. l. pen. & adde no. Inſt. de iniu. §. fi. & hæc omnia q̄ dixi, ſunt ſubti-
25 lia & utilia, & ideo bene no. † Extra quæro, an tertius arbiter aſſumptus ex poſt cōpromiſſo ꝓp diſcordiam duorū ſit arbiter. i. vnus ex tribus. Dicit Spec. ꝙ non, quia ualet ſnīa eius ſolius. ff. de arbi. itē ſi unus, in princ. quia maiorē imo totā authoritatē habet ꝓp diſcordiā duorum, vt ff. de ſol. quod ſi forte. §. j. ꝑ lac. de Are. niſi alij vel ſaltē vnus ex eis velit pronunciare ſecū, nam tunc illo non admiſſo nō valeret eius laudum. ſ. de arbit. c. innotuit. & ita debet intelligi dictū Spec. aliquo caſu quo intelr tanq̄ adiūctus, & aliquo tanq̄ ſolus ſubrogatus in locū duorum ſm lac. de Are.
26 vbi ſ. † Quæro data eſt poteſtas arbitro prorogandi tps compromiſsi qđ pone fuit menſis, an poterit prorogare ad annū vel longum tps? & vr̄ ꝙ ſic, vt ff. de bo. auth iud. poſſ. in uenditione. §. de tpe. & ēt vr̄ expreſſum. ff. de uerb. obl. l. qui rem. §. Callimachus, in fi. imo vr̄ ꝙ non poſsit prorogare ultra ſex menſes, vt C. de fi. deiuſ. l. ſancimus. vel ultra annū. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertul. vel vltra tantundem tps quantum fuit primitus conceſſum. arg. C. de tēp. app. auth. ei qui. nā princ. tit. C. de impo. luc. deſcri. l. j. lib. 10. Præ. de modico tpe vr̄ ſenſum. ff. de uerb. ſign. hæc adiectio, vel ultra duos menſes. ff. de in. fiſ. aufertur. §. qui compenſationem. ff. qui ſine manu. ad liber. perue. l. Latinus. vel uſque quo arbiter incipiat negligere. ff. de uerb. obl. ſi quis arbitratur, per Bar. vel do nec tarditas arbitri in querelam deducatur vel deduci poſsit euidenter. C de temp. app. l. fin. ff. de fideic. lib. l. ſi legatario. § j. ff. de cond. & demon. l. multa, in prin. vel ultra trienniū omnibus prorogationib. coaceruatis & cōputatis. ff. de arb. ſed ſi compromiſſum. C. de iud. l. properandum, in prin. coniuncta l. rem nō nouā. §. j. eo. tit. ff. de do. l. arbitrio. §. dolo. vel ultra quam expediat, quia intelligitur arbitrio boni uiri, vel expedire credatur, & ſic eſt arbi
27 trium non modificatū non ſimplr. ff. de rei uend. in l. fundo. ff. de fideic. lib. Thais. §. ſororem. arg. ff. de do. l. rem quādam. nec ultra dimidiam tpe conuenti vel iuſti. arg. ff. de ꝟhen. empt. domum, arg. ff. de iud. l. ſi longius, in princ. poſſet. n. eſſe periculum in longi tpis mora, ſed in breui non intelligit periculū imminere. ff. de
28 iudi. ſi debitori. † Sed an finito cōpromiſſo poteſt fieri prorogatio? rñ. non, quia quod non eſt, prorogari non poteſt. ff. de verbo. obl. cū ſtipulatus ſim mihi a Proculo. Nam nō poteſt ex eodem compromiſſo eſſe quod cōſumptum eſt. ff. de preca. l. certe. §. fi. & l. ſi manente. ſ. de offi. dele. c. ſignificantib. eſt autem prorogatio extenſio durationis ſubſtantia non mutata. l. 4. de dām. infec. per Bar. c. hi qui authoritate, de præb. lib. 6. in glo. ord. † Et no. ꝙ poſtq̄ arbiter pronunciauit nō poteſt prorogare cōpromiſſum, quia non poteſt iudicare, niſi ſemel, vt not. ſ. c. veniens, ꝑ Innoc. Item no. ꝙ arbitratus ſiue ſit tranſactio in non liquidis, ſiue pactum in liquidis eſt ſtricti iuris; & ideo falſum vr̄ quod dicit Ber. ꝙ laudum arbitratoris non tenet, niſi ſit æquum, vt ipſe not. ſ. de elec. c. cauſam quæ inter. quia dolus ꝟctuum ſtricti iuris nō reddit nullū, ſed annullan. ff. de verb. obl. l. ſi quis cum aliter. niſi forte quis dicat, illud fallit in dolo iudicis, ut not. ff. de procu. l. ſi ꝓp abſentem. licet ibi ratio, quia perſona non erat legitima, & facit ff. de cond. indeb. l. in ſumma, in princ. debet ergo peti in libello reduci vel reformari, vt no. ff. de uer. ſig. illa uerba. & l. aliud. §. inter. Sed qđ ſi data ſit poteſtas arbitratori ꝑ illa verba, alrè & baſsè. Dicit Io. And. ꝙ nō pōt peti reductio, vt no. ſ. de ma o & c be. humilis. quod uerū eſt ſi bona fide, pnūciauit, ſecus ſi dolo, vel lata culpa, vt ff. mand. creditor. §. Lucius. vbi eſt expſſum, & arg. in l. j. §. j. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixe. Item ſi per falſas probationes, vel informationes iudicaſſet reſcinderetur, vt ff. de iudic. ſi prætor.
29 §. j. † Quæro quo iure petatur reductio [b] ad arbitrium boni ui-
b ri? reſpon. præmitte ad euidentiam, quod aut eſt arbitratum iniquè, aut nihil. Primo caſu procedit libellus reductiuus: ſecundo caſu quod nihil eſt, non poteſt corrigi nec reduci, unde libellus debet reformari ut petatur inductio non reductio. v. g. dicit ita quare cum debuerit arbitrari non fuerit arbitratus, peto induci

arbitrium

ADDITIONES.

a Vinc. God. Poteſtas. Vide Alex. plenè. Moder. in l. ſi ſeruus, §. ſi numerus, & ibi Doct. ff. de leg. j.

b Vinc. God. Reductio. Adde ꝙ reductio aduerſus laudum peti poteſt ad arbitrium boni uiri, etiam quòd illi eſſet renunciatum quando de eius iniquitate ex inſpectione conſtat, & de dolo arbitri, uel lata culpa. Ruin. conſi. 31. nume. 16. lib. 4.

BIU Cujas

arbitrium boni viri, vt declaretur, ꝙ fuit omissum, sicut dicimus in beneficio Velleiani, ꝙ aliqñ instituit, aliqñ restituit, vt l.qs.§.si cũ essem.ff.ad Velle dic ergo, ꝙ aut p̄cedit contractus, & sequtur laudũ, & est talis ꝯctus, ex quo surgit actio ad deceptionẽ, ut ꝯctus bonæ fidei, ut no.ff.de ac.emp.l.creditor.§.j. & agit actione ex eo ꝯctu & requirit libellus. vt no. in l.ĩ ꝓpositã.ff.ꝓ so. aut nõ p̄cedit talis ꝯctus, ex quo possit agi ad deceptionẽ, vt in ꝯctibus stricti iuris, & trãsactione, vt ff.ad Tre.l.Lucius.§.fi.& tunc ꝓponit officiũ iudicis, in quo loco libelli sufficit querelã proponere,
cū lex. poteſt ēt ſtatutū aliter ꝓuidere, videlicet ꝙ quicūq; eme-
rit perdat pretiū, & res ipſo iure reuertat ad mulieres, vel ad fi-
ſcū, vt in Auth. de nō alie. §. quia uero uerisimile. vel ſtatuēdo ꝙ
inſtrm̄ præſumat fictitiū & ſimulatū, vel falſum deficiente certa
ſolēnitate, vt in Auth. de tab. §. fi. & ar. C. de teſt. l. iubemus, in fi.
vel ſtatuēdo, ꝙ debeat ſolui certa groſſa gabella in cōi, quia non
ſoluta, ꝯctus ipſo iure irritus eſt, vel ſtatuendo, ꝙ non ualeat iſte
contractus ſine inſinuatione, nam cōtra inſinuationem quæ eſt
actus de per ſe, poterit opponi exceptio ſimulationis doli, & me
tus, & poſſet appellari, vt not. in l. j. C. de ſecun. tab. vel ſm Bart.
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. poteſt prohiberi perſona ab actu,
& vinculo religionis per c. noſtrum, cū decretalis iſta ultra pro-
cedat confirmando, & hoc ſtatuit ratione peccati, vt s̄. de iudic.
c. nouit. & hæc eſt ipſa veritas quo ad caſum capituli noſtri. Si au
tem diceret ſtatutum, nulla mulier cōtrahat ſine conſenſu pro-
pinquorum, tale ſtatutum humanū poteſt diſtinguere ius diui-

num,

ADDITIONES.

a Vinc. God. Naturalis. Adde ꝙ obligatio naturalis oritur tantum ex legato in uoluntate minus ſolenni facto & legatario indiſtincte retentio non datur, ſed hæredi datur petitio, ſeu repetitio, niſi iuris errore ſit ſolutum, Ruin. conſi. 31. num. 2. lib. 2.

b Vinc. God. Mulierem. Adde ꝙ uoluntas in fœmina præſumitur incontinenti mutari, Ruin. conſi. 150. nu. 10. lib. 5.

c Vinc. God. Iuramentum. Adde ꝙ iuramentū debet relaxari, quando fuit prę-
ſtitum a muliere quæ illi renunciauit, a quo gubernabatur, & in cuius perſo-
nā uerisimiliter cadebat metus reuerentialis, etiam ſi arguatur dolus tantum
re ipſa, & non ex propoſito, Ruin. conſi. 170. num. 21. lib. 1.

BIU Cujas

nu'n, vt C. si ꝯ ius, vel util. pub. l. fi. & ideo iurm non ualet, nisi interueniat ꝯsensus tot propinquorum, nã isti propinqui videntur dari tutores ꝯctui, & sine ipsis nihil potest celebrari. C. de in inte.
8 rest. min. si curatorem te. † Sed nunquid de iure canonico vẽditio rei dotalis confirmatur iurõ, a ita ꝙ nascatur ciuilis, vel naturalis obligatio ex ꝯctu, & ex traditione transferatur dñium, an vero ꝯctus remaneat nullus, econtra mulier non possit dicere nullum? nam hoc alias contigit. ff. de man. test. l. quia habebat. j. de except. c cum ecclesiasticæ. dicit Bart. ꝙ istud iurm facit valere ꝯctum, ita ꝙ hæres obligatur ex eo, vt j. c. licet mulieres, lib. 6. qa sicut iurm facit ætatem maiorem, ita inducit habilitatem, quia pari ratione, quæ erat, ne fragilitas obesset. sed glos. hoc reprobat in d. l. si prædium. Nam licet iurm facit quem maiorem, non tñ facit, quin fundus dotalis non sit dotalis, dicas cum Barto. ꝙ iste ꝯctus est solennis pp iurm, quod solennizat eum, alioquin mulier posset soluere, & repetere, vt s. c. debitores, quod falsum est. & idem dicendum in filia, quæ renunciat hæreditati paternę, vt s. c. quamuis, de pact. lib. 6. nisi pactum sit personale, vt quia paciscitur filia, ne ipsa petat. Nam in pactis negatiuis non subintelligitur hæres, vt C. de contrahen. stip. l. veteris, per Pet. & Cy. ff. de pac. iurisf. §. pactorum, per gl. & l. auus, eod. tit. non ob. cap. debito-
9 res, vbi reperitur solutum, quia ibi erat indebitum. † Quæro, qñ mulier iurat non uenire contra, quomodo intelligit iitud iurm,
b nunquid. n. est necesse, ꝙ mulier sit certiorata b sicut in Velleiano, & alijs beneficijs, vt no. ff. de uerb. oblig. scien. respon. decret. ista non facit mentionem de certioratione, & ideo non requiritur, nisi forte sit minor, quia mulier legitimæ ætatis non præsumitur ignorare iura, nisi in casibus expressis in iure, vt dicit l. illa
10 no. C. de iur. & fac. ign. l. vt passim. † Extra quæro, nunquid sine iurõ sit aliquis modus alienandi rem dotalem? rñ. sic, videlicet ꝙ animo permutandi fundũ cum æstimatione fundus æstimet. nam tunc desinit esse fundus dotalis, ff. de iu. dot. l. si constante, C. de iu. dot. l. si inter vir. & uxo. tunc desinit fundus esse dotalis, & ideo eius alienatio non est prohibita, tñ transit in emptorem cũ suo onere. s. hypothecæ, nisi renunciatũ sit iuri hypothecarũ q̃ renunciatio ualet, si aliunde potest mulieri cõsuli, vt C. ad Velleia. auth. siue a me. quod dic, vt not. ff. sol. matr. si æstimatis. & in Auth. vt immobilia ante nup. §. pen. Sed nunquid hæc decr. cõti net rigorem, vel æquitatem? & vr, ꝙ æquitatem, quia nulla est maior æquitas, q̃ animarũ salus, vt C. de sacrosan. eccl. sancimus. in ꝯrium vr, ꝙ contineat merum rigorem iurorum, cum æqui-
c tas a naturalis in hac specie dictat ꝯrium. verè autem prima ęqui tas illa, quæ naturalis est. ff. de pub. l. fin. prima verior est, quia per iurm redigitur ad ius naturale, vt Instit. de rerum diuis. §. si quis à non dño. Sed pone, pater dedit filiæ in dotem fundum tã pro dote, q̃ pro legitima, nunquid ꝯdicente patre poterit alienare cũ iurõ? respon. non, quia ius administrandi non habet, vt C. de bon. quæ lib. l. fin. §. filius. præterea iurm non officit patri, quia in iurõ semper intelligitur exceptum ius alterius, præsertim superioris; sed pater superior est, & plus iuris habet in dote profectitia & repetenda. ff. sol. matr. l. 2. licet non in possidenda constante matrimonio. ff. fam. ercis. l. Pomponius Philadelphus. est autem regula iuris, ꝙ qui non habet ius administrandi, nec iurandi. ff. de iureiur. l. iusiuran. quod. §. j. Sed nunquid istud capitulũ habet locum in puella desponsata, & tradita viro ante duodecim annos? rñdeo non, quia pupillus non obligatur huiusmodi ex iurõ, & ideo non datur robur ꝯctui, neque traditioni, vt s. de prob. in p̃sentia. a ꝯrio sensu sicut nec obligat eum voto, siue professioni, nisi forte dolo esset mentitus circa ætatem, arg. in c. j. de delictis puer. sed ibi loquitur in delictis, quæ non requirũt alicuius actus validitatem, sed merũ delictum, secus in his, quæ de iure debent sortiri effectum, vt professio, matrimonium, & vinculum iurĩ. ff. de iureiur. l. qui iurasse, in princ. Extra no. ꝙ duo sunt, quæ habent omnem ꝯctum canonizare, s. potestas, & cõis sensus, sine quibus nullus actuum consistit effectus, vt C. de don. ante nupt. l. cum te sponsæ, cum l. seq. & ibi no Amplius non extendo materiam breuitatis causa, tradam ipsam per cõclusiones. Et primo
11 per ꝛcłones negatiuas, secundo per affirmatiuas. † Prima ꝛcło est hæc, ꝙ qñ aliquid prohibetur fauore publicæ utilitatis principaliter, tunc non confirmatur iurõ, vt s. de fo. comp. si diligenti, & not. in l. quemadmodum, C. de agric. & censi. lib. 11. Sed quomodo hoc cognoscam, ꝙ sit ꝯ publicam utilitatem principaliter? rñdeo non uergit in præiudicium tributorum, vel munerum publicorum, vel impeditur cultura agrorum, vel aliud interesse reipublicæ, vel surgit ex eo ciuitatis dedecus, ff. de contrahen. emp. l. senatus, ff. de leg. j. l. cętera. C. sine censu, vel reliquis, in rubr. & l. omnes. & iurm si non potest seruari absque iniuria, vel damno reipublicæ, non ualet, sed quatenus potest seruari sine læsione reipublicæ seruandum est. ff. de pac. l. inter debitorem. ex hac pri-
12 ma cõclusione Bart. infert tria dubia. † Primum, an ualeat iurm, per quod ciuitas deformaretur ruinis? & dic ꝙ non. Item si tendit ad destructionem pontium, vel viarum publicarum, vt C. de sacrosan. eccl. l. ad instructionem. Item si ad destructionem publicorum molendinorum, puta ciuitatis Bononiæ. ff. de ꝯh. emp. sed Celsus. ff. de verb. sign. inter publica. Secundum est, si protogatur instantia ultra triennium cum iurõ. Nam terminus instantiæ est introductus fauore publico principaliter, vt aliquis sit ter minus strepitus iudicij, & ideo iurõ non firmatur pactum, vt no. C. de iud. l. properandum, in princ. Considera, iurm interdum validat, si inuenit ualidabile: interdum creat, si inuenit in potentia materiam subiacentem. interdum ampliat supplẽdo, quod aliàs tacitè non inerat non circa rem disposituam, sed circa modum disponẽdi. exemplum in l. cum pater. §. filius, de leg. 2. interdum vltra cõsensum, qui est materia generalis omnium ꝯctuum, addit religionis uinculum. Item forum iudicij adiicit, c. vlt. de foro compet. lib. 6. interdum habet uim duplicis consensus, ſm Bern. hic. Item qui iurat, cogitat duo. s. Deum, per quem iurat, nec inuocare debet in vanum, & proximum, cui iurat, sic habet duplicatum intellectum. Interdum vero iurm eorum nihil operatur, vt qñ est impossibile de iure immutabili, de natura, de facto, vel ꝯ bonos mores immutabiles. Nunc ad propositum casum redeundo, istud iurm, quod tendit ad lites extendendas, prohibitũ
d est, propter malam conscientiam. Nam ex litibus d oriuntur cædes, & vulnera, vt ff. de ser. vrban. præd. l. in re cõi. cædes autem & vulnera prohibentur principaliter pp bonũ publicum. ff. de offi.
13 præsi. l. congruit. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. † Aduerte tñ, quia si quis promitteret non opponere ad peremptionem instantiæ, & hoc iuraret, tenetur seruare iurm, quia potest seruare sine interitu salutis æternæ. Nam hæc regula infallibilis est. Tertium, ad quod infert Bar. est tale, statuto ciuitatis cauetur, ꝙ rustici accipientes mutuo frumentum possint tpe caristiæ soluere duos florenos pro qualibet corba, & hoc est, vt rus cultoribus non deseratur. Nam licet rusticus iuret soluere plus q̃ statuto sit pmissum, tale iurm non est obligatorium, ſm Bart. tu dic, ꝙ imo est obligatorium, cum possit seruari sine interitu salutis æternæ, tamen quia statutum est bonum & æquum, tempus debet tale iuramentũ relaxare, & si non relaxabit, solutum poterit repeti tanquã indebitum, vt s. c. debitores. Et idem dico, ꝙ in donatione, quæ excedit legitimam summam, & non est insinuata, per eandem doctrinam. s. quia potest seruari sine interitu salutis æternę, nec est ꝯ bonos mores, quorum transgressio inducat peccatum. De aliis enim moribus est curandum, vbi est appositum iurm. Quid, si statuto cauetur, ꝙ forensis non soluens datias & collectas in cõi, nõ audiatur in causis ciuilibus, vel criminalibus, vtrũ valet pactum, ne hæc exceptio possit opponi. Aduerte licet de iure cõi forenses non teneantur ad ista onera, vt l. rescripta. §. fin. de mun. & hon. tamen possunt cogi ad faciendum æstimum, ut not. ff. ad munic. l. incola. Et tunc poterit imponi eis collecta ſm æstimum. Item & consuetudo potest hoc inducere, vt not. Bart. C. de inco. l. cum neque, lib. 10. Supposito igitur, quod statutum valeat, vr ꝙ non possit renunciari dictæ exceptioni introductæ principaliter fauore publico. Item statutum non debet esse ludibrio, quia est sententia, arg. ff. de iud. l. si prætor, in princ. Item iudex ex officio debet excipere, vt ff. de procu. l. si filius, §. veterani, & quod not. C. de transa. l. vbi pac. & arg. c. ad nostram, el 2. Item ꝯ cõitatem suam non tenet iurm, vt singul. not. j. c. petitio, in gl. no. Item ex isto statuto inducit exceptio declinatoria, quã omissa soluta non possent repeti. ff. mand. l. si fideiussor. §. quędam. In ꝯrium vr, quia posset seruari sine interitu salutis æternæ, & sine læsione publicę disciplinæ in ciuilibus causis, vel criminalib. priuatis. ergo seruandũ est, sed episcopus debet remittere, & si non remittit, iudex sæcularis debet ex officio supplere, vt ff. de postu.
14 l. quos prohibet, &c. † Modo venio ad secũdam conclusionem, quæ talis est, quoties contractus non ualet ratione publicæ utilitatis secundario, tunc confirmatur per iuramentũ ſm ius canonicum, vt in hoc c. & j. c. licet, lib. 6. fallit primo, si præcesit contrarium iuramentum de non alienando, vt no. in d. c licet, secundum Host. Item fallit, si lex non solum prohibet cõtractum, sed prohibet personas contrahere, nam personarũ ratio prius est inquirenda, vt ff. de stip. ser. l. vsusfructus, & ff. de iu. cod. l. quidã referunt. ff. de ser. expor. l. si minor. aduerte, quod dicit de primo iuramento, intellige, quando contrahens hoc sciebat, secus si ignorabat. ff. de contrah. empt. l. liberi. ne detur materia fallendi. ff. de acqui. hær. qui aliena. §. pen. Bar. Item ꝙ dicit de persona prohibita, intellige, quando est prohibita propter qualitatem personæ,

vel

ADDITIONES.

a Iuramento. Adde, an ex iuramento oriatur obligatio tam de iure canonico, quam de iure ciuili, uide Innoc. in c. nouit, de iud. & in c. cum ueniſſent, de instit. & in c. Quintauallis, de iureiur. Butr. in c. cum contingat, & in c. j. de pac. habetur in l. iusiurandum, quod ex conuentione, cum ſim. de iureiur.

b Certiorata. Vide Alex. consi. 11. uol. 2. & Paul. de Cast. consi. 7. Alex. consi. 42. col. 1. Corset. in repet. rubr. supra eod. tit. Barb. consi. 25. uol. 1.

c Vinc. God. Aequitas. Adde quando de æquitate proceditur, creditur uni testi cum fama, sicut in arbitro, Aret. consi. 60. col. 4.

d Vinc. God. Litibus. Adde ꝙ lites dirimi interest quando propter hoc nullus certitudinaliter læditur, alias secus, Ruin. consi. 46. nu. 15. lib. 1.

BIU Cujas

15 vel ſpāli fauore,tūc bene tenet iurm,caſus eſt hic. † Tertia ꝯcło eſt,ꝙ vbi ꝯctus eſt prohibitus odio recipientis,tunc iurm eſt ſeruandū in vita iurantis, ſed eo mortuo abſorbet,quia uirtus iſtius iurī eſt os claudere iuranti, ſed non habet ꝯctū roborare,nec imprimere in ꝯctu,ſed in perſona,& eſt exemplū in Macedoniano. nā ſi filius iurauit nō opponere exceptionem Macedoniani,non poterit opponere. Et tñ ꝯctus efficacia non ſubſiſtit ſm Barto.& eſt mirabile hoc caſu, ꝙ ſolutū ab eo, qui erat turus exceptione meræ odioſa,repetitur tanq̄ indebitū. & hoc eſt ideo,quia habebat exceptionē habitu,ſed non exercitio ꝓp iurm.ff.de ꝯdi.inde. Neratius.His accedit ar.l.cōmiſſoriæ in pignorib.vt not.hic Ber. tñ in his caſibus eps dēt a iurō abſoluere,quia non eſt in ptāte ꝯhentiū oīmodè leges euertere, vt ff.de pac.dota.l.ſi pr̄ dotē.§.ex
16 pactis,vbi oīmodo vide. † Quarta ꝯcło eſt, ꝙ ubi aliquid creditꝝ debitori,& promittit creditori,ut promittere vſuras iurm eſt ſeruan. ꝓut ſumus in extremo,a quo.i.in debitore, ſed facta digreſſione ad creditorē per ſoſonē,& ſic in extremo,ad qđ dic,vt s̄.c. debitores,& c. ad nr̄m, quia ſumus extra iuſiurandū, cui facta ſit
17 executio,q̄q̄ reuocabilis. † Quinta ꝯcło, ꝙ vbi ꝯctus eſt ꝑter legē,vt qñ quis ꝑ nunciū ſtipulat, vel promittit abſentis noīe recipiēti pro ipſo, talis ꝯctus ualidat iurō, quia non eſt ꝯ legem, ſed ꝑter. Nam ſi pœnalis ſtipło eſt ſeruanda, vt l.ſtipło iſta, §.alteri, de verb.obl. ergo & iurm.Itē quia naſcitur nālis obło ex tali pa-
18 cto,quæ pōt iurō foueri,ſm Bar. † Aduerte,iurare pro ſe nō eſt ꝯhere,ſed quædā pollicitatio,ex qua non oritur obło nālis.vnde rō Bar. eſt falſa de iure ciuili, quia ei,qui non interfuit,non prodeſt cōſenſus,vt elegāter dicit tex.in l.j.ff.de pac.dot. Itē id,quod dicit de ſtipłone nuncii, licet approbet per gl.ord.ff.de pac.iuris gentiū,§.ſed cum nulla,tñ reprobat per Doct.in l.j.§.eū qui.ff.de conſt.pec. Nā nuncius non eſt organū habile, vbi verbis ꝯhitur. ff.de verb.obl.l.j.in princ. Item in ꝯctibus reciprocis iurans in abſentia non obligat,quia nec altera pars,arg.ff.de arbit.l.ſed interpellat.Item de extremo ad extremū non eſt trāſitus ſine medio, vel uehiculo.ff.de ſer.ruſt.pd.l.tria pdia.ergo non ſine medio organo,vt not.in l.j.in fi.ff.de ꝯhen.emp.ff.de don.cau.mort.l.inter mortis. ff.de act.& obl.l.conſenſu.C.de ſacroſ.eccl.l.illud,& plenè no.in l.1.ff.de pac.ſuper verbo,in idē. vbi uideas,tñ ſi eſſet rei pollicitę traditione ſubnixum,obſtaret exceptio in factū,vt dicit ille tex.unicus in iure. ff.de pac.dot.inter ſocerū.§.pen. ſuperius dictū ꝯfirmat,quia tali pacto abuſiuo nō accederet cōſtitutū,cū nullus ſit,qui adhibeat miniſteriū.ff.de ꝯſt.pec.qui aūt.§.fi.& l.licet.ff.depoſiti,& l.Publia,§.vlt.ff.de pac.idē in duobus,ff.de don. l.abſenti. nec ob.ꝙ pœna poſſit accedere:quia verū eſt,qñ in ſtipłone pœnali adeſt ſolēnitas,vt ff.de verbo.obl.l.ſi ita ſtipulatus,
19 §.ſequens. † Sexta ꝯcło eſt, quod ubi ꝯctus prohibet rōne ſolēnitatis probatoriæ,ibi iurm non tenet,ſm Bar. Aduerte,dum dicit prohibet,male dicit:quia nō prohibetur ius,ſed non datur fides probationi. C.de teſt.l.teſtiū.C.de teſt.l.ſi unicus,C.de fidei. ſi veritas,& l.fin. tñ ſicut deficit probatio ꝯctus, ita deficit iurm.
20 Vnde ex defectu probationis iurm eſt inefficax. † Septima ꝯcło
a eſt,quod ubi deficit ſolēnitas [a] formalis, non ſufficit iurm, vt l.1: §.eum qui.ff.de conſt.pec. quia forma dat eſſe rei, vnde ſolennitas intrinſeca non ſuppletur iurō. Ex hoc ſequitur,quod fideiuſſor qui non pōt obligari niſi uerbis, vt C.de fideiuſſ. l.blanditus. non teneat tanq̄ fideiuſſor , ſi fideiuſſit nudo pacto tanq̄ iurato. ſed quid eſt, dicit Bart. ꝙ tenetur tanq̄ principalis, quia ꝓp iurm vr̄actum,vt ualeat oīmodo,quo melius pōt ſm eum? quod falſum eſt,quia ſequeret, ꝙ non hret beneficium Epiſtolę, nec excuſſionis.Non ob.rō Bar.quia verū eſt,quod melius ualet,prout melius ualere pōt, ꝯſenſu non mutato,ſed hic mutaretur cōſenſus,quia voluit fideiubere,non principaliter ꝯhere,nec de acceſſorio fieri principalis,nam iſta ſunt ualde diſſimilia.ff.de do.l.elegānter,§.ſeruus pactionis; & ideo uerius & melius eſt dicēdum, ꝙ ex iurō oriatur fideiuſſoria obligatio efficax cum qualitatibus & beneficiis obłonis fideiuſſ. nam non ob.l.blanditus,quia hoc ſpāle ꝓp iurm,vel ſi uolumus, poſſumus dicere,ꝙ tenet actione de ꝯſt.pec. ſed ſeorſum poſt principalem ꝯctum interuenit, ita, ꝙ inuenit principalē obłonem iam natam tanq̄ fundamentum,
21 vt l.1.in princ.ff.de ꝯſt.pec. † Octaua ꝯcło, ꝙ non ualet iurm ſuper re,quæ non eſt in cōmercio alicuius, vt ſuper re ſacra alienāda,vel diſponenda. ff.de verbo.obl.l.inter ſtipulantem,§.ſacram, ſm Bart. hoc uerū eſt, niſi Papa aliud concederet ex priuilegio,
22 quia ipſe de ſacro pōt facere profanum. † Nona ꝯcło eſt circa iurm in ultimis uoluntatibus,quod dic,vt C.de ſacroſan.eccl.l.1. Item in ſucceſſionibus,& renūciationibus ab inteſtato, uel ex teſtō,qđ dic,ut ſolēniter ſcripſi ultra omnes ſcribētes, C.de collat.
23 l.pactū. † Quid ſi puella renunciauit dudum ante,vel poſt abſq; iurō,& ſic non ualuit renunciatio ipſo iure, nunquid confirmabitur, ſi ex interuallo iuretur? & vr̄ ꝙ non,quia nec informatur, vt in §.quinimo. & ſic iurm fouetur morte iurantis ex interuallo, cum iurm hoc ſuis uiribus tñ nititur, non viribus renunciationis factæ uiuo patre, ſed ubi eſt iurm renunciationi annexū, ſe mutuo fouēt. ſed iſta rō non ualet, quia ad deliberandū ſemper vr̄ ineſſe.ff.de ꝯhen.emp.l.pacta cōuenta. ff.ſi cer.pet.l.lecta.
24 dicit Bar. † ꝙ pactū de ſuccedendo alicui poſt mortē ſuam non validatur uinculo iurī,quia eſt ꝯ bonos mores,ꝙ quis teſtet inuitus. Itē quia eſt ꝯ ſubſtantialē libertatē, quæ requirit in ultimis voluntatibus.Itē quia inducit deſideriū mortis alterius non ſolū nālis,ſed ēt uiolentæ,ut per uenenū,& gladiū. C.de pac.l.fin.ibi, triſtiſſimos &c. Pactū aūt nō dēt illicitis ꝯditionib.informari, vt s̄.de fo.cōp.ſi diligenti. nec ualet,ſiue ſit ꝯ ſalutem aīę,in cœlo, ſiue ꝯ ſalutē uitæ,uel corporis in habitaculo terrenorū:vt ſi quis iuret ſtare in anguſtiſſimo carcere, vt not.Inno. s̄.c.ex reſcripto.
25 † Iurm aūt de non ſuccedendo, vel renūciando cum iurō, bene
2 ualet de iure cānonico , quia nō inducit uotū captandæ mortis, ꝑſertim ſi fiat aliquo promiſſo,uel recepto,puta dore,quia fit cū iuſta cauſa,vt in c.quāuis,de pac.lib.6.ſed de iure ciuili tale iurm nō ualet, quia inducit patrē ad non tractandū filium,ut filiū ,ſed ad ꝑtereundū eum.ff.de verb.obl. quidā cum filiū,quod remordet ꝯſcīam,& nālem ęquitatē,& erga liberos iure naturę neceſſariā charitatē.ff.de leg.3.Paulo Callimacho. §.j. ff.de bon.dam. l.cum rō. Pone, ꝙ filia renunciauit ēt in egeſtate, nōne pr̄ diceret eam necare? vt l.necare.ff.de lib.agno.vnde pōt dari caſus,in quo de iure canonico nō ualet renunciatio. vñ dicit Iac.de Are. in l.libertus,in fi. ff.de ope.lib.ꝙ licet filius partē ſuam habuerit, tñ ſi eā perdiderit,eſt alēdus, inter pactū ergo affirmatiuū,& negatiuū multū refert,vt not.Bar.ff.de verb.obl.l.ſtipło hoc modo cōcepta,& hoc ſup hęreditate uiuentis,ſed ſup hereditate mortui,licet nondum delata,valet pactū conuētio,& diuiſio, vt C.de pac.l.j.C.vt in poſſ.leg. l.cū Archimedorā. ff.de pac.l.inter pactū. Ex iſtis apparet, qd iuris de pupillari ſubſtitutione uiuo pupillo, nā vr̄,ꝙ pupillari ſubſtitutioni poſſit renūciari cum iurō, cum ſit
26 pactū de nō ſuccedēdo, qđ † falſum puto, quia pactū de ſucceſſione nō deferenda,vel diminuēda uiuente eo,de cuius hr̄ditate agit,non ualet,niſi ipſe ꝯſentiat, ſed pupillus cōſentire non pōt, vnde nō ualet iurm quod infringit libertatem teſtatoris,vt d.l.fi.
27 C.de pac. † Sed ſtatim q̄ritur,quidam cau.mor. ſuę donauit oīa bona ſua mobilia & immobilia, pñtia,& futura,& iurauit nō reuocare donationē,vtrū iſte ꝯctus teneat?& vr̄ ꝙ nō,quia inducit uotum captandę mortis,& ponit inſidias uitæ liberi hoīs, ſic eſt eadē rō, q̄ in teſtamēris.In ꝙriū vr̄,quia qñ in donatione cā mor. ponit pactū irreuocabilitatis,diſgredit ad donationē inter uiuos, vt ff.de don.cau.mor.l.vbi ita.ſed donatio bonorū oīum,dūmodo ſit inſinuata,nullo modo prohibet, vt not.in d.l.fi. tñ,niſi fiat mentio futurorū,non includunt futura, vt C.q̄ res pig.obl.poſſ. l.fi.ſicut in ꝯfiſcatione gñali,ut eſt caſus no. ff.mād.§.ſi tibi mandauero,& §.ſi is,cuius bona. Et dñr futura,quorū dies nondū ceſſit,ut no.ſingłr.ff.de ꝯd.& dem.l.ſi ad ea, q̄q̄ Doctores dubitent de iſto articulo, tñ quia gñalitas bonorū prolata in ꝯctu non includit æs alienū,qđ ipſe debet,& nō ſibi debet.ff.de iu.dot.l.mulier bona.adhuc ergo remanet nomē hęred.& ſic nō impedit factio teſtamenti,ex quo pōt qs ſuccedere,licet hr̄ditas ſit dānoſa. Itē plerūque expedit hr̄e ſolū nomen hr̄dis,ſine aliqua re hr̄ditaria,vt ff.de ope.lib.l.iuſiur.§.ſi liberi. ff.de acq.hær. pro hr̄de.§.ſi ſepulchri.ff.ad Treb.qa perinde.ff.de uulg.ſubſt.quia liberis,§.fi. & l.cohæredi,in fi.& in c.an agnatus,uel filius.Nunc ſequit decima ꝯcło,quia quædā ſunt, q̄ tenēt quaſi mediū inter ultimas uoluntates,& ꝯctus, qui ꝯhendo fundant & moriendo ꝯfirmātur, ſicut eſt donatio inter vir.& ux.& do.cau.mor.ut not.ff.de leg.2.
28 cū pr̄,§.Mæuio,& ff.de leg.j.talis ſcriptura,in gl.† Quær.t igitur,
b vtrū donatio inter uir.& ux. ſit irreuocabilis appoſito [b] iurō,quidam diſtinguūt,an interuenit traditio uera,uel ficta, uel id,quod hr̄ pro traditione,& tunc ualet iurm:aut non interuenit traditio uera,uel ficta, & tūc non ualet iurm, quia ſupponit ſuper re imperfecta in ſubſtātia ipſius, vt no.ff.de don.inter uir.& uxo Papinianus.hoc ſentit Pet.& Cy.C.de ſacroſ.eccl.l.j.in fi.Sed Bart.dicit, ꝙ talis donatio reuocari non pōt, ꝙa quoties aliquid prohibet,nō quia ſit peccatū,ſed ꝓp aliquā ciuilem æquitatē,uel motiuum,iurm eſt ſeruandū,quia non uergit in detrimentū animę, vt ipſe no.in d.l.ſi quis pro eo,in ultimo mēbro ſuę diſtinctionis. ſed iſta opi.vr̄ falſa. Nam quędā prohibentur,non ꝙ ipſa ſint mala,ſed quia inde poteſt ſequi malū,vel quia malis artib. peruenit ad ipſa , vel quod ad ipſa non poteſt ueriſimr peruenire , niſi per malum,vel abominabile principium, vt legit & not. s̄.eo.c. & ſi
c Chriſtus,§.quædā enim. ſed donatio inter uirū & uxorem [c] prohibetur ꝓp malitiam antecedentis. nam vir malignaretur ſuccedendo uxori diebus & noctibus torquendo & inteſtādo, ut not. in Auth.imo ante nupt.circa mediū,vel terroribus in minando,

vt l.j.

ADDITIONES.

a Vinc.God. Solennitas. Adde, ꝙ ſolennitas poteſt omitti de conſenſu eius, in cuius fauorem fuit introducta, Soc.conſi.40.nu.5.

b Appoſito. Vide Feder.conſi.135.aliter 40.Alexand.conſi.157.in 2.vol.Paul.de Caſt.conſi.88.& conſi.99. Aret.conſi.73. vide Alex.conſi.8.in 2.uol. & conſi. 37.in 2.uol.

c Vinc.God.Vxorem.Adde,ꝙ donatio inter uirum & uxorem ualidatur per iuramentum,licet non oriatur naturalis obligatio, Ruin.conſ.179.nu.3.lib.1.

BIU Cujas

ut l.j.§.quæ onerãdæ.ff.qua.re.ac.non da. & nunq̃ eſſet inter eos pax.certe nec minus naturali a more vxores facile traherẽtur ad diſſipationẽ bonorum,quia nihil feruore amoris vehementius, ut in Auth.qui.mo.na.ſi.legi.effi.§.illud.& hæc eſt ratio ex parte ante,& alia ratio ex parte poſt,ſeu conſequenter,quia vnus efficeret ditior,& alter pauperior, & pauperes parum honorantur, & parũ timent,ut ff.de ver.obl.utrum turpem. Præterea ex parte ante.i.ex parte cauſæ,& ex parte poſt.i.ex parte effectus ſimilis licitũ eſt arguere tanq̃ ex integrantibus diſpoſitionis effectum,& mente diſponentis,ut ff.de act.& obli.l.ſi.& no.ff de ꝓdi.ob tur. cãm.l.ob turpem. Ex his omnibus,& ne diuorria ſint venalia, & ſimoniaca,prohibetur dicta captioſa donatio,quia captioſam libertatẽ interpretatio prudẽtum fregit,ut ff.de trãſac.cum Aquiliana.ergo.Item quia omni lucro debet præferri concordia maritalis.C.de inſti. & ſub.reprehendẽda.unde donatio inter ui. & vxo.eſt ꝓhibita,uel extra ſaltem protectionem iuris ciuilis poſita in conuiuali perſuaſione. nam cum vir & vxor ſint ſocij diuinæ & humanæ uitæ.ff.rerum amo.l.i.pactum inter ſocios factũ, ꝙ in ꝑſona unius ſapit lucrum præciſe,& in ꝑſona ſapit alterius damnum præciſe non ualet,quia eſt contra ſubſtantiam ſocietatis.ff. ſo.ma.l.ſi cum dotem §.ſi autem in ſæuiſſimo. Item turpe eſt ꝙ occaſionẽ diuortij præſtat. ff. ſol. matri. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſeuiſſimo.Porro iſta ſocietas eſt lupi cum agno, quoniam caudam linguit, ut comedat eum, hanc enim ſocietatem lex falſam & leonniam appellat, & intolerabilem, ut ff. pro ſo.l.ſi non. Et omnis conſenſus, qui eſt contra ſubſtantiam rei vel actus,iõ non firmatur iurõ,quia nec religionis uinculo,vt patet,quando talia pacta apponuntur in monachatu,ut ſolenniter & plene no.C.de ſacroſ. eccl. auth.ingreſſi. ff.de uſu & habi. l.per ſeruum, Ex his concludo contra Bar. quod donatio inter vi.& vxo.non fiat irreuocabillis iurõ præſtito. & ſi iuramentum eſſet ſeruandum prima facie, tñ poſſet peti abſolutio a iurõ nã, vt eleganter ait Vinc.abſolutio iurĩ habet locum inter prohibitos fauore perſonarum, uel odio recipientium iuramentum.&

29 hoc etiam vr̃ tenere Archid.in d.c.q̃uis.de pac.li. 6.† Vndecima

a concluſio, ꝙ iurm [a] in fraudem legum præſtitum non valet. ff. de le.3.cum quis decedens.§. codicil.& §.Titia.ff.de proba. qui teſtamentum. C. de ſecundis nup. hac editali, quia iuramen-

30 tum non debet eſſe fraudis adminiculum.† Duodecima cõclu ſio eſt, quæ colligitur. C de tranſ.interpoſitas.ubi dicitur alia rõ pactum reformat,nam ſi iurat dñs ſeruo,non obligatur, quia obligato non poteſt apud ſeruum durare niſi per momentum, & hoc de ciuili obligatione, ſed naturalis poteſt perſeuerare. ff.de acqui.hære.placet,& no.ff.de condi.inde.frater a fratre.Ab bas etiam non põt obligari monacho, quia nemo põt obligari ei,cui non poteſt ſubiici,cum obligatio ſit quædam ſubiectio, ut no. ff. de fur. ſerui & filij, in prin. niſi quadam tenui obliga.

31 uel potius hortatione. † Pater aũt põt obligari filio in poteſtate ex omni cauſa præterquam ex cã ꝑfectitia,uel ex re ꝑpria patris. ff. de contrahen. emp. l. 3.fallit in dote. C. de inof.do.l.2.ff. fam. erciſ. Pomponius Philadelphus. ff. de ri. nu. qui liberos ff. de ac.& ob.l.obligamur.§.lege.& licet ex cã aduentitia, ex qua patri nullus quærit vſusfr.plene obligetur, & actio cedi poſſit, ut no.ff.de fideiuſ.l.ſi quis pro eo. §. j. C.de inof.teſt.auth. unde ſi parens, tamen iudicij exercitium non eſt inter eos.ff. de ac. & obl. l.actiones filio ceſſio eſt actionum.obligationes enim non cedun - r,niſi cedantur expreſſe, uel cum vniuerſitate ueniant, ſed actio, prout eſt apta ad agere, non cadit inter patrem & filium in poteſtate,ut no.Inſti.de ac. §. pœnales.ſed certe, prout eſt apta ad eſſe,bene cadit, ſed ipſum agere ſuſpenditur, donec morte uel emancipatione ſurgit habilitas, & ideo tenet ceſſio. ſed mandatum directarum tanq̃ in rem ſuã non tenet ut nunc, quia iudicium non tenet,niſi pater dilapidaret.ff.ad Trebel.l.imperator .Idem inter fratres in eius poteſtati ſubiectos ut d l. fra-

32 ter a fratre.† Quid ſi pater confeſſus eſt recepiſſe a Titio nomine filij mutuanti centum ,utrum ſi pater non proponit querelam non numeratæ pecuniæ infra biennium,perdat querelam? & uidet quod non, quia non potuit eam in iudicium deducere imꝙediente patria poteſtate.In contrarium uidetur, quia hæc querela non requirit niſi quandam proteſtationem ſine concluſione libelli,& ſic conſiſtit in patrem & filium per illam doctrinam, quam ſingulariter ponit glo.in l.j.C. qui admi.ad bo.

33 poſ.poſſunt. † Vtrum ꝑdigus [b] obligetur per iurm,dic ut ff. pro

b empt.ſi quis eum.ff.de ver.obl.l.is,cui bonis.ſi bonis eſt interdictum, æquiparatur pupillo.l. Fulcinius. ff. qui. ex cau in poſ. ea. alias obligatur, niſi aduerſarius ſciat eum cõtrahere in res prodigales. Caſus eſt no. in d. l. ſi quis. ubi omnia videas, & facit quod.not.ff.de condic.inde.interdum,& ff. de fideiuſ.l. Marcellus.Subiicio hic talem quæſtionem,quam ſpero de facto oriri, pater,qui ſuperduxerat nouercam filio in ſua poteſtate poſito, timens ſagacitates nouercæ fuit confeſſus ſe habuiſſe & recepiſſe a quodã mercatore tria millia Filio.de pecunia ipſius mercatoris,cum hoc pacto,quod deberet iſta tria millia reddere illi ꝑſonæ,quam mercator delarauerit, & ꝙ alii reſtituere non poſſit,quia ad utilitatem ipſius ꝑſonæ declarãdæ pertineret illa pecunia, renunciauit exceptioni,& iurauit,tandem dictus mercator mortuo promiſſore,& poſt annũ nõ citato filio ſecundi matrimonii,declarauit,ꝙ illa ꝑſona erat filius matrimonij,primi,q̃ uocabaẽ Guido.dicebatur, ꝙ poſt annũ non poterat declarare, præſertim non citato filio ſecundi matrimonii,qui erat hæres ꝑ parte.Item dicebaẽ,quod cum iſta declaratio trahiẽ retro ,ĩcidit ꝑfictionem in tempus patriæ ptãtis. ſed inter patrẽ & filium in ptãte non cadit confeſſio. quæ eſt ciuilis actus.num ex confeſſione mutui non oritur aliqua obligatio gñalis naturaliter, nec poteſt dici peculium aduentitiũ,ubi nulla eſt realitas. ff. de pec. l.non ſtatim.& ſi dicatur,iſte filius non acquirit paterno beneficio,ſed ope.& conſilio mercatoris,qui rei propriæ poſuit legẽ, quã uoluit dicere ff.de pac.dota.l.ob res.§.j.adeo,ꝙ ẽt ſi aĩo donandi filio mercator fuerit eius noĩe ſtipulatus,non poſſit ei opponi exceptio non factæ inſinuationis, quæ ꝑſonalis eſt. ut dicit illa.l.ſi.ff.de do.l.ut mihi donares.rñdeẽ,quod imo patri non obligaẽ ex re. nam mutuum ciuile non eſt mutuum, nec ex eo quærit actio alteri ſine ceſſione,ut no.Doc.ff.ſi cer.pe.l.certi cõ dictio.§.ſi nummos.Itẽ veriſimile eſt, ꝙ mercator nihil de ſuo erogauerit, cum confeſſus fuerit pecuniam pertinere ad alterius utilitatem,ꝙ eſt dictum,id eſt ipſius filij poſtq̃ decla.eſt unde ſaltem recurremus ad qualitatem perſonarum, & præſumeremus in dubio contra filium agentem,& non poſſidentem,ut no.de bo.quæ li.cum oportet, in prin.& ſic alterum ex duobus concludetur, uel ꝙ confeſſio præſumereẽ ex pecunia paterna. Et ſic dicatur,ꝙ fuit appoſitum iurm.rñdetur,ꝙ inter patrem & filium iurm non eſt obligatorum,quia patria ptãs ſacra eſt, & ei renũciari non põt,ff.de pac.ius agnationis.Nam cuius cã neceſſario ineſt,eius effectus conſequens eſt.Item non fuit iuratum ſi lio,ſed mercatori.qõ eſt dubia,licet,q̃tum ad cõſcientiam pertinet,hæc pars ſit uera.preſertim ſi ille mercator non habebat tm̃ in bonis,ſed erat quidam mẽdicus,uel in eremo uitam agens de radicibus herbarum,de uer.obl.cũ conſeruus,ꝑ Bart.& l.ſi.C.de ali.pupi. ff. de peti.hære.ſed ſi.l.§. quod autem.ff.de ne.geſt.Neſennius,ar.j.de teſt.officij.ff.arbi.tu.ſi defuncti.

ADDITIONES.

a Iuramẽtum.Vide per Corſe.ſupra in repetione rub.de iureiu.& per Mod.in l. nemo poteri ,ff.de leg.j.

b Vinc. God.Prodigus. Adde, an prodigus contrahere poſſit cum iuramẽto de creto iudicis,aut curatore.Bal.conſi.391.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Fides etiam iurata ſeruanda non eſt ei qui fidem frangit,& nu.2.*
Fœdera pacis & treugæ ſunt ſeruanda.

2 *In bello iniuſto occupata debent reſtitui veritate comperta,& a quo.*
Profacto omnium quorum quis miniſterio vtitur,tenetur.
Reſtitutio ablatorum ſimplex requiritur ab eccleſia ſine pœna quadrupli.§. ibi,reſtituat,& qnando facienda,nu.3.
Damna per iuramentum eorum quid damnum paſſi ſunt,uel eorum domini. anprobetur.§ ſed nunquid.
Syndicus eſt conſtituendus ſuper re vniuerſitatis, quo facilius expediatur negotium.§.in contrarium.
Terra cuiuſpiam quæ eſſe dicatur.
Obligatio iuramenti non habet medium.ſecus obligationes cæteræ.

3 *Treuga finita remanent in guerra ipſo facto,qui treugamfecerant.*
Offenſor primus dicitur pacem rumpere.
Bellum licitum quod,verſ.& primo quæro,& nu.4.& 7.

4 *Bellum debet prædici,& aduerſario notificari,*
Banitus non debet prouocari priuſquam occidatur.

5 *Exempti a legibus Romanorum an ſint de populo Romano.*

6 *Veneti an poſſint priuari eorum libertate,ſi eſſent rebelles imperij.*
Reuocabilitas præſcribi non poteſt contra ſupremam poteſtatem.

7 *Bellum quando dicatur licitum ita quod capti efficiantur ſerui capientium.*
Captæ res in bello quando efficiantur capientium,& nu.9.& 13.

8 *Ad bellum congregati,qui ibi perdiderunt equos,& arma.an poßint petere emendam ab eo,cuius gratia bellabant.*
Damna,quæ quis paſſus eſt alicuius cauſa,an ab eo petere poſſit,& nu.10.
Exactiones inſolitæ fieri nõ poſſunt a prælatis,& regibus abſque peccato.§.dicit Arch.

9 *An captis in bello poßit talia imponi.*
Capienda hoſtium bona quis poſſit ſtatuere.§.idem ait.
Territorium alterius inuadentes a magiſtratu illius teritorii poſſunt condemnari.§.Dicit Inno.
Compenſatio quando habeat locum etiã rerũ in bello captarum. §.item ait.
Vocatus non agit pro vocato,licet ei teneatur.§.dicit Inno.2.

10 *Caſus fortuitus non venit in directa, nec contraria actione mandati.*

11 *Bellum vbi eſt licitum pro defenſione,debet inquantum poteſt ſeruari moderamen inculpatæ tutelæ.*

12 *Iuuare obſeſſum motu proprio & ſine requiſitione licitum eſt conſanguineo.*
Rebellis Imperatoris an dicatur, qui eſt eius præſidis.

13 *Bella inter ciuitates regias non inducũt ſeruitutẽ eorũ qui capiuntur.*
Reſtituere bona mortuis an Papa poſſit.

Banniti

BIU Cujas

Banniti an fiant serui capientium, & hostes ciuitatis.
Restitui an debeant excommunicato res in bello iniustè ablatæ.
Excommunicatio claudit os agenti, sed non absorbet causam causæ.
Defendere se possint ne excommunicati, hæretici, & schismatici.

CAP. XXIX.

1 Sicut. † Fides [a] etiã iurata seruanda non est ei, qui frangit fi-
2 dem. diuiditur in duas, quia primo decisè ponit thema, & quæstio. Scda ibi, constiterit, ponuntur duo dicta. secundũ dictum ibi, iurm autem. Casus. Quidam nobiles super guerram, quam inuicẽ habebant, fecerunt pacem, & treugam, quã obseruare iurauerunt, tandẽ vnus noĩe H. rupit fędera pacis, vel sufferentiã treugę prædando alium noĩe I. iste I. rupto sibi fędere, vt proponitur, prosecutus est guerrã. fuit hoc expositũ Papæ, Papa mandat, quod occupata per dictum H. reddant dicto I. alioquin cognita veritate dictus H. excõicetur, & terra eius supponat ecclesiastico interdicto. Porro I. non dr fœdera rupisse, quia cũ H. non seruauerit fidem, non debet petere, vt fides seruetur eidem.
b No. ꝙ fœdera pacis, treugæ, [b] & sufferentia sunt seruanda. † Item
2 no. ꝙ occupata in bello iniusto debent restitui cõperta veritate. Item no. ꝙ dixi in summario. Ibi, Occupata, no. ꝙ non dicit a se, vel sociis ministris cõplicibus, vel assistentibus, quia author guerrę tenetur pro facto oĩum, quorum ministerio vtitur, ipsi autem ministrales non tenentur nisi de proprio facto. C. ad le. Iul. de vi. l. qm̃ multa facinora, & not. ff. vi bon. rapt. l. 2. §. si quis non hoĩs. Ibi, Restituat, no. ꝙ non dicit, reddat pœnã quadrupli, quia censura ecclesiastica non curat de pœnis ciuilibus, sed de mera restitutione, vt no. 12. q. 1. fraternitas. Item no. non dicit, ꝙ denunciẽt infamis ꝓp periurium, quia hoc non pertinet ad iudicis supplet ionem, arg. s̃. de ord. cog. cũ dilectus. Ibi, Veritate, hoc intellige, vt no. C. vnde vi. l. si qñ, & s̃. quod met. cau. c. fi. per Inn. Nam constito de violentia damna probantur per iurm eorum, qui passi sunt damnum. Sed nunquid damna probabuntur per iurm dñi eorum? & vr ꝙ non, quia anceps periuriũ subiret. In ꝰrium, quia est legitimus administrator eorum, vt j. de app. dilectus, per Inn. itẽ quod esset ualde difficile singulos de vno regno, vel prouincia iurare, & ideo cõmodius est, ꝙ super re vniuersali constituat syndicus vniuersorum, vt C. de iur. cal. l. fi. §. hoc etiam, & ff. de iureiu. l. iusiurandum & ad pecunias. §. defensor. ff. de fideicom. lib. l. ergo. §. adiici. Ibi, Terram eius. dr terra eius, quæ sibi obedit de iure & de facto, vel de facto tm̃, & non alia, quæ de iure suo est, & de facto non obedit. s̃. de postul. præla. c. j. & arg. ff. de pec. leg. l. cum dñs, §. fi. vnde non dr terra alicuius illa, de qua quis est expulsus, quantum ad hoc, vt interdici possit. Ibi, De consensu, conuentionali hinc inde. Ibi, Non ligat, no. ipso iure non teneri per iurm eum, cui non seruatur pactum, quia iurm aut ipso iure ligat, aut nõ ligat ipso iure, nec est reperire medium, sed aliç obligationes bene recipiunt except. ut ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. Ibi, Cogatis, no. coactionem nõ fieri sine causç cognitione.
c Ibi, Negligit, no. ꝙ negligere [c] dr, qui offendit. deinde no. ꝙ si
3 duo nobiles fecerunt treugam, † quod finita treuga remanent in guerra prima ipso facto. ff. de pac. l. si unus, §. j. & ibi per Cyn. sed durante treuga, vel sufferentia, si etiã unius diei, guerra dormit, adeo quod nihil est innouandum interim ꝓp alterutrã partem, ut hic. Item no. ꝙ primus offensor est ille, qui rũpit pacem. secundus autem non dr rumpere eam, sed ruptam inuenire, nec dr se uindicare ex interuallo, quia tota guerra est unũ structum continuũ, ar. ff. de pac. iurisgentium, §. quinimo, in fi. §. sed Arch. dicit, ꝙ rupta pace non potest ꝓpea guerra iterari, quia est ꝰ ius naturale, & dicit verũ habito respectu ad fœdus ꝙuentionis. Op. ꝙ capta in bello nõ debeant restitui, sed cedant lucro occupantium. 23. q. 5. dicat. Sol. ibi licitum erat bellum, hic illicitum ſm Ber. Quia modo hic venit tractatus, & primo quæro, quod bellũ sit licitum? pro cuius euidentia sciendũ est, qui sint hostes. Et aut tu quæris de hostibus Ecclesiæ Romanæ, aut de hostib. populi Romani, vel Imperij, aut de hostib. Regũ, vel aliorũ Principum, aut de hostib. prouinciarũ, vel ciuitatũ, & remitto te ad id, ꝙ no.
4 Bar. ff. de cap. l. hostes. † Et scias, ꝙ furtiuũ bellum nunq̃ est iustũ, sed debet prædici, & aduersarius diffidari, vt no. in c. pro humani, de homic. lib. 6. non est necesse, ꝙ si quis occidit bannitũ, primo diffidet eum, quia diffidatus est a statuto ciuitatis, & est sibi notorium, ar. in Auth. vt nulli iudicũ, §. si quis vero comprehensorum,
5 & C. de malefi. & mathem. l. fi. ff. de dolo. l. j. §. non fuit. † Aduertẽ, quia dubium est, an exempti a legibus Romanorum sint de populo Romano. & dicendum est, ꝙ sic, propter originem & memoriam potestatis antiquæ, vt ff. de excus. tut. l. non solum. §. Illiensibus, ff. de hære. inst. l. talem. §. fi. nam suæ libertatis authorẽ recognoscunt populum Romanum, & viuunt tanq̃ emancipati ab ipso, & ei debent reuerentiam, quam si non exhibent, possunt in seruitutem reuocari tanq̃ ingrati, vt C. de bon. lib. l. fin. quia re-
6 uerentia non potest remitti, vt ff. sol. mat. l. alia. §. j. † Et ideo Veneti, si essent rebelles Imperij, possent priuari de eorũ libertate, quia non sunt liberi nisi per patientiam Imperatoris vel priuilegium speciale, quod possent alij reuocare successores, ſm Bart.

7 † No. ista verba, ꝙ reuocabilitas non potest præscribi ꝰ supremã potestatem Imperatoris, quia est potestas absoluta in terris, sicut Dei in cœlis. Bellum dr iustum dupl'r. s. iustitia causæ, & iustitia imperii, siue potestatis supremç, & hoc solo casu liberi hoĩes capti in bello efficiuntur serui capientium, ſm Inn. nam si bellum ex sola causa est licitũ, puta ex causa defensionis alicuius Reip. non efficiunt serui, licet res captæ efficiantur capientiũ, quia publicũ bellum est, quia quælibet ciuitas dr pars Reipublicæ Romanæ. ff. de iust. & iu. l. j. §. huius studii. Si autem bellũ est priuatũ inter priuatos, vt inter Titium, & Seium, res captæ in bello non efficiuntur capientiũ, sed facta pace debent restitui tales quales extant refusis damnis, quæ pertulit bellator iustus non gratis. Si autẽ res sunt consumptæ, nulla sit eorũ restitutio, quia interim licitum fuit prædari, vt in c. j. de milite uasallo, qui contumax est.
8 † Sed nunquid cõgregati ad bellũ, [d] qui ibi perdiderunt equos, & arma, possunt petere emendam ab eo, cuius gratia bellabant? distingue, aut iniustè sibi fauebant, & nõ possunt aliquid petere, quia reipublicæ nullũ est commerciũ, neque consensus. ff. mãd. si vero non remunerandi. §. rei turpis. aut iustè, & tunc aut erant stipendiarii cõducti ab eo, & nil petere possunt, quia habuerunt recõpensationem stipendii, nisi aliud sit actum inter eos. Item si essent capti, quia præcedit ꝰctus verisimiliter & principaliter ordinatus ad casum, ſm Pet. & Cy. C. ad l. Iul. de vi. qm̃ multa facinora. in 2. q. imo plus, quia stipendiarius, donec est in carcere, nõ debet habere stipendiũ. l. j. C. de re mil. lib. 12. Aut est uasallus, & idẽ, quia tenetur iuuare dñm suum iuxta reditus, & consuetudinem feudi, in tit. hic finitur lex. c. dño guerrã. aut est amicus gratuitus, & idẽ quia assumpsit sponte onus casus fortuiti, & casus accedit in re sua propria, arg. C. loc. l. damnũ. idem in ambasiatoribus, qui uadunt in istis periculis, C. de furt. l. seruus, §. quod vero, per D. Bar. & hoc verũ si accessit sine mandato, sed si cũ mandato recuperat per actionem mandati, ſm Inn. Pet. & Cy. Commodatarius aũt ille, cui commodatus est equus ad bellum, non tenetur eo amisso in bello, quia non accidit casus in re sua, sed in re cõmodantis, qui debuit cogitare, quod hoc frequentius euenit, & de facili poterat euenire, ſm Inn. Pet. & Cyn. Dicit Inno. ꝙ vocati ad iniustum bellum nunq̃ hñt actionem aliquam ꝰ vocantem ad impendia, vel damna, secus si uocentur ad iustũ bellum, quia tunc hñt actionem, nisi ex debito teneantur tunc, per Inno. Idem ait, quod illi, qui ex debito faciunt, excusanṫ, nisi bellum esset malum manifestè. Idem ait, quod licet uasallus teneaṫ esse in consilio & auxilio, quod dñi non lædantur, tñ ire cum armis in seruitio eorum non tenetur, nisi alia sit consuetudo feudi, vel pactio, quia nullo iure est cautum, quod uasalli teneantur dñis ad munera personalia cum sumptu, vel sine sumptu. Innoc. Dicit Archi. ꝙ Prælati, Reges, & Barones non possunt facere sine pacto exactiones insolitas suis subditis. 10. q. 3. §. quia. Dicit Inno. ꝙ captus in bello non efficitur seruus eius, nisi bellum fiat ex
9 edicto Principis. † Sed nunquid capto possit imponi talia. dic, ꝙ non, si est captus iniustè a latronibus, vel piratis, vt legitur & no. ff. de neg. gest. nam & Seruius, in prin. Idem ait, ꝙ habens iurisdictionem potest statuere, ꝙ licitum sit bona hostiũ capere & sua facere, sed non potest statuere, quod capti sint serui, q̃q̃ debeant retineri quousque capiens assignet eos dño belli. de consignatione rerum vide quod not. Cyn. C. de donat. l. si quis pro redemptione. Dicit Inn. quod inuadentes territoriũ alterius, pñt ꝺdemnari per hoc per magistratũ illius territorii. per alium autẽ non, quia priuatus nõ condemnat priuatũ, nec capiendo bona sua facit, neque licet inuasorẽ detinere propria auctoritate, licet gerat iustum bellum defensionis. rationem reddit Bar. in l. hostes, quia priuatũ bellum nõ est publicum. Item ait, quod si ego spolio te vna re, & tu alia me in bello (verbi gratia, ago erga te rei vendicatione) quod tu poteris mihi opponere exceptionem cõpensatio nis in tm̃, quãtum æstimabitur spolium, quod ego tibi feci. quç compensatio respicit rei restitutionem. Sed quo ad pœnas fiscales nulla fit cõpensatio, imo omnes, qui delinquunt, hinc puniũtur, Inn. dic quod per species non fit compensatio, nisi consumptæ sint, vt ff. de pec. l. creditori. §. j. Dicit Inno. ꝙ licet vocator teneatur vocato, tñ non agit pro ipso, nec eius noĩe ad res recuperãdas, quia non habet mandatũ a dño rerũ, licet sua interſit, quia tenetur emendare. l. 2. ff. ad l. Rhod. de iac. sed singuli propria petant.

ADDITIONES.

a Fides. Vide per Alexand. in l. quid ergo. §. si quis duos. ff. de legat. 1. remiss. quas allegat.

b Vinc. God. Treugæ. Adde ꝙ non licet contrauenire ex contrauentione alterius partis, Ias. consi. 170. per totum, lib. 2.

c Vinc. God. Negligere. Adde ꝙ negligentia probatur, & quando non possit probari, Ruin. consi. 12. nu. 8. lib. 5.

d Vinc. God. Bellum. Adde ꝙ belli timor idem operatur quod bellum quo ad remissionem rei locatæ, Boer. quæst. 249. num. 7. & 8. fol. 47. in secunda par. Et superueniente bello, an fiat remissio eductionis pedagiorum, & aliarum rerum, ibid. num. 4. 5. 10. & 11. & numeratur bellum inter casus fortuitos, quæst. 249. nu. 3. in 1. parte.

BIU Cujas

10 tant. † Dicit Inn. ℭ mandatarius, qui rem amiſit non propter ca
ſum fortuitum tantum, vel propter naufragium, non recuperat
illud damnum, a mandatore, quia nec in directa, nec in contra-
ria actione mandati venit caſus fortuitus, vt d.l. ſi ſeruus, §. quod
11 vero. † Item ℭ vbi bellum eſt licitum pro defenſione, debet ſer
uari, inquantū fieri poteſt, moderamen inculpatæ tutelæ. ℨcord.
12 s. de reſt. ſpol. olim. Dicit Bar. ℭ † licitum eſt conſanguineis, &
amicis iuuare obſeſſum motu proprio ſine vlla requiſitione, qđ
verum eſt amicabiliter, ſed non hoſtiliter, vt no. ff. de reg. iu. l. cul
pa eſt. Item Bar. ait, ℭ ſi quis rebellat præſidi Imperatoris ℘ ma
lum regimen præſidis, recognoſcendo ſemper Imperatorē, iſte
non eſt rebellis imperij, ſed illius præſidis, ſed ſi non uult regi ab
Imperatore, tūc eſt rebellis maieſtatis imperialis. Bart. in d.l. ho-
ſtes. tñ ēt primo caſu punitur, quia nō debuit rebellare, ſed appel
lare, niſi immineret inſtans periculū uitæ. C. de appell. addictos.
13 ff. de iuſt. & iu. l. vt uim. † Item ait, ℭ bella inter ciuitates regias
& liberas nō inducunt ſeruitutē eorum qui capiūtur, & per con
ſequens non eſt neceſſaria fictio poſtliminij, vel legis, quia liberi
ſunt. ff. de teſta. qui a latronibus. & cōſuetudo generalis, cui ſtan-
dum eſt, non reputat eos ſeruos, ſm Bart. ibidem. Cęterum ſerui
nulla bona in ciuitate relinquerēt niſi per fictionem. ff. de vulg.
ſubſt. l. Corn. Sed nunquid Papa poteſt reſtituere bona iam mor
tuis? [a] dic ℭ ſic, quia ad hæredes transferatur decretū. l. cū quaſi,
a in prin ff. de fideic. lib. quia reſtitutio & poſtliminiū æquiparant.
ff. de iniuſto teſt. ſi quis filio. §. pen. & ibi per Iac. de Are. Deinde
ſcias, ℭ eſt aliud genus hoſtiū, quibus per ſtatuta locoꝝ indictū
eſt bellum, vt ℭ bannitus poſſit impunè offendi pro homicidio
in bonis, & perſona, & ēt occidi. ff. de cap. dimi. amiſſione. §. qui
deficiunt. & iſti ſi capiantur, non fiunt ſerui capientiū. ff. de capt.
mulier in opus ſalinarū. Sed debent præſentari prætori. C. de ma
le. & mathe. l. fin. tñ ſemper aduerte, quia ſi poſſunt offendi ſm
quid, non ſimp͞r, non ſunt hoſtes, quia ex parte remanent ciues
in quo nunq̄ recedas a uerbis ſtatutorū, quia odioſa ſunt, & non
trahūtur ad conſequentiā, vt not. Cy. in l. j. C. de hær. inſt. itaque, ſi
aliud in ciuitate retinēt vel de ſtatu, vel de bonis, hoſtes nō ſunt,
14 quia quo ad quid ſub protectione ſuę reipublicę ſunt. † Sed nūquid
excōicato debent reſtitui res derobatæ in bello iniuſto? re-
ſpondeo ℭ ſic, licet agere non poſſit interim. Porro excōicatio
claudit os agenti, ſed non claudit, nec abſorbet cauſam cauſæ,
quia ex excōicatione non ſurgit exceptio peremptoria negotij,
ſed exceptio declinatoria præſentis fori, de excep. pia, in 6. po-
teſt etiam excōicatus armis propriis ſe defendere, ac ſi excom-
municatus non eſſet, ſed hæretici, & ſchiſmatici nō poſſunt de-
fendere bona, arg. 8. diſt. quo iure. imo certè, quia etiam diabolo
non eſt deneganda defenſio, & illud cap. debet intelligi, qñ uis
infertur a ſuperiore, puta a magiſtratu, arg. C. de Iudæis, nullus.

ADDITIO.

a Mortuis. Vide loca allegata per D. Fran. Curt. in conſi. 59. inci. Dux Philippus. Maria. & Doct. nouiſſimos in l. Gallus, in §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.

SVMMARIVM.

Clerici temporalia non tenentes à laicis fidelitatem eis iurare non debent, in principio.
Ius canonicum eſt ius diuinum, ibid. poſt caſum.
Ciuis moritur ciuitati, & contra, ſecus banniti.
1 *Homagium facere debēt clerici Principibus laicis, & à quibus feudum habent, nec hoc iuramētō efficitur clericus ſubiectus laico, ſed debitor eius.*
Libertas maxima, ſubeſſe Papæ.
2 *Forenſis de aliena ciuitate bannitus etiam ad mortem, non dicitur capite diminutus, nec perdit vſumfructum.*

CAP. XXX.

Nimis. Clerici temporalia non tenentes a laicis, fidelitatem eis iurare non debent. Caſus, Relatum fuit in concilio, ℭ princeps ſęcularis cogebat clericos ad præſtandum ſibi iuramentum fidelitatis. Concilium hoc fieri prohibet, cum nihil temporale tenent a laicis. nam iſta eſt quædam uſurpatio, quam laici faciunt de clericis contra eius dominum, i. eccleſiaſticum & canonicum. Clerici enim ſuo domino. i. Apoſtolico ſtant, aut cadunt, nec de eorum ſtatu poteſt laicus ſe immiſcere. Ibi, Domino. i. eccleſiaſtico & canonico. & per hoc patet, ℭ ius canonicum eſt ius diuinum. s. de iura. cal. c. j. verſ. nos itaque. Ibi, Secundum Apoſtolum, ad Rom. 14. & no. argum. ℭ ſicut ciuis moritur ciuitati, ita econuerſo ciuitas moritur ei, vt ff. de cap. l. cum duo. & ideo banniti non habent propriam ciuitatem, nec
1 econtrario illa ciuitas eſt ciuitas bannitorum. † No. hic a contra-
rio ſenſu, ℭ clerici poſſunt habere feuda a principib. laicis, & pro
a pterea facere eis homagium [a] de fidelitate. de hoc j. de re iudic.
c. fin. de ſta. re. c. j. §. vero. lib. 6 in ſecunda gl. in Spec. de feud. §. 2.
in prin. de re iud. paſtoralis, §. rurſus, in cle. per hoc iuramentum
nō efficitur clericus ſubiectus laico, ſed eius debitor. Ibi, Suo do-
mino, hæc eſt maxima libertas ſubeſſe Papæ, quia ibi iuſtitia ui-
2 uit, & veritas, vt not. in Auth. de non alie. §. j. † Item no. hic arg. ℭ
forenſis bannitus de aliena ciuitate, etiam ſi ad mortem ſit ban-
nitus, non dicitur capite diminutus, nec perdit vſumfructum, ſe-
cus, ſi de ciuitate propria, quia ſuæ reipublicæ ſtat, aut cadit, vt
ff. de capt. & poſtlim. l. & poſtliminium, §. filius, & l. non ut a pa-
Dilectæ. Per exceptionem excommunicationis a prose cutione quis remoueri non debet.hoc dicit . In prima patre appellantis narratio. in secunda mandatum Papæ, ibi, Quocirca. Casus . Inter priorem & conuentum de Bucellia ex una,& priorissam & Conuentum de Campessia ex altera,uer tente quæstione super decimis,& quibusdam aliis coram iudici bus delegatis,dictæ moniales appellauerunt a quodam grauа mine,postea fuerunt excommunicatæ,volebant appel. prosequi, Papa determinat,quod possunt,iste est effectus:no. quod excõ municatus potest impetrare prosecutionem appellationis , etiã si appellans sit originarius actor,ut in cap.j.de rescri.lib.6. & dic vt ibi no.quod vbi excommunicatus admittitur ad impetrandũ de iure communi,non est necesse ꝙ faciat mentionem de excõ municatione.Factum istius c.est aliquantulum intricatum , sed non curo,quia satis est habere effectum capituli.† Tractat hic. Inn.vtrum innouatum lite pendente debeat officio eiusdem iu dicis reuocari?dic ꝙ in causa principali una potest esse causa re uocandi,s.vitium litigiosi,quod ꝯhitur in reali actione,non in p sonali.sed in causa appellationis causa reuocandi est , si pender, vel si pendet tempus appellandi . Et sic duæ possunt esse causæ. Inn.reuocatur autem id,quod interest aduersarij reuocari , non si extrinsecus aliquid sit gestum,quod non vergat in lit. præiudi cium,ut testimonium,vt singulariter no.ff.de infa.l.furti.§. j. nẽ nec reuocatur,quod legitime factum est ſm exigentiam lit.tex. est vnicus in iure,in l.post quam.§.Imperator.ff.ut leg.no. cauea. talia innouata nõ impediunt executionem.ff.de adminis.tuto. l.chirographis.§.i.ff.ut in pos.leg.l.is cui.§.qui in possessione.Di cit Inn.ꝙ reuocatum per modum attẽtati iterari potest,si appel latus vincit,& sic sine ordine factum & reuocatũ potest postea cum ordine fieri.Et no.ꝙ super reuocatione attentatorum Inr. ponit hic practicam,& format libellum.

S V M M A R I V M.

Excõmunicationis exceptione non remouetur actor a prosecutione appellat. in prin.& nu.4.

Superior si ex iusta causa infringit electionem capituli,an ad ipsum deuolua tur institutio.

Appellatus actor ex actore fit reus quo ad legitimationem personæ .

Appellare an possit vtraque pars super eadem causa.

Appellans aperit non appellanti viam.

Excommunicatus si appellat,an alia pars sibi condemnabitur, si ponas , ꝙ actor appellauerit.

Reus

BIU Cujas

Reus efficitur quilibet succumbens per sententiam.
Excommunicatus incidenter potest dicere sententiam nullam.
De nullitate pronunciare necesse est in appellationis causa.
Appellans non videtur renunciare sententiæ in quantum faciat pro se.
4 *Actor excommunicatus potest prosequi causam appel.*
Capitulum, uel collegium, an possit hodie excommunicari, remissiue.

CAP XI.

Significauerunt nobis. Per exceptionē excōicationis a ꝓsecutione appellationis ēt originarius actor repelli non debet. h. d. Et primo ponit querelam. Secundo instruit iudices ibi, madamus. Casus. Canonici elegerunt archipresbyterum, fuit præsentata electio superiori, qui renuit confirmare: fuit appellatum ad Papam, causa fuit commissa p̄posito sancti Stephani, qui electionem confirmauit, a qua confirmatione appellauit aduersarius, qui dictam electionem infirmari impetrauit, etiam impetrauit iudices super app. opponebat huic aduersario excōmunicatio: Papa dicit excōicationem non obstare, & p iudices delegatos proceden.
1 ad vlteriora. † Quæro, si superior ex iusta causa infringit electionem capituli, utrum ad ipsum deuoluatur institutio? dicit Ber. quod sic, quod verum est in ecclesia sæculari, secus in regulari, scilicet quando indignum elegerunt, ut no. Compostel. sup. de elec. ne pro defectu, contra no. 18. q. 2. c. j. No. ꝙ appellatio facit de actore originario reum quo ad legitimationem personæ suæ, & sic in aliquo appellatio innouat naturam causæ,
2 † Quæro, an super eadem causa possit vtraq; pars appellare? [a] rn̄-
a det gl. quod sic super diuersis capitulis, non super eodem. s. toto, sed vnus super una parte, alter super altera potest appellare, ut j. de testa. Raynutius, & c. Raynaldus, imo appellans aperit viam nō appellanti, vt dicit l. illa notabilis. C. de appella. l. ampliorem, in prin. maxime super accessorijs, ut dicit illa. l. fin. C. de fruc. &
3 lit. expen. l. omnem honorem. † Quæro, si excommunicatus appellat, nunquid alia pars sibi, condemnabitur, si ponas, quod actor appellauerit? dic quod sic, alias non prodesset appellare, licet Ber. hic vacillet. No. quod quilibet succumbens in causa dicitur reus per sententiam, licet sit actor originalis. Et colligē ꝙ excōicatus incidenter potest dicere sententiam nullam, quia censetur reus, & quia connexa nullitas est appellationi, ut elegā ter no. in l. j. C. quando prouo. nō est necesse. Nam cum in appel
b latione examinetur processus, si apparet de nullitate, b necesse est super ea pronunciari, ut ff. fam. erc. l. quædam mulier, ff. de iure pat. l. Carmelia Pia. Item no. casum, ubi iudex ap. non confirmat sentētiā, nec infirmat, quando quis appellat a sententia pro se iuste lata errās in iure, de hoc unicus est tex. ff. de auro & argē. leg. l. Titiæ amicæ. unde qui appellat, non uidetur renunciare sententiæ, idest quantum faciat pro se, quod est nota. dignum.
4 † Dicit hic Inno. ꝙ actor excōicatus potest prosequi causam appel. intellige etiā ab aduersario interpositę, & ita regulariter tradit Inno. j. c. exceptionem, quod in causa appel. non obstat exceptio excommunicationis. Ibi, Contra capitulum, no. ꝙ iure antiquo poterat capitulum excommunicari, hodie dic, ut in c. Romana. §. vlt. de appel. lib. 6.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Appellare. Adde ꝙ appellatio interiecta a tertio, quando victo & cōdemnato prodesse debeat. Rui. consi. 121. nu 9. lib. 5.
b Nullitate. Vide alleg. per do. Alex. in consi. 9. 4. uol.

SVMMARIVM.

Excommunicationis exceptionem in qualibet litis parte reus actori potest opponere, nisi in casu, vel iudex. in prin.
1 *Condemnatur quis in expensis ratione retardati processus & malitiæ.*
Ex malitia non prætenditur incidi in compromissi pœnam, & expensæ soluuntur in prin. & nu. 2.
2 *Instrumenta qui differt producere vsque ad finem litis, non auditur nisi refectis expensis.*
Scire nullus quis præsumitur, quod in secreto sit gestum.
3 *Iudex potest impartiri officium suum etiam non imploratum, sed non semp.*
Officium iudicis quando dicatur in eo, vel in parte residere.
De exceptionibus, quæ genera, & quo ordine proponendæ, & sic de earum renunciatione, & probatione, remis.
4 *Iudicem qui approbat, perdit declinatoriam iudicis.*
Declinatorias fori nō p̄dit qui perdit declinatoriam iudicis, excipitur casus.
5 *Exceptio excommunicationis, an sit prodita de iure ciuili.*
Excommunicatus, quo ad statum presentem pertinet, similis est deportato.
Ignorantes, obligati non sunt ad obseruantiam secretorum, sed eorum, quę publice fiunt præterquam in duobus casibus §. alia gl.
6 *Prælatus ex officio suo tenetur examinare electum.*
7 *Exceptiones anomalas, an sit reperire.*

CAP. XII.

Exceptionem. Reus in qualibet parte litis ꝑ actorē excommunicationem obijciens auditur. Et si malitiosè distulerit, in expē. condēnabitur. Et dato. ꝙ non excipiatur, publice excōicatum iudex repellit. secunda ibi, excōicatus. In tex. ibi, Omittens. s. tpe opponendarum dilatoriarum. Ibi, Litis. s. principalis, non appellationis, s̄ c. proxi. Ibi, Periculum animæ, vnde exceptioni excōicationis renunciare non potest. Ibi, Commiserit. i. distulerit. & sic no. quod ratione
1 malitiæ in omittendo quis condemnabitur in expen. † Item ratione retardati processus. C. de fruc. & lit. expen. l. non ignorat. item ꝓp malitiam non petendi incidit compromittens in pœnam compromissi. Casus est vnicus in iure. ff. de arb. l. de rebus,
2 & no. per Cy. C. de iudi. licet. † Et idem est in eo qui vsq; ad finem litis differt producere instrā, ut non audiatur nisi refectis expen. quod est valde no. In tex. ibi, Publice, s. in loco solenni præsentibus officialibus, ut C. de sen. & interlo. om. iud. l. cum sententiam. Nam si in secreto, nullus præsumitur scire, & facit ad qōnem de episcopo, qui in camera sua secreto condemnauerat quendam notarium de falso, ꝙ nihilominus ualeant instrumenta eius ꝓp iustum errorem recurrentium ad publicam fidē, ad hoc singulariter facit, quod no. in Auth. de tabellio. §. pe.
3 ff. de te. l. cum lege. † In tex. ibi, Officio, no. quod iudex potest impartiri officium suum etiam non imploratum, gl. allegant pro simili. l. fi. ff. de peti. hær. dic ꝙ aut ex facto noto iudicis resultat officium residens in iudice, & tunc non est necesse, ꝙ quis imploret. Sed si residet in parte, necessaria est imploratio, sed qūo hoc cognoscam? respondeo. si proponitur ad agen. intelligit residere in parte, ut ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc autem iudicium. Sed si tēdit ad defensionem, cuius æqtas est nota iudici, vt iudici, tūc potest iudex supplere, ut d. l. fin. Et ideo iudex potest opponere exceptionem ineptitudinis libelli, licet reus non opponat, ut no. ff. de excep. doli. l. ij. §. circa cætera. dic ut no. per Cy. C. ut quę des. aduo. l. j. Tu habes in isto. c. gl. ordi. multum claras & notabiles. Quot sunt genera exceptionum, quo ordine debēt proponi, & per quem actum vel terminum intelligatur eis renunciari, & quando exceptiones sunt probandæ, & in istis consistit. j. glo.
4 † Ex qua no. ꝙ qui approbat iudicem, perdit declinatoriam iudicis, sed non alias declinatorias fori, nisi procedat ad actum, qui nō compatitur secum aliquam declinatoriam, ut dicit illa. l. singularis. ff. de iud. l. sed si susceperit, in prin. per quam. l. tenet Bar. quod qui consentit in iudicem prorogando iurisdictionem eius non per simplicem prorogationem, sed faciendo alium actum coram ipso, non potest etiam ante litem conte. pœnitere, quod
5 est no. dignum. † Quero, nunquid exceptio excōicationis sit ꝓdita de iure ciuili? rn̄. sic, ut in c. dño guerram, in tit. hic finitur l. j. C. de sacrosan. eccle. Et no. C. de iuris & fac. igno. l. j. quia quo ad p̄sentem statum pertinet, similis est deportato, ut Insti. de capi. dimi §. minor. Alia gl. dicit, quod ad obseruantiam secretorum ignorantes non sunt obligati, sed ad obseruantiam eorum, quæ publice fiūt, sic, nisi essent talia, quæ consueuerūt statui, uel fieri, ut no. in Spe. de consti. in fi. Et hæc vera in his, quæ fiunt ab homine, sed in his, quæ fiunt a constitutione, nō est necessaria sciētia hoīs, tex. est singularis, quem allegat Pet. de Bellapert. ff. de
6 condi. ob causam l. si pecuniā. §. si seruum. † Vltima gl. dicit. ꝙ p̄-
a latus [a] ex officio suo tenetur examinare electum, facit. ff. de ꝑsir. tut. l. tutores a patrono, ubi etiā dixi. alibi dicit, quod debet eum
7 pronunciare idoneum. † Quæro, utrum sit reperire exceptiones anomalas? sol. dic, ut plene legitur in l. exceptionem. ff. de ꝓbat. & inter oēs anomalas exceptio excōicationis obtinet principatum. Vnum scias, quod per specialem terminum datum ad opponendum exceptionem excommunicationis eius obiectus excluditur, ut eleganter notat Inn. in isto capi.

ADDITIO.

a Vinc. God. Prælatus. Adde, ꝙ licet prælatus de altari uiuere possit, non tamen luxuriari permittitur, ut inquit diuus Hierony. Mar. Soc. consi. 32. ex his. ver. circa secundam q. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Actio noua datur ex noua possessione, & quomodo hoc debeat limitari.*
Dubium, qua causa iudex motus dixerit sententiam, recurritur ad acta, ver. sed quid.
Super possessorio, & dominio intelligitur iudicatum, nisi constet ex actis de altero tantum iudicatum. §. quid si.
2 *Possideat si reus tempore primæ citationis, & postea desiit possidere, quid iuris.*

CAP. XIII.

1 **Aduersario.** † Ex noua possessione noua datur actio, intellige, qñ cōstat, quòd sit noua, sed q̄d si dubitetur? dic ut no. ff. de excep. rei iudi. l. si a te, in princip. ff. d iureiuran l. qui iurasse. §. si pater, & l. eum qui. §. in popularibus, ubi sunt glos. solennes. Quid si de possessione nihil fuit examinatum, sed fuit dominium probatum? dic vt singul. not. ff. de excep. rei iudica. l. si a te. §. j. facit. ff. de iureiuran. l. sed & si possessori. §. j. Quod autem dixi, quòd noua datur actio, uerum

BIU Cujas

est,nisi per sententiam esset absorptum dominium. nam nō potest reus ex noua possessione conueniri. Idem si iudex absoluit ex duplici causa.s.quia non probatum de dominio, & quia non possidet.Sed quid si dubitatur ex qua causa? respond.recurritur ad acta, vt eleganter not. ff. de execu.rei iu.l.si quis ad exhiben. Quid si ex actis non constat? respon. præsumitur iudicatum super toto,idest super dominio,& possessorio,vt sing.not.in l.i.§.si
2 fideiussor.ff.qua.re.act.non datur.Sed † quid si reus possidebat tempore primæ citationis,& postea desijt possidere? respond. ex quo erat admonitus,præsumitur dolus,ut no.in l.apud Celsum, in prin.ff.de doli excep.& ff.de excep.rei iudi.l.si in rem meam, & hoc per Ber.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetratum ab excommunicato valet nulla excommunicationis facta mentione.*
Ad intentandum qui admittitur,& ad prosequendum debet admitti.
2 *Excommunicatus an possit petere executionem sententiæ.*
Excommunicatus vsque ad quod tempus facere se potest absolui.

CAP. XIIII.

1 **Venerabilem.** Valet † rescriptum impetratum ab excommunicato super prosecutione appel.licet de excommunicatione non fecerit mentionem.h.d.Et primo ponit dictum.Secundo rationem secunda ibi, quia nihil. Not.q̃ qui admittitur ad intentan. debet admitti ad prosequen. No.quod id,quod non prodest,nec nocet,potest sub silentio p-
2 transiri. † Quærit Innoc. vtrum excommunicatus possit petere executionem sententiæ?& respondetur quod non. Idem ait, q̃ excommunicatus vsque ad 30.ann.potest facere se absolui.Certe imo donec viuit, tametsi non facit se absolui.ꝛ.30.annos,post 30.non potest petere executionem sententiæ.Et hoc sentit.Inn. & est no.dignum.Et no.q̃ capitulum,pia,non examino hic, qa examinatur egregie infra eo.c.pia,lib.6.

De præscriptionibus. Rubr.

SVMMARIVM.

Præscriptiones hodie dependent ex conscientia, in prin.
Conscientia mala difficile probatur,ibid.
1 *Conscientia nostra tota intra nos est.Verbum autem intra nos est,donec trāseat labia,& est maximum conscientiæ testimonium.*
Consensus non sit alteri obligatorius postquā verbo,vel facto declaratus est.
2 *Loqui non dicitur,qui ita pulsat cornu,vel aliud instrumentum, quod videtur loqui.*
Linguaest instrumentum ordinatum a natura ad loquendum.
Consentire nutu quis dicitur multis modis,ver.& ideo.
Præscriptio constat ex pluribus simul concurrentibus,& quibus, ver. hæc materia,& §.quædam.& nu.3.& 4.§.Tertio.
Publiciana eiusdem est naturæ,cuius est præscriptio,ver.ibidem apparet.
Titulus in quibus requiratur ver.hæc materia,& §.quædam.
3 *Vsufructuarius an naturaliter non possideat,sed fingatur possidere.*
Videtur,verbum quandoque fictionem,quandoque veritatem significat.
Affirmatiuum verbum significat aliquando fictionem.
Seruitutes pradiales quasi possidentur,ver.Aliæ.
Possessio per quæ probetur,& quotuplex est,& dignior, ver. possessio autem.
4 *Possessio canonica quædam est,quæ de iure ciuili non est possessio, nec quasi.*
Petitio hæreditatis parit ex obligatione personali aduersarium,& est actio mixta.ver.sane.
5 *Creditori, vel domino antiquo nihil aliud probandum est, nisi scientia rei alienæ.*
An præscribat,qui aliquando habuit malam conscientiam,postea bonam,et quid si erroneam? remiss.
De præscriptionibus loquentia statuta ciuitatis.an sint correcta remiss.
6 *Possidere quandam rem si incœpi, & non apparet,quod alius a me possederit præsumor dominus.*
Aedificare & colere agrum,proprium est hominis.
Vacantia bona quæ dicantur,& cui quærantur.
7 *Possessio an transferatur per constitutionem precarii,& nu.8.& 9.*
8 *Iurisdictionem si habeam an possim cōstituere eam alieno nomine possidere.*
9 *An constituam me precario possidere a te,vel precario possidere pro te,differentia est.*
10 *Vsufructuarius si vendidit mihi rem,& constituit se precario possidere, an transferat illam possessionem naturalem solam quam habebat.*
11 *Traditio an præsumatur,si instrumentum,quod ecclesia concessit mihi fundum in emphyteusim,reperiatur,nec apparet de aliqua traditione.*
Ex interuallo quæ fiunt inesse non uidentur.
12 *Rem meam si confiteor esse ecclesiæ & recognoscam eam in dominam,an eo ipso transferam in ecclesiam pos. ciuilem.*
Vsucapiendi conditio non transfertur,nisi possessio tradatur.
Traditio non præsumitur,cum sit facti.
13 *Dominio concesso,an concedi videatur possessio.*
Dominium quando transferatur.
14 *Possessione interrupta, an interrumpatur titulus.*
Titulus constat iure perpetuo.
15 *Pater si possedit 10.annis sine titulo,si filius 10.aliis annis tāquam hæres, an iste filius præscribat.*
Pro titulo iustus error habetur.
Titulum pro hærede vt quis habeat,quid debeat deducere.
16 *Animus retinendę possessionis, an inducat principium acquirendę possessionis.*
17 *Furiosus an dicatur mala fide possidere,vel bona.*
18 *Fide mala an possideat actione personali qui scit se teneri.*
Fides bona requiritur in prescriptione dominii,vel quasi, & quando presumatur,& mala quando,nu.19.
Error iustus non presumitur.§.idem si probet.
19 *Malam fidem inducit anterior protestatio facta ab eo, qui re vera habebat ius protestandi,& ante initium protestationis.*
Animus,& voluntas hominis facti est.
20 *Hypotheca an possit prescribi.*
21 *Prescribi an debeat contra ius offerendi.*
Offerendi ius multiplex,& quod.
Præscribi quę nequeant,& nu.20.& 22.& 23.25.
22 *Prescribi an possit contra rem iudicatam.*
Sententia contra alteram sententiam,quæ in rem iudicatam transiuit,quando nulla ipso iure,ver.& dicendum est.
Officium iudicis præscribitur annis 30.
23 *Præscribere an quis possit ciuilitatem,& priuilegia ciuium alicuius terræ.*
24 *Renunciari quasi possessioni correlatiue,an possit vnus sine altero, ut quasi possessio coniugii,vel prælaturæ.*
25 *Filiatio an possit prescribi.*
Reseruata principi præscribi non possunt,& qua ratione quærantur.

Præscriptiones Hodie multum ex conscientia dependent,vt ꝛ.c.vigilanti,& c.fi. & est difficile probare malam conscientiam, si quis vult leui occasione data,posset habere conscientiam bonam, ita intelligitur q̃ not. Innoc.supra de iudi.cap.nouit,argum.ff.de fideicomm.liber.l.4.
1 §.si ex die.† Et no.differentiam,quia conscientia nostra tota intra nos est,sed verbum intra nos est,donec transeat labia, postea fit alienum,iuxta illud,Euolat emissum, post irreuocabile verbum,quod maximum est conscientiæ testimonium,etiam prolatum coram vicinis,vel amicis absente aduersario,vt not. in l.apud Celsum,in princip.ff.de exceptione doli.similiter consensus intra nos est,vsque quo perueniat ad labia,vel opera,nec est obligatorius, quia nemini participat. Et ideo nihi agit alter in alterum. Sed postquam verbo,vel facto est declaratus alteri,tunc efficitur proprie consensus,& incipit esse obligatorius,ut patet in
2 diffinitione pacti.ff.de pac.l.1. §. 1. † Quid si quis pulsat ita cornu,vel aliud instrumentorum,quod videtur loqui, & potest intelligi? respon.iste assimilatur ei qui videt per speculum in ænigmate,& obscuritate.Et ideo dico quod iste non dicitur loqui, quia non vtitur lingua,quod est instrumentum ordinatum a natura ad loquen.sed dicitur potius consentire nutu, vt not. ff. de pact. l. item quia . Quia multis modis & membris potest quis nutu [a] consentire,puta per percussionem palmarum,& motum pedum,vt no.Insti.de verbo.obligat.in princ.& d.l.1.in princ.ff. de pact.Hæc materia subtilis est,pro cuius introductione sciendum est,quod præscriptio constat ex pluribus simul concurren tib.primum est titulus aptus ad illam præscriptionem introducendam. vnde ad præscribendum plenum dominium requiritur plenus titulus ad præscribendum nudum dominium sufficit habere titulum super proprietate. ad præscribendum usumfructum sufficit habere titulum super vsufructu . ad præscribendum emphyteusim sufficit habere titulum super emphyteusi, & sic de similibus. Idem apparet ex Publiciana, quæ est eiusdem naturæ,cuius est præscriptio. ff. de public. l.quæcunque.ff. de contrahen.emptio.l.clauibus.ff.de dam. infec. l. si finita. §.si de vectigalibus. Quædam sunt præscriptiones, in quibus non requiritur titulus,vt in seruitutibus quæ non sunt pars dominij, quia sunt modici præiudici. & quod non possunt incipi possideri sine patientia aduersarij. ff. si ser. ven. l. si quis diuturno. ff. de aqua plu.arcen.l.j.in fi.ff.de ser.rust.præ.l.1.in fi. & secundum quod requiritur,est possessorium,& quia omnis prescriptio formaliter est de iure ciuili,requiritur ciuilis possessio ad præscribendum dominium,vt subtiliter no.ff.de acq.pos.l.3. §. ex contrario.Sed ad prescriben.ius infra dñium sufficit possessio naturalis,ut ad præscribendum usumfructum,& feudum, ut in ca. si quis per triginta,si de feu.fue.contro.& hoc sic probat. s. si pius

perfectum

A D D I T I O.

a Vinc.God.Nutu.Adde,q̃ nutu uoluntas confirmatiua testatoris demonstrari potest.Cor.consi.68.placet.litera,l.lib.2.Nam nutus est consensus ad interrogata per demonstrationem aliquorum signorum indicantium uoluntatē non valentis loqui.Bar.in l.nutu.in prin.de leg.3.

BIU Cujas

perfectum,vt vſufru.non acquiritur ciuilis poſſeſſio, vt ff. de acquir.rer.domi.l.acquiritur.ff.de acquiren.poſſ. naturaliter, & ff. de vſufru.l.cuiuſq;. §.j.ergo nec per ius imperfectum,id eſt præ-
3 ſcriptionem nondum conſummatam.†Dicet aliquis, imò vſufructuarius non poſſidet naturaliter,ſed fingitur poſſidere, vt d. l.naturaliter,in verbo,videtur:nam iſtud verbum uidetur,ſignificat fictionem.rñ.quando poteſt ſignificare veritatem ſignificat veritatem;& per hoc debemus inſpicere materiam ſubiacentẽ. & econtra verbum affirmatiuum ſignificat fictionem, vbi veritas adaptari non poteſt,ut not. Barto. ff. de no.ope.nunc. in rub. Aliæ autem ſeruitutes,quæ in prædijs conſiſtunt, quaſi poſſidẽtur,tamen rei corpus nullo modo poſſidetur per eas, quia ſunt quoddam ius intellectuale & incorporeum,licet inſint corporalibus,& ſine ipſis eſſe non poſſint,ut ff.de ſer.vr.præ.l.eum debere columnam.Dicet aliquis,imo videntur corporaliter,ergo sũt corporales,nam videmus ire,& agere,& per viam fundi ambulare,ut ff.de ſer.l.ſi cui.nam circumſcribuntur loco corporeo, ergo,videntur circumſcriptiuæ.ff.quemad.ſerui.amit.l. nam ſatis. §.ſi ego.ſo.aliud eſt ire,& agere.aliud eſt iter, & actus, quod ſic probatur.ire,& agere videmus in oppoſito,ſicut in propoſito. i. in non habente ſeruitutem,ſicut in habente.Poſſeſſio autem debet probari per genus & differentias,ut no.Inno.ſupra. de reſtit. ſpol.c.ex parte.Et ſcias,quod quædam eſt poſſeſſio, quæ naturã imitatur,& iſta uocatur naturalis:quædam imitatur ius ciuile,& maxime ea,quæ conſiſtunt in apicibus iuris.& hæc eſt dignior, quàm nuda naturalis,& efficacior tam in præſcribendo, quàm in fructibus lucrandis,quia tale lucrum,ꝙ ex lege deſcendit, legis indiget ſuffragio,vt ff.de uſufr.leg.l.ſi fur.& no.in d.§.ex con-
4 trario.†Quædam eſt poſſeſſio canonica, quę de iure ciuili non eſt poſſeſſio,nec quaſi,vt ſupra.de ele.c.querelam,& no. per Cy. de pact.l.ſi certis annis.v.g.iura incorporalia,quæ nõ inſunt corporibus,vt actiones perſonales, de iure ciuili non poſſidentur, nec quaſi,vt ff.quo.bo.l.fi.ſed de iure canonico quaſi poſſidentur cum vniuerſitate,ut d.l.querelam. Vel dic, quod ibi eſt tale ius perſonale,quod vendicari non poteſt, quia ſapit realitatem ſubiectionis,arg.ff.ad muni.l.de iure.Sane in petitione hæreditatis,quæ eſt iudicium vniuerſale, perſonalis obligatio debitoris parit aduerſario propter aptitudinem vniuerſalis iudicij, vt ff. de pet.hære.l.regulariter, & ibi not.itẽ petitio hæreditatis eſt actio mixta in rem,& in perſonam,& hæc eſt vera ratio.Tertio requiritur bona fides,quæ de iure ciuili ſufficit in principio præſcriptionis,quia qualis eſt præſcriptio in prin. eſt talis in continuatione,& cõſummatione,quia principium potiſſima pars eſt cuiuſque rei,ut C.de vſu.transfor.l.j.ff.de acquir.poſſ.l. clam poſſidere.item nemo poteſt ſola conſcientia mutare qualitatem poſſeſſionis,vt C.de acquirrpoſſ.l.cum nemo.Item ſi ſola conſcien tia interrumpar præſcriptionem,eſſent fruſtra inuenti alij modi interrumpendæ præſcriptionis,imo ſola conſcientia perpetuaret ad mille ann.quod eſt apud legiſtas ridiculum. Item ſatis videtur habere bonam conſcientiam,qui fundat eam in iure ſcripto.Item canon non poteſt corrigere leges in temporalibus laicorum.
5 †Breuiter,quicquid dicatur,concilium generale prouidens animarum ſaluti, vt dicit, ſtatuit ex mala conſcientia præſcriptionem interrumpi,vnde non eſt aliud probãdum antiquo domino,vel creditori,niſi ſcientia rei alienæ.Sed quid ſi aliquando habuit malam conſcientiam,poſtea ſuperuenit,bona? Item quid ſi habuit conſcientiam erroneam,quia credit procuratorẽ vendentis non habere mandatum,cum haberet?Item nunquid
a ſtatuta[a] ciuitatis,quæ loquuntur de præſcriptionibus, ſit correcta?vide Barto.ff.de vſucap.l.ſequitur.§.ſi uiam.de hoc alibi not.
6 †Extra quæro,ſi incæpi poſſidere quandam rem, & nõ apparet, quod alius a me poſſederit?reſpondet Bar.ego præſumor dominus,quaſi prius occupauerim rem vacantem,ut ipſe no.ff. de acquir.poſ.l.rem quæ nobis.quod poteſt eſſe uerum in re ſterili,q̃ nunquam apparuit culta,ſecus,ſi apparuit de aliqua cultura, vel aliquo ædificio,nam proprium hominis eſt ædificare,& cultura reagrum eſt poſſeſſoris antiqui,nec eſt uis, quod non appareat, quis fuerit ille,vt C.vnde ui.l.fi.Item ſi poſſeſſio eſt uacãs, tamẽ dominium non eſt vacans,quia bona vacantia quæruntur fiſco, & occupans non facit ea ſua,nõ ſolum ſi ſit priuata perſona, ſed etiam ſi ſit ciuitas propria,vt ſingulariter no.in l.j.C.de bon.vac. lib.10.vnde forte Bar.indiſtincte non dicit verum, vt ff.de vſu. l.
7 quamuis.†Vlterius quæro,an per conſtitutionem precarij tranſferatur poſſeſſio?reſpon.aut præcedit titulus, & transfertur: aut non præcedit,& non transfertur,quia precarium ſine titulo non eſt titulus:ſed quædam executio,ut eleganter no.Barto.ff.de ac-
8 quir.poſſ.l.quod meo.† Sed an ſi habeo iuriſdictionem,poſſum conſtituere eam alieno nomine poſſidere?reſpon.ſic ego dominus & poſſeſſor iuriſdictionis,ſed ſubditi mei non poſſunt conſtituere ſe pro alio poſſidere ſecundum Bar.ibidem. Et eſt ratio, quia ipſi non poſſident,ſed poſſidentur. Sed quid ſi res mea eſt ſub colono,nunquid eo exiſtente in poſſeſſione nomine meo eo ignorante, poſſum poſſeſſionem meam alteri tradere ficte per precarium,uel vere tradendo?dic quod ſic,ut no.in l.j. §. qđ autem.ff.de vi & vi ar.& ſic detentio coloni tranſit cum titulo locatoris,quod eſt notabile,licet per vim non tranſiret,quia dominus poſſidet ſuffragio organi.i.coloni. vnde ſine oppoſito. i. diſſuffragio poſſeſſionem non perdit,ut ff.de acquir.poſſeſ.l. pe-
9 regre.§.quibus.†Secundo quæro,an ſit differentia,an conſtituã me precario poſſidere à te,uel precario poſſidere pro te? Barto. ſubtiliter dicit quod ſic,quia vbi dico,pro te, nullam poſſeſſionem retineo,ſed vbi dico,a te,retineo naturalem. Si autem dico vtrunq; ſcilicet a te,& pro te,ſimiliter nullam retineo, ſed ſum ſimplex cuſtos ſecundum Barto.qui ita eleganter no.ff. de acqr. poſſ.l.interdum.ſed tu dicere potes,quod iſta verba ſecundum naturam precarij debent intelligi: aliàs fruſtra adijceretur verbum,precario.Et hæc ſententia confirmatur per gloſſ.ord. ff. de
10 pac.l.ab emptione.Sed pone,† vſufructuarius vendidit mihi rẽ, & conſtituit ſe precario poſſidere,nunquid transfert illam poſſeſſionem naturalem ſolam,quam habebat?reſpon. ſic ſecundũ Barto.qui ita no.in d.l.interdum.§.fi.alias nullam transferret,qđ eſt abſurdum:niſi dicas,quòd in iuribus inſeparabilibus a perſona non cadit fictus titulus,nec ficta traditio.ut ff.de noxa. l. ſi v-
11 ſusfructus,& Inſti.de vſufr.§.finitur.†Pone,reperitur inſtrumentum, quòd eccleſia conceſſit mihi fundum in emphyteuſim, nec apparet de aliqua traditione,utrum præſumatur mihi facta traditio?Dic aut continuatiuè poſſedi, & præſumor poſſediſſe ea,quę primo,ut C.de acquir.poſ.l.2.aut poſt longa temporum interualla cępi poſſidere,& tunc ſecus,ut C.de uſur.l.pro retentione.nam ea,quę ex interuallo fiunt,nõ videntur ineſſe,& multo fortius,ſi non poſſedi ego,ſed hæres meus, dici poteſt quod notabili præſumptione præſumatur res tradita ſaltem tacite, dũ tamen probetur patientia domini.ff.de acquir.poſſ. qui ex ſtipu-
12 latione.†Quæro,quid ſi confiteor rem meam eſſe eccleſiæ, & recognoſcam eam dominam.An eo ipſo transferam in eccleſiam poſſeſ.ciuilẽ?Et videtur quod ſic,ſi aliquod ius mihi retinui,puta emphyteuſim,uel vſumfructum.C.de don.l. quiſquis. ſed ſi nullum ius retinui,non transfero poſſeſſionem, ſed dominium,ſi ſum dominus.Sed quid ſi non ſum dominus?reſp. nihil transfero.nam non poſſum aliud transferre,quam uſucapiendi conditionem,ſed vſucapiendi conditio non transfertur,niſi poſſeſſio tradatur.ff.de pu.eum qui.§.fi.quę traditio non præſumit, cum ſit facti,ut no.ff.de vſuc.l.Celſus,& ſup.de fide inſtr.c.inter
13 dilectos.§.fi.†Quod.n.Canoniſtę dicunt.ſup.de conſti.c. ex parte,ꝙ vna cum dñio transfero poſſeſſionem,quia qui vult vnum, vult omne id,quod ſequitur ad illud,vt ff.de ſerui.vr.præd. l. ſeruitutes.§.ſi domo.ergo conceſſo dñio videtur concedi id,quod ſequitur ad illud.i.poſſeſſio.ſed hoc eſt falſum, quia eccleſia fit domina de iure ſpeciali ex ſolo titulo,ut C.de ſacroſan.eccl.l. fi. quæ tamen l.non loquitur niſi in quatuor caſibus, & non loquitur in caſu ſimplicis recognitionis,uel confeſſionis. ſed poſito ſecundum Canoniſtas,ꝙ in omni caſu eſſet ſpeciale, tamẽ ſi eſt ſpeciale,eſſet contra ius cõe,quia ex vero titulo,& ficta traditione tranſit dominium de iure cõi.ff.de rei ven.l.quædam mulier
14 & adde quod no.Bar.ff.de acq.poſſ.l.ſi aliquam rem. † Quæro,
b utrum interrupta[b] poſſeſſione interrumpatur titulus?rñ.ꝙ titulus conſtat iure perpetuo,ut ff.de uſuca.l. ſi is qui pro emptore. §.ſi quis bona,adeo ꝙ ex veteri titulo,& noua poſſeſſione, etiã ſi noua cęperit cum mala fide, renouatur præſcriptio,ſecũdum
15 Bart.ibi,quod non reperitur alibi.† Quæro.pater poſſedit[c] decẽ
c annis ſine titulo,& filius decem alijs annis,tanquam hæres,vtrũ iſte filius præſcribit?Et videtur,quod non,quia non habet titulum,ut C.de uſuca.pro empto.l. nihil. In contrarium videtur, quia debet credere,quod pater poſſederit bona fide,& per conſequens quod fuerit dominus,vt C.de fur.l. apud antiquos. ſed iuſtus error habetur pro titulo,ut ff.de uſuc.l.Celſus. oportet tamen,ꝙ filius alleget hanc opi.ut ibi eleganter no.Bar.Dicas,ꝙ ſi filius dicat ſe non poſſediſſe ut filium,ſed ut agnatum,quod habet titulum pro hęrede,quod nũquam ab alio intellexiſti. Quę ro,nunquid ſufficit,ſi apparet neſciuiſſe de titulo? dicit Bar. eleganter,quod ſic.ff.de uſuca.pro empt.l.2.§.ſi ſub conditione,in
16 fi.& arg.ff.de iu & fac.ignoran.l.reg.§.ſi ignorauit.† Quæro, nunquid animus retinendæ poſſeſſionis inducat principium acquirendæ poſſeſſionis?& uidetur quod non,argu.ff.de conditc. ob cauſam.l.3.§.ſubtilius.contra determinat Barto ff.pro emptore.
17 l.quod uulgo.†Quæro,an furioſus dicatur mala fide poſſidere, uel bona? reſpond. talis eſt poſſeſſio in furore,qualis ante furo-
18 rem,ut ff.de uſucap.l.nunquam.§.j. † Quæro, an ille, qui ſcit ſe

teneri

ADDITIONES.

a Statuta.Et vide de iſta q.per Alex.conſ.185.in ſecunda ſol. & per eundem in conſ.99.4.uol.Imo.conſ.46.Ant.de But.conſi.46.

b Vinc.God.Interrupta.Adde ꝙ poſſeſſio dicitur interuerti,quando emphiteuta expellitur,vel rem ſine licentia domini tradit Rui.conſi.56.nu.5.lib.1.

c Poſſedit.Vide Alex.conſ.132.4.lib.& per eundem Alex.conſil.192. uolum.2. Barba.conc.9.uol.1.

BIU Cujas

teneri actione personali, possideat mala fide? respon. non, tex. est. ff. de vsuca. l. pignori. §. fi. & ibi per Bar. qui dicit hoc esse notabile, ut si possideo fundum tuum, sciens te promisisse ipsum dare Tuo: credo tamen, ꝙ fundus sit meus. Item pone exemplum. ff. de condi. indebi. §. fi. ff. de do. causa mor. l. qui alienam. Aliud subtile, ꝙ in præscriptione dominij, vel quasi requiritur bona fides, quia licentia peccandi præscribi non potest. ff. de vsuc. l. Celsus. quæ præsumitur, si quis habet titulum possidendi, no. C. de præscri. lon. temp. l. pen. super qua potest ei deferri iuramentum, no. Insti. de act. §. aliæ. ibi bona gl. Idem, si ꝓbet talem iustum errorẽ, qui succedit loco tituli. vnde debet ꝓbari. multũ tamẽ differt iste iustus error a bona fide: quia nunquam præsumit, nisi ꝓbet. cum succedat loco tituli, vnde debet probari, sicut debet ꝓbari titulus, ut no. Iac. de Are. C. de acqui. pos. l. in ꝓbatione, & facit ff. pro emptore. l. fi. Item prẽsumitur bona fides ex inueterata possessione. C. de præscrip. 30. anno. l. si quis emptionis, ff. de mino. l. intra utile. §. fi. itẽ ex decreto iudicis rite interposito, alias præsumetur mala fides. ff. de acqui. possess. l. iuste. C. unde ui. l. me
19 minerint. † Econtra malam fidem inducit anterior protestatio facta ab eo, qui re uera habebat ius protestandi, & ante initium possessionis. C. de rei ven. l. si fundum. secus, si post. ff. de vsucap. pro emp. l. alienum. fallit, quãdo quis habet nudum titulum generalem pro suo. l. si ancillam. Nam titulus pro suo subsidiarius facilius elidituꝛ, quam si habet specialis tituli comitatiuam, ut no. ff. de vsuca. l. Celsus, in fi. magnæ glo. Item si contractus sit illicitus, præsumitur mala fides. C. de agri. & censi. l. quædam. item ubicunq; præsumitur dolus, præsumitur mala fides. Idem, si præsumatur lata culpa, est mala fides. i. iniusta fides. ff. de vsuc. l. nunquam. Et scias, quod animus hominis, & uoluntas facti est, ut singulariter no. ff. de acquir. rer. do. l. bonę fidei, & ex sermonibus comprobatur, ut no Dy. in c. pro possessore. de re.
20 iu. in 6. & l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. apud, in prin. ff. de excep. doli. † Quæro, an hypotheca possit præscribi, ut si tenui rem tanquam hypothecatam, 30. annis q̃ nõ erat hypothecata? Et videtur ꝙ non, quia ista est nuda possessio, vt ff. de euic. l. si cum venditor, in princ. Item quia hypo-
a theca [a] sapit de natura act. personalis, ut no. ff. de pac. l. si tibi. §. de pignore. sed nemo præscribit ius agen. in personam, quia in actionibus personalibus sola exceptio præscribitur. Et non puto præscribi, quia ut creditor possidendo retinet imaginem debitoris. C. de præscri. 30. ann. l. cum notissimi, & l. male agitur. Et ideo si cadit a possessione, debet probare de re hypothe-
21 cata, ut ff. de probat. l. ante omnia. † Quæro vlterius, an contra ius offerendi præscribatur. resp. multiplex est ius offerẽdi, quia quoddam cõpetit debitori, ut agat pignoratitia actione quæ ante non nascitur, quam debitum offeratur, uerbi gratia, creditor possedit pignus. 30. an. debitor vult ei offerre debitum, & pignus recuperare, an possit? gl. dicit non præscribi dominium, sed rerentionem rei. ff. de vsuc. l. pignori. Alij dicunt contrariũ. ꝙ nunquam præscribit contra debitorem, ne possit soluere debitum, & se liberare, & per consequẽs liberabitur pignus sublato principali debito, & oritur pignoratitia ex sola necessaria sequela. non obst. ff. de cap. l. in bello. §. si quis seruum, quia ibi fit præscriptio ad obseruationem dominij, sed creditor nullo tpe efficitur dñs. Præterea nunquam creditor possidet, quia cogitat se dominum, ergo nunquam possidet bona fide quo ad præscribendum dominium, quod etiam tenet gl. in d. l. pignori. Quoddam est ius offeren. quod habet creditor secundus contra primum ad confirmandum sibi pignus, & tunc aut creditor secundus possidet, & non præscribitur, quia est quædam exceptio, ff. qui po. in pig. ha. l. mulier. Item in quolibet possessore. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. Paulus §. qui pignoris: aut non possidet, & tunc prẽscribitur. C. de præscri. 30. ann. l. si quis emptionis. §. sed & si quis. Quoddam est ius offeren. cadit implendæ conditionis alicuius contractus. Et dicunt quidam non præscribi, quia est mera facultas. Alij dicunt præscribi non actioni, sed natiuitati eius. quia est in mora implen. prima opi. tutior est ubi est talis conditio, quæ possit impleri vsque ad vltimum vitæ spãm. l. fi. ff. de cond insti. Quoddam est ius offeren. quod competit pro recuperanda possessione officio iudicis mercenario contra creditorem missum in hypothecaria. Et dicunt aliqui, quod non datur hoc ius offerendi post annũ, & bene dicunt, si offeruntur solummodo expensæ, & cautio ꝑ ipsum debitum proculdubio solui potest & recuperari tenuta sicut in qualibet personali. d. l. cum notissimi. §. fi. in gl. ff. de acqui. pos. l. 3. §. genera, vel probet debitor se non teneri, quod ẽt post annum facere potest. ff. de no. ope. nunc l. si prius. Item scias, quod cuius rei non põt quis fieri dñs per traditionem factam a dño, eius rei præscriptio non procedit. Vnde spurius nõ præscribit contra patrem. ff. pro legato. l. pro legato, ſ. ex titulo lucratiuo. Item res per testatorem alienari prohibita non potest præscribi. ſ. ex titulo habito a tali persona l. 1 C. de vsuca. pro em
22 ptore. † Dubitatur, an contra rem iudicatam possit præscribi? verbi gratia, fuit lata sententia, iam sunt triginta anni, post 30. annos fertur contraria sententia. Oppo. ꝙ ista sententia est nulla, replicatur quod est præscriptum ꝓtra eam, cum nunquam fuerit executa, nec petita exequi, & ideo vires perdidit obstaturas, quæritur quid iuris? & videtur primo, quod non possit præscribi, quia actio prima fuerit perpetuata in xl. annos quæ perpetuatio videtur durare in actione iudicati, quæ succedit loco primę. Item per sententiam non extinguitur perpetuatio. imo potius debet augeri, ut incipiant denuo xl. anni ex tempore rei iu. quia fortius inducitur mala fides per sententiam condemnatoriam, quam per vitium litigiosi, ut C. de præscri. lon. temp. l. j. Item ꝙ nouatio necessaria non purgat moram, ut C. de iudi. l. j. sed certe quæstio non quærit hoc, sed quærit de validitate contrariæ sententiæ. & dicendum est, quod si est lata ex veteri instantia, quod est nulla ipso iure, quia per sententiam sopita est instantia, sed si est lata ex nouo libello, & noua instantia, videtur ualere eo, quod actio ex prima sententia consumpta est tempore, arg. ff. de fideius. si quis postquam. Et dico, quod contra actionem iudicati, & officium iudicis præscribitur. 30. annis, ut sentit Inno. s̃. tit. j. c. fi. & C. de præscrip. 30. ann. l. cum notissimi. ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. cum prædiximus, & adde quod
23 no. ff. de dona. l. si quis in stipulatum. † Dubitatur, an quis possit præscribere ciuilitatem, & priuilegia ciuium alicuius terræ? videtur quod sic excepta origine, quæ præscribi non potest, sed commoda originis bene possunt præscribi, &. erit simul iste
b ciuis uerus & fictus originarius. i. in hac specie ciuilitatis, [b] quæ naturalis, siue in naturali est, & verus in uero iure ciuilitatis in
24 genere. ff. de vsuca. l. si is qui ꝓ emptore. per Bar. † Sed nunquid quasi possessioni correlatiuę potest vnus renunciare sine altero, ut quasi possessor coniugij, vel prẽlaturę? Dicit Bar. quod licet prẽlatus non possit a se abdicare prẽlaturã, nisi in manu superioris, tamen possessionem sola uolutate perdere posset, ut ff. de acquir. posse. si quis vi. §. fi. licet ecclesia eum inuitum possideat.
25 † Sed an filiatio possit præscribi? dic quod non. ff. de vsucap. l. iuste, quia naturę non cõgruit. nam ciuilia naturalibus conuenire debent. ff. de interro. act l. confessionibus. nec etiam potest ullo temporis tractu spurius fieri legitimus, quia est de reseruatis principi, & reseruata prẽscribi nõ possunt, sed necessaria est dispensatio, uel priuilegium principis, ut ff. de ritu nup. l. qui in ꝓuincia. §. diuus, ubi tex. peregrinus est.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Hypotheca. Adde, ꝙ hipothecaria bene prẽscribitur per annos. 10. l. j. & ibi Bar. & Bal. post gl. C. si aduer. cred. & in apost. ad Bar. & in l. 1. §. cum Pedium. ff. de pig. Old. consi. 19.

b Vinc. God. Ciuilitatis. Adde, ꝙ ciuis fit per natiuitatem, siue propriam, siue paternam, siue maternam, siue in ciuitate, siue in comitatu. Bar. in l. 1, co. 20. ff. ad munici. Ias consi. 77. lib. 3. Decis. Neap. 384. fol. 311.

SVMMARIVM.

Conuersum per se locum episcopus ad fidem præscribit triennio, nisi in casibus, in princi.

1 *Vsucapio triennii currit in re immobili,*
Præscriptio biennalis currit in prædiis tributariis, & quando.
Interpretari vnum statutum per aliud debet, & quod.
Fama statuti seruari debet etiam de facto ver. & si.

2 *Præscriptio non currit, ubi nõ est, qui, possit agere nomine ecclesiæ, nisi in casu, & nu. 5. & 6.*

3 *Præscribi non possunt res ecclesiæ schismaticæ.*

4 *Episcopum non habere, uel habere inutilem, paria sunt.*
Reuersus ad fidem, an recuperet fructus.

5 *Prælatus, & si sit schismaticus, ecclesia tamẽ nõ perdit sua castra, uel iurisdictionem, vel bona adeo, ꝙ etiã prẽscribi non possunt durante schismate.*
Ecclesia schismatica, an perdat priuilegia, bonaque sua, eaque desirui possit, & a quo.
Ciuitatẽ rebellẽ ad aratrum, potest Imperator condemnare, eiusque supprimere dignitates.
Oeconomus alienare non potest ecclesię bona, & quid sit. §. oppono.

6 *Prælatus si sit excommunicatus, an interim currat prescriptio ecclesię.*
Delictum priuati non debet ecclesiæ nocere.
Prescriptio currit excommunicato, & quibus casibus.

CAPVT PRIMVM.

1 PLacuit. Episcopus locum per se conuersum ad fidem præscribit triennio, sed cum vacat ecclesia, vel est in schismate, non prẽscribitur contra ipsam. † Tria no. primo dictum, ex quo habes casum, ꝙ usucapio triennij currit in re immobili, & est spãliter fauore fidei: aliũ casum hẽs, ꝙ currit ꝑscriptio biennij. Nã ꝑdijs tributarijs eo ipso, ꝙ ꝙs negligit ꝑ biennũ, ꝑdit naturalis

naturalis & ciuilis poſſeſſio,& ẽt dominium,vt l.qui agros.C.de omni agro deſer.lib. 11.etiam ſi agri ſint tributarij non de iure cõmuni,ſed ex forma ſtatuti,vel conſuetudinis,ſicut ſunt agri Cluſei Perusini ſm Bar.qui ita no.ff.de acqu.poſ.l.ſi de eo.§.j.ſed contra eum facit.C.de dona.l.cenſualis,& eſt expreſſum C. de vſuc.transfor.l.j.in princip.dic,quod ſi nemo illo biennio ſoluit tributa,non ſufficit biennium,ſed ſi nouus poſſeſſor ſoluit tributa,tunc præſcribitur per biennium, quod eſt not. dignum. Contra iſtud primum dictum oppo. quod ſufficit ſex menſes, vt in c.placuit.16.q.3.Sol.dicit gl.iſtud.c.& illud ſunt eiuſdem concilij,& vnum debet interpretari per aliud, eſt optimũ dictum ar. ff.de pe.hære.l.utrum.& facit ad quæſtionem,vno ſtatuto cauetur,ꝙ teſtamentum non in ſinuatum intra ſex menſes ſit nullũ, alio cauetur,ꝙ ſi non ſit petitum caſſari,poſſit qñcunq; inſinuari.Nam debet interpretari vnum ſm aliud,cum ſint in eadem compilatione ſtatutorum,vnde ad hoc,vt non poſſit inſinuari,requiruntur duo.ſ.ꝙ ſit nullum,& quod ſit petitum caſſari,& ſi dicis,ad quid petitur caſſari,ſi eſt eſt nullum? rñ. ad hoc, vt ſeruetur forma ſtatuti etiam de facto,ar.optimum de verbo. obligatio.l.quidam cum filium.ff.de condio.& dem. l. Mæuius.

2 †Secundo no.ꝙ vbi non eſt, qui poſſit agere nomine eccleſiæ,
a non currit præſcriptio. [a] adde,quando quis eſt in vtero, non poteſt eius nomine agi,& tñ currit præſcriptio, & eſt mirabile qđ præſcribitur,& tamen contra neminem præſcribitur. ff. de min.
3 l.etiam,la piccola,& non reperitur alibi.† Tertio no.in ver.item fuerit, ꝙ tempus ſchiſmatis deducitur de medio,vnde ꝺ̃ ſchiſmaticam eccleſiam non præſcribitur, & ſic res eccleſiæ ſchiſmaticæ præſcribi non poſſunt,quod eſt no. dignum:quia hodie multæ eccleſiæ ſunt ſciſmaticæ, quarum res licet poſſideantur
4 cum titulo,tamen non præſcribuntur.†Quarto no.ꝙ paria [b] sũt,
b non habere epiſcopum,vel habere inutilem.Ibi,Conuerſus, ex diſpenſatione receptus ſm Vinc.ſed an recuperet fructꝰ beneficij iſte reuerſus? rñ.non.C.de hær.auth.idem de Neſtorianis, &
5 l.j.C.de re mili.li.12.†Quinto no.ꝙ licet prælatus ſit ſchiſmaticus,tamen eccleſia non perdit ſua caſtra,uel iuriſdictionem, vel bona, adeo quod etiam præſcribi non poſſunt durante ſchiſmate.Sed quid ſi tota eccleſia eſt ſchiſmatica, i. prælatus & capitulum;ideo dico tota,quia vno ſpiritu continetur.reſpon.propter hæreſim ſchimacicam licitum eſt Papæ deſtruere templum, & in alium locum transformare,ut no.Inn.de no.ope.nunc.c.cum ex iniuncto,& tunc perdit priuilegia,& bona.nam ſi priui. ergo & bona,ut no.Bart.ff.de col.illic.l.ſodales,& alia bona confiſcãtur.hoc credo facere poſſe ſolum Papam, ſicut ſolũ Imperator poteſt ciuitatem rebellem ad aratrum condemnare,vel ſupprimere regias dignitates.facit C.de ſacroſan.eccl. l. iubemus nullam.Nec debet Papa confingere cauſam, ut s̃.de iu. c. cum veniſſet, & de re iud.cum æterni,in 6.j̃.eo.c.quia indicante.Oppo. gl.quod paſtore vacante currit præſcriptio,quia ęconomus poteſt agere,& interrumpere præſcriptionem.ſol.ęconomus non poteſt alienare,& ideo nec dare materiam præſcribendi,vt ff.de verb.ſig.l.alienationis,Ber.nam ęconomus eſt quidam cuſtos, non vſufructuarius.ſane vſufru.poſſet præſcriptionem interum-
6 pere,ut ff.de vſufruc.quemadm.ca.l.j.†Quærunt Doc.ſi prẹlatus eſt excommunicatus, utrum interim currat præſcriptio eccleſię? Et dicunt Vincen & Hoſt.quod non,vt hic,& ſup.de iud. intelleximus,& ſup.tit.j.cum inter.de offi.vica.Romana, lib. 6. de conceſ.præben.quia diuerſitatem. Et idem no.16.q.3.actor.quia delictum priuati non debet nocere eccleſiæ.ſup.tit.j. cum venerabilis.§.intelleximus.ſed ipſi excommonicato bene currit præſcriptio,ſi fuit excommunicatus iuſte,vel eſt in mora abſolutionem petendi,quia ſi facit vt non poſſit agere,dicitur poſſe. ff. qbus ex cau.maio.l.ſed & ſi per prætorem.§.2.& no.in l.j.C. de naturali.li.ff.de mino.l.Papinianus exuli,& s̃.de elec. c. his quibus.

A D D I T I O N E S.

[a] Vinc.God.Præſcriptio. Adde quòd præſcripto non currit contra prohibitum alienare.& gl.& DD in l.1.C.ſi aduer.vſuc.Bar.in l.alienationis.in prin.ff. de uerb.ſig.Bal.contra.in l.fi.uerſi.item no.C.in quib.cau.reſt.non eſt neceſ.uide Bar.in l.filiusfa.§.quæro,utrum.ff.de leg.1.uide Alex.conſi. 1. ponderatis his, nu.20. lib.4.& ibi.in apoſt.

[b] Paria.Applica iſtud notabile ad ea,quæ ſcribunt Doc.maximè Iaſ.May.ibi,ad regulam iſtius l.in l.quoties.ff.qui ſatisda.cogan.

S V M M A R I V M.

Taciturnitas prælati non nocet eccleſiæ,& præſcriptio non currit in reb. inuaſis.in prin.& nu.1.
1 *Patientia Papæ non præiudicat ſucceſſori eccleſiæ.*
Conceſſio expreſſa Papæ quando præiudicet etiam ſucceſſori.
Papa eſt ſummus tutor.
2 *Papa an poſſit expreſſe concedere inuaſori.*
Priuilegium Papę ſemper eſt in arbitrio ſuo,& põt adimere cui conceſſit.
3 *Proteſtatio,quam facit hic Papa,an interrũpat præſcriptionem cẽtenariã.*
4 *Præſcriptio an currat tempore prælati male alienantis.*
Eccleſia,donec eſt ſub eodem prælato,cenſetur iure minoris.

C A P. II.

Nihil. Taciturnitas prælati non nocet eccleſiæ,& in rebus inuaſis non currit præſcriptio.Caſus.Quædam nobilis perſona occupauit partem patrimonij beati Petri.Papa mandat ei,ꝙ relaxet,ipſa reſpondet, ꝙ offeratur ei libellus.Papa conſiderato,ꝙ eccleſia pateretur ſcandalum,ſi eam compelleret, dicit ſub ſilentio pertranſire abſque præiudicio ſucceſſorũ,& pauperum.No.ꝙ nihil eſt faciendum cum graui ſcandalo, præſer-
1 tim contra tyrannos.† No.ꝙ patientia Papæ non præiudicat ſucceſſori,nec eccleſiæ.Sed an expreſſa conceſſio Papæ, præiudicaret,ut ſi cõceſſiſſet illam partem dictæ patriciæ? Et vr̃ ꝙ ſic, quia Papa habet plenitudinem poteſtatis. dic contra, ſi conceſſit ex cauſa lucratiua, ſecus,ſi ex cauſa oneroſa,vt venditionis, locationis,uel feudi,quia non male contrahitur cum tutoribus, & Papa eſt ſummus tutor.ff.de euic.l.illud, in fi. niſi hoc contineret magnam euerſionem patrimonij beati Petri, vt ſup. de iureiur. c.intellecto.Nam tunc ſucceſſor poteſt reuocare,ut not.Cyn. C. de leg.l.digna vox.Tertio no.quod res inuaſa non poteſt præſcri
2 bi.† Sed nunquid Papa poteſt expreſſe concedere inuaſori? & videtur quod non,vt C.vnde ui.l.authoritate,& C. de fun. & ſal. rei do.l.ſi qua loca,lib.11.Sed nunquid ſi Papa priuilegiat vnum caſtrum,nunquid poteſt illi adimere,& alteri cõferre? dicit Bar. quod priuilegium Papæ ſemper eſt in eius arbitrio,vt ipſe no. ff. de cap. l. hoſtes, & adde quod dixi ſupra de iudi. cum veniſſet.
3 †Quæro,nunquid proteſtatio,quam facit hic Papa,interrumpat præſciptionem centenariam? glo.innuit ꝙ ſic,regulariter tamen per proteſtationem non interrumpit̃ præſcriptio. ff.de vſuc. pro
4 emp.l.aliena. † Quæro, nunquid tempore prælati male alienantis currat præſcriptio? reſpondeo non etiam quadriennaria quæ datur ad petendum reſtitutionem in integrum contra alienationem factam ſeruata forma,tamen in damnum eccleſiæ.Doc.cõmuniter tenent,ꝙ non,& eſt bene notandum in reſtitutione in integ.nam donec eccleſia eſt ſub eodẽ prælato,cenſetur iure minoris,ꝺ̃ quem.dictum quadriennium non currit,ut C.de tem.in inte.reſt.l.ſi ſupernacuam,& ff.de noua.l.doli.§. diuerſum.

S V M M A R I V M.

Eccleſiæ bona qui poſsidet bona fide,perpetuo tutus eſt,in prin.
1 *Bona fides,an præſumatur.*
Bona fides cauſatur ex dicto vnius boni viri.
2 *Præſcriptio non habet locum contra teſtamentum,neque contractum.*
Leg. ſancimus,C.de teſta.intellectus.

C A P. III.

Sanctorum. Qui poſſidet rẽ eccleſiæ bona fide in pace,i.ſine interruptione, ꝓpetuo tutus eſt.
1 h.d.†Quærit glo.utrum præſumatur bona fides? [a] Et dicit quod
a ſic,quod verum eſt qualiquali data occaſione poſſidendi,arg.ff. de fideicom.lib.l.3.§.ſi ex die,ſuper verbo,occaſione.vbi gl.dicit no.bonum verbum;& ex dicto vnius boni uiri cauſatur bona fides.i.iuſta credulitas,ut no.ff.de condi.& demon.l.Titio fundus. Item præſumitur bona fides, ſi quis inuenerit rem poſſeſſam à ſuo prædeceſſore,vt j̃.eo.c.de quarta,& vltima glo. adde, quod
2 dixi. s̃.eo.in rubr. Quidam † fecit teſtamentum, iam ſunt anni quinquaginta,& deceſſit,nunc obijcitur contra teſtm̃,quod eſt præſcriptum;rñ.non præſcribitur ꝺ̃ teſtm̃ nec cõtra contractũ. & ideo,ſi eſſet factus ꝺ̃ctus,iam ſunt mille anni ſub conditione, quæ hodie exiſteret,poſſet agi,adde de præſcri. 30.anno. l. cum notiſſimi,§.illud.ſic eſt in teſtamento,vt C.de teſta.l.ſancimus, & nunc intelligis veram rationem illius legis.

A D D I T I O.

[a] Fides.An præſumatur bona fides.Alex.conſi.20.& 30.quarto lib.Barba.conſil.9.uol.1.& conſi.40.eo.uol.

S V M M A R I V M.

Quarta præſcribitur contra epiſcopum,& quibus concurrentibus. in princ.
1 *Epiſcopus debet habere quartam decimarũ,& oblationũ totius ſuę dieceſis.*
Decimam poſſeßionum quælibet eccleſia parochialis habere debet.
2 *Præſcripſerat clericus quartam decimarum,& oblationum,quæ ad epiſcopum pertinebat,an poſſit ſe tueri contra epiſcopum.*
De bona fide vbi agitur,non eſt de apicibus iuris diſputandum.
3 *Situlus an ſit neceſſarius ad hoc,quod quid præſcribatur.*
Poſſeſſio auctoris ſola,dat ſucceſſori iuſtã pſcribẽdi materiã,& quãdo.n. 3.
4 *Anteceſſor ſi conſtet ꝙ mala fide poſſederit,an hoc noceat ſucceſſori.*
Seruitutes,& quarta decimarum quanto tempore præſcribantur.§.oppono.
Perpetuum dicitur,quod concluditur ſpatio 40.annorum.
Reditus conſiſtentes in iure ꝓpetuo cõputantur inter immobilia, ver.itẽ iſti.
5 *Præſcriptio quando incipiat.*
6 *Libertas an præſcribatnr contra epiſcopum,ita,quod ius eradicetur ab epiſcopo,& tranſeat in curatum eccleſiæ diœceſalis,an vero præſcribatur ſola exceptio detentiua decimarum.*
Ex præſcriptione datur actio,& exceptio.
7 *Exceptio ſi præſcribatur,an requiratur bona fides.*
8 *Curatus an præſcribat.*
9 *Decimæ & oblationes,an præſcribantur.*
Actio generalis non curat de diuerſitate ſpecierum.

BIU Cujas

CAP. IIII.

De quarta. Prescribitur contra episcopum quarta, si spatio. xl. annorū nō soluatur, & cathedralis ecclesia interim nō vacauit. h. d. Et tres sunt partes. Secūda ibi, nisi. tertia ibi, nam Romana. † Præmitte ad euidentiam, ꝙ eps debet habere quartam decimarum, & obligationum totius suæ diœcesis, ut in c. de his. x. q. j. & de offi. ordi. c. conquerente. nam quę libet parochialis ecclesia debet habere decimam possessionū, quæ sunt in sua parochia, de qua decima debet eps habere quartam. & percipere in agris, & ducere ad horrea sua, arg. ff. ad l. Fal. l. linea margaritarum, & ff. de fur. l. serui, & filij, in princ. † Modo sequitur casus. quidam clericus præscripserat quartam decimarum, & oblationum, quæ ad epm pertinebant, quærebatur, an possit se tueri contra epm? resp. quod sic, si per spatium xl. an. præscripserit, de qua pscriptione subducitur tps uacationis ecclesiæ, nec sufficiunt. 30. anni. vnde capitulum præcedens est correctum. Opp. ista quarta decimarum, & oblationū pertinet ad epm, & curatus non soluens fuit in mala fide, ergo ullo tempore non præscripsit. glo. concedit, quod malæ fidei possessor non præscribit, sed iste fuit in bona fide, quia author eius dedit sibi causam possidendi, uel erat titulus qualisqualis, ut j. de iure patro. cur. quia ubi de bona fide agitur, non est de iuris apicibus disputan. ff. manda. l. si fideiussor. §. quædam. Opp. ꝙ non sit † necessarius titulus, quia qñ ius cōe, ꝙ quod præscribitur, est certum per statutum canonis, requiritur titulus, ut in c. j. de præscrip. lib. 6. Sol. concedo, intellige, quod hic habebat titulum ex concessione epi, tñ non interuenerat consensus capituli tacitus, uel expressus: imo in ista alienatione requiritur consensus expressus, quia requiritur subscriptio capituli, uel dic, ꝙ episcopus allegabat se habere mandatum capituli, & sic est iustus error, qui habetur pro titulo, ut l. fi. ff. pro emp. Vltimo no. ꝙ sola possessio authoris dat successori iustam materiā præscribendi, quia putare debet successor, ꝙ eius author possederit bona fide, Ber. & Inn. idem tenet Bar. ff. de vsuc. l. Celsus. † Sed quid si constat, quod antecessor possederit mala fide, an hoc noceat successori, qui habet bonam fidem? & vī ꝙ sic, quia [a] non tantum nocet hæredi, sed cuilibet vniuersali [a] successori. ff. ꝙ emp. l. 2. §. eius bona. sol. ibi ex persona successoris descendit cā, & ius in successorē, hic non, quia prælatus non transmittit ad successorem, & ideo successor non succedit in vitiū eius, ar. ff. de preca. l. quæsitum. §. fi. cum gl. sua, Opp. quod quarta non præscribitur, xl. annis, quia non habet causam continuam, sed requiritur tempus duplicatum, ut ff. quemadmo. ser. amit. l. si sic, ubi gl. dicit, ꝙ cum tpa seruituris habent interualla longiora præscribitur libertas tpe duplicato, sed vbi breuiora, tempore simplici, & ideo ibi innuitur, quia ꝓp distantiam temporum videt duplex seruitus, sed vbi est continua, uel parum distans, est vna seruitus, quia quod parum distat, nihil distare vī. Inn. hoc concedit in seruitutibus, quę non habent causam naturalem, sed facto hoīs. ff. de ser. vī. præd. l. foramen. sed decima habuit causam aptam natam continuari, nisi essent decimę taxatæ, puta de anno in annum, tunc requireretur tps duplicatum. i. octuaginta anni, ſm Inn. quod ridiculum puto, quia nulla. l. cauetur. Et quia est contra casum, ut in c. presenti, in eo, quod dicit de oblationibus, quę habent esse perfectum hoīs, cui natura pariens non comparatur in aliquo, ut d. l. foramen. Et ideo ultra xl. annos non fit extensio, quia perpetuum non suscipit plus quā perpetuum, ne quasi in infinitum procedatur. Sed tempus xl. annorum, dī perpetuum sufficit ergo. C. de presscrip. 30. anno. omnes. Item isti reditus consistentes in iure perpetuo inter immobilia computatur, presscribuntur ergo spatio xl. ann. Non ob. ff. de aqua plu. ar. l. hoc iure. §. ductus aquæ, quia ibi speciale in flumine publico ſm Inn. hic. Certe non est speciale ratione fluminis publici, sed quia possessio dierum interpellatur ff. de serui. l. seruitutes, el 2. † Sed oppo. quia quot sunt anni decimales, tot sunt decimę annuales, ergo in prin. cuiuslibet [b] anni incipit præscriptio. [b] non simul pro omnibus annis futuris, ſ. in perpetuum, ut no. C. de presscri. 30. ann. l. cum acutissimi. §. in his, & per Dy. & latius per Bar. ff. de aqua plu. arc. l. ſrius. Preterea decimę nō sunt in rerum natura antequam fructus percipiantur, ergo non sunt in obligatione. ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. sacram. gl. dicunt, aut annuum debetur ex ꝯctu, & est una presscriptio pro omni tpe: aut ex ultima uoluntate, tunc sunt plures. Et ideo dria est, quia in ultima uoluntate nō potest simul, & in eadē persona radicari pro toto tpe, cum pro futuro tpe non transferatur ad hęredem, ꝙ aūt non pōt in eadem persona radicari, diuisionem, recipit, ff. de stipu. seru. l. si seruus cōis Mæuij & castrensis peculij. §. fi. Sed ista distinctio non cadit, quando debentur fructus annui, quia non potest esse una stipulatio in fructibus. Nam pro futuris annis necessaria est conditionalis, ut d. l. interdum, sicut in vsufru. ut no. in d. l. si sic. Considera, hic non sumus in contractu, uel quasi, sed in dispositione legali, quę est una pro omni tempore tanꝙ quędam regula, & ideo vna, presscriptio sufficit, † Sed an presscribatur libertas contra episcopū, ita ꝙ ius eradicetur ab episcopo, & trāseat in curatū ecclesię diœcesalis. An vero presscribat sola exceptio detentiua decimarū? Et vī ꝙ exceptio sola cōtra actionem personalem presscribatur & hoc subtili ratione. Nam si pscriberetur actio, tunc debitor succederet creditori, & actio tolleretur ipso iure per cōfessionē. C. de pac. l. debitori. ff. de fideiuss. l. gnaſr, & l. Vrannius Et sic p pscr. nō tollit actio ipso iure, quod est falsum. ff. de act. & obli. l. obligationū fere. §. placet. ff. de leg. j. l. nemo pōt. ff. de seru. l. 4. Sol. hic pscribit totum ius epi, vñ eps nil exigere potest nec a curato ecclesię, nec a possessorib. agrorū, & si percepit, tenetur restituere curato, quia hęc presscriptio est istius naturę ꝙ ex ea datur actio, & exceptio cum ista presscriptio sit alienatio & ut ita dixerim, est præscripti o translatiua, & hoc dicit istud cap. † Oppo. si presscribitur exceptio, ergo non requiritur bona fides. ff. de vsuc. l. sequitur. §. si uiam. Sol. ibi loquitur in presscriptione currente facto naturę. Nam prędia naturali iure sunt libera, & ius naturale supplet bonam fidem, quia habetur pro titulo, secus in presscriptione, quę oritur immediate ex facto hominis, quia hęc requiritur bonam fidem, ut hic, ita solenniter dixit tex. ff. de ser. vrb. præ. l. hæc autem iura. † Opp. curans habet possessionem totius decimæ a præceptore. titulum autem habet ab epo, ergo ab uno titulum habet, ab alio possessionem, & sic non præscribit. ff. de vsuc. l. non solum. Sol. immo possessio non discrepat a titulo, sed pars eius est subiectiua. i. subordinata. † Opp. decimæ & oblationes continent quid extraordinarium & difforme. i. prout res incidit. Nam quandoq; grana, quandoq; uinum, qñque oleum, & ista difformia non comprehenduntur consuetudine. l. Seio. ff. de an. leg. ergo non præscribuntur. Sol. actio generalis non curat de diuersitate specierum. ff. qñ di. le. ce. l. nec refert. Non obst. l. Seio, quia ibi difformitas pendebat ex solo nutu volūtatis. Op. iste curatus, qui recipit indebitum, cōmittit fur. ff. de fur. l. falsus. ergo non præscribit. Sol. bona fides omnem maculam tergit. item qa fuit in eum translatum dominium. ff. de condi. ob cau. l. pen. ff. de alie. iu. l. item. in prin.

ADDITIONES.

a Vniuersali. Vide Barb. consi. 9. vol. j. Alex. consi. 4 & 39. uol. 2. Ia. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. pos. Imo. consi. 43. & 73.

b Vinc. God. Præscriptio. Adde, in quo differat præscriptio a cōsuetudine in hac materia. Rui. consi. 41. nu. 46. lib. j.

SVMMARIVM.

Possessor malæ fidei non præscribit vllo tempore, in prin.

1 *Curiosus explorator quis esse debet non desidiosus neglector.*

2 *Præscriptio nulla inuenitur lōgissimi tpis, cuius cōtrarii memoria nō existat.*
Præscriptio habet vim legis, & non est de iure naturali. §. in textu.

3 *Scientia rei alienæ quid iuris si superueniat post completam præscriptionem.*
Dominium vtile præfertur in præscriptione directo, ver. item non est.

4 *Bona fides vbi non est, nec mala, sed est ignorantia, quid iuris.*

5 *Fama publica & generalis, si audiui quod quædā res est ecclesię, & emo ab eo illam rem, qui habet titulum, & qui possedit inconcusse longissimo tē pore, an ex sola fama debeam habere malam fidem, & rem restituere.*
Tempori plus creditur quam famę. §. item fama.
Credere quis non tenetur, nisi quod credit bonus vir, ibid.
Conscientiam quis debet sequi quę formatur a iure in alieno facto, secus in suo. §. item non teneor.
Conscientia erronea non damnat quemquam, neque scire tenetur abscondita. §. & ita.
Ecclesię quando quis acquirat. §. & ita ver. porro.
Pupillus, & miles agunt absque cessione, eo. §. ver. cum enim.

6 *Nomine meo si emi rem de pecunia ecclesię nesciens pecuniam ad ecclesiam pertinere, an eam presscribam minori tempore xl. annorum.*

7 *Publicianam ecclesia si habet, an contra istam Publicianam presscribatur minori spatio. xl. annorum.*
Iura quædam personas, quædam res afficiunt, & differentiam in præscriptione constituunt.

CAP. V.

Vigilanti. Possessor malæ fidei vllo tempore non presscribit, primo ponit dictum. secunda ibi, Ephesinus, ponit rationē legis in contrarium. tertia ibi, Nobis, origit legem & rationē. Casus. quærebat, utrum malæ fidei possessor possit pscribere lōgissimo tempore? rñdetur ꝙ qui scienter possidet pdium alienum, debet illud restituere dño, & nulla temporis prærogatiua excusatur. Sed contra istud opp. quod Ephesinus legislator tribus rationibus motus statuit præscribi posse longissimo tpe. Primo ꝓp vitandam negligentiam. nam negligenti iura non subueniunt. Secundo ꝓp uitandos errores, qui nascuntur ex obliuione, quæ oritur ex longissimo tempore. Tertio ꝓp vitandam confessionem dñiorum. i. ne rerum dominia semper sint sub incerto. Sol. dicit Papa, ꝙ hæ rōnes non valent in præiudicium animæ. Et ideo concludit, ꝙ siue dominus rei ignoret contra se præscribi, siue sciat, tñ ille, qui scit rem

1 alienam, non præscribit. h. d. † In tex. ibi Vigilanti, no. ꝙ quis dēt esse

BIU Cujas

esse curiosus explorator nõ desidiosus neglector, & hoc in prin. p̃scriptionis, sed in ꝓcessu non nocet negligentia inquisitionis ueri, ut eleganter no. Bar. ff. de vsuc. l. naturaliter. ff. de re. iu. l. qui cũ alio. C. de fur. l. 2. In tex. ibi, Resipuerit. i. restituerit, ista est mala exceptio, quia qui restituit non p̃scribit, ꝙ nõ possidet. vnde expone, nisi resipuerit. i, nisi bona fides superuenerit, puta ꝙ emit a putatiuo ꝓcuratore, quem iusto errore ductus credebat habere mandatũ. ff. ꝓ emp. l. ꝙ fundum. §. ꝓcu. † In. tex. ibi, Ephesinus.
2 si iste fuit iurisconsultus, apparet. ꝙ p̃scriptio longissimi temporis fuit cognita tempore iureconsultorum, cuius contrariũ not. gl. ff. de admi. tu. l. si pupillus. nam de iure. ff. nulla inuenitur p̃scriptio longissimi temporis, nec cuius p̃rij memoria non existat. ff. de aqua quo. & æstiua, l. hoc iure. §. ductus aquæ. sed contra illam glo. videtur tex. & glo. ff. de uer. sig. l. transactione finita. vel dic ut dicit gl. ista Ephesinus fuit Imperator. In tex. ꝓ uitam. ff. pro suo. l. fin. C. de sacrosan. eccl. l. fi. in auth. ibi posita. In tex. ibi, Vigore legis. No. ꝙ præscriptio habet vim legis. Item no. ꝙ præscriptiones non sunt de iure naturali. In tex. ibi, Cognitioni, hæc distinctio adhibetur in quodam casu. s. in alienatioue auctoris malæ fidei: successore tamen existẽte bonæ fidei, ut C. de præsc.
3 lon. tem. auth. malæ fidei. † Quærit glo. quid si post completam præscriptionem superueniat sciẽtia rei alienæ? & determinat quod ista scientia non obligat ad restitutionem, nec interrum-
a pit præscriptionem, [a] quia quod perfectum est interumpi nõ potest, ut no. ff. de solu. l. cum quis. §. si quis, & est expressum licet glo. nunq̃ allegauerit. ff. de iti. actuque pri. l. j. §. fi. cum l. seq. vbi est melior tex. qui reperiatur in mundo. Item post præscriptionem certatur de damno vitando, sed ante completam certatur de lucro captãdo. ut eleganter no. in d. l. j. §. si quis propter, ad hoc facit ratio, quia finita non resuscitantur, ut ff. de ver. sig. l. transacta finita. Item non est uerum, ꝙ superueniat scientia rei alienæ, quia nunc immo est sua ipsius præscribentis saltem quo ad vtile dominium, ꝙ in præscriptione præfertur dominio directo, ut C. de præsc. 30. an. l. qui emptionis. quia directum dominium constat solo nomine, sed utile constat effectu, sicut dicimus, quod solum nomem hęredis sine effectu parum operatur, ut ff. de minoribus. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. & C. de indicta lib. tollen. l. j. & C. de nudo iure Quiritum tol. l. unica. Et si qui habent conscientiam remordentem, imputent sibi, quia
4 præscriptio iustificata a canone, iniusta esse non potest, † Extra no. ꝙ ubi non est bona fides. nec mala, sed est ignorantia simpliciter, ut quando hæreditas præscribit, interpretatur bona fide possidere. unde dicit lex, quod hæreditas sustinet vicem personę possidentis bona fide. ff. si cer. per. l. pe. §. ꝙ si stipulatus, ubi glo.
5 parua dicit, quod ille casus non repetitur alibi, ergo no. † Pone, audiui per famam publicam & generalem, quod quędam res est ecclesiæ, emo illã rem ab eo qui hẽt titulũ, & qui possedit inconcusse longissimo tpe, nunquid ex sola fama debeã habere malã fidẽ, & rem restituere, & vr̃ ꝙ sic, ꝙa id debeo credere, quod omnes credunt, ut ff. ad Macedo. l. 4. pro hoc glo. ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cum me. Item sicut bona fama operatur bonam opinionem, & fidem, ita siniſtra siniſtram. C. de peri. tut. l. si tutor. In contrarium videtur, quia magis præsumitur pro titulo, quã pro fama, ut ff. de reg. iu. l. nemo prædo. Item fama sola est quoddam somnium, & quidam rumor, qui sæpe a veritate discordat, ut ff. de hære. insti. l. fi. Item quia non oritur ab aliqua radice, sed ab incerto auctore. Item sequeretur, quod in via conscientiæ probata fama, tenetur quis restituere rem formato articulo super conscientia, quia tenetur respondere possessor per verbum, credo, ꝙ est falsum. Itẽ plus creditur tempori, quam famæ, quia tempus habetur pro veritate, ut no. in l. j. C. de serui. & aqua. Item non teneor credere, nisi quod credit bonus vir, i. iudex, qui in facto alieno non debet credere nisi probationib. legitimis, nec debeo mihi formare nouam conscientiam, sed sequi eam, quæ formatur a iure. vnde nec ex uno teste debeo habere conscientiam læsam, quia unus testis inducit dubietatem, sed dubius in conscientia non tenetur habere læsam conscientiam. In facto proprio bene debet quis habere conscientiam, quia conscientia est cordis scientia, & stat in facto. i. in aĩo, quem vnusquisq;, in facto proprio scit de certo. Et frustra quis petit, quod intus habet i. certificari de eo, quod scit. habet. n. testem intrinsecum. i. sibi cohærentem. & iudicem etiam. i. Deum & subiacet foro cœli, licet si non potest probari non subiaceat foro mundi, ut ff. de test. tu. l. duo sunt Titij. Amplius nemo tenetur præsumere, ꝙ autor suus fuerit malę fidei. quia de nemine præsumendum est malum, & bona fides auctoris prodest successori. Et ita tenet quidam magnus vir utriusque iuris Doc. Porro Deus non esset alias iudicaturus, quam iudicaret bonus uir, quia quicquid agant homines, intentio iudicat omnes. tamen erronea conscientia non damnat quemquã, ff. de iu. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit, nisi de praua mente pœniteat non ad restitutionem, quæ non debet fieri, abscondita n. omnia scit solus Deus; & conscientia humana non tenetur ea scire. Porro res empta de pecunia ecclesiæ, ab eo qui non vult negocia ecclesiæ gerere, nec teneatur gerere nisi velit, nõ acquiritur ecclesiæ. Sed si gereret ea, est obligatus actione mandati, uel quia prælatus acquirit ecclesię legis potestate potius, q̃ tua uoluntate, si ecclesia vult potius rem, q̃ pecuniam. l. cum fundus. §. j. ff. si cer. pet. infra de pec. cle. c. inquirendum. infra de testa. c. cum in officijs, per Io. An. C. de rei vend. l. si ut proponis, per Cy. 12. q. 1. fixum. eadem cauta, & q. 3. ca. 1. ita dixit prædictus Doc. & quidam alius valens. cum. n. teneã actione mandati, vel neg. ge. iura quæ habet cedere speciale est in ecclesia, pupillo, & milite, ꝙ agere possint sine cessione, ecclesia habet probare, ꝙ res fuerit tradentis, & ꝙ pecunia fuerit ecclesiæ. quę aliquãdo probantur ex indicijs. C. de rei ven. l. indicia. † Quæro, emi rẽ de pecunia ecclesiæ nomine meo nesciens pecuniã ad ecclesiã pertinere, nũquid eam ꝓscribam minori tempore xl. ann. & videt, ꝙ vsucapiam triennio, nã si ipsam pecuniam possiderem, usucaperem triẽnio. ergo & id quod ex ea sequit, quia res succedit loco pecuniæ, ut infra de peculio cleri. c. 2. ar. ff. de don. inter ui. & vxo. l. si donantes. §. si sponsus. ff. de vsuc l. sequi. §. fructus, ubi dicit Bar. quod fructus ex re
b mobili percepti vsucapiunt triennio, [b] quia ipsi nobiles sunt, nec veniunt restituendi, ꝙ est no. dignum. Nec ob. dictum Inno. qui dicit mobilia ecclesiæ non vsucapi trienio, quia nõ dicit verum.
c Considera Inno. dicit, quod res empta [c] de pecunia ecclesiæ nõ est ecclesię, licet det ecclesiæ actio in rem. Porro actio de re non est res mobilis, ut l. a diuo Pio. ff. de re iudica. & no. ff. de verborũ significa. l. mouentium. ergo non vsucapitur triennio, ut de præsci. tri. ann. sicut. Sed contra Inno. facit quod omne meum est, cuius vẽdicandi ius habeo, ut ff. de rei ven. l. solum. §. meum. Et Accur. dicit, ꝙ cessa rei vendicatione statim competit utile dominium, ut no. ff. de eden. l. 1. in prin. in magna gl. quod posset et se uerum, si rei uendicatio esset cessa a possessore, secus, si ab eo qui non possidet, tamen tradita possessione illa utilis vertitur in directam, ut ff. ad Treb. l. si hæres. & ff. de hære. insti. l. 3. §. qui fideicommissariam. Sol. videtur dicendum, quod licet pecunia vsucapiatur, tamen res immobilis, quæ successit loco pecuniæ, non præscribitur maiori tempore contra ecclesiam, q̃ spatio xl. ann. ff. de consti. pecu. l item illa. §. ꝙ adiicitur. & ff. de do. cau. mor. l. quod debitori. † Quæro, pone, ꝙ ecclesia habet Publicianam, nunquid contra istam Publicianam præscribitur minori spatio xl. ann. & videtur quod sic, quia ille qui præscribit tractat de lucro captando, ut no. in l. si quis vxo. ff. de furt. Itẽ nec est dominus, ut no. Insti. de actio. §. alie. Item eccleſię fauẽt in dominio non in iure tertii, ut C. de sacrosan. eccle. l. fin. Sed si nouus possessor habet Publicianã, ecclesia repellit, quia ultima Publi. excludit contrariam, Publi. ar. C. in q. cel. lon. tem. præscriptio. l. hęreditate Sol. ꝙ idem tempus requiritur in prescribendo contra Publicianam, sicut contra rei ven. per illam no. regulam, quę ponitur ff. de Publiciana, sicut contra rei uen. per illã no. regulam, quę ponitur. ff. de Publi. l. eum qui. §. in Publiciana, & quod ibi no. Vltimo no. ꝙ quędam sunt iura, quę afficiunt psonas, quędam, quę afficiunt res, in quibus prescriptiones natura & effectu discrepant, quod est no.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Præscriptionem. Adde ꝙ præscriptio etiam longissimi temporis locum non habet concurrente duplici prohibitione. Rui. consi. 41. nu. 27. lib. 1.
b Triẽnio. Et etiam adde, quãdo quis præscribendo facit fructus Alex. consi. 21. 4. lib. & uide etiam pulchre per d. Fran. Cur. in cons. 71. circa med. col. fin. ubi omnino uide.
c Vinc. God. Empta. Adde ꝙ res empta ex pecunia hæreditaria uel exacta a defuncti debitoribus, an ueniat in restitutione fideicommissi. Rui. cõs. 97. nu. 10. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Decimas vna ecclesia in alterius parochia præscribit.*
2 *Actio duplex, & solum causalis exprimenda.*

CAP. VI.

1 **Ad aureas.** Vna ecclesia in parochia alterius xl. ann. spatio præscribit decimas. h. d. Casus. Duæ ecclesiæ litigabant super decimis, una allegabat ius parochiæ, altera allegabat prescriptionẽ xl. ann. dicitur, quod prescriptio eã defendit, quæ omnẽ actionẽ aduersarij excludit, hoc intendit gl. su-
1 mit ar. ꝙ actio sit exprimẽda in libello, dic † ꝙ duplex est actio, s. causalis, & formalis. prima satis exprimitur, cum exprimitur causa: secunda nõ est necessaria nominari, quia tacite inest, & de necessitate, ergo expressio nihil operatur.

SVMMARIVM.

Decimas laicus non præscribit, in prin.
Decimæ datæ in feudum ante generale Concilium valent, non postea, ibid.
In dubio sententia absolutoria ferenda, ibid.
1 *Detinere efficaciter ille non dicitur, qui non detinet de iure.*
In præscribendo requiritur iusta possessio.
2 *Possidere qui non potest, non potest præscribere.*
Possessio geminat protem, & quomodo hoc intelligatur.

CAP.

BIU Cujas

CAP. VII.

Causam, quæ. Laicus decimas non præscribit, & est capax possidere hoc ius, cū sit spirituale. h.d. Casus. Inter archidiaconum Regium, & quendam nobilem erat quæstio super decimis, quas laicus prætendebat ad se pertinere pp temporis præscriptionem, vel concessionem Præsulis ecclesiastici, vel Principis secularis. Papa dicit, ꝙ laici non possunt possidere, nec decimare de iure. Et dicit glos. ꝙ hodie decimę [a] non possunt dari in feudū: quia nō possunt dari in titulum. Sed olim ante concilium Lateran. datæ ualent, & ideo ponderādum est quo tempore fuerit factum illud cōcilium, & quo tempore decimæ concessæ sunt. Sed quid si non constat de initio, quia non existat memoria? videtur ꝙ possessor sit potior, quia in dubio ferenda est absolutoria. C. de pet. hæred. l. si post motam, de neg. gest. l. eum actum. † No. ꝙ non dicitur detinere efficaciter ille, qui non detinet de iure. No. ꝙ in præscribendo requiritur causa. i. iusta, seu iure munita possessio. † No. ꝙ non potest possidere, non potest præscribere. dicit glos. ꝙ possessio geminat prolem. quid est hoc dictum? respond. si iusta est, producit effectum acquisitioni fructuum, & præscriben. vel dic subordinatè, id est, quod detentio parit possessionem, & possessio parit præscriptionem, de priuileg. c. cum olim, per Inno. 7. q. 1. Pontifices, per Archidiaconum: è contra in probatione possessio geminat prolem, vitium ex uitio creando parit uitium in mente & præscribendo, vitia enim geminant, & nunquam nisi præcidantur, primos motus obseruant.

[a] Vinc. God. Decimæ. Adde, an decimæ sint res corporales, possintq; verè possideri. Ruin. consi. 164. nu. 4. lib. 5.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Interruptio contra præscriptionem admittitur, & quomodo, in prin. & nu. 1.
Mobilia triennio vsucapiuntur, & an excipiantur quædam. §. casus.
1 *Ecclesia contra priuatum, an præscribat spatio triginta annorum.*
2 *Interruptio quotuplex sit, & quot modis fiat interruptio naturalis, & nu. 6. 7. 10. 11. & 12.*
3 *Interruptio ciuilis fit per libellum Principi oblatum in actione annali, & aliis modis, & nu. 4. 5. 6. 10. 11. & 12.*
Præscriptio quadruplex est, & nu. 4. & 5. quæ odiosa, quæ fauorabilis, ibid.
4 *Citatio, quid iuris, si fuerit deserta, quia non comparuit citans in termino.*
5 *Præscriptio merè odiosa quæ dicatur.*
Præscriptio quid.
Ex instantia eadem fit condemnatio, licet mutata actori dominii qualitate. § tertia, vers. & licet.
6 *Domini si erant plures, si vnus expellitur, omnibus interrumpitur.*
Præscriptio non interrumpitur, ciuili possessione non interrupta.
7 *Coloni eiusdem agri si sint duo, & expulsus, qui vnus est inuentus in agro, quid iuris, si alter, qui non fuit inuentus non fuit expulsus.*
Bonitatem intrinsecam tria constituunt, & extrinsecam tria, & quæ.
8 *Pisani veteres si debentur, & soluuntur noui minoris ualoris, an interrūpatur præscriptio veterum, an fiat nouatio, & transfusio veteris obligationis in nouam monetam quasi ex tacito pacto.*
9 *Præscriptio, vtrum dormitet, & an sit interrupta, an differant.*
10 *Præscriptio, annua si interrumpitur, an sicut singulis annis interrumpitur præscriptio, ita singulis annis fieri debeat ciuilis interruptio.*
11 *Præscriptio an interrumpatur per solutionem etiam vnius nummi factam nomine census.*
12 *Præscriptio in iuribus incorporalibus qualiter interrumpatur.*
Possessio incorporalium tria requirit, vers. porro scias.
Interruptiones præscriptionis quæ naturales vocentur, & quæ ciuiles, vers. & summa.

CAP. VIII.

Illud. Si contra præscriptionem 40. annorū opponatur interruptio, vterque admittitur ad probandū, & probata interruptione præscriptio conquiescit. Casus. Primo dicit, ꝙ p̄ ecclesiam nó præscribitur minori tpe, q̄ 40. ann. Sed qui inconcussè possedit 40. ann. præscribit. Si autē dicatur interrupta præscriptio, vtraq; pars potest producere testes. Et si probatur interruptio, præscriptio non uendicat sibi locum. In tex. ibi, 40. ann. hoc in re immobili, vel quæ inter immobilia computatur, idem in re mobili, fm Host. cuius opi. debet intelligi in re mobili, quæ seruando seruari potest, vt sunt libri ecclesiæ. Sed si non possent seruando seruari, opin. Host. esset fatua, quia non potest tāto tempore possideri per rerum naturam, & ideo fructus, qui corrūpuntur, vsucapiuntur triennio. C. si aduer. vsuca. l. j. ff. eo. l. sequitur. §. fructus. vel dic indistinctè in rebus mobilibus seruari tēpus triennij, vt C. de sacros. eccl. auth. quas actiones. In tex. ibi, ab utraque parte, no. testes actoris, & rei simul recipi posse. † Quæro, nūquid ecclesia contra priuatū præscribat spatio 30. ann. respon. sic, quia licet in iudiciis seruetur æqualitas, vt C. de fruct. & lit. expens. l. fi. tamen secus est in præscr. fm Bern. In tex. ibi, Interruptio. no. ꝙ interruptio eneruat tempus præscriptionis. Adde, quod interrūpitur præscriptio per unum actum, vt not. dicit glos. ff. de reg. iur. 1 nemo. §. temporales. † Quæro, quotuplex sit interruptio? respondeo duplex, scilicet naturalis & ciuilis. Quæro q̄uot modis fiat, interruptio naturalis? respōdeo pluribus modis. Nam fit per inundationem maris vel fluminis, vt ff. de acquir. poss. l. qui uniuersas, §. item, & l. possideri. §. Labeo. tamen contra hoc impedimentum datur restitutio ex clausula generali. ff. de itin. actuque pri. l. j. §. si quis pp. intelligo de inundatione non vnius momēti, sed plurium dierum: nam si recedit inundatio infra triduū, non puto posse admitti. alioquin possessiones iuxta Padum sitę nunquam præscriberentur, quod est absurdum. Et sicut per inundationem perditur possessio terræ, ita per siccitatem perditur possessio stagni, vel aquæ. ff. de seruit. rust. præd. & Attilicinus. non tamen puro, quod per immoderatas niues, grandines, rucus, & brucus, vel sterilitatem perdatur possessio. ff. de contrahen. empt. l. si sunt, §. frumenta, & l. si fundus, de rebus eorū. Sol. dicit glos. ꝙ perditur possessio per expulsionem, quod dic, vt ff. de acquir. poss. l. peregrè, §. fin. Et hoc verum, siue quis expellatur ab aduersario, siue authoritate prætoris, vt ff. de acquir. poss. l. qui vniuersas, §. item cum prætor. Sed pone, ego possidebam per colonum, vel inquilinum, nunquid solo animo possit mihi interuertere possessionem? & dic quod non, glos. est solennis, in l. j. C. eo. de vsucap. Sed si alteri tradit, me tamen ignorante, perdo possessionem, & sic interrumpitur præscriptio naturaliter, vt ibi not. ꝙ non credo uerum, argum. C. de acquir. poss. l. fin. Circa istam particulam de interruptione naturali quærit Barto. an interruptio bonæ fidei sit interruptio naturalis? & circa hoc dicit quædam glos. satis pulchra. ff. de vsucap. l. naturaliter. quam examinabo in cap. fin. j̄. eo. † Sequitur de interruptione ciuili, dicit glos. ꝙ fit per libellum principi oblatum in actione annali, item dicit glos. quod fit lit. contest. in actionibus perpetuis, dummodo fiat coram iudice competenti, aliàs secus, vt de sta. defunct. l. si pater. & aliquando fit etiam sine litis contestatione, & etiam sine citatione, vt C. de annali except. l. ut perfectius. glos. nimis succinctè loquitur. Dic ergo, ꝙ quadruplex est præscriptio, scilicet merè odiosa, & interrumpitur per solam citationem. [a] C. de præscr. 30. ann. sicut. † Sed quid si citatio fuerit deserta, quia non comparuit citans in termino? respond. non est interrupta præscriptio, quia citatio non habuit effectum, vt ff. de iud. l. & post edictum. §. circumducto. si vero sit processum ad lit. contest. tunc actio est perpetuata ad 40. ann. de lit. contest. si fuit ualida: secus, si inualida, ita dicit glos. not. C. de lit. contest. auth. offeratur. † Sed hic quęro, quę præscriptio dicatur merè odiosa? respon. illa, per quā acquiritur sola exceptio, & non dominium, nec aliquod ius in re. si verò per eam acquiritur ius in re, non dicitur merè odiosa, vt s̄. eod. c. de quarta. Est enim præscriptio acquisitio quædam ex suo tempore causam sumens, & perfectionem habens. Secunda species est præscriptio [b] mixta ex fauore, & odiosa lege diuersificata penes extrema, item ex acquisitione possidentis, & ex exclusione negligentis, & ista interrumpitur ipso iure, & in effectu per lit. contest. & non ante. C. de rei uend. l. more litis. Tertia species est vsucap. quæ est merè fauorabilis, ꝙ ideo per eam acquiritur, quia fauore extenditur plenum & perfectum dominium directum. hoc interrumpitur per li. contest. in effectu, non ipso iure, vnde acquiritur vsucapienti interim dominium directum, loco ipsius succedit utile dominium. Et licet mutetur actori qualitas dominij, tamen ius dispensat, ꝙ ex instantia fiat condemnatio, vt d. l. no. ff. de rei uend. l. si post acceptam, & hæc præscriptio interrumpi potest, sed actio non potest ad 40. annis perpetuari. Quarta species est præscriptio sui natura currens, & de hac dic, vt in l. fi. cum §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. secundum Cyn. in l. fin. de eo, per quem fac. erit. C. de edic. diui Adria. tollen. l. fin. hæc autem præscriptio non causatur ex iure superuenienti, sed cohæret origini suæ, ficut est in omnibus temporalibus actionibus. † Pone, plures erant domini, si vnus expellitur, omnibus interrumpitur: secus, si agit. nam sibi soli prodest, cur tam variè. Nam magis deberet prodesse ius, quàm iniuria, arg. ff. de bo. auth. iud. poss. l. cum unus, quia interruptio naturalis omnibus prodest, ciuilis non prodest, nisi vigilantibus. & ratio rationis est, vel quia natura cōis est, vel quia naturalis interruptio absorbet possessionem, & sic eneruat fundamentum præscriptionis, ciuilis non absorbet. ff. qui satisda. cogan. l. sciendum, §. si fundus. quia pendente lite reus possidet. Sed quid si est interrupta possessio naturalis, & non ciuilis? respon. non est interrupta præscriptio, tex. est not. in l. si fundum, ff. de fun. dot. † Sed quid si ex duobus colonis eiusdem agri expulsus est vnus, qui est inuentus in agro, alter autem, qui non fuit inuentus, non fuit expulsus? respon.

ADDITIONES.

[a] Citationem. Adde, an per citationem interrumpatur, etiam si fit facta in alio loco, quam domicilij debitoris, Bald. consi. 167. primo lib. Et an per legatum factum in testamento interrumpatur præscriptio, per eundem consil. 125. quarto lib.

[b] Vinc. God. Præscriptio. Adde, quòd præscriptio est species alienationis. Gozad. consi. 84. num. 13.

BIU Cujas

reſpon. per vnum retinetur tota poſſeſſio, arg. ff.de acquir.poſſ. l.prædia. Sed quid ſi colonus, qui erat abſens,nõ eſt reuerſus ad fundum ſuſpicans ſe poſſe repelli de facili, an dominus poſſidere deſinat? quod videtur, quia licet poſſeſſio non ſit poſſeſsio in ipſo, tamen per ipſum eſt in domino, cum colonus eſt cauſa inſtrumentalis & organica. ergo deſtructo colono per uim,domini poſſeſsio deſtruitur, ſed per negligentiam coloni nulla vi adhibita dominus non perderet poſſeſsionem, ſicut nec per mor-
8 tem coloni.ff.de acqui.poſſ.l.ſi de eo. §.ſi forte debiti. † Sed hic quæritur,ſi debentur ueteres Piſani, ſoluũntur noui minoris ualoris, an interrumpatur præſcriptio veterum, an ſit nouatio, & transfuſio ueteris obligationis in nouam monetam quaſi ex tacito pacto? reſpondeo,hæc quęſtio fuit diſputata per Iac.Butr.& tenuit,ꝙ non ſit facta interruptio,quia non eſt ex ea obligatione veteri,nec ex eo fonte,quod ſic probatur. Tria conſtituunt bonitatem intrinſecam, ſcilicet materia, forma, & qualitas inſeparabilis. & tria ſunt, quæ conſtituunt bonitatem extrinſecam, ſcilicet locus,& tempus, & æſtimatio, quia bonitas uariabilis eſt,ſcilicet extrinſeca.ff.ſi cer.pet.l.cum quid,& l.vinum.ſed iſta eſt nouа moneta percuſſa noua authoritate, & forma,materia ergo in qualitate intrinſeca eſt diuerſa.Item & bonitas extrinſeca ſimiliter eſt diuerſa, quia minus ualet, & poſito ꝙ poſsit fieri collatio valoris ad ualorem,iſtud non pertinet ad ſubſtantiam obligationis, quia eſt bonitas extrinſeca, quæ non eſt in obligatione nec ſimpliciter, nec ſecundum quid. non ergo poteſt dici agnitum, quod omnino eſt ab illo diuerſum, nec pro illo ſolutum,ſed potius per errorem.ff.quemad.ſerui.amit.l.ſi communem,§.j.& l.ſi alij. Sed quomodo noua moneta poteſt peti ex nudo pacto contra.l.C.de pac. l.ſi certis annis? vnde videtur,ꝙ nec vetus moneta,quia præſcripta,poſsit peti,nec noua,quia nouatio non fit niſi per ſtipulationem,vt C.ſi cer.pet.l.ex precio. niſi dicas,ꝙ nõ tanquam nouatio, ſed tanquam conſtituta pecunia. nam aliud pro alio conſtitui poteſt, ſicut ſolui,dũmodo ex certa ſcientia utriuſque.ſ.debitoris & creditoris, vt ff.de conſtit.pecu.l.j. §.an poteſt. & facit ꝙ not.in l.ſi coloni. C.de agric.& cenſ.lib. 12. Sane ſi ſolutio caderet in nouum contractum,puta tacitæ locationis non eſſet facta interruptio. ff.de contrah.emp.l.pacta cõuenta.§.Paulus.ff.loca. l.cum in plures,§.lege dicta. ff.de fideiuſſ. l.ſtipulatus
9 es opus. † Quæro, quæ differentia eſt, vtrum præſcriptio dormitet,an ſit interrupta? reſpon. quando dormitat, & poſtea excitatur ad curſum ſuum, coniunguntur extremitates temporis, illo ſubducto de medio. C.de præſcr.30.ann.l.ſicut. §.nõ ſexus. s̃.eo. c.j. ſi autem interrumpitur tempus, quod ante concurrerat euaneſcit,& a capite incipit.ff.de vſucap.l.eum qui ædes.§.ſi autem
10 demolita. †Quæro,ſi annua pręſcriptio interrũpitur,an ſicut ſingulis annis interrũpitur pſcriptio, ita ſingulis annis fieri debeat ciuilis interruptio? reſpon. ſingulis annis,quia antequam naſcatur actio,non poteſt fieri interruptio etiam per agnitionẽ debiti. arg.ff.de verb.oblig.l.ſtipulatio iſta.§.inter cætera. ff.de leg.2.l.ſi
11 ita.§.ſi ſub ꝯditione.ff.quo.leg.l.j.§.quod ait prætor. † Sed an per ſolutionem etiam unius nũmi factam nomine cenſus interrumpitur præſcriptio? dic ꝙ ſic,vt C.de præſcrip.30.ann.l.ſi quis em-
12 ptionis,in fi.& argum.ff de pollic.l.j.§.cępiſſe. † Quæro,qualiter
a interrumpatur præſcriptio [a] in iurib. incorporalibus? reſpon.aut loqueris de iure incorporali,ꝙ rei non cohæret,vt ſunt actiones merè perſonales, puta ex mutuo,depoſito, & ſimilibus,& interrumpuntur ciuiliter per citationem, vt s̃.dixi. Aut loquimur in iuribus rei cohærentbus, & tunc licet in acquirenda poſſeſsione requiratur corpus,& animus, tamen in ea pellenda ſufficit ſolus animus per regulam l.licet.C.de acq.poſ.Porro ſcias,ꝙ in acqui. poſ.incorporaliũ requiruntur tria,ſ.aptitudo ac.& ꝙ ille actus ſit ſm illam aptitudinem.v.g.in ſeruitute tigni immittẽ. requiritur foramen in pariete,& inde naſcitur aptitudo immittendi tignũ. & ꝙ immiſsio tigni fiat ſm qualitatem ſeruitutis,& in loco ſeruiente. Naturaliter autem interrumpitur ſiue deficit aptitudo, ſiue actus,ſiue animus. verbi gratia,foramen eſt clauſum deficit aptitudo. ſi autem tignum eſt extractum de foramine, vt ibi nõ reponatur, deficit actus, & uoluntas: & in ſumma quicquid eſt contra naturam ſeruitutis inducit interruptionem naturalem. & econtrario quicquid eſt ſecundum naturam ſeruitutis inducit continuationem naturalem,vt ff.quemadm.ſerui.amit. l.qui fundum. omnes vero interruptiones,quæ ſunt præter naturam, ciuiles interruptiones uocantur. nota iſta verba.

A D D I T I O.

a Vinc.God. Præſcriptio. Adde,ꝙ præſcriptio ex proceſſu nullo non dicitur interrupta.Ruin.conſ.47.nu.7.lib.4.

S V M M A R I V M.

1 *Peritorum iudicio eſt in illa arte ſtandum, & iuramentum eorum quid.*
2 *Index debet ſequi conſiliũ ſapientis electi per partes, vel per ipſum iudicem de conſenſu partium,niſi conſilium contineret expreſsum iuris errorem.*
Conſilium ſapientis quid nullum.
3 *Iudex iudicat ſecundum conſcientiam, & quo modo.*
Fines prædiorum eccleſiaſticorũ præſcribuntur quantum ad diffinitionẽ dominii, ſed non quantum ad fines plebanatuum, vel parochiæ vel diœceſis.
Probabilia ſunt, quæ conſuetudo vetus approbauit.
Iur ſdictio non dicitur mea, licet ſit fundus meus.§.deinde.
Agrimenſores, & tabelliones qua culpa teneantur.

C A P. IX.

Quia indicante. Fines prędiorum eccleſiaſticorũ 40.ann. ſpatio præſcribuntur. h. d. Tria facit,primo ponit dictum. ſecunda ibi,ortam,vbi illud exequen committit. Tertia ibi,quadraginta,vbi circa executionem inſtruitur. Caſus.Inter duos abbates orta fuit quæſtio de finibus. Papa mandat illam quæſtionẽ decidi iuxta iudicium agrimenſorum,qui debẽt accedere ad loca, & in præſentia iudicis fines declarare, præſcriptione tamen 40. annorum vtrique parti ſeruata.
1 † In tex.ibi,Diffinitione.i.iudicio. Et ſic no.ꝙ ſtãdum eſt iudicio peritorum in illa arte, in Auth.de non alie.§.quod autem.C.fin. regun. l.ſi quis ſuper. & iurabunt iſti agrimẽſores hoc modo,iuramus dicere veritatem ſecundũ iudicium noſtrum,non ſimpliciter,& præcisè iurabunt dicere veritatem, vt not.in l.j. in princ.
2 ff.de ven.inſpi.ne anceps ſubeant periurium. † In tex.ibi, Finem. arg.ꝙ iudex debet ſequi conſilium ſapientis electi per partes,vel per ipſum iudicem de conſenſu partium, niſi conſilium contineret expreſsum iuris errorem, quia quod reddit ſentẽtiam nullam ipſo iure, multo fortius reddit conſilium nullum ipſo iure, vt not.Bart.ff.de re iudi.l.ſi conuenerit. In tex.ibi,Præſentiã,ipſis agrimenſoribus apud acta referentibus. ff.de do.præleg.l.Theoteſt opponi, ne agrimenſores eligantur? hic innuit ꝙ non, dum dicit, ſeruata.i.reſeruata. no.ꝙ index iudicat ſecundum cõſcien-
3 tiam oculata fide ipſius iudicis, & teſtium. † No. fines prædiorũ eccleſiaſticorum præſcribi quantum ad diffinitionem dominij, ſed non quantum ad fines plebanatuum, vel parochiæ,vel diœceſis,ne inducatur cõfuſio in mutatione ſucceſſorum, arg.ff.fin. reg. l.eos. Et ſic no. fines, & terminos iuriſdictionum præſcribi non poſſe,q̃q̃ ex conſuetudine poſſit iuriſdictio ampliari, vt ff.de teſt. l.teſtium, in fi. quia probabilia ſunt, quæ vetus conſuetudo comprobauit. ff.de public. l.Imperatores. Item temporalia facilius ſunt præſcriptibilia,quàm ſpiritualia. Deinde no. ꝙ non ſequitur,fundus eſt meus,ergo iuriſdictio eſt mea,quia iuriſdictio debet probari per teſtes diſtrictionis iuriſdicendi, non fructus colligendi. de hac materia no.hic per Ber.& Innoc.& 6.q.5.qui-
a cunque. Quæro, de qua culpa teneantur iſti agrimenſores? [a] reſpon.de dolo & lata,non leui,vel leuiſſima. Idem dicimus in tabellionibus per illam l.nota.C.de magiſt.conue.in fi.

A D D I T I O.

a Vinc.God. Agrimenſores Adde de materia agrimenſorum, per Iaſ.Inſtit.de actio.§.quædam,nu.78.Ruin.conſi.124.nu.3.lib.5.

S V M M A R I V M.

Præſcriptio non currit hoſtilitatis tempore,in princ.& num.1. neque mortalitatis ibidem.
1 *Abbas maior poteſt deducere iura membrorum ſuorum in iudicio.*
Minutatim lupus agnum deuorat, & legi fit fraus.
Matrix eccleſia quæ debeat habere, verſ.item no.
Feriæ quibus de cauſis intelliguntur indictæ, verſ.& no.

BIBLIOTHEQUE DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHEQUE

C A P. X.

Ex tranſmiſſa. Tempore hoſtilitatis non currit præſcriptio.Et prima pars ponit querelã. ſecunda dat iudices, ibi, diſcretioni. Caſus. Eccleſia de Camen. erat matrix eccleſia, & ſub ſe habebat alias eccleſias, & homines,ipſa autem ſuberat abbati, & monachis de Habben. Verum quia capella eidem matrici eccleſiæ ſubtraxerat omne ius parochiale præter ius funeran. de hoc abbas prædictus conqueſtus eſt Papæ tanquam dominus in capite. Papa mandat decimas & oblationes cum alijs obuentionibus memoratæ matrici eccle-
1 ſiæ reſtitui præſcriptione hoſtilitatis tempore non currente. † In textu ibi, abbatis, iſte erat maior abbas,qui poteſt deducere iura membrorum ſuorum in iudicio. s̃.de maio.& obed.c.inter quatuor. In tex.ibi, Minutatim. no. quòd lupus minutatim deuoret agnum.Item minutatim fit fraus legi,& teſtamento. ff.de iu.patro.l.libertus, ff.de leg.3.l.patronus.§.j. Item no.ꝙ matrix eccleſia debet habere decimas & oblationes, & non aliæ eccleſiæ, quæ ſubalternantur. Ibi, Adius. quos autem iudices impetret maior abbas,& vnde locus,dic vt in cap.j.de reſcrip.in clem. No. quòd tempore hoſtilitatis non currit præſcriptio eccleſię. Item
a dicit Bart.per ſimile de tempore [a] mortalitatis.Et no.hic argum. ꝙ propter hoſtilitatem, & guerram ipſo iure ferię intelliguntur indictę. Item propter mortalitatem,ſecundum Bart.qui ita not. ff.de vſucap. l.naturaliter.

A D D I T I O.

a Tempore. Vide ad hoc Abb.conſ.3. 2.lib. & conſ.18.& 45.2d fin. & 57.in 2. dub. & 94.in 4.dub.uol.2.

S V M M A R I V M.

Procurationes quæ non præſcribantur, in princ.
1 *Exoneratio vnius eſt grauatio alterius.*

Onus,

BIU Cujas

2 *Onus, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.*
Ad Apostolicæ Sedis honorem quæ debentur, non præscribuntur, secus ex aliis causa, & qua.

CAP. XI.

Accedentes. Procurationes, quæ debentur legatis, & nunciis Papę, & Apostolicæ Sedis, præscribi non possunt. h.d. Et prima pars ponit querelam. Secunda dat iudices. secunda ibi nolẽtes. Casus. Prępositus eccleſię S. Nazarij, & A. canonicus S. Stephani erãt procuratores cleri Mediolanensis: conquesti sunt Papæ de ordinarijs maioris eccleſiæ dicentes, ꝙ ad expen. legatorum & nunciorum Sedis Apostolicæ nolebant contribuere. vnde clerus magis grauabatur, quia onera debent compartiri, sed ordinarii allegabant pręscriptionem: Papa dicit per priuilegium concedi posse, per præscriptionem
1 non posse. † Nota, ꝙ exoneratio unius est grauatio alterius. ff. de leg. j. l. ab omnibus. Item no. ꝙ soluentes possunt conqueri de nõ
2 soluentibus, qui tenentur cum eis onera compartiri. † Item no-
a ta ꝙ onus, [a] ꝙ omnes tangit, ab omnibus debet approbari. Vltimo nota, ꝙ ea quæ debentur propter honorem Sedis Apostolicę, non possunt pręscribi: secus, si debeantur ex alia causa, vt procurationes, quę debentur ex pacto.

ADDITIO.

a Vinc. God. Onus. Adde, ꝙ onus iniunctum habenti administrationem, quando censeatur hæredi iniunctum, Ruin. consi. 111. nu. 11. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Subiectus non præscribit obedientiam contra prelatum suum.*
A maiori parte quod sit, debet etiam fieri à minori.
Membra à capite recedere non debent, nisi ex causa, & qua.
Præscriptio in quibus casibus non currat, remiss. & nu. 2. & 3.
Schismate suspenduntur iura prælaturę.
2 *Prescriptio an currat impedito agere, & nu. 3. & 4.*
3 *Possessionem si quis perdit per inundationem, restituitur ad ipsam possessionem, licet non restituatur ad præscriptionem contumaciæ.*
Offerendi iuri præscribitur. §. nam emptori.
Mora prima à quo incipiat.
4 *Ecclesia si non seruat iussum testatoris, an auferatur ei legatum.*
5 *Statutum si inducit præscriptionem decem annorum in quacunque actione reali, & personali, an actio per lit. contest. perpetuetur in 40. annis, cum statutum de perpetuitate nullam faciat mentionem.*
Statutum, cum quid addit, vel detrahit tacitè, vel expressè iuri communi non recipit subauditum intellectum à iure communi.
6 *Præscriptio statutaria non interrumpitur per malam fidem, supposito, quod statutum sit seruandum prout iacet.*
Restitutionem petens non reprobat statutum, sed approbat.
Statuti verba debent intelligi in potiori significatu.

CAP. XII.

1 **Cum non liceat.** † Subiectus non præscribit obedientiam contra prælatum suum. concor. s. de offi. Archid. c. j. Item no. ꝙ illud, ꝙ fit a maiori parte debet fieri etiam a minori. No. ꝙ membra non debent recedere a capite. fallit si caput est hæreticum, vel simoniacum. No. ꝙ multi sunt casus, in quibus prescriptio nõ currit, quos hic Ber. diligenter ponit, quam glos. more Canonistarum legen. recita. Item no. quòd ratione schismatis suspenduntur iura prælaturæ, donec per sententiam schismaticus deponatur. hoc sentit hic Ber. in 1. glos. nisi essent notorij schismatici: quia tunc non requi-
2 ritur sententia. Bern. † Quæro, nunquid impedito agere currat
a præscriptio. [a] videtur quòd sic, sed detur restitutio, vt ff. de offic.
3 presi. l. Senatusconsulto. j. respon. † Item dicit lex, ꝙ si quis per inundationem perdit possessionem, restituitur ad ipsam possessionem, licet non restituatur ad prescriptionem contumacię, vt ff. de itin. actuque priu. l. j. §. si quis propter, & not. per Iaco. Butr. C. de anna. except. l. fin. in fi. & sic beneficium restitutionis in integrum habet locum in possessoriis iudiciis, tex. est hic singularis, licet glos. de hoc disputet in l. unica, C. si de momen. poss. fue. app. Præterea, quod impedito agere currat præscriptio, sed detur in integrum restitutio, videtur expressum, ff. de ser. vrb. pręd. l. sed Attilicinus. Pręterea impedito agere propter beneficium cedendarum, quod competit reo, currit prescriptio, ne beneficium rei noceat reo. idem, si est impeditus propter ius offerẽdi. Nam emptori antequam soluat pretium, currit prescriptio, & tamen agere non potest, quia non obtulit pretium. C. de prescrip. triginta ann. l. sicut. ff. de act. emp. l. Iulianus, §. offerri, & l. qui pendentem. Item si legatarius conditionalis agere potest prestita cautione Mutiana, si quidem non cauit, prescribitur iuri cauendi spatio triginta annorum vel 10. Idem in legatario modali, qui non potest agere, nisi cauerit. ff. de legat. 3. l. si tibi. ff. de condit. & demonstr. l. quibus diebus, §. fin. ff. de condic. ob causam, l. dedi, in princ. & nota. C. de pact. l. j. & C. de transact. l. siue apud. vnde in quęstione de facto dicebatur, cum esset relictum eccleſię sub modo, ita quod erat necessaria cautio de modo implendi. Si ecclesia stetit per quadraginta annos, quod nõ obtulit cautionem, prescriptum est iuri offeren. cautionem, & per consequens iuri peten. legatum. In contrarium facit, quia non tenetur cauere, nisi petatur, & ille, qui petit, offerat legatum, vnde ecclesia non est in mora, sed eius aduersarius. Sed mora prima semper incipit ab eo, a quo incipit onus, ff. de damno infec. l. qui bona. §. si
4 quis quia. Sed † an si ecclesia non seruat iussum testatoris, auferatur ei legatum? videtur quòd non. Sed an cogitur implere iussum testatoris vt eius pia uolũtas seruetur, & non pereat. ff. de testam. l. Męuia. vbi uidetur tex. aureus. In contrarium, quia impedito agere non currit prescriptio. & est regula iuris. C. de annali except. l. j. in fine, §. donec. C. qui bon. ced. possunt, l. fin. & Auth. de coll. §. deinceps, coll. 9. adeo quòd si pendente prescriptione superueniat dilatio legis, vel priuilegij interim prescriptio dormit, ne lex sit iniqua, vel priuilegium principis generet duplex prejudicium, vt not. Cyn. C. de precib. Imper. offer. l. quoties. Sol. distingue, aut est prescriptio utilis per totum tempus, & tunc aut est impeditus facto suo, & currit pscriptio, aut facto aduersarij, & non currit. l. j. ff. de diuer. & temp. prescr. aut est impeditus facto legis, vel priuilegii, & non currit, vt l. 2. §. dies, ff. quis ordo in bono. possef. serue. aut facto tertii, & tunc aut ex tali facto ille tertius potest conueniri cum effectu. Et datur in integrum resti. vt ff. de eo, per quem fac. est. l. fin. facit, quod not. in simili. C. de instit. & substit. l. j. Aut est impeditus facto naturę, & tunc currit prescriptio iam inchoata, sed datur restitutio, argum. ff. de mino. l. etiam ei. aut est prescriptio temporis continui, & per totũ tempus prescriptionis, & tunc aut aditus iudiciorum erat ipso iure precluſus propter tale impedimentum, & non currit pscriptio, vt l. j. C. de anna. except. fallit, si erat in potestate agentis tale impedimentum remouere per aditionem prętoris. ff. ex quib. cau. maio. l. sed si per prętorem. §. 2. de elect. c. eis quibus. Si aditus iudiciorum non erat omnino precluſus, tunc in quibusdam casibus currit tempus utile, multo fortius continuum: sed in aliis casibus distingue, aut exceptio peremptoria est competens reo, & non est tractare de prescriptione, quia in perpetuum est peremptа: aut erat exceptio dilatoria solutionis, & tunc pendente dilatione non currit prescriptio, quia actor non est in mora, vt ff. si cer. peta. l. lecta. §. sed cum fortis. aut erat aliud beneficium, quod sibi competebat, puta cedendarum actionum, vel diuisionis, & tunc licet reus sit tutus tali beneficio, nihilominus prescribit, quia aditus iudiciorum non erat precluſus, sed si reo competebat quoddam beneficium, quòd non confertur inuito, tunc bene currit prescriptio, si actor est in mora agendi, vt dicto §. offerri, quia tale impedimentum per accidens non cernit iudicium antequam opponatur beneficium. ff. de fideiuss. l. si testamento,
5 §. ex duobus, vers. sed uerior. † Quęro pone, ꝙ statutum inducit prescriptionem decem annorum in quacunque actione reali, & personali, nunquid actio per lit. contest. perpetuetur in 40. ann. cum statutum de perpetuatione nullam faciat mentionem? & videtur ꝙ sic, quia iste casus perpetuationis est a statuto omissus, ergo relinquitur dispositioni iuris communis. In contrarium uidetur, quia istud statutum discrepat a iure communi pfertim in actionibus personalibus. cum ergo recessum sit a iure communi, non possumus interpretari statutum secundum ius commune, arg. in l. qui cum vno, §. qui post. ff. de re milit. Nam quotiens statutum aliquid addit, vel detrahit tacitè, vel expressè iuri communi, efficit ius municipale, nec recipit subauditum intellectum a iure communi, quia lex, quę corrigit, nouam le-
6 gem non interpretatur, vt C. de indi. vidui. toll. l. fin. † Et per hoc
b etiam videt aliud concludendum, videlicet ꝙ pscriptio [b] statutaria non interrumpat per malam fidem, supposito, quod statutum sit seruandum, prout iacet. Item ꝙ pscriptio statutaria currat minoribus, licet det restitutio in integrum. s. de in integ. restit. c. constitutus. quia petens restitutionem in integrum non reprobat statutum, sed approbat, vt ff. rem rat. habe. l. cum minor. §. fin. sed ille, qui diceret pscriptionem non currere, directè veniret contra statutum, quod est impossibile, vt ff. qui & à quib. l. prospexit. quapropter multa priuilegia habent locum in priuilegiis, uel in prescriptionibus statutorum. Item per prescriptionem statutariam forte quęretur directum dominium, licet de iure communi non quęratur directum, sed utile, quia uerba statuti debent intelligi in potiori significatu. ff. si ager vect. l. j. § qui in perpetuum. ff. de iureiuran. l. si duo patroni. §. j.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Prescriptio. Adde, ꝙ prescriptio contra laicum habentem rem communem cum ecclesia non currit, nisi prout contra ecclesiam. Ruin. consi. 75. num. 9. lib. 1.

b Vinc. God. Præscriptio. Adde, an præscriptio 40. ann. tollatur per statutum, Ruin. consi. 41. num. 49. lib. 1.

SVMMARIVM.

Prescriptio non currit in feudo Rom. Ecclesiæ contra ecclesiam nisi centenaria, in prin. secus sub ecclesia, vide num. 5. §. in textu.
Regimen quid significet. ibi. post casum.
1 *Dignitas pro persona ponitur.*

Iura

BIU Cujas

2 *Iura omnia fiſcalia ſunt principis, & ea concedere poteſt cuilibet perſonæ, ſed iura ſingularium perſonarum non ſunt principis, nec veniunt in eius conceſſionem, niſi in caſibus.*
Feudum quibus aliis nuncupetur nominibus.
Ex priuilegio principis ius quæritur etiam ſine poſſeſſione.§.in tex.ibi.
Spatium indicat tempus continuum.
Poſſeſſio beneficii, vel priuilegii non amittitur per 30.annos, nullo alio modo poſſidente.§.item no.
3 *Mora ſola temporis non nocet, & quæ noceat.*
Officium iudicis oritur etiam ex priuilegio.§.ibi banna.
Prodigus honoris, officii, ſalutiſque ſuæ nemo præſumitur.
4 *Teſtibus dicentibus, quod tabellio non ſcripſit verum, non creditur.*
Tabellio debet iurare officium fideliter exequi, & iuraſſe quando præſumat.
Priuilegium eccleſiæ tranſit ad ceſſionarium, ver.no.arg.
5 *Eccleſia, quando concedit penſiones, vel iuriſdictiones, præſumitur in dubio cedere in feudum.*
Feudum ſubligium quoddam, & terraneum.
Feudum amittitur ex quibuſdam hic expreſsis cauſis.
6 *Inſtrumentis antiquis in magnis factis magis creditur, quam teſtibus.*
Libri qui probationem inducant, & mandato cuius extrahendi.
Apud eadem ſacram eſſe dicitur, quod eſt apud ſacriſtam, vel theſaurarium.
7 *Papa intelligitur concedere ius, quod habet, & non quod ad Caſtellanum pertinet.*
Titulus de petitioae bonorum ſubla.non habet locum in feudis quibuſdam.

CAP. XIII.

Ad audientiam. In feudum Romanæ eccleſiæ ꝯ ipſam eccleſiam, & eius vaſallum non currit præſcriptio niſi cētum annorum. Et ſunt duæ partes: in prima proceſſus narratio. in ſecunda diffinitio. ſecunda ibi, nos igitur. Prima ſubauditur, quia prima ponit petitionem actoris, ſecūdo ponit reſponſionem rei ibi, ſed ea. tertio probationes actoris ibi, ad quod. quarto allegationes rei, quas impugnat ibi, ſed inter alia. Caſus, Inter nobilem virum Mathaſilonem ex vna parte. & Caſtellanum de Caſtro Palazolo ex altera, qō vertebatur ſuper quibuſdam iuribus, uidelicet ſuper xl. ſolidis denariorum Papien. ſingulis annis, quos eccleſia Romana conceſſit dicto Mathaſiloni. item ſuper comeſtionibus. i. albergarijs, bannis, iuriſdictione, & foris factis. i. pœnis pro criminib. & alijs iuribus, quæ ibi Apoſtolica ſedes habebat, quæ conceſſa fuerant in feudum dicto Mathaſiloni per eccleſiam Romanā. ſed Caſtellanus. i. dominus, uel poſſeſſor caſtri dicebat hoc non deberi, tandem Mathaſilones probauit conceſſionem, per priuilegium & perceptionem per librum Romanæ eccleſiæ cenſualem. item ꝓ bauit per teſtes, qui dixerunt ſe vidiſſe dictum cēſum ſolutum a quinquaginta annis, & infra nuncijs dictæ Apoſtolicæ ſedis, ſed Caſtellanus dicebat, quod dictum priuilegium non opitulabatur, quia Mathaſ. nō fuit eo vſus per ſpatium 30. annorum. Item liber, qui dicebatur cenſualis, non probat tanquam ſuſpectus, quia nō fuerat in Camera Papæ repertus. Item dicta teſtium nō valebant, quia alio mō erant ſcripta, q̄ teſtes dixiſſent. Papa, conſiderans authoritatem priuilegij, & librum cenſualem potius, quam dicta teſtium, q liber fuerat ſub fida cuſtodia Cardinalis, nec etiam credens, quod notarius aliter ſcripſerit, quam teſtificatum fuerit. inſuper etiam conſiderans quod hic tractatur principaliter de iuribus Romanæ eccleſiæ, cuius Mathaſ. ex ſupradictis cauſis eſt vaſallus, & ideo non currit niſi cētenaria præſcrip. condemnauit Caſtellanum Mathaſ. non tanquam ſibi. ſed tanquam eccleſiæ Romanæ, cuius exiſtit. h. d. Et uide quod no. in Auth. apud quos opor. mona. in gl. magna, in fi. Dicit Ber. quod regimen ſignificat iuriſdictionem, ſed non acquiſitionem fru-
1 ctuum. C. de excu. mu. l. 2. per Bar. † Ibi, Apoſtolatus noſtri, ſic loquitur, quaſi dignitas, quæ eſt inanimata, habeat aures audiendi. Sed dic, quod accidens ponitur pro ſubiecto. i. dignitas pro perſona. ff. de fideiuſ. l. mortuo, in c. ſi gratioſe, de reſcri. li. 6. nihil examinatum videt. uel audit, ut l. j. §. Sæuola. ff. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ.
2 fuerit. † In tex. ibi, Omnia. No. quod omnia iura fiſcalia ſunt principis, & ea concedere poteſt cuilibet perſonæ, ſed iura ſingularium perſonarum non ſunt principis, nec veniunt in eius conceſſione, ut hic patet de iuribus Caſtellani, niſi princeps ex poteſtate abſoluta & rationabili cā aliter & ſpecialiter prouideret. ff. de leg. 2. l. qui ſolidum. §. prædium. ff. de na. reſti. l. quæris. Nam propter publicam utilitatem eccleſiæ, uel populi poſſet uni concedi, & alij auferri. Item propter libertatem eccleſiæ, ut ſi hoſtis eccleſiæ poſſidet rem, ex qua eccleſia non percipit reditus, nec eſt apta percipere, tunc Papa poteſt illam rem concedere, ut in cap. ex parte, de feu. odio tamen prælati eccleſiam punire non debet, ut in ca. delictum perſonæ, de re. iu. in 6. In tex. ibi, Nuncijs, non dicit quibus, tamen ſufficit, quia non fuerunt interrogati, quod eſt notādum. In tex. ibi, priuilegium, no. quod feudum Papæ dicitur priuilegium, & inf. in fi. capituli uocat beneficium Et ex priuilegio principis quæritur ius etiam ſine poſſeſſione. Item eſt bulla cum filis de ſerico, nō de cannabe. Iu tex.
a ibi, ſpatio 30. an. no. quod hoc uerbum, ſpatio, [a] ſignificat tempus continuum, Item no. quod qui per 30. an. non eſt in poſſeſſione beneficij, uel priuilegij, non propterea perdit illud ex quo alius interim in contrarium non præſcripſit, ut ff. ex quib. cau.
3 ma. l. non utilem. † Item no. ſolam moram tempori non nocere, illud eſt planum, quod non læditur ex temporis curſu ille, qui non neglexit, ut no. in Auth. de app. vel qui ſcit ius ſuum vbi que durare. Sane ille, qui ſcit tempus reſolui, tacite renunciare videtur, ut no. ff. de neg. geſt. l. ſi ego. ff. ne de ſtatu defun. l. 2. & ff. de collu. dete. l. 2. ff. rem ra. ha. l. bonorum. §. fi. Et ſecundum hoc quælibet præſcriptio currens contra ſcientem habet in ſe tacitā renunciationem. Sed gloſ. dicit alibi, quod uidetur habere pro derelicto. ff. de dam. infec. l. prætor. quod verum eſt in iure radicando, & in quibuſdam caſibus ſpecialibus, ſecus in iure radicato, quia præſcriptio non habet in ſe conſenſum, cum præſcribatur inuito, ut no. ff. de dolo. l. j. §. ſi quis, ubi eſt optima glo. In tex. ibi, Comeſtiones. i. albergarias fulcitas victualibus. Ibi, Banna. i. extraordinaria. Ibi, Placita. i. iuriſdictio cauſarum, Ibi, Foris facta. i. pœnas pro criminibus. Ibi, Habebat. hæc omnia pe
4 cat officio iudicis implorato, ꝙ quidem officium oritur ex priuilegio, facit quod no. in l. vl. ff. de col. de teg. In tex. ibi, Caſtellanus, no. ꝙ in eodem caſtro Caſtellanus habet proprietatem poſ. caſtri & alius habet iuriſdi. ſibi conceſſam a ſummo pontifice. In tex. ibi, Authoritatem, no. ꝙ priuilegium eſt ius optimum, liber cenſualis, eſt ius multum bonum, teſtimonia ſunt ius bonum, ſed non ita bonum. In tex. ibi, Camerarius, poteſt ſuſcipere libros de camera Papæ. In tex. ibi, Nec credentes, no. credi ſcripturæ tabellionum, neganti non credi. Item no. ꝙ non præſumitur quis honoris & officij ſui prodigus, nec æternæ ſalutis
5 immemor. C. ad l. Iul. rep. l. fi. Item no. quod non creditur teſtibus dicentibus, ꝙ tabellio nō ſcripſit verum, quia cum quilibet ſit receptus ſeorſum, altero inſcio, ſunt de neceſſitate ſingulares in dictis ſuis, examinatoribus autem bene crederetur, quia eorum intrauit ſecretum, ut C. de teſ. nullum. puta ſi duo boni viri examinant, ut notarius ſcribit, ut in c. quoniam contra falſam. s̄. de prob. & ſic debet intelligi. quod no. Cy. C. de fal. ſi quis decurio. In tex. ibi, Cum iuratus, no. ꝙ tabellio debet iurare officium ſuum fideliter exequi, aliter non creditur ſuæ ſcripturæ, tamen præſumitur iſtud iuramentum præſtitiſſe, ex quo reperitur in poſ. officij, facit ꝙ no. ff. de eden. quædam. §. nummularios. ibi, Principaliter. i. proprio & directo iure. In tex. ibi, Centenarium, no. arg. ꝙ priuilegium eccleſię tranſit ad ceſſionarium, argum. contra, ff. de pu. l. licitatio. §. mercatores. ſed ibi fuit allegatum
5 directum dominium, hic non. † In tex. ibi, Non tanquam tibi no. verba iſta. Ibi, Vaſallus, no. & quando eccleſia cōcedit penſiones, vel iuriſdi. prę ſumitur in dubio ꝯcedere in feudū, & ideo debet iurare fidelitatem, & tene menti. vel dic, ꝙ poteſt dici feudū ligium, ꝙ immediatè habet Papa, c. paſtoralis, de re iu. in cle. reperitur etiam ſubligium, quando excepto primo domino ſeruit contra omnem hominem. vel dic, quod iſtud eſt feudum terraneum, cum non ſit conceſſum ſub obtentu aliquorum ſeruitiorum, & tamen propter infidelitatem amittitur. Dicit Longobarda, ꝙ vaſallus, qui emit ſcienter rē quālibet domini ab extraneo, pro infideli tenetur, quia ſacramētum, quod promiſit, irritum fecit, ut in c. fi. ſi actor regum res reg. per frau. alie. dicit ibi gl. ꝙ inde orta eſt conſuetudo, ꝙ ſi vaſallus emit rem domini ſcienter ab extraneo, ꝙ amittit feudum. Fortius dico, ſi vendit in fraudē domini, licet non delinquat in re feudali, tamē delinquit in fide, ꝙ eſt no. dignū. In tex. ibi, In difficultate, no. ꝙ in omnib. his, q̄ facere teneris, debes te facilem exhibere. Item no. ꝙ iura temporalia eccleſiæ ſunt probanda per libros cenſuales. Item no. ꝙ iſte caſtellanus negabat iura eccleſiæ, & ideo requirīt p̄ſcriptio centenaria. Sed ſi confiteret eccleſiam dominam, diceret tamē ſe p̄ſcripſiſſe feudum, non contra eccleſiam, ſed ſub eccleſia ſufficerēt 30. anni, uel ſaltem 40. ꝓ iuriſdictionem dico, ut in cap. ſi quis per 30. ſi de feu. fue. controuer quicquid dicat hic Hoſt. quare dixit contra caſum illius cap. ſi quis per 30. & facit quod no. ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. ſi qua ſunt iura, in glo. quę
6 incipit, or contra. † No. [b] in factis magis antiquis credi inſtru
b mentis magis, quam teſtibus. ff. de prob. l. Celſus, in gl. ſic enim. Item no. ꝓbationem fieri ꝑ libros antiquos bene cuſtoditos & ſine macula repertos. Item no. rōne cuſtodię libros ꝯprobari. In gl. ſic ergo, no. ꝑ tabellione p̄lumi rōne decreti, & iuramenti, facit ſupra de ꝑc. ca. in noſtra. Item no. quod uidet eſſe apud ędem ſacram, quod eſt apud ſacriſtam, vel theſaurarium eccleſię, nec dicitur eſſe in loco clandeſtino. C. de vſur. l. acceptam. Item no. arg. ꝙ de mandato generalis miniſtri fratrum minorum poſſunt libri armarij fratrum extrahi de armario, ibidem

tamen

ADDITIONES.

a No. Vinc. God. Spatio. Adde ꝙ ſpatium ſine dicta cōputatur a fine dicœceſis domicilij. Io. And. in c. ſtatutum. de reſcrip. in 6. Rota deciſ. 644. in antiq.

b No. Vide plene cumulata per Doct. nouiſſimos in l. cum quid. ff. ſi cer. pe.

BIU Cujas

7 tamen reponendi ad nutum ipsius. † Vltimo collige arg. ℭ Papa intelligitur concedere ius, quod habet, & non quod ad Castellanum pertinet. ff. de contrahen. empt. l. qui tabernas. Item nota, quod ille titulus de petitione bonorum sublata, lib. 10. non habet locum in feudis, quæ possunt a Principe liberè impetrari.

SVMMARIVM.

Schismatis tempora deducuntur ex præscriptione, in princ.

1 *Præscripsisse qui dicit se centum annis, vel ampliori tempore, non potest hoc probare.*

2 *Testis an possit probare initiũ possess. initiatæ tempore suæ pupillaris ætatis.*

3 *Testis interrogatus cuius ætatis erat, cum dicit se vidisse, quid respondere debeat.*

4 *Testimonium de auditu, an sit sufficiens in probando præscriptionem longissimi temporis.*

CAP. XIIII.

Cum nobis. De cẽtenaria prescriptione, quæ sola currit Romanæ Eccleſiç, & exemptis ꝑ Papam, tempora schismatis deducuntur. In prima, decisa consultatio. In secunda, responsio ibi, licet. Casus. Inter Hildesensem episcopum, & quoddam monasterium erat quæstio super libertate exemptionis monasterij. Nam monasterium, siue Abbas allegabat libertatem, quia erat exemptum, & eps aduersarius diœcesanus dicebat se contra dictam exemptionem, & libertatem monasterii præscripsisse, Papa habet pro constanti, ℭ non currat minor ꝑscriptio centum annorum, quia tangit ius Papæ, cum solus Papa sit episcopus exemptorum. Et dicit, ℭ de ista præscriptione deducuntur tempora schismatum. Et potest assignari ratio, quia

1 titubat status ecclesiæ. † Opp. ille, qui dicit se ꝑscripsisse centum annis, vel ampliori tempore, non potest hoc probare. Nam aut vult probare per instrumenta, & certè per instrumenta non probatur possessio, ergo nec ꝑscriptio, vt ſ. de fide instru. inter dilectos, in fi. Aut vult probare per testes, & hoc est impossibile, qa oporteret, quòd testes essent annorum centum quatuordecim. Nam ante quartumdecimum annum ætatis testium, si aliquid viderint, de illo testificari non possunt, quia non potest quis testificari de eo, quod vidit in pupillari ætate. Sol. dicit Io. ℭ si probauit se possidere per tantum tempus, cuius contrarii memoria non existit, ℭ æquipollet centenariæ ꝑscriptioni. Ber. dicit, ℭ nõ deficit ius, sed probatio. Tũ dic, ℭ neutrum deficit, quia obedientia potest probari per instrumenta, vt ff. de probat. Celsus. Item aliqua pars temporis per instrumẽta, aliqua pars per testes, item per libros censuales. ſ. c. ad audientiam. item per confessionem

2 aduersarii. † Sed ego reuoco in dubium, vtrum testis possit pro-
a bare initium poss. initiatæ tempore suç pupillaris ætatis ? [a] dicit glos. ℭ non, vnde testis debet habere quatuordecim annos ultra illud, de quo testificatur. Et in hoc est bene aduerten. hoc etiam tenet Archid. 4. q. 9. testes. & de corpore uitiatis, c. ex parte, el primo. Accurs. dicit, ℭ post pupillarem ætatem potest testificari de eo, quod vidit in pupillari ætate, si tunc erat doli capax, & discretus ad intelligendum eum actum, de quo testificatur, quia conditio testis debet inspici eo tempore, quo fert testimonium, non eo tempore, de quo fert testimonium, vt ff. ad Carbo. l. 3. §. duæ causæ. nisi testificaretur in ea causa, ad cuius substantiam & perfectionem requireretur perfecta ætas ab initio, sicut in testamẽ-

3 to, vt Instit. de testa. §. testes. † Ex his apparet, ℭ testis interrogatus, cuius ætatis erat, cum dixit se vidisse &c. debet respõdere ad hoc, alias non probat, quia forte erat infans, vel infra decimum annum, & dimidium. Nam puer, donec equitat super arundinem & baculum, quod videt, ignorat, vt l. j. in fine. C. de fal. mon.

4 † Quæro, nunquid in probando præscriptionem longissimi temporis sufficiat testimonium de auditu, videlicet, quia audiuit ab his notabilibus & discretis viris, & senioribus, & maximè a suis genitoribus, qui erant illo tempore? glos. videtur velle ℭ sic, quod verum est in casibus, non regulariter, vt j. de verb. signific. cap. super quibusdam. ff. de probat. l. fi arbiter. nam non posset aliter probari, quòd excedit metam humanæ vitæ.

ADDITIO.

a Vinc. God. Aetatis. Adde Iaſin c. cum itaque, de consecr. dist. 4 quæ dicit, ℭ testis deponit de his, quæ uidit in pupillari ætate.

SVMMARIVM.

De præscriptione detrahitur tempus vacationis ecclesiæ, in princ.

Interruptio prodest in capitulis interruptis, non in aliis, ibid. nu. 13.

Ob calumniam in vno capitulo non perditur ius in alio. ib. d.

1 *Ecclesiæ, siue capellæ monachorum subsunt ordinariis quo ad vtranque legem, n. si probentur exemptæ per præscriptionem, vel priuilegium.*

2 *Abbas debet defendere statum suarum capellarum, & ad eum pert. net, non ad capellas principaliter.*

Forum metimur ex persona prælati, non subditorum.

Ambiguum priuilegium non tenet, nisi adiuuetur per declarationem. exemptio dupliciter capitur.

3 *Probari potest per testes aliquid pleno iure possessum, licet sapiat ius.*

4 *Priuilegium vnum declaratur per aliud.*

Ex instrumentorum coniunctione resultat liquida probatio.

Vacationem non sufficit ecclesiæ probare, nisi probetur tempus uacationis. §. in textu, ibi super.

5 *Abbas potest præscribere cognitionem causarum matrimonialium in certa villa, vel loco.*

Interruptio fieri debet currente præscriptione.

6 *Libellus an debeat formari contra ipsas capellas, quæ dicuntur subiectæ, an contra prælatum legitimum administratorem.*

Libellus ciuitatis cum ciuitate, vel ciue, quomodo concipiendus.

7 *Abbas an possit præscribere iura episcopalia.*

8 *Inferior an possit iura episcopalia prescribere.*

9 *Possideri & præscribi per prælatos inferiores, licet possint ea, quæ sunt iurisdictionis, tamen secus in his, quæ sunt ordinis episcopalis.*

10 *Abbas quare petit in integrum restitutionem, cum priuilegia Regum possint produci vsque ad sententiam.*

11 *Episcopus quare petit restitutionem in integrum.*

Restitutio petitur ad producendũ testes nouos post veterum publicationem, & ad producendum etiam instrumenta post conclusionem, nu. 10.

Contraria allegare an quis possit, vers. modo sequitur, & nu. 12.

Priuilegium idem in momento operatur, quod præscriptio in suo tempore, ver. nam per. contrarietates qualitas duplex, & quæ, ver. solutio, & vide ver. sequen.

Contradictio triplex. §. item exclusa, ver. tamen ista.

12 *Priuilegiũ, & præscriptionẽ, an posset Abbas intentare simul, si esset actor.*

Remedio vno per sententiam completo potest ad aliud transiri, & nu. 11.

13 *Præscriptio interrupta in vno capitulo, an prosit in alio.*

Præscriptio impedito agere, an currat.

14 *Sententia lata contra capellas, an noceat Abbati, vel econtra, & nume. 15. & 16.*

15 *Barones si sint contendentes de eadem ciuitate, requiritur syndicatus ciuitatum, nec eis irrequisitis posset aliquid iudicari, nisi forte scirent, & non contradicerent.*

Prouincia constituit aduersarium agentem.

Possessio aduersarium defendentem.

16 *Abbas an sit legitimus administrator.*

Forum metimur ex causa immediata, non remota, ver. Dic quod.

17 *Iurisdictionem possidet prælatus solus, qui potest instruere, & destruere.*

Possidens aliquando & possidetur.

18 *Administrator legitimus est omnis habens potestatẽ à lege vel consuetudine.*

Procurationes dare debent ecclesiæ dependentes.

Cum capellano qui contraxit, quem debeat conuenire.

CAP. XV.

Auditis. De præscriptione detrahitur temporis interuallum, quo ecclesia vacasse probatur, priuilegium obscurum non valet, interruptio prodest in capitulis interruptis, non in aliis, & ita demum, si ꝑscriptio prius completa nõ sit potest quis fm qualitatem probationis in vno capitulo succumbere, in alio obtinere. Nec vtile capitulum ꝑ inutile vitiatur. & qui in vno capitulo calumniatur, nõ perdit ius in alio, in quo calumnia non probat. h. d. Et primo ponit processum negocij. secundo narrat indecisam restitutionem in integrum ab vtraq; petitam, & concessam. tertio in ver. quocirca, committit probationes recipiendas, & causæ decisionem. & hæc decret. loquitur de mate-

1 ria illa. ſ. de restit. in integ. auditis, & j. de priuil. ex ore. † Ad euidentiam ꝑmitte, ℭ lex diœcesana qñque est nomen generis, & tunc comprehendit etiam legem iurisdictionis, qñque nomen speciei, & tunc non, sed in libello generali ponitur. secundo prę-
a mitte, ℭ ecclesiæ, siue capellæ monachorum subsunt ordinarijs quo ad vtramque legem, nisi probentur exemptæ per ꝑscriptionem, vel priuilegium. Casus. Inter epm Vigorien sem, Abbatem de Heuescam super ecclesiis vallis de Heuescam, quos monasterium possidebat, orta est q̃stio, quia eps asserebat dictas capellas ad se pertinere iure diœcesa. Abbas negabat dicens, ℭ dictæ capellæ erant exemptæ per priuilegiũ Regum, & Papæ, & per quadragenariam ꝑscriptionem, modo hic deciditur, ℭ producta fuerunt q̃dam priuilegia Regum, & quoddam priuilegium Papæ obscurum, quod nõ declarabat, ℭ ecclesię essent in valle de Heuescam, nec ℭ pertinerent ad monasterium, & item ℭ monasterium probauit quadragenariã possessionem pleno iure, & erant publicati testes, quibus publicatis, quia monasterium nõ probauerat de exemptione, videlicet, quod locus exẽptionis esset ille vallis de Heuescam, petiit restitutionẽ in integrum ad hoc probandum. sed ex altera parte Eps, quia non probauerat vacationes ecclesiæ, in quibus non currit ꝑscriptio, petiit in integrum restitutionem ad hoc probandum, & Papa vtrumque restituit, & hoc patet in parte decisa. demum Papa dat iudicibus delegatis taliter in mandatis, videlicet si constiterit, quòd vallis de Heuescam sit ille locus, quem Papa exemit, Abbas, siue monasterium absoluatur: si autem hoc non constiterit, tunc deueniatur ad secundum articulum ꝑscriptionis. Et si quidem eps probauerit, ℭ tanto tempore vacauerit epatus, ℭ non sit completa præscriptio monasterij, condemnetur eidem. si vero hoc non probauerit, tunc examinetur, an præscriptio fuerit interrupta, & super quibus capitulis, vt super interruptis Abbas condemnetur,

dum-

BIU Cujas

dummodo interruptio fuerit facta intra 30. annos, ſed ſuper interruptis monaſterium ſuo nomine & capellarum abſoluatur.
2 † In tex.ibi, Abbatem, [a] no. ꝙ Abbas debet defendere ſtatū ſuarum capellarum, & ad eum pertinet, non ad capellas principaliter, quia quo ad ſtatum forum metimur ex perſona prẽlati, non ex perſona ſubditorum, ſm Bern. quod eſt not. dignum. In tex. in ualle, de iſta ualle non fiebat mentio in priuilegio Papæ, licet fieret mentio in priuilegiis Regum per uerba generalia. Et ideo probandum eſt, ꝙ uallis ſit ille locus, quem exemit, quod eſt bene notandum, & ꝙ qui locum allegat & ſitum, probet. Et eſt ratio, quia ambiguum priuilegium non tenet, niſi adiuuetur per declarationem probationum, ſm Ber. in ſuffragio, qđ tene menti ad multa. In tex. ibi, Iuriſdictione, hoc verbum generaliter ponitur etiam pro l. diœceſana. Ibi, Exemptas. Exemptio dicitur duplex, vno modo pro priuilegio, alio modo largè, vt includat̃ præſcriptio libertatis. † In tex. ibi, Pleno iure, ſimile uerbum habes
3 ff. de rei uend. nullum, in fi. alibi habes uerbum, plena poſſeſſione, C. de epiſc. & cler. l. raptores. Et eſt mirabile, ꝙ aliquid pleno iure poſſeſſum poſſit probari per teſtes, licet ſapiat ius. Qualiter autem deponant teſtes, dic, vt s̃. de teſti. cauſam, per Inno. In tex. ibi, Si per illa no. ꝙ priuilegium Papæ declaratur per priuilegia
4 Regum. † Nota, ꝙ unum priuilegium declaratur per aliud, quia vnum priuilegium originale declarat confirmatorium, & ſic ex coniunctione duarum ſcripturarum fit quædam plena & liquida probatio. & eſt arg. ad quæſtionem, dictat ſtatutum, [b] ꝙ inſtrumenta liquida mandentur executioni. producitur inſtrumẽtum dotis promiſſæ pro matrimonio contrahendo, & petit̃ executio. opp. ꝙ iſtud inſtr̃m eſt conditionale, vt ff. de iure dot. l. tali, & l. ſtipulationem. tandem producitur inſtr̃m contracti matrimonij. reſpondetur executionem fieri debere, quia ex coniunctione vtriuſque inſtrumenti reſultat liquida probatio, & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. Quidam tamen dicunt, ꝙ promiſſio dotis pro matrimonio contrahendo, ſi quidem eſt facta a muliere, vel ab eo, qui habet neceſſario dotare, eſt conditionalis, ſed ſi a prorſus extraneo, eſt modalis, vt ff. de condit. & demon. l. Titio centum, §. Titio genero. Bart. dicit contra, & melius per l. ſi extraneum. ff. de cond. ob cauſam. & ff. de iure dot. l. promittenda, in princ. In tex. ibi, Adiudicantes, no. adiudicari alicui rem propriam. In tex. ibi, Adiudicetis, no. ordinem. nam primo diſcutit̃ de priuilegio. ſecundo de uacatione eccleſiæ. tertio de interruptione. In tex. ibi, ſuper tẽpore, no. ꝙ non ſufficit probare vacationem, niſi probetur tps vacationis, quod potuiſſet eſſe uacatio momenti, quod non eſſet reſtaurandū. In tex. ibi, Ius ep̃ale,
5 no. ep̃o adiudicari ius ep̃ale. † In tex. ibi, Matrimonium, no. expreſſum, ꝙ Abbas poteſt præſcribere cognitionem cauſarū matrimonialium in certa villa, vel loco, & de hoc fuit interrogatus ab Abbate Sanctæ Chriſtinæ Papienſis diœceſis, & uide quod dixi s̃. de reſtit. ſpol. c. literas. In tex. ibi, Si tamen, no. interruptionem debere fieri currente præſcriptione, non ea perfecta. ff. de ſol. cum quis. §. ſi quis. etiam ſi fiat per cognitionem. tex. eſt hic not. In tex. ibi, In cæteris, no. interruptionem factam ſuper vno
6 capitulo in cæteris capitulis non patrocinari. † Oppo. & vr̃, ꝙ libellus debuerit formari contra ipſas capellas quę dicuntur ſubiecta, vt s̃. de elec. c. querelam. Solutio, ibi ſubditus conuenitur ex proprio debito, hic autem agitur præiudiciali de ſtatu, vt Inſtitu.
c de act. §. præiudiciales. Præterea prælatus [c] eſt legitimus adminiſtrator, & ideo ipſe debet conueniri, ſi tñ conueniretur uterque, non eſſet abſurdum, vt C. de epiſc. & cler. authen. cauſa, quæ fit cum monacho. Et no. argum. ꝙ ſi inter duas ciuitates eſt quæ-
d ſtio de aliquo crimine, libellus [d] eſt formandus contra ipſam ciuitatem. Si autem eſt controuerſia inter ciuitatem, & ciuem, ipſe ciuis eſt libellandus. ff. ad municip. l. de iure. adde quod dixi s̃.
7 de iudic. c. cum deputati. † Opp. ꝙ Abbas non poſſit præſcribere iura ep̃alia, quia obedientia non poteſt præſcribi, vt s̃. eo. c. cum non liceat. Solu. non poteſt præſcribi, ne alicui obediatur, ſed bene poteſt per præſcriptionem obedientia transferri de uno prælato in alium prælatum, quia non remanet ſine capite. † Opp. ꝙ
8 inferior non poteſt iura epiſcopalia poſſidere, ergo nec præſcribere. Sol. imo poteſt poſſidere, quia quod poteſt prẽſcribi, poteſt
9 poſſidere, ſecundum Ber. † Et no. regulam ſanè. licet ea quę ſunt iuriſdictionis poſſint poſſideri, & præſcribi per prẽlatos inferiores, tamen ſecus in his, quæ ſunt ordinis ep̃alis. Nam ita annexa ſunt ordini, ꝙ ab ipſo ordine non poſſent ſeparari, & dicere con-
10 trarium eſſet oppoſitum in obiecto ex vi ſermonis. † Sed ſtatim quæro, quare Abbas petiit in integrum reſtitutionem, cum priuilegia Regum poſſint produci vſque ad ſententiam, vt no. ff. de
11 rei vendicat. l. officium? reſpondeo, quia Papa remitti mandauit negotium plenè inſtructum, & erat facta remiſſio de conſenſu partium, cenſebatur in cauſa incluſum, vt not. C. de dilat. cum à nobis, vel quia erant elapſi omnes termini probatorii. † Sed quare epiſcopus petiit reſtitutionem in integrum? reſpond. quia dicita erant teſtificata, quæ epiſcopus volebat eneruare. teſtes enim dixerant, ꝙ tanto tempore monaſterium poſſederat pleno iure, ꝙ erat prẽſcriptio conſummata. Et poſt didicita teſtificata non admittitur probatio teſtium directè eneruantiũ dicta priorum, niſi petita reſtitutione in integrum. Dicet aliquis, aduerſus dolum præſumptum de futuro non datur reſtitutio. reſpon. uerum eſt, niſi per reſtitutionem tollatur præſumptio doli, vt hic, & no. ff. de no. oper. nunc. l. j. §. aduerſus. Modo ſequitur uidere, quomodo Abbas poſſit allegare contraria. ſ. priuilegium exemptionis, & prærogatiuam præſcri. Nam per priuilegium ius ſtatim acquiritur, per præſcriptionem uero tempore à canonibus inſtituto. Et idem operatur in momento priuilegium, quod operatur præſcriptio in toto tẽpore p̃ſcriptionis. Dico. n. ꝙ præſcriptio habet ætatem. i. tempus ſibi datum pro ipſius perfectione, vt not. C. de dot. promiſſ. l. 2. Item nec poteſt ſemper liberatus ulterius liberari, niſi ſecunda liberatio eſſet plenior̃, quàm prima. ff. de lib. leg. non ſolum. Item nec ſolus hæres de nouo effici hæres. ff. ad Trebell. l. ſi hæres. ff. de hæred. inſtit. l. 3. §. qui fideicommiſſariam. Et ideo per ius accreſcendi, & ſubſtitutionem pupillarem extenditur prima aditio, ſed non requiritur noua cognitio. C. de iure delib. quidam. item, ꝙ ſemel effectum & conſummatum eſt, conſummatione alia non indiget, vt not. ff. de pac. l. ſi vnus, §. pactus. item duo ſtatuta eiuſdem formæ & naturæ, non ſunt niſi unum ſtatutum. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. Item in pacto. ff. de verbo. oblig. l. qui bis idem. nec res uſucapta triennio poteſt prẽſcribi longiſsimo tempore, vt no. C. de ſeruis fugit. l. j. & ff. de vſucap. ſequitur. §. lana. Item allegans contraria mentitur, ergo non debet audiri, hoc tenet gloſ. ĩ. eo. tit. c. ſi diligenti, & c. veniens. ſol. duplex eſt qualitas cõtrarietatis: vna, quando vno extremo poſito in eſſe, aliud non poteſt eſſe verum, nec in iure, nec in facto, vt falſum & inofficioſum, & iſta nõ poſſunt ſimul intentari, vt C. de inoffic. teſta. l. eum qui, & l. contra maiores. Alia eſt, quando vtrumque poteſt eſſe verum in facto, ſed in iure ſufficit alterum. Nam vtrumque poteſt eſſe verum, ſcilicet quando habet priuilegium, & ꝙ poſſedit 40. ann. quia iſtud tempus appellatur præſcriptio, id eſt ſpatium ſufficiens ad præſcribendum, & abſque eo quod quis exprimat formaliter nomen exceptionis, ſufficit allegare ius cauſam, ſeu materiam producẽtem, quia cauſa & exceptio ſunt idem, vel quia ſufficit, ꝙ exceptio tacitè concludat. ff. fam. erciſc. l. j. ff. quæ in fraud. cred. l. omnes, §. Lucius. Præterea, etiam ſi conſtet de priuilegio, tamen ex præſcriptione augetur effectus, quia priuilegium poteſt perdi per ingratitudinem, reuocationem, & remotionem, ſed nõ præſcriptio. Vnde præſcriptio venit ad fortificandum. ff. de capt. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. C. quod met. cauſa. l. 2. Præterea dicit Inoc. ꝙ reus proponens contraria ſemper videtur ſub conditione excipere, ſecundum Inno. quod eſt no. licet ſecus in agente, quia non poteſt quis agere ſub conditione. Sed Accurſ. dicit contrarium. C. de excep. l. ſi quidem. quia copulatiua oratio non cadit inter omnino contraria, ſed conditionalis ſic. Item excluſa una via bene poteſt alia proponi, ſed non ſimul. ff. de reg. iur. l. nemo ex his, & in c. nullus pluribus, per Dyn. de regu. iur. in 6. quia ubi repugnantia ibi mendacium, vt infrà, ne ſede vac. c. j. tamen iſta cõtradictio poteſt eſſe dupliciter: vno modo in facto & rudi materia, & eſt contrarietas in origine: alio modo in applicatione communis materiæ ad aliquam formam, exemplum in l. j. C. de furt. ff. commod. l. ſi ſeruus. Et iſtud non eſt contrarium in origine rudis materiæ, ſed eſt contrarium in applicatione illius rudis materiæ ad uulgarem formulam agendo, vel excipiendo. Eſt & tertia contrarietas, quæ non eſt contrarietas in applicatione vltimi finis, immo vergit ad eandem concluſionem, ſed non per idem medium concludendi, ſed per contrarium medium, ſicut priuilegium, & præſcriptio, quæ tendunt ad eandem libertatem, ſed non eodem modo acquiſitam, vt hic. Et nota, quod quæſtio de priuilegio ſuſpendit reliqua propter authoritatem priuilegiorum, ſicut petitio hæreditatis propter authoritate-
2 tem centumuiralis iudicii. C. de petitio. hæredit. l. fin. † Quæro, pone, quòd Abbas hic eſſet actor, nunquid poſſet intentare ſimul priuilegium, & præſcriptionem? Et videtur quòd ſic, quia tendunt ad eundem finem, ſicut ſi in libello intentat quis dominium, videtur intentare directum, & utile. ſed in hoc poteſt dici contrarium per l. ſi duo. ff. de ſolutio. & not. C. de temp. appel. l. per hanc. lata uero ſententia ſuper vno bene poteſt tranſire ad aliud remediorum, vt ff. de euict. l. minor. §. ſi ſeruus, & no. expreſsè C. de inge. ma. l. pen. ſicut in eodem libello non poteſt di-

ci

ADDITIONES.

a Vinc. God. Abbatem. Adde, quæ ſint communia Epiſcopo & Abbati, Ruin conſi. 138. nu. 14. lib. 5.

b Statutum. Vide no. per eundem Bald. & Doct. moder. ibi, & latè in l. certi condictio. §. quoniam, ff. ſi cer. pet.

c Prælatus. Vide ſcripta per D. Marianum de Senis, in c. j. de lib. obla. fall. 4.

d Vinc. God. Libellus. Adde, ꝙ prælatus æquiparatur tutori & procuratori, Barthol. Soc. in conſ. 213. cum in præſenti, verſ. ſimile uidemus, lib. 2. & Mar. Soc. conſi. 15. viſis, verſ. hæc autem, circa med. & conſi. 32. ex his, verſ. probatur, lib. 1. & Barth. Soc. conſi. 45. circa. in prima parte huius concluſionis, lib. 1.

BIU Cujas

ci quem ſeruum. & ſeruili macula conſperſum, vt C. de lib. cau. l. cum precum. Vlterius quæro, an præſcriptio interrupta in uno capitulo proſit in alio? & videtur ℘ ſic. C. de anna. excep. l. fin. ſed ibi loquitur in interruptione generali, vel principali & acceſſoria, vt not. ff. de iudic. l. ſi quis intentione. ſecus, quando capitula ſunt ſpecificè ſeparata, & non tẽdunt ad eundem finem, vt ff. de ſerui. vrban. præd. l. ſi dominus. Deinde habes hic magnam gloſ.
a quæ tractat, vtrum impedito [a] agere currat præſcriptio, & eſt bo-
14 na gloſ. & no. dic, vt dixi ſ. eo. c. cum non liceat. † Venio ad Innoc. & quæro, an ſententia lata contra capellas noceat Abbati, vel è contra. Et dicit Innoc. quòd non, quia ſicut intereſt dominorum non mutare ſubditos, ita intereſt ſubditorum non mutare dominos. vnde intereſſe cauſæ communiter eſt proſequendũ, ſecundum Inno. facit quod no. ff. de fideicom. lib. l. mutus. ff. ſol. matr. l. 2. §. voluntate. ff. de procur. filius. §. ſed & filia. C. de bon. quæ lib. l. fin. §. neceſſitate. ego puto, ℘ capellæ poſſint aſſiſtere, ſed non vetare., cum Abbas ſit earum legitimus adminiſtrator.
15 † Et per hoc determinatur quæſtio Baronum contendentium de eadem ciuitate, ℘ requiratur ſyndicatus ciuitatis, nec eis irrequiſitis poſſit aliquid iudicari, niſi forte ſcirent, & non contradicerent ſecundum Innoc. facit de act. emp. l. Titius. Inno. dicit, quod aut eſt quæſtio de poſſeſſionibus capellarum, & tunc ipſæ capellæ agunt, & conueniuntur, quia dominium, & poſſeſſio pertinent ad capellas, & non ad Abbatem. Porro proprietas conſtituit aduerſarium agentem. poſſeſſio aduerſarium defendentem. ff. ſi pars hær. pe. l. j. in princ. C. de alien. iud. l. j. ff. de iud. l. non alias. & ſicut pater non eſt dominus aduentitiorum filii, ita nec abbas ſeparati patrimonij capellarum, quia duo non poſſunt eſſe domini, vel poſſeſſores in ſolidum. Et ſi aliquando hoc contingat quando unus eſt ſub alio, dominia & poſſeſſiones non
16 ſunt eiuſdem qualitatis. † Sed an Abbas eſt legitimus adminiſtrator? & videtur quòd non, quia in illis rebus non habet vſumfructum. ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. quamquam. ff. de ſolut. l. filiæ. & idem in abbatiſſa, quæ habet ſub ſe capellas, & multo fortius. In contrarium videtur, quia Abbas æquiparatur patri, vel auo habenti filium, vel nepotem in ſua poteſtate, vt ff. ad Macedon. l. filium habeo. qui habet poteſtatem in perſona & rebus. ff. de furt. l. ſerui & filij, in prin. & filius ſine patre non poteſt alienare, vt C. de bon. quæ lib. l. fin. §. liberis. ergo nec eſſe in iudicio. C. de iure de lib. l. ait prætor, & no. C. de bon. mat. l. j. dic, quod forum metitur ex perſona capellarum, vt in c. j. de reſcrip. in clem. Nam capellæ proprium & per ſe habẽt rectorem immediarum, & cauſa immediata debet inſpici potius q̃ remota, vt ff. rer. amo. l. ſi mulier. Si verò non eſt quæſtio de poſſeſſione, & prediis, ſed de iuriſdictione Abbatis, quia eps dicit iuriſdictionem ſuam eſſe, Abbas è contra, tunc ad fundãdum iudicium ſolus abbas ſufficit, ſed ad extendeñ. iudicii præiudicium, quia intereſt capella-
17 rum, debent capellæ citari, vt ff. de adopt. l. nam ita diuus. † Et no. quod ſolus prælatus poſſidet iuriſdictionem, qui poteſt inſtruere, & deſtruere. Subditi enim ſeipſos non poſſident, quia ſibiipſis non ſeruiunt, & quia ab alio poſſidentur, ſecundum Inno. vnus tamen caſus reperitur, in quo quis eſt ſimul poſſidens
18 & poſſeſſus. ff. ſi cer. pet. l. eius qui le. §. fin. Et ſcias, ℘ omnis habens poteſtatem a lege, vel conſuetudine, eſt adminiſtrator legitimus. ff. de iureiu. l. iuſiurandum, §. defenſor. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. l. nulli. Nota, ℘ eccleſiæ dependentes debent dare procurationes viſitanti, ita dicit Io. And. in c. vnico, de æta. & qua lit. in 6. in nouella. & ſi contrahitur cum presbytero capellę, quis ſit conueniendus, ibi plenè not. in nouella per ipſum.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Impedito. Adde, ℘ impeditus debet probare impedimentum, & ſe perfeciſſe id quod intendebat, niſi fuiſſet impeditus. tex. not. ſecundum Bart. in l. qui comeatus. ff. de re milit. idem Bart. in l. 2. §. quod diximus. & ibi Alex. ff. ſi quis caut. Bart. in l. præſes, C. de appell. & Bald. in l. in pecuniarijs, de fer. Alex. conſi. 48. lib. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratio, quæ debetur ordinario viſitanti, præſcribi non poteſt, ſicut nec viſitatio, quamuis tertius poſſit præſcribere vtrumque.*
Reſeruandum eſt in ſententia, vbi reſtat de aliquibus cognoſcendum.
Impenſis ſuis militare etiam ſpiritualiter nemo cogitur.
Temporalia pro ſpiritualibus exhibenda.
2 *Viſitatio adminiculis indiget.*
Ab inſolitis argumentum non valet, vbi ius contra diſponit.
Inſeparabilia in productione, ſunt & in corruptione.
Procuratio præſcribi quo caſu poſſit. §. in tex. ibi, & alius.
Ius ſibi dicere quis poteſt iudex in non requirentibus ſtrepitum formalem, §. in tex. ibi, ſententia.
3 *Procurationes officio viſitatoris debitæ, an pacto remitti poſsint.*
4 *Archiepiſcopus qua authoritate viſitabit eccleſiam ſuffraganeorum.*
Valere ſi quid non potuit auctoritate, qua fuit vſus, an valeat altera auctoritate, qua præditus erat, & nu. 3.
5 *Error in ſubſtantialibus vitiat.*

Sciri debet quod ex hominis facto procedit, & licet neſciatur acceſſorium, ſufficit ſcientia principalis, verſ. præterea.

C A P. XVI.

1 **Cum ex officij.** Procuratio, † quæ debetur ordinario viſitanti, præſcribi non poteſt, ſicut nec viſitatio, q̃uis tertius poſſit præſcribere utrumque, & vbi reſtat de aliquibus cognoſcendũ, illud eſt in ſententia reſeruandum, vt ff. de pac. dot. l. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab. l. Claudius, hoc dicit. Et prima pars narrat factum, & allegat rationem reorum. ſecunda ibi, nos igitur. allegationes reprobat, & proceſſum contra eos ſeruari præcipit. tertia ibi, ſi quid. vbi reſeruat eis alias allegationes, ſi quas habẽt legitimas. Caſus. Archieps Senonen. dum viſitaret prouinciam ſuam, tranſitum fecit per diœceſim Pariſien. & deſcẽdit ad eccleſias Abbatis Sãcti Maglorii, & Prioris de Caſtris pertinentes ad ſuã viſitationem, a quibus petit procurationem, ſed ipſi eam ſibi denegarunt, eo quod nunquam eam præſtiterunt. Archieps eos excommunicauit, Papa mandat Pariſien. epo, ℘ ſententiam prædictam ſeruari faciat, quia licet poſſit alius viſitationem & procurationem præſcribere, tamen ipſe uiſitãdus non poteſt procurationem præſcribere, reſeruans ipſis eccleſiis, ſi quas alias defenſiones ſe habere probarent. An proteſtatio iudicis aliquid operetur, vide not. per Cyn. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. No. ℘ archieps poteſt uiſitare eccleſias ſuffraganeorum, ℘ intellige de conſuetudine, vel negligen-
a tia. Ber. No. ℘ viſitatio, & correctio, & procuratio, [a] non poſſunt præſcribi acceſſoriè, per quod principale redderetur inutile. No. ℘ nemo cogitur ſuis impenſis militare etiam ſpiritualiter. No. tẽporalia pro ſpiritualibus exhibenda. & eſt arg. ℘ vaſalli debent ire ad exercitum ſumptibus domini. No. ℘ idem iur. eſt in acceſ-
2 ſorio, ℘ in principali. † No. ℘ viſitatio adminiculis indiget. i. victu, & procuratione, vnde uiſitatores dati a Regibus ad aliquam ciuitatem reformandam, debent hoc facere expen. ciuitatis. Idẽ, ſi aliqui mittantur ad capiendũ bannitos alicuius terræ, vt ff. de capt. l. mulier in opus. In tex. ibi, Allegantes, arg. ab inſolitis non valet, vbi ius contra diſponit. vnde non ualet allegatio, nunquam fuit factum, cum faciendum non tollitur curſu temporis. In tex. ibi, Nequiuerit, no. ℘ quæ inſeparabilia ſunt in ꝓductione, ſunt inſeparabilia in corruptione. ff. de ſeruit. ruſti. præd. l. tria prædia. ff. de lib. & poſthu. l. ſi ita. In tex. ibi, & alius, & contra illum alium poſſet præſcribi etiam ſola procuratio, quæ præſcriptio tollit cõtrariam præſcriptionem, vel quia reducit ad naturalem ſtatum. ff. de pact. l. ſi vnus, §. pactus, in fi. In tex. ibi, Sententia, ſcilicet excommunicationis, quam tulerat archiepiſcopus contra eos, & ſic extra ordinem ſibi viſitator ius dicit excommunican. nõ procurantes eum, & talis ſententia debet ſeruari, quod eſt notabile. & ſic in his, quæ non requirunt formalem ſtrepitum, poteſt quis
3 ſibi & ſuis ius dicere. † Quæro, vtrum ex pacto poſſunt remitti iſtæ procurationes? & dic, ℘ non pro tempore futuro, quia ſunt publici iuris & debentur potius officio viſitatoris, quàm perſo-
4 næ ipſius, argum. in l. annua. §. j. ff. de ann. leg. † Quærit hic Inno. qua authoritate archiepiſcopus viſitabit eccleſias ſuffraganeorum? Et quidem triplex poteſt eſſe cauſa, ſcilicet conſuetudo, negligentia, & mãdatum, ſiue delegatio Papæ. vnde quæritur, ſi archiepiſcopus excommunicauit ex capite, ex quo non potuit, puta authoritate iuris communis credens ſuffraganeum fuiſſe in mora, vel auctoritate conſuetudinis, quam putabat vigere, & non uigebat, vel authoritate reſcripti, quod nullum erat ipſo iure, vtrum valeat ex eo capite, ex quo ualeret, ſi illud caput ſcienter eſſet electum? dic ℘ quædam competunt ignorantib. & inuitis, & illa ualent, non obſtante ignorantia, quia plus eſt in veritate, q̃ in opinione, arg ff. de iur. & fac. ignor. l. 2. §. ignorauit. Item intentio iudicis erat procedere, & poterat procedere, licet non
5 ex eo capite, & ſufficit poſſe, ſm Inno. † In contrarium uidetur, quia iſte errat in eo, quod eſt fundamentum iuriſdictionis, & error in ſubſtantialibus vitiat, vt ff. de cond. & demõ. l. multum intereſt, & l. quæro. ff. de eo, qui pro tuto. & ff. iudic. ſol. l. 3. Et hoc eſt, quod dicitur, quædam à ſciente facta ualent, quæ ab ignorante non ualent, vt not. C. de iur. & fac. ignor. cum quis. Sol. ſi habet duas auctoritates ordinarias, & elegerit incompetentem, valent ex competenti, quæ habent iuriſdictionem annexam habitu. Et ſic non errat in eo, quod eſt fundamentum iuriſdictionis, & quod eam defert, quia ille, qui vult ſpeciem, vult etiam genus, quod repræſentat quamlibet eius ſpeciem. Si autem procedit tanquam ex delegato, & non eſt delegatus, proceſſus eſt nullus, nec aliquid patrocinatur iuriſdictio ordinaria, quæ intentata non eſt, delegata autem non eſt in rerum natura, & eſt defectus fundamenti. Præterea delegata iuriſdictio conſiſtit in facto hominis, non in diſpoſitione legis, & id quod procedit ex facto hominis, debet ſciri, ſed legis ſtatutum non debet ſciri,

tex.

A D D I T I O.

b Vinc. God. Procuratio. Adde, ℘ procuratio ratione viſitationis factæ debet plenè ſolui ſecundum ualorem beneficii, Dec. conſi. 146. col. 2. in princ.

BIU Cujas

a tex.eſt valde no.in d.l. multũ intereſt, ubi omnino [a] vide Bart. & facit quod no. Innocen. in eo qui furti.ordi. ſuſceſ.c. innotuit. in iudice enim requiritur actus,& voluntas.ff.de arbit.l.qualem, in princ.Et ſufficit,quod ſciat principale,licet neſciat acceſſoriũ. ff.de iudi.l. 2.§.j.& hoc facit ad multa.

ADDITIO.

a Omnino.Et uide do. Fran.de Aret.conſi.68.Et unum uerbum per Fran. Curt. conſi.32.in fi.& uide Barba.in conſi.64.primo lib.

SVMMARIVM.

Præſcribit nunquam,qui poſſidet alieno nomine,in præſcriptione rerum eccleſiaſticarum requiſita,in princi. & nu. 3.

1 *Sardinia tota eſt de immediata temporali iuriſdictione eccleſiæ Romanæ,& totus ducatus.*
Caput vnius eſt,& membra ſunt eiuſdem.
Immiſcere ſe rei alienæ culpa eſt.
2 *Confeſſio Archiepiſcopi probat contra eccleſiam ſuam.*
Succeſſores non excuſat male factum a prædeceſſoribus.
Iura & honorem eccleſiæ Romanæ qui ſeruare non dicantur.
Poſſidere quis dicatur §.no.quod is.
Claritanus iudex eſt vaſallus ligius eccleſiæ Roma.ibid.
3 *Bona fides,et iuſtus titulus requiritur in præſcriptione rerũ eccleſiaſticarũ.*
Poſſeſſio centum annorum non videtur probari poſſe.
4 *Præſcribere an poſſit ille,qui credit rem ad alium pertinere.*
5 *Bona fides an præſumatur.*
Præſcriptio conſiſtit in lucro captando cum alterius iniuria.
6 *Bona fides an requiratur in tradente.*
Auctoris dolus quando ſucceſſori noceat
7 *Conſcientiam dubiam habens,an dicatur habere malam fidem,vel bonam dubietate pendente.*
8 *Malam fidem quæ ſunt illa, quæ faciunt præſumi.*
9 *Bona fides ſine titulo an ſufficiat in præſcriptione longiſſimi temporis.*
10 *Titulus an requiratur in præſcriptione iurium incorporalium.*
11 *Præſcriptio,& priuilegium,quare dicuntur contraria.*
Præſcribi quæ non poſſunt.
12 *Miſſus ſi fui in poſſeßionem ex primo decreto & ex ſecundo rei alienę,quã tu debitor meus poßidebas, & ego ſcieham,ꝙ res non erat tua ſed illius, an præſcribam longo tempero.*
Dominum rei quem poteſt facere ſtatutum legis,& quomodo,uer.ſolutio.
13 *Permutatio cũ requirat dominiũ ex natura ſui ex proprio ſignificatu verbo rũ,nõ aũt vẽditio,qũo permutatio dicatur iuſtus titulus ad præſcribẽdũ.*
14 *Titulus an conferatur per clauſulam non obſtantium.*
15 *Titulus an detur per verba enunciatiua.*
Enunciatiua verba quando diſponunt.
16 *Poſſeſsio an præſumatur,ſi de principio conſtat.*
17 *Præſcribi an quis poſsit in monachum, vel conuerſum.*
18 *Poſſeſsio an ꝓbata ſit,ſi dicit,ꝙ vidit,poſsideri in capite agri,alius in pede.*
Totum poſsidere videtur,qui partem poſsidet ratione incertitudinis.
19 *Preſcribi an poſsit ius aliquod ex violenta poſſeſsione.*
Poſſeſſionem probet ne quis per receptionem canonis.
20 *Titulus vel præſcribendi conditio an ita acquiratur,ſicut acquirit poſſeßio.*
21 *Potior vter erit ſi bona fide & in ſolidum duo probant de poſſeſsione.*
22 *Permuto nudam poſſeſsionem meam cum nuda poſſeſsioue tua,quis contractus ſit iſte.*
23 *Iuſtus titulus quod ad preſcribendum præſtatur etiam ab eo poſſeſſore, qui non habet dominium.*
Titulum allegari in quibus non ſit neceſſarium.
Seruitutem poſsidere in alieno fundo, non eſt contra ius.

CAP. XVII.

Si diligenti. Qui alieno nomine poſſidet, nunquam ꝓſcribit. Itẽ in præſcriptione rerum eccleſiaſticarũ bona fides,& iuſtus titulus requiritꝫ, & primo inducit rationem unam contra Archi.ſecundo reprobationem excuſationis ipſius per locum a diuiſione. Caſus. Archieps Piſanus fecit ſibi nomine eccleſiæ Romanæ, necnon Piſanæ, ſeu ſuæ præſtari iuramentum fidelitatis a iudice Calaritano Marchione Maſſæ pro illo ducatu,cum tamen tota Sardinia,& ille ducatus pertineat ad Romanam eccleſiam nullo mediante, hoc peruenit ad notitiam Papæ. Papa redarguit ipſum,quia dictum iuramentum exigere non potuit. ipſe excuſabat ſe dicens,quod ita fecerant anteceſſores ſui per longiſſima tempora, ita quod eccleſia Piſana erat in quaſi poſſeſſione huius fidelitatis. Papa primo deſtruit poſſeſſionem,quia eccleſia Piſana non nomine ſuo ſed nomine Papę.uſa eſt hac quaſi poſſeſſione,& is poſſidet,cuius nomine poſſidetur.ſecundo deſtruit præſcriptionem ex alio capite,quia cum quilibet Archieps iuret de conſeruan. iure, & honore ſedis Apoſtolicæ, apparet per hoc,quod fuit in mala fide. cum autem in præſcriptioibus rerum eccleſiaſticarum requiratur bona fides,& iuſtus titulus, igitur præſcriptio non proceſſit. Præterea etſi iſtæ rationes ceſſarent,eſt tertia ratio, quia contra eccleſiam Romanam non currit præſcriptio niſi centum annorum, quam præſcriptionem Papa credit non poſſe probari per Piſanam eccleſ.ſeu per Archiepiſcopum memora-
1 tum. h.d.† No.quod tota Sardinia eſt de immediata temporali iuriſdictione eccleſiæ Romanæ & totius ducatus.ita etiã quęlibet eius caſtra,& uillæ,quia cuius eſt caput, ſunt & membra,ut no.in Auth.qui.mo.na.ef.ſui.§.ſi quis igitur ex qualibet, & ff.ad muni.l.ſi alij,& ſ̃.eodem.c.cum non liceat.No.ſecundo, quod culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti, & ideo iſte Ar-
2 chiepiſcopus redarguitur.† No. quod confeſſio Archiepiſcopi probat ꝑ eccleſiã ſuã.facit quod no.ĵ.de capellis mon. c.diligẽs, ver.pterea.No.quod malefactũ a pdeceſſoribus non excuſat ſucceſſores.No.quod omnes Archiepi ſemper iurant in ſua conſecratione conſeruare iura,& honorem Romanæ eccleſiæ. Item no. ꝙ male ſeruat iura & honorem Romanæ eccleſiæ ille, qui ea nititur vſurpare,& ſibi appropriare,uel applicare No. quod is poſſidet,& quaſi poſſidet, cuius nomine poſſideꝫ. l. quod meo. ff.de acqu. poſ.No. ꝙ iudex Claritanꝰ eſt uaſallus ligius eccleſiæ Romanæ & non poteſt inferiori iurare fidelitatem,nec Papa ha-
3 bet ratũ quod illegitime factum eſt.† No.quod in pręſcriptione rerũ eccleſiarum requiritur bona fides, & iuſtus titulus, adde & tertiũ.ſ.ꝙ poſſederit ſuo nomine,non alieno,ut ſuperius dixi. No.quod Papa non credit poſſeſſionẽ centum annorum poſſe probari.concor.auth.hęc ꝙſtitutio inno. conſti. poſt principiũ, ꝙa nec documẽti integritas, nec actus fides,nec ętas, valet teſti-
4 bus ſuffragari, de hoc no. ſ̃.c.cum a nobis.† Quęro, an ille, qui credit rẽ ad aliũ ptinere, poſit pſcribere? reſp.nõ,niſi ab eo ha-
5 beat titulũ,vel ꝙſenſum.ff.de euic.l.quidã.† Quęro, nũquid bona fides pſumaẽ?reſp. aut bona fides cauſaẽ ꝑ facti errorẽ,& preſumiẽ,ut l.fin.ff.ꝑ ſuo.& ff.de vſu.l.Celſus.aut ꝑ iuris errorem,& non pſumiẽ,nã licet aliqñ iuris error excuſet, ut ff. de pet. hær. l.ſed ſi lege.§.ſcire,tñ nunq̃ inducit pſcriptionẽ, q̃ conſiſtit in lucro captando, cum alterius iniuria. facit quod no. ff. de uſu.l.ſi
6 fur. §. j. adde quod dixi. ſ̃. eo. vigilanti,& in ru. †Quęro,bona fides requiriẽ in pſcriben.ſed nũquid requiriẽ in tradẽte?Reſp.dolus auctoris non nocet ſucceſſori ſingulari inchoanti pręſcriptionem: ſecus,ſi vtatur adminiculo auctoris ſui, ut ff. de acq. poſ.l. Pomponius.§.cũ quis.quod hodie dic in pſcriptione lõgi tpis,ut
a in auth.malę fidei,ſed in pſcriptione [a] longiſſimi temporis hodie dic idem,qd̃ olim.ſed in vſucapione triẽnij dic,ut no.in l.item.ff.
7 de vſu.† Quęro,nunquid ille,qui hẽt ꝙſciẽtiam dubiã, dicaẽ hre malam fidẽ,uel bonã dubie tate pendente?reſp.dr̃ hẽre bonam, ſi hẽt titulum,uel captauit titulum a poſſidente,ut C.de fur.l.cũ quęrebatur.ff.de pet.hę.l.illud. ff.de reg.iu.l.nemo prędo, C. de fur.l.fi,§.quod aũt neſcius, & quod ibi ꝑ Cy. in ꝯrium facit eo. tit.l.apud antiquos,ubi dr̃,ꝙ ille eſt bonę fidei poſſeſſor, qui cogitat ſe dñm:Sed dubitans non cogitat ſe dñm,ergo non eſt bonę fidei poſſeſſor.Et hoc tenet Hoſt.Sed ego dico,quod ſi iuſte dubitet,ſaltem cenſetur bonę fidei rõne iuſti erroris,ut d. l.Celſus,ego ſecus,ſi dubitat ſupine,& ſic intelligitur d.Hoſti. & hoc verum, qñ dubitat a principio præſcriptionis.ſed ſi a principio fuit bonę fidei, ſequens dubitatio pręſcriptioni nõ officit,vt no. Bar.ff.de vſu. l. naturaliter, & econtra, ſi a principio fuit malę fidei, ſequens dubitatio ei non patrocinatur, ut ff. de acqu. poſ.l.
8 clam poſſidere,in prin.† Quęro,[b] quę ſunt illa, quæ faciunt prę-
b ſumi malam fidẽ?reſp.legis prohibitio,qñ lex diſponit ſuper certo,ut l.quẽadmodũ.C.de agri.& cẽſ.lib.xj.Itẽ interdictum teſtatoris,ut ff.de vſu.ꝑ emp.l.2.puta teſtator vetuit alienare pdium, ut in familia remaneret:ſecus,ſi ita dixit, ſi hęres alienauerit,lego,quia primo pficitur alienatio,quã legatũ. Item iſtud legatũ eſt confectũ ſuper re aliena, ſed qñ legatũ prędecedit alienationẽ eſt confectũ ſuper re ꝓpria,ut ſubtiliter no. Ia.de Are. in l.ſi ita,
9 ff.de ma.te. † Quęro, an in præſcriptione longiſſimi tpis ſufficiat bona fides ſine titulo? reſp.ſic,de iure ciuili.Et hęc qõ prę-ſupponit, ꝙ bona fides eſſe poſſit,& ẽt pręſumatur ſine titulo, quod uerum eſt in longiſſimo tpe, ut C. de pręſcrip. 30. an.l.ſi
10 quis emptionis. † Quęro, an in pręſcriptione iurium incorporalium requiratur titulus?reſp.probata fide,quę probatur ex patientia domini non errantis,præſumitur titulus.i.conceſſio, ſi allegeẽ,& ſufficit,ſi non allegetur, ut ff.ſi ſer.ven.l.ſi qs diuturno. Et hoc verum in ſeruitutibus fauore pdiorum,quibus ſeruiunt, nã proinde vberior fructus ꝓcipitur,quod eſt publicę utilitatis. vñ ſeruitus pdiorũ ſunt fauorabiles, & ẽt qa tractaẽ de modico ꝑiudicio.Sed in iur.incorporalibus iuriſdictionũ, quæ ſunt magni pręiudicij,pſcribenti requiritur titulus, excepta pręſcriptione centũ annorũ,ut hic innuit, vel tps, cuius memoria in ꝯriũ
11 non exiſtit.† Quęro,quare pręſcriptio,[c] & priuilegium dicunẽ
c contraria? rñ. quia abnegatiue ſe habent,ſm Ber. dixi. ſ̃. eo. auditis.Itẽ no.ꝙ q̃dã ſunt quę. de iure cõi nõ pñt poſſideri, & illa non poſſuut pręſcribi:Fallit ſi talis eſt titulus ex quo ſurgat habilitas

ADDITIONES.

a Vin.God. Præſcriptione.Adde ꝙ præſcriptio cõtra ius cõmune nõ perficitur, niſi tempore immemorabili.Rui.conſi.155.nu.9.lib.4.

b Quæro.Vide Barb.conſi.40.& conſi.50.vol.j.& vide Abba.conſi.22.colu.18. uol.2.& conſ.54.ad fi.eodem uol.Bar.conſi.16.uol.2.

c Vin.Go. Præſcriptio. Adde ꝙ pſcriptio hẽt uim priuilegij. Rui.cõſ.10.n.2.li.1.

BIU Cujas

bilitas poſſidendi, & bona fides, vt in c.j.de præſcri.lib.6. Et omne, quod non poteſt poſſideri niſi a certa qualitate perſonarum, puta decimæ in parochia aliena, non cadit ſub iſta regula. Item ea, quæ non ſunt in commercio noſtro, p̃ſcribi non p̃nt, ut res ſacra, & liber homo. ff. de ver. ſig. l. alienationis verbo. Ea uero, quæ poſſunt a quolibet poſſideri cum ſuis modis & tempo-
12 ribus, & de his non loquitur dictum c. primũ, j̃. eo. lib. 6. † Quæro, miſſus ſui in poſſeſſionem ex primo decreto & ex ſecundo rei alienæ, quam tu debitor meus poſſidebas, & ego ſciebam ꝙ res non erat tua, ſed illius, nunquid p̃ſcribo longo tempore? vr̃ quod non, quia ſum in mala fide. In contrarium uidetur, quia poſſideo publica authoritate, & cum decreto, ut ff. de noxal. l. & generaliter. nam iudex eſt miniſter legis, ſed lex poteſt trãsferre dominium, & quaſi dominium cum conditione vſucapien. Sol. bene concedo, ꝙ ſtatutum legis poteſt facere quẽ dominum, puta ſi ſtatutũ diceret, cuilibet, qui poſſederit ſpatio x. annorũ, damus, adiudicamus, & concedimus rem poſſeſſam pleno iure. non. n. hæc eſt præſcriptio, quia in ultimo momento lex ſtatuit. & ſuper directo dominio diſponit, nec requiritur bona fides. Itẽ ſtatutum eſt pactum ciuium, & quaſi ex pacto tranſit dominiũ, & tempus non eſt cã immediata, ſed legis poteſtas, & uoluntas quæ poteſt eradicare dominium vni, & ponere alteri etiã in momento temporis. Item poteſt ſtatui, ꝙ oĩa ſtatura habeant vim contractus contradictorij. l. ſi ſine. §. Lucius. ff. de admi. tu. & tũc non nocet ſcientia rei alienæ, quia præſcriptio eſt cum cõſenſu domini, ſed in decreto iudicis idem eſt dicendum de iure ciuili, quãdo cã, ex qua interponitur ſm decretum, afficiebat rem ipſam, ut ex cã noxali, & damni infecti, quo caſu etiam, idẽ puto de iure canonico, ar. ff. pro ſoc. l. cumduobus. §. idem reſpõdit, ſed ſi non afficiebant ipſam rem. aut verus dominus geſta ta
citurnitate firmauit, & idem ut l. fi. C. de his, qui a non domino. aut ignorauit. & tunc de iure canonico puto non eſſe præſcri-
13 ptum, vt j̃. eo. c. fi. † Quæro permutatio requirit dominium ex natura ſui, & ex proprio ſignificatu verborum, quia eſt ꝓtractus, do, vt des, ut l. fin. ff. de cond. ob cãm, ſed venditio non requirit dominium, quia poteſt vendi nuda poſſeſſio, ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. quomodo igitur dr̃ permutatio iuſtus titulus ad præſcriben. reſpon. conſiderato genere tituli. Item dr̃ iuſtus. i. idoneus. Item bona fides iuſtificat. ff. de Publi. l. quæcunque. Quæ
14 ro, † an per clauſulam non obſtantium, conferatur titulus? reſp. hæc clauſula non diſponit diſpoſitionem. ſed diſpoſitum cuſto
15 dit, & confirmat, vt §. j. de præbend. in Clementi. † Quæro, an per verba enunciatiua detur titulus? reſp. ſic, ſi ſunt prolata principaliter per ſe, quod eſt, quando non terminatur, nec ordinatur ad aliud. ultra, uel extra ſe, ut ff. de dona. l. ex hac ſcriptura, & ſic eſt in poteſtate proferentis dare titulum, alias ſecus. Quæro
16 † an poſſeſſio præſumatur, ſi de principio conſtat? reſpon. ſic, ut
17 no. Archid. 6. q. j. pontifices. † Quæro an aliquis poſſit præſcribi in monachum, vel conuerſum? reſp. non, quia nec poſſideri, in c. ſeruorum, de ſer. non or. per Inno. de acqui. poſſ. l. cum hæres
18 des, per Accu. † Quæro unus teſtis dicit, quod vidit poſſideri in capite agri. alius in pede, utrũ ſit probata poſſeſſio? & vr̃ quod ſic. l. 3. §. j. de acqui. poſ. Item ratione incertitudinis qui poſſidet partem, videtur poſſidere totũ. ff. de leg. 3. l. uxori ſuæ. ubi gloſ.
19 ſing. † Quero, an ex uiolenta poſſeſſione poſſit aliquod ius præſcribi? dicit Inno. ꝙ nõ, de off. Archi. dilecto. Sed videt, quod poſſit præſcribi ius libertatis prædiorum, vt ff. de vſu. l. ſequitur. §. ſi viam, ſed illud, quod ibi dicitur, non tenet de iure can. Quæro, eccleſia recipit canonem ſingulis annis, vtrum per hoc probet poſſeſſionem? Dicit Innoc. ꝙ ſpeciale eſt in eccleſia, quod ſi recipit aliquid nomine penſionis, ſtatim acquitit poſſeſſionẽ, vt ipſe no. de reſt. ſpo. c. cum ueniſſent. Ego dico idem in alijs perſonis, quando poſſeſſor ſoluit alteri, quem recognoſcit in dominum, ſecus, ſi non poſſidet, vnde oportet eius poſſeſſio-
20 nem probari, vt ff. qui. mo. vſusfr. amit. l. Pomponius. † Sed nun quid, ſicut acquiritur poſſeſſio, ita acquiritur titulus, uel præſcribendi condictio ſaltem ex titulo pro ſuo? Et certe nõ acquiritur vſu condictio, quia eſt fictus titulus, & ficta traditio, ut ſub
21 tiliter no. Bar. ff. de acqui. poſ. l. ſi rem aliquam † Quæro, duo probant de poſſeſſione bona fide, & inſolidum, quis erit potior? reſpondeo ille, cui ius commune fauet, quia cum eo eſt iur. ad mimiculum, ut no. Inno. s̃. eo. c. auditis. Sed ſi ambo ſunt pares, qui prior eſt in poſſeſſione, reportat palmã victoriæ, quia ſua poſſeſſio impedit, ne ſeqnẽs poſſideat, ut no. 3. q. j. in ſumma,
22 & patet s̃. de proba. c. licet cauſam. † Quæro, quis contractus ſit iſte, permuto nudã poſſeſſionem meam cũ nuda poſſeſſione tua? reſpondeo contractus innominatas, ſ. facio ut facias, ex quo non acquiritur vſucapiendi condictio, quia non ordinatur ad ius, ſed ad merum factum. ff. quod met. cau. l. ſi mulier, in
23 prin. ff. vti poſ. l. ſi duò, in fi. † Concluſiones Innoc. ꝙ iuſtus titulus quo ad præſcriben. præſtatur etiam ab eo. ſ. poſſeſſore, qui non hẽt dominium, quod circa incorporalia quæ habent naturalem cauſam, i. continuam, uel quaſi, non eſt neceſſe ad fundam. ptę ſcriptionem allegare titulum, Inno. Quod poſſidere ſeruitutem in fundo alieno non eſt contra ius ꝓſtitutionis, ſed ꝯ ius eius, ꝯ quem p̃ſcribit. Quod ubi eſt prę ſcriptio ꝯ poſſeſſorem. debet allegare titulum, Quod ſi vſus habet intermiſſionẽ, requirit allegatio tituli, qui ptobabitur ex longa patientia. Quod ſi eſt p̃ſumptio contra exigentem, ꝙ exegerit per metum, ſicut faciunt prę lati aliqn̄, vel quod ſit prę ſtitum ex cauſa curialitatis, uel hoſpitalitatis, ceſſat prę ſumptio legis, cuum de in rem verſo, de vſuris, Innoc. aliqui dicunt, ꝙ agẽs ex prę ſcriptione debet roborare titulum: ſecus in excipiente, quia poſſeſſor non tenetur dicere titulum, vt l. cogi. Alij dicunt, ꝙ ibi loquitur in negante, non in excipiente, Innoc. Quod in præſcriptione reum corporalium dẽt
a titul' ª allegari, & a quo ſit habitus, puta a Titio, & de qua re, nec ſufficit dicere, habeo titulum, niſi probet, a quo habeat. Quod in præſcriptione temporis, cuius cõtraria memoria non exiſtit, ſem per præſumitur titulus, & bona fides: idem, ſi non allegetur, quia tanto tempore poſſeſſum præſumitur ab autoribus ſuis iuſte poſſeſſum, Inno.

ADDITIO.

a Vinc. God. Titulus. Adde, ꝙ titulus nullus ex diuturna præſtatione non confirmatur, ita ꝙ ex illo poſſit agi in futurum. Rui. conſi. 156. nu. 15. lib. 1. nam titulus allegatus, tũc præſumitur ex diuturna præſtatione quando alius eſt inuadidus. ibi. nu. 6.

SVMMARIVM.

Epiſcopalia iura põt Abbas in cappellis præſcribere, & præſcriptio obtinet in quibus tantum probatur, in princ. & nu. 4.

1 *Adiacentia loco præſumuntur eſſe de iuriſdictione illius ciuitatis, cuius territorio magis adiacent.*

Priuilegia poſteriora non eneruant arbitrium præcedens, de quo mentio non fuit facta.

Ratio in ſententia debet inſeri, quando pro parte eſt condemnatoria.

2 *Arbitrium præſcribitur.*

Iuriſdictio baſſa facilius præſcribitur, quam imperium merum.

Plebs ſi præſcribitur, non amplectitur capellas.

Præſcriptio eſt facti, & ſtricti iuris.

3 *Arbitrium quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*

Compromitti poteſt de iure communi, priuilegio, & conſuetudine ac præſcriptione, & qualiter hoc intelligatur.

Præſcriptio oritur ab arbitrorum ſententia.

4 *Priuilegium non ſufficit pro titulo, quando ei derogatum eſt.*

Eccleſiam liberam ſi quis contendit eſſe, quæ forma ſententię.

5 *Inſtrumentorum de nouo repertorum prætextu, non retractatur ſententia arbitrorum electorum ſine pœna, ſicut nec ſententia iudicis,*

Obedire ne teneatur, dum eſt ſubditus, præſcribere nequit.

CAP. XVIII.

Cum olim. Abbas in capellis poteſt præſcribere iura epiſcopalia, & obtinebit tãtum in his in q̃bus probabitur præſcriptio. In prima ponitur facti & proceſſus narratio. In ſecunda ibi, quia Papæ Caſus. Epiſcopus Lucanus litigabat cum Abbate, & monachis Sancti Saluatoris ſuper plebe & adiacentibus cappellis, dicens ad ſe iure ordinario ſpectare, & etiam ex quodam arbitrio ſuper hoc lato. Abbas autẽ dicebat, ꝙ plebs & capellę quę erãt ſubiectę ſuo monaſterio, erant exẽptę ab epiſcopo, & ad hoc proban. inducit priuilegiũ Gregorij quod prædictum arbitrium præceſſit, & quædam alia priuilegia poſt ſecuta, ac etiam legitimam prę ſcriptionem, Papa virtute præſcriptionis pronunciauit pro Abbate in capellis, in quibus præſcriptio erat probata, quę ſpecificat, ſed in alijs non probatis
1 tulit ſententiam pro dicœceſano, vigore iuris communis. † In tex. ibi, Adiacentibus, arg. quòd loca adiacentia prę ſumantur eſſe de iuriſdictione illius ciuitatis, cuius territorio magis adiacent, arg. Inſti. de re. diui. §. inſulæ. In tex. ibi, Ad fundandam intentionem, no. quod ius commune inducebatur ad eam coadiuuandam, nec ſunt iſta contraria, cum ſe inuicem foueant. In tex. ibi, Arbitrium, no. quod per iſtud arbitrium receſſum erat a priori ſecundum Ber. in ſuffragio, poſteriora autem priuilegia, non eneruarunt arbitrium, quia nõ faciebant de eo mentionem, ſed dederunt cauſam præſcribendi libertatem. Et ideo Papa non fundat ſe in priuilegijs, ſed in præſcriptione. In tex. ibi, Quia prædictis, no. quod quando ſententia eſt pro parte condemnatoria, debet in ea inſeri ratio, quare aliud pronuncietur in vno capitulo, aliud in alio. In tex. ibi, Legitima prę ſcriptione,
2 no. quòd † contra arbitrium prę ſcribitur. Ibi, Super alijs, no. quòd iura epiſcopalia multa ſunt. Item no. quod per partem retinetur totum. In tex. ibi, In leuioribus culpis, no. quod baſſa iuriſdictio facilius prę ſcribitur, quam merum imperium. de hoc. ff. de iu. om iu. l. more maiorum, & C. de diuer. of. l. viros, lib. 12. In tex. ibi, tam in plebe, quam in capellis. no. arg. ꝙ præſcribens in plebe nõ prę ſcribit in capellis, quia prę ſcriptio eſt
3 facti, & ſtricti iuris. ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. Iulianus. † In tex. ibi, Iuxta tenorem arbitrij, no. ꝙ arbitriũ, qđ non mutatur, ſtare non prohibetur. Itẽ no. ꝙ de iure cõi, & de priui. põt compromitti,

quoties

quoties unus allegat ius commune, alius allegat priuilegia, conſuetudinem, vel præſcriptionem. Non enim aliàs fit ſic compromiſſum, quid dictet ius commune, nec an Papa poſſit, ſed an patrocinetur. ſ. de inſtit. cap. cum ueniſſent. Vltimo no. ꝙ eſt recurrendum ad probationem. dicit Innoc. cum ago cum eo, qui contendit ſibi plebem eſſe ſubiectam. ſ. cap. auditis. Idem ait,
4 quòd a ſententia arbitrorum oritur præſcriptio. Idem ait, † quod priuilegium non ſufficit pro titulo, quando ei derogatum eſt. Idem ait, quod quando in compromiſſo eſt appoſita pœna per arbitrum, non fit nouatio priuilegij. Idem ait no. Abbatem præſcribere iura epiſcopalia. Idem ait, no. formam ſententiæ, quæ fertur, quando agitur contra eum, qui poſſidet eccleſiam, quam
5 contendit eſſe liberam. † Idem ait, ꝙ prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum non retractatur ſententia arbitrorum electorum ſine pœna, ſicut nec ſententia iudicis. Idem ait, ꝙ quis non poteſt præſcribere in ſe, quod non obediat, dum eſt ſubditus, ſed bene poteſt præſcribere, quod non ſit ſubditus eius, ſed Papæ præſcriben. libertatem, Innoc.

SVMMARIVM.

Præſcriptioni renunciare quis dicitur, ſi ea completa priuilegiũ contrarium impetret, & quid ea non completa, in princ. & nu. 12. 13.

Impediatur ne quis ab his, quos quis poteſt prohibere, quando teneatur, in princ. poſt caſum.

Priuilegium in ſpiritualibus Reges poſſunt concedere, ſi temporalia creauerunt, ibidem.

Reconuentio procedit in ſpiritualibus, ibid.

1 *Epus, ſi eſt carceratus per Papam, interim non poteſt exercere pontificalia.*

Epiſcopo ſuo relicto poteſt adire ſuperiorem in ſuſpiciendis ordinibus, ſi ſuus epiſcopus nolit niſi per ſimoniam ordinare.

Succeſſor obſeruare priuilegia prædeceſſorum tenetur.

Priuilegium ſecundum quando non ualeat, & nu. 2. 3. & 9. 10. 12. 13.

2 *Priuilegia impetrans duo, quorũ primum continet minus, et ſecundum plus, ſi tamen ſe habeant contraria, tunc valet primum, & non ſecundum, vel ſaltem primum interpretatur ſecundum, & nu. 3.*

3 *Forma certa ſi impetratur, quæ tangat ius alterius, non poteſt ab ea recedere per nouum priuilegium à ſeipſo impetratum, niſi in ſecundo priuilegio faciat de hoc mentionem, & nu. 9. 10.*

Secunda ſcriptura valet, quæ plenior eſt, quàm prima, verſ. aliàs ergo.

Contraria non poſſunt allegari ſub conditione. § in textu. & nu. 16.

4 *Præſcriptioni conſummatæ poteſt quis renunciare.*

Præſcriptionis beneficium quando quis amittat, ad priuilegium confugiẽdo.

Prælati factum nocet eccleſiæ.

5 *Libellus Abbatis, qui ſe referebat ad priuilegium Regis, an debeat recipi.*

Libellum cauſam vnam ſufficit concludere.

Poſſeſſor violentus an poſſit interdictum, vti poſſidetis, intentare contra ſpoliatum, verſ. & nota. & nu. 6. & 7.

6 *Prætoris tuitio non debet eſſe cauſa continuationis delicti.*

Contra conſcientiam agens repelli debet.

7 *Spoliatus ſi conueniatur interdicto, vti poſſidetis, & excipit de ſpoliatione, & probat, per hoc non fit ſibi reſtitutio poſſeſs.*

8 *Silẽtium ſi ſit impoſitum turbatori, an poſſet ille, cui impoſitum eſt, ſi fuiſſet expulſus, agere interdicto recuperandæ.*

9 *Abbas ſine mandato, an poſſit agere de iure clericorum.*

10 *Vbicunque iuriſdictio vel quid aliud ex priuilegio alicui conceditur in vno caſu, & in alio ſeruatur ius commune, niſi fiat mentio de primo priuilegio, & num. 11.*

Priuilegium moderatum eſt potentius, quàm immoderatum, & quid ſi ſint ſub eadem data.

11 *Papa ſi conceſſerit alicui partem decimarum ex priuilegio, & partem reliquit iuri communi, tandem iſte impetrauit alteram partem, quia dixit ſe habere vnam partem, ſed nõ dixit ex priuilegio, vel qualiter, & reſiduum impetrauit, an impetratio ſit valida.*

12 *Priuilegium contrarium impetrando, an renunciem iuri mihi quæſito per primum priuilegium.*

Iuriſdictio eſt dominium.

Priuilegium facilius tollitur, quàm ius commune, & habet vim ſententiæ.

13 *Priuilegiũ ſecundum ſi eſſet ad corroborationẽ primi, an tolleretur primum.*

14 *Præſcriptione pendente ſi dubitans de ſua iuſtitia impetrauit ad cautelam, non eſt interrupta præſcriptio.*

Dubitans de iure ſuo cum quid impetrat ad corroborationem, non amittit ius priſtinum, & nu. 13.

15 *Impetratio Abbatis, an dicatur nocere libertati eccleſiæ.*

Capitulum non preſumitur Abbati conſentire tacitè, ſi iuſtam habet cauſam contradicendi. §. ego hanc.

Eccleſia præiudicare poteſt in iuriſdictione prælatus cum capitulo, licet reſtitutionem petere poſſit, ibid.

16 *Allegare contrarium an quis poſſit.*

Præſcribitur in feudis cum mala fide ſpatio 30. ann. & ratio.

CAP. IX.

Veniens. Qui præſcriptione completa priuilegium contrariũ impetrat, & vtitur illo, præſcriptioni renunciat, & ſi præſcriptio non erat completa, nullã fidem habet, & ideo non præſcribit. h. d. Et primo ponitur Abbatis cõuentio. In ſecunda epiſcopi reconuentio. In tertia Papæ diffinitio. ſecunda ibi, præfatus. tertia ibi, Chriſma vero. Caſus. Abbas Sancti Martini petebat, ne diœceſanus impediret eum ſuper quibuſdam decimis, nec faceret impediri. Petebat ſi quidem decimas iuxta priuilegiũ Paſchalis & beati Stephani Regis. Item dicebat Abbas ſe habere quædam priuilegia dictantia, ꝙ chriſma, oleum, &c. clerici eccleſiarum, vel capellarum ipſius monaſterij, quod in diœceſi illius Veſprimen. epiſcopi eſt, poſtularẽt ab ipſo, ſi eſſet catholicus, & in gratia Papæ, & ſine prauitate aliqua eſſet paratus exhibere. Alioquin haberent facultatem ſuſcipiẽdi ea a quolibet epiſcopo catholico. Sed idem inducebat alia priuilegia po-
a ſteriora dictantia, ꝙ a quocunque epiſcopo [a] eis placeret non faciendo mentionem aliter, ꝙ deberet poſtulare primo a proprio epiſcopo. Epiſcopus ex aduerſo reconueniebat dictum Abbatem, dicens decimas, & iura prædicta ad ſe ſpectare, niſi aliquo iure ſpeciali dictus Abbas probaret contrarium. Ecce ꝙ de prædictis priuilegiis conſtabat, & de continuata poſſ. 40. annorum. quærebatur quid iuris? Papa conſiderans, ꝙ priuilegium poſterius non tollit primum, de quo non faciat mentionem, & maximè cum clauſula reſeruatoria. Item conſiderans, quòd præſcriptio non patrocinatur Abbati, qui priuilegium incompaſſibile impetratum allegat. Nam aut fuit impetratum poſt præſcriptionem, & eſt præſcriptioni renunciatum. aut dum præſcriptio erat in fieri, & eſt inducta mala fides, & ſic præſcriptio non procedit, fert ſententiam pro epiſcopo contra Abbatem tanquam fundatum in iure communi. Nec obſtat priuilegium poſterius, quia de priori non faciebat mentionem, quod quidem priuilegium dabat certam formam, & in ſecundo priuilegio non reperitur illa forma. Item non obſtat præſcriptio, quia aut tacita renunciatione eſt abſorpta, aut mala fide eſt impedita, ne producatur in eſſe. h. d. In tex. ibi, Vel faciet impediri, non petit hic factum alienum tertiæ perſonæ. Item ſub his verbis continetur, vt curaret ne impediatur ab his quos poteſt prohibere. ff. qui ſine ma. ad lib. perue. l. Impera. ff. de pac. l. non impoſſibile. ff. de verb. obl. l. ſi ita quis. §. ea lege, in gloſ. ſingulari ibi poſita. Ibi, Regis, no. ꝙ Reges poſſunt concedere priuilegium in ſpiritualibus, quando ipſi creauerunt temporalia. Ibi, Poſtulauit, no. reconuentionem procedere in ſpiritualibus. Ibi, Niſi aliquo, no. libellum cum exce-
1 ptione. Ibi, Epiſcopo poſtulabunt, no. ordinem & formam. † In tex. ibi, & gratia, no. argum. ꝙ ſi epiſcopus eſt carceratus per Papam, interim non poteſt exercere pontificalia, arg. ff. de manu. teſta. l. teſtamento Centurio. In tex. ibi, prauitate. ergo ſi proprius epiſcopus non vult ordinare niſi per ſimoniam, poteſt ordinandus adire alium præſulem, quem vult. dicas, ꝙ debet recurri ad ſuperiorem, vt in Authen. de quęſto. §. ſuper hoc. Non obſtat iſta litera, quia hic erat propter formam priuilegij. Ibi, Sicut in priuilegijs, no. quòd ſucceſſor debet obſeruare priuilegium prædeceſſorum ſuorum. In tex. ibi, Non obſtante priuilegio, ſcilicet in quo non repetebatur illa forma ſolennis, ideo ſecundum priuilegium non valebat, vel erat moderãdum ſecundum formam primi, quod a tacito ſenſu erat contrarium ſecundo, argumen.
2 ff. de manum. teſtam. l. ſi quis locuples. † In tex. ibi, Derogatum, ergo contrarium nota, ſi quis impetrat duo priuilegia, quorum primum continet minus, & ſecundum plus. ſi tamen habent ſe contraria, tunc valet primum, & non ſecundum, vel ſaltem primum interpretatur ſecundum. ff. de legib. l. non eſt nouum. Sed ſi non eſt contrarietas, ſed unum eſt generale, alterum ſpeciale, ſi quidem eſt conceſſum perſonæ eidem, vtrumque ualet. Si autem eſt conceſſum vnum vni parti, alterum alteri, priori priuilegio eſt ſtandum, vt C. de ſilen. l. 3. lib. 12. & quod not. in l. ſi
3 qua loca. C. de fund. & ſalti. rei do. lib. 11. † Et ſi impetratur certa forma, quæ tangit ius alterius, non poteſt ab ea recedere per nouum priuilegium & a ſeipſo impetratum, niſi in ſecundo priuilegio faciat de hoc mentionem, quod eſt notatu digniſſimum, quia ſe aſtringit, vel priuilegium moderatum non tollitur per immoderatum ſecundum Innocen. Item conceſſum in caſibus, videtur in alijs denegatum. C. de procurat. l. maritus. vel Papa non conceſſiſſet, cum primum priuilegium ſit rationale, ſecundum ſit abuſiuum, vel quia ſecundum eſt ſubreptitium, non autem ex natura priuilegij priuilegiatus repellitur, quia priuilegium nemini debet nocere, vt not. Barto. ff. de contratab. l. non tantum, §. ſi emancipatus. aliàs ergo valet ſecunda ſcriptura, quæ plenior eſt, quàm prima. ff. de hær. inſt. l. ſi quis ita, & ibi no. In tex. ibi, ſaluis. ff. fam. erciſc. item Labeo. §. j. in glo. ſub-
b ſidium, no. quòd contraria [b] non poſſunt allegari ſub conditio-
4 ne, ideſt vnũ in ſubſidium alterius. † Ibi, Renunciaſſe, no. ꝙ quis

poteſt

ADDITIONES.

a Vinc. God. Epiſcopo. Adde, ꝙ epiſcopus, qui intra tempus non petiit confirmationem, vtrum adeo factus ſit inhabilis, vt de epiſcopatu ſuo in alia facta tranſlatio ualeat. Ruin. conſi. 153. nu. 19. & 20. lib. 4.

b Contraria. Adde eundem Bald. conſi. 293. 3. lib.

BIU Cujas

poteſt renunciare præſcriptioni conſummatæ. ff. de fideiuſſor. l.ſi quis poſtquam non conſummandæ. ff. de ædil. edicto, l. quòd ſi noſit. §. ſi quis ita. Item qui confugit ad priuilegium, perdit prę ſcriptionis beneficium, quia obuiat iuri communi. Item factum prælati nocet eccleſiæ. Adde ff. de leg. j. nemo poteſt, per Barto. & loquitur in facto non ſolum negligentiæ, ſed etiam impetrationis, quia eccleſia facto prælati vtebatur, & vtendo ratificabat. l. 3. §. fi. ff. rem ratam hab. immo maximè ſibi præiudicat, vt dicit litera, in præſcribendo, ergo in iam conſummata non ob. ſcien-
5 tia. Ibi, Non habuit, nota, præſumi impetrantem ſcire † Opp. ꝙ
a libellus [a] abbatis non debuit recipi, quia referebat ſe ad priuilegiũ Regis, & ex priuilegio fundabat ſe, ſed Rex non poteſt concedere priuilegium in ſpiritualibus, ergo nec in decimis. ergo libellus ineptus, vt l. j. C. ne quis vela regia. Solu. iſte Rex eſt ſanctus, & fungebatur officio legationis Papæ ſecundum Inno. vel hic allegabatur etiam priuilegium Paſchalis Papæ, & ſufficit vnã cauſam libelli concludere, vt ff. de appell. ſcio. Et no. ꝙ Innocen. diſgreditur hic a materia capituli. tractat enim, vtrum ſi Abbas erat in poſſeſſione violenta contra epiſcopum, poſſet efficaciter intentare interdictum, vti poſſid. contra eum. Et videtur, ꝙ non,
b quia vi poſſidet ab aduerſario ſuo. [b] dicit Innoc. quòd ſi de iſta violentia non excipitur ante lit. conteſt. per modum declinandi libellum agentis, non poteſt poſt lit. conteſt. in uim peremptoriæ excipi, & ita dicit debere gloſſari l. j. in fi. ff. vti poſſid. vbi dicit poſſeſſionem uiolentam non debere proficere agenti, vti poſſidetis, interdicto. aliàs ſequeretur ꝙ expulſus ex interuallo ſua authoritate poſſet ſibi ius dicere, & moleſtare poſſeſſorem, & ea ratione, qua poſſit turbare, & ſpoliare ſpoliatorem ſuum, quod eſt falſum, vt C. ad legẽ Iul. de vi. l. ſi quis ad ſe fundum. Alij dicunt quòd expulſori, qui turbatur, competit officium iudicis, & actio iniuriarum. Sed ipſe dicit, quòd opinio iſtorum eſt ſomniare, quia actio iniuriarum competit ad uindictam, non ad poſſeſſionem tuendam. & ideo ſtat in ſua opinione dicens, quòd ſi quis diceret contrarium, de neceſſitate ſequeretur, quòd in interdicto vti poſſid. hoc caſu non poſſet ferri ſententia. & ſubdit, quod licet ſua opinio ſit noua, tamen a nullo negatur eſſe uera, & ideo ſecurè poteſt teneri. Tu dic, quòd opinio Innoc. eſt ualde erronea. nam interdictum, vti poſſid. eſt tuendæ poſſeſſionis, ſed poſſeſſio uitioſa non eſt per prætorem tuenda, ne quis ex dolo ſuo conſequatur actionem, vt ff. de furt. l. itaque fullo. Item tex. dicit, quòd hæc poſſeſſio non debet proficere actori. vnde non eſt parata ad agendum, & edictum prætoris non excludit ſolum modum agendi, ſed etiam ipſam actionem, quæ non naſcitur. vnde etſi nullo modo excipiatur, conſtito de uiolentia reus debet abſolui, de fil. presbyte. c. conſtitutus, & ſic fertur ſententia abſolutoria ab interdicto. ff. de iniur. l. prætor. §. præterea. C. de his, qui ad eccl. confug. l. ſi ſeruus. Item in eo, ꝙ de actione iniuriarum, non dicit verum, quia non ſolum competit ad uindictam, ſed ad compeſcendam iniuriam, vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. fin. de officio autem iudicis certum eſt, ꝙ interpretari poteſt, ne quis in poſſeſſione turbetur. ff. de officio procur. Cæſ. l. fin. & ff. de uar. & extraordin. cogn. l. vſu aquæ. vnde non teneo dictum Innoc. nec Bart. ſupra, quia eſt contra verba interdicti, C. vti poſſid. l. j. & Inſtit. de interdic. §. retinendæ, in verbo, vincebat, quod eſt uerbum diffinientis, non interloquentis. hoc etiam ſic demonſtratur per rationem, quam Innoc. non conſiderauit, ſi violentus vinceret in interdicto, lucraretur, quia onus probandi de proprietate tranſferret in aduerſarium. Inſtit. de interdic. §. commodum. ſed violentus nunquam conſequitur hoc commodum. C. de prob. l. de poſſeſſione, & l. ius eius. Non ob. ſi dicatur, ergo ſua authoritate poterit expulſus turbare, & eijcere aduerſarium. Nam non ſequitur, quòd propterea teneatur interdicto. Nam confiteor non licere cum dico interdictum non eſſe proditum, ſed competere actionem in factum, vel iudicis officium. Et mirum eſt, quomodo Inno. cum tanta affectione locutus eſt in hoc paſſu. Item agẽti interdicto retinendæ, in quo venit intereſſe, obſtat exceptio, dolo facis. quod petis id, quod reſtituturus es, preſertim cum exceptio poſſit probari de facili, vt not. ff. de iudic. l. ſi de vi. Item intereſſe non poteſt prætendi ex turpi cauſa, vt not. C. de furt. l. ma-
6 nifeſtiſſimi, in princ. † Item tuitio prætoris non debet eſſe cauſa continuationis delicti, & contra cõſcientiam agens debet repelli, vt ẽ. eo. c. fi. de dolo tamen commiſſo aduerſus tertium nõ poſſet excipi, quia non poſſet allegare quis iniuriam tertij, quæ
7 ad eum non pertinet, vt no. ff. de reg. iu. l. culpa eſt. † Subdit Inno. ꝙ ſi ſpoliatus conuenitur interdicto vti poſſid. & excipit de ſpoliatione, & probat, ꝙ per hoc non fit ſibi reſtitutio poſſ. & loquitur, quando eſt prolatum in vim declinatoriæ. Idem tamen ſi in vim peremptorię, quia non uenit in condemnationem, ꝙ petitũ non eſt, vt s̃. de ord. cogn. c. cum dilectus, & no. 3. q. 6. hoc quippe. niſi dicas, ꝙ hæc reſtitutio fiat ex mero officio iudicis, vt l. illicitas, in prin. ff. de off. præſi. Nam, qui excipit, querelam proponit, quæ ſibi ſufficit hoc caſu, vt not. 1. q. 3. quia preſulatus, eſt ar. ff. de fur. l. interdum, §. qui furem, & in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. oportet enim. in verbo, reddãt furta, & in Auth. vt lic. mat. & auię. §. illud valet. circa fi. in verbo, furta. Dicas ergo, ꝙ aut contra interdictum retinen. obiicitur interdictũ recuperandæ, id eſt actio & exceptio nata ex illo interdicto circa eãdem rem, & obſtat exceptio tanquã peremptoria, aut opponitur extra naturam interdicti recuperandæ exceptio ex can. reintegranda, de alia re ſpoliata, & eſt exceptio declinatoria. aut opponitur exceptio dominij opponentis, & hoc non procedit de iure. C. de rei vendic.
8 l. ordinarij, niſi eſſet caſus, in quo eſſet licita turbatio. C. quod cũ eo. l. ſi ſeruis fug. l. cum ſeruum quiſpiam. † Sed pone, eſt impoſitum ſilentium turbatori, qualiter hoc debeat intelligi? reſpon. de turbatione facti, non de turbatione iuris. vnde iſte, cui eſt impoſitum ſilentium, ſi fuiſſet expulſus, bene poſſet agere interdicto recuperandæ ſm Innoc. & in hoc optimè loquitur, quia ſuper actione non propoſita non potuit ſilentium imponi. C. de
9 pet. hær. l. hæreditas materteræ. † Proſequor Innoc. & videtur ꝙ Abbas non potuit agere de iure clericorum, quia ſine mandato ius habentis non poteſt alius experiri. ff. de iniur. l. ſed ſi vnus, §. procuratorem. vbi dicitur, ꝙ ille, qui conſtituit procuratorem ſuo nomine habet actionẽ, & non alius. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli, circa fin. vbi dicitur, ꝙ ſine actione nemo experitur. Sol. iſte Abbas habebat mandatum a clericis ſecundũ Inno. Tu dic, ꝙ ſufficit habere eorum conſenſum ſine mandato, vt ff. de procur. l. filius, §. ſed & filia, vbi rex. ſing. deinde ponit Innoc. quod mirũ eſt, quod hic dicitur, ꝙ ſi ſuum priuilegium, in quo plus cõceditur, non facit mentionem alterius ſui priuilegij, in quo minus conceditur, non ualet priuilegium plus continens, quamuis ualeret, ſi illud prius impetraſſet. nam ex hoc ſequitur, quod fauor ſcripturæ vertitur in odium, & damnum contra l. comparationes, in fi. C. de fide inſtru. reſpon. quod hoc non contingit ex natura priuilegij, ſed ratione mendacij. Item ratione contrarietatis, pluralitas enim ſola non officit impetranti, ſed nocet contrarius eſſe ſibiipſi cum ſit contrarietas in tenore priuilegij, vt ff. de regu. iur. l. vbi repugnantia. C. de fi. inſtr. l. ſcripturę. Nam unum cõtra-
10 riorum eſt eligendum, vt C. de fur. l. j. † Tandem dicit Inn. ꝙ ſibi plus placet, ꝙ ubicunque aliqua iuriſdictio, uſus, vel libertas, vel quid aliud ſimile ex priuilegio alicui conceditur in vno caſu, & in alio ſeruatur ius commune, ꝙ non ualet priuilegium poſterius contra ius commune, niſi fiat mentio de priuilegio primo ſecundum Innoc. Et eſt ratio, quia ius commune redactũ in forma tenoris priuilegij per Papam, plus operatur, quàm ius commune ſimpliciter, ſic & teſtamentum confirmatum à Principe plus ualet, ꝙ teſtamentum ſimpliciter, vt C. de teſt. l. omnium. Et tandem concludit Innoc. ꝙ moderatum priuilegium potentius eſt, quàm immoderatum. Sed quid ſi iſta duo priuilegia appareant ſub eadem data? videtur, quod alterum eligi debeat. ff. de
11 cond. & demon. l. nam ad ea. † Sed propone, ecce Papa conceſſit alicui partem decimarum ex priuilegio, & partem reliquit iuri communi, tandem iſte impetrauit alteram partem. Dixit namque ſe habere unam partem, ſed nõ dixit ex priuilegio, vel qualiter, & reſiduum impetrauit, nunquid valet impetratio? Et dicit Innoc. quòd non, ne per ſecundum priuilegium fiat duplex derogatio, ſcilicet iuris communis, & tenoris primi reſcripti, quia duplex derogatio reprobatur, arg. de dot. promiſſ. l. j. idem dicit Innoc. ſi iſta alia pars concedatur in priuilegium cuidam tertio, quod non valet cõceſſio niſi de prima fiat mentio. ego non credo, quod debeat fieri mentio de eo, quod eſt a iure communi ſtatutum. ff. de excuſ. tut. l. idem Vlpianus, quia ius commune eſt
12 in pectore Principis. † Procedo vlterius, ſecundum Innoc. dicitur hic, quod dictum contrarium priuilegium impetrando renuncio iuri mihi quæſito per primum priuilegium. Innoc. caue tibi, hic dicitur totum contrarium, quia vltimum, quod non ua-
c let, non derogat valido, [c] vt ff. de legat. 3. l. ſi iure. Sed opponitur, dicitur hic, quòd priuilegium derogat præſcriptioni conſummatæ. nam præſcriptio cauſat dominium, ſed dominio non poteſt renunciari, vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi quis vi. §. differentia. Item iuriſdictio eſt dominium. ff. de ſtatu hom. l. qui furem, vbi eſt tex. not. Sol. ideo ualet renunciatio, quia facilius tollĩ priuilegium, quàm ius commune, ut ff. de teſtam. mil. l. eius militis, §. militia, & quia priuilegium habet uim ſententiæ, per quam perdit do-
13 minium, ut ff. de ſta. liber. l. ſtatuliber a cæteris. §. fin. † Sed pone, quod ſecundum priuilegium eſſet ad corroborationem primi, nunquid tolleretur primum? dicit Innoc. quòd non, argum. de leg. 1. l. legata inutiliter, & ff. de teſtam. mil. l. tribunus, §. fin. ff. ad Trebell. l. ſi quis priore. ff. de ſecun. tabu. l. ſi quis ex liberis, §. teſtamẽto. Ego dico, quod idem priuilegium fuit conceſſum dubita-

ADDITIONES.

a Vinc. God. Libellus. Adde quando libellus incertus admittatur, Rui. conſ. 133. num. 16. lib. 5.

b Suo. Vide D. Fely. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. aliquid per Iaſ. May. l. j. §. iuris noſtri. ff. de no. oper. nunciat.

c Valido. Vide Barbat. conſi. 25.

BIU Cujas

bitationis cauſæ tollendæ, cum forte ille qui re uera præſcripſerat de hoc dubitaret, & ideo ad omne dubium tollendum impetrauit priuilegium, [a] quia nec impetrantis, nec concedentis
14 fuit intentio derogare, iuri quæſito. † Item puto, quòd ſi præſcriptione pendente dubitans de ſua iuſtitia impetrauit ad cautelam, quòd non eſt interrupta præſcriptio, quia non ſuperuenit
15 mala fides, & abūdans cautela non nocet. † Vlterius proſequor Innoc. dicit hic, ꝙ impetratio Abbatis dicitur nocere libertati eccleſiæ. Sed contra, quia prælatus libertati eccleſiæ renunciare non poteſt. nam iſtud eſſet ſpecies dilapidationis, vt C. de tranſactio. præſes. ff. de nouatio. l. filius. vbi dicitur, quòd conceſſa libera adminiſtratione non intelligitur conceſſa poteſtas donandi, vel dilapidandi, vel pactum gratuitum faciendi. Adde, vel quaſi gratuitum, puta tranſigendi pro minimo dato. Item lex dicit, ꝙ præſes prouinciæ non poteſt donare iura præſidatus. ff. quod vi, aut clam, l. prohibere. §. planè. Sol. dicit Innoc. ꝙ hic Abbas fecit de voluntate conuentus, & ſubdit, quòd iſta uoluntas præſumitur, ꝙ conuentus totus nemine diſcrepante conſenſerit. hoc. n. de neceſſitate infertur ad dictum Innoc. quia etiam vno ſolo diſcrepante non poſſet renunciari iuri eccleſię. Ego hanc præſumptionem falſam puto, quia quando capitulum habet iuſtam cauſam contradicendi, nunquam videtur prælato ſuo tacitè conſentire, arg. ff. ſol. matr. l. 2. §. voluntate. & Innoc. tranſit ad aliam ſol. dicens, ꝙ prelatus [b] habet latiorem poteſtatem, quàm tutor. Iſta
b ſol. nihil ualet, quia non ſequitur, ergo non poteſt donare, vel dilapidare, nam qui hoc facit, non gerit negocia fideliter, vt ff. mãda. l. creditor. §. Lucius, ibi dum dicit, plenè quidem, ſed ex fide, tex. eſt aureus. dicas ergo, quòd per viam impetrationis, qua eccleſia utitur, eccleſię prejudicatur. in iuriſdictione prelatus cum capitulo poteſt eccleſię prejudicare, vt C. de his quib. ut indig. l. Polla. tamen eccleſia leſa in priuilegijs poteſt petere reſtitutio-
16 nem in iure, ſecundum Inno. ꝙ eſt no. dignum. † Deinde opponitur, quòd poſſit quis allegare contrarium, de inoffic. teſta. l. Papinianus, §. ſed nec impuberis'. ſed ibi allegatio oriebatur ex natura contractus, quia pupillaris ſubſtitutio eſt teſtamentum patris, & filij. Item ibi reſpectu diuerſarum perſonarum, & diuerſarum hęreditatum, aliàs ſecus, vt ff. de cond. & demon. l. mulieri & Titio, & l. Titia ſi non nupſerit. mirabile eſt, quòd feudum cum mala fide præſcribitur ſpatio 30. ann. ita demum, ſi exhibeant ſeruitia, & non aliter, vt in c. ſi per triginta, ſi de feu. fuerit controu. ibi no. ſolu. illud eſt propter ſeruitia. nam ob hanc cauſam ſunt permiſſę uſuræ, ſed quare eſt neceſſarium tantum tempus, ex quo dominus conſenſit? reſpon. eſt conſenſus non in figura obligationis, nec aliquam obligationem informans. ff. de vſu. l. cum de in rem verſo.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Priuilegium. Adde, ꝙ priuilegij conceſſio poteſt fieri ſine citatione alicuius & ſine clauſula, non obſtante, ita Dec. conſi. 269. col. 2. verſic. ſecundo ſimiliter.

b Vinc. God. Prælatus. Adde, ꝙ prælatus ſolus poteſt concedere res eccleſiæ per alium ad culturam redactas, & ad hoc tenetur. Ruin. conſi. 35. nu. 16. lib. 1.

SVMMARIVM.

Poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit, in princ.

1 *Mortaliter peccat, quicunque conſcientiam remordentem habet ſi conſcientiam non deponit.*

Papa poteſt caſſare leges Imperatorum, Regum, & populorum rõne peccati.

Pœnam minuere, vel tollere poſſint ne laicorum Principum ſtatuta.

2 *Papa an poſſit ſe intromittere de rebus laicorum.*

Statuendi poteſtas eſſe non poteſt abſque iuriſdictione.

An decretalis hæc habeat locum in omni præſcriptione, verſic. aduerte, & §. ego puto.

Præſcriptiones omnes vt ſint licitę, an poſſit regula tradi. §. ego puto.

3 *Malam conſcientiam ſi quis cępit habere vltima die præſcriptionis, & non ante, an per hoc momentum impediatur præſcriptio.*

Vltima vitioſa nocent, & quid contra, an bona purgent vitium, nu. 4.

4 *Præſcriptio an compleatur, ſi in principio fuit bona fides, in medio mala, in fine bona.*

Contrariorum duorum ſimul, ſubiectum non eſt capax.

5 *Conſcius præſumitur ſemper, qui ſemel eſt conſcius.*

6 *Decretalis quoniam omne, an ſeruetur in foro ſeculari.*

Iuſtitia diuina neceſſaria eſt, & à ciuili iure diſtingui non poteſt.

Naturalis ratio quando mutari nequeat.

7 *Decretalis, quoniam omne, an reſpiciat præterita.*

Statuta quæ reſpiciant futura.

Conſcientia non damnat, quę ratio ſiue naturalis, ſiue poſitiua iuſtificat.

8 *Prælatus ſi habeat malam fidem, an eccleſia poſſit præſcribere, ſi forte capitulum habeat bonam fidem.*

9 *Prælatus an teneatur reſtituere propter malam conſcientiam.*

CAP. XX.

Quoniam omne. Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore preſcribit, ſiue ſit malæ fidei a principio, ſiue in medio, ſiue in fine temporis præſcribẽdi. In tex. Abſque, id eſt ſine, & ſic ponitur negatiuè. Ibi, conſuetudini, ex hoc no. ꝙ non ualẽt ſtatuta terrarum tacitè, vel expreſsè diffinientia, ꝙ malæ fidei poſſeſſor præſcribat. In tex. ibi, Nulla
1 temporis parte. no. ratione partis totum uitiari. † No. ꝙ quicunque habet conſcientiam remordentem, peccat mortaliter, ſi cõſcientiam non deponit. Et hoc uerum, quando eſt talis conſcien
a tia, [a] quæ induceret peccatum mortale. Secũdo no. quod ratione peccati Papa poteſt caſſare leges Imperatorum, Regum, & populorum. ergo non valent ſtatuta permittentia homicidium, quia qui non habet gladij poteſtatem, & facit homicidia, peccat mortaliter. Ego dico, ꝙ non valet ſtatutum tanquam ſtatutum licentiæ, quia impoſſibile eſt, quòd peccare mortaliter ſit licitum, ſed bene ualet quo ad impunitatem, vel mitigationem pœnę, cum omne genus pœnarum ſit de iure poſitiuo, vt C. quando lic. ſine iudi. ſe vind. l. 1. & 2. C. de his, qui ad eccl. confug. l. ſi ſeruus, C. de adul. Gracchus. vnde diffidati a Regibus poſſunt impunè offendi, vt in titulo, hic finitur lex. c. domino guerrã. Aliud ergo eſt illicitum, & tamen non punitur, quia non omne, quod
2 non licet, punibile eſt. † Opp. ꝙ Papa non poſſit ſe intromittere de rebus laicorum, cum ſit iudex incompetens in cauſis eorum, & ſi non eſt iudex, non habet iuriſdictionem, & ſi non habet iuriſdictionem, non poteſt ſtatuere, quia poteſtas ſtatuẽdi abſque iuriſdictione eſſe non poteſt, vt l. ad res. ff. de ædil. edicto. l. imperium. ff. de iuriſdic. omn. iudic. & ff. eo. titu. l. j. & ibi no. Sol. hoc contingit hic ratione peccati. Aduerte, quia de peccato debet cognoſci per viam denunciationis, vt ſ. de iudic. cap. nouit, non quòd ſecularis teneatur ſequi hanc decretalem in iudicando, & hoc probatur pluribus rationibus. Nam ſequeretur, quòd debitor meus non præſcriberet cõtra me in actione perſonali, quod eſt falſum, quia licet non ſit peccatum ſcire debere, tamen peccatum mortale eſt ſcire, & nolle ſoluere; & nihilominus lex dicit, quòd debitor præſcribit exceptionẽ ſpatio triginta ann. præterea, qui patitur contra ſe præſcribi, videtur facere tacitum pactum de non agendo, non dico pactum liberatorium, quia non tollitur naturalis obligatio, vt ff. de ſolut. l. Stichum, §. naturalis, ff. de verbo. ſignifi. l. ſi tranſacta, finita. Præterea ſequeretur, quòd actiones prætorię pœnales in perpetuum extenderentur, quod falſum eſt, vt l. ſi cum exceptione, §. j. ff. quod met. cauſa. Item ius ciuile poteſt tollere actiones, quas inuenit, licet debitor habeat malam fidem. Nam ſola legis authoritas eſt, quæ actionem tribuit, non voluntas priuatorum, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem. præterea ſequeretur, ꝙ poſt quadriennium daretur in integrum reſtitutio, ſi minor fuit læſus dolo aduerſarij, cum iſte aduerſarius ſit in mala fide, ſimiliter & redhibitoria, & quanto minoris eſſent perpetuæ, & mutarent naturam ſuam, ſi debitor habet per ſolam ſcientiam conſcientiam læſam, & dicere iſta talia eſt quędam abuſio. Et ideo dicit Barto. ff. de vſucapionib. l. ſequitur, §. ſi viam, quòd iſtud capitulum nõ habet locum in præſcriptionibus contra actiones perſonales, ſed demum contra reales, vbi tractatur de præſcriptione rei poſſeſſæ. Et hoc eſt, quòd regula dicit malæ fidei poſſeſſor &c. vt denotet, quòd uitioſa poſſeſsio non nocet, ſed in actionibus perſonalibus nihil prejcribitur eo quod poſsideatur, ſed quia ſecũdum regulam iuris negligentia cuilibet eſt damnoſa. ideo creditor negligens per totum ſpatium a legibus diffinitum exceptione repellitur, alioquin negligens, & diligens paribus paſsibus ambularent, quod eſt falſum, vt in Authen. de appel. & l. pupillus. ff. quę in fraudem credit. prejterea etiam in eo, qui poſsidet mala fide, reperitur, ꝙ agens eſt in mora, & contumacia agendi. ff. ad Trebel. l. facta. §. ſi hæres. Item quia non obedit legi, quę monet eum interrumpere præſcriptionem, propter quod merito poteſt ſuam iuriſdictionem denegare, vt quib. ex cauſis ma. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed ſi decreto. præterea qui non proſequitur ius ſuum, videtur ipſum habere pro derelicto, vt not. ff. de dam. infec. l. prætor, in principio. præterea ſequeretur, quòd exceptio ſola nunquam poſſet præſcribi ſine dominio. nam ex bona fide vtrumque præſcribitur, ex mala neutrum, ſecundum iſtam decretalem. Sed ecce, quòd deterius eſt, de iure ciuili ſufficit bona fides cum titulo a principio, quia principium dat fundamentum, & per conſequens firmamentum, formam, & originem præſcriptioni, & eſt præſcriptio iam fundata, ſed iſtud cap. dictat contrarium, & ſic bonum principium non prodeſſet. Quid plura? per ſolam denunciationem extra; iudicium factam interrumpitur prejſcriptio, quod eſt falſum, quia denunciatio & proteſtatio debet prejcedere contractum, non ſequi. ff. de vſucap. pro empt: l. alienam, C. de rei uend. l. ſi fundum. Item inducitur mala fides, ergo ad interrumpendum vſucap. non requiritur lit. conteſtat. Et quod deterius omnibus eſt, ſcientia iuris ciuilis duceret nos ad inferos. Item iſto c. non fit expreſſa mentio de titulo, nũquid enim ille, qui emit bona fide, & legis generalis authoritate, tenebitur

ADDITIO.

a Vinc. God. Conſcientia. Adde, ꝙ conſcientiæ alicuius commiſsum, debet per ſeipſum explicari, nec debet alteri committi. Dec. conſi. 72. col. 2. nu. 2.

BIU Cujas

nebitur illico reſtituere, & actionem de euictione præcipti feſtinatione perdere. ff. de neg. geſt. l. at qui vero §. cum me, & l. di
a diuortio. de pet hæ. l. illud? Ego puto, ꝙ ius ciuile [a] poſſit tollere formulas actionis, ſed non ipſam naturalem perpetuam, & immortalem iuſtitiam in eius eſſentia. & quẽadmodũ tollit actiones, eodem mõ tollit iudicia, quia oĩa iudicia ſunt de iure ciuili, vt eleganter no. Inſt. de obl. in glo. tũc ei. Si quis tñ vellet facere, ꝙ oẽs præſcriptiones eſſent licitæ, poteſt adhibere hanc cautelam, ꝙ in ciuitate fiat gñale ſtatutum. quod oĩa ſtatuta loquẽtia de præſcriptione habeant vim ℈ctus, & conſenſus. Nam ubi eſt conſenſus vtriuſque partis, ibi non põt eſſe mala fides. ff. de re. iu. l. non fraudatur, & per hoc aĩa ſaluatur, & voluntas ciuium, & bonum publicum obſeruatur, & hoc conſiliũ eſt de ingenio
b meo, ſed Bar. dedit pro [b] conſilio in d. § ſi viam, quod per ſtatutũ expreſſe tolleretur naturalis obligatio. Sed ℈ vtrumque conſiliũ opponitur, ꝙ non ualet conſuetudo. ut hic, ergo hoc pactũ, qa conſuetudo dr̃ tacitum pactum, & idem operatur expreſſum, ꝙ tacitum? reſp. conſuetudo communis. ſ. voluntas vniuerſorum, ſed nõ ſingulorum. ut no. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. ſed per ſtatutũ, quod dicit, ꝙ habeat vim ℈ctus, ătribuitur eadem virtus, q̃ attribuitur obligationi ſingulorum. no. Bart. in l. 4. §. actio. ff. de reg. iu. præterea conſuetudo & pactum habent ſe ut excedẽtia, & exceſſa, & ideo vnum non eſt aliud. ff. de ædil. edic. l. ſciendum. § dictum. Item impropriiſſime conſuetudo dr̃ pactũ, cum ex ea non oritur actio, præſcriptis verbis, nec obligatio, uel liberatio naturalis. iſtud enim ca. non hẽt locum in præſcriptione conuentionali, ut ſi facio pactum, ne poſt tempus petende api cibus conſcientiæ nil leuandum eſt. ff. de ver. ob. l. eum qui ita. C. de le. l. fi. & ligantur omnes. l. ſine hærede. §. Lucius. ff. de admini. tu. Conſidera, in principio requiritur potentia, in medio continuatio, & perſeuerantia, in fi. conſummatio, ſiue pfectio, & quia totius præſcriptionis vnicum erat ſtructum, ius ciuile conſiderabat principium. Sed contrarium faciebat, quia quæ impediunt principium rei producendæ in eſſe, reſoluunt eius curſum anteq̃ res ſit producta in perfecto eſſe, ut ſ. c. veniens, §. ſi vero. iſtæ rationes vadunt ad apices iur. ſed Papa conſide-
3 rat hic ſolum bonum animarum. † Modo quæro, quid ſi ultima die præſcriptionis & non ante cæpit hr̃e malam conſcientiam, utrum per hoc momentum impediatur præſcriptio? & vr̃ quod ſic, ut hic in uerbo, in nulla parte, & in d. c. veniens. In ℈rium vr̃, quod propter modicum momentum non vitietur longi temporis tractus, ut dicit illa l. no. ff. de fun. do. l. ſi fundũ. Item quia modicus defectus non vitiat. ut ff. de ædil. edic. l. cui dens abeſt ff. de condi. & dem. l. quamuis. hoc tenet Bart. ff. de vſu. l. naturaliter. Sed contra videt̃ per iſtam literam, & per d. ca. veniens. iuxta illud. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Item vltimum momentum eſt vitioſum, & vitioſa poſſeſſio non poteſt coniungi non vitioſæ. ff. de acqui. poſ. l. Põpo. Item ultima mora nocet, etiã ſi ſit mora momenti, ut ff. de act. emp. l. ſi per emptorem. Item in oĩbus indiuiduis, quæ uno contextu continentur, pars uitioſa totum hẽt vitiare. Item ſi mala conſcientia vnius momenti, tñ illa cõtinuo poſtea durat. Item ultima conſuetudo ſeruatur, ut ff. de alim. le l. Mela. §. i. C. ne de ſta. defun. l. ſi. mater. Item omne opus in fine canitur. Itẽ malus
c finis [c] corrodit bonum principium, unde omne bonum quod quis fecit in vita, annihilatur, ſi in vltimæ vitæ extremo quis de
4 cedit ĩ mortali peccato. † Sed pone, in principio fuit bona fides, in medio mala, in fine bona, utrum præſcriptio compleat? dicit Inno. quod ſic, quia mala cõſcientia eſt depoſita & purgata, vnde non nocet, quia non eſt peccatum recedere a conſcientia erronea. Alij dicunt contrarium, quia illud medium tẽpus nõ deſeruit præſcriptioni, imo abrumpit eam. vnde oportet de nouo inchoari, ut ff. de vſu. l. eum qui ædes. §. ſi autem deuoluta. Item cum iſta tempora ſint contrariæ qualitatis, ergo non poſſunt ſimul iungi, ſeu permiſceri, quia ſubiectum non eſt capax duorum ſimul contrariorum, ut ff. pro ſuo. l. ſi ancillam. Bart. tenet in d. l. naturaliter, cum Inno. Ex quo infertur, ꝙ extrema purgãt vitium qualitatis, quod erat in medio, quia tale vitium procedebat ex errore, id eſt ex erronea conſcientia medij temporis, quæ purgata & depoſita non inducit peccatum, & ſic ceſſat ratio huius. c. & fit quædam reconciliatio, ar. ff. de fide-
5 iuſſ. §. ſi quis pro eo. §. nummos. † Illud no. quod ſemel conſcius ſemper præſumitur conſcius. arg. C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. magnam. dic, quod iunguntur tempora, ſed non eorum qualitates. Sed pone, quod quis habet conſcientiam titubantem. dicit glo. quòd iſta non eſt bona conſcientia, nec mala, & ideo non impedit præſcriptionem, & verum dicit, quia iſta conſcientia non eſt determinata ad hoc, quando aliquid præſcribitur cum titulo: ſecus, ſi ſine tit. ff. de reg. iur. l. nemo prædo. ff. quemadmo. ſer. amit. l. fin. vel. dic, ut dixi ſ. ca. ſi diligenti. Quæ-
6 ro, † nunquid hæc decre. ſeruetur in foro [d] ſæculari? dicit Ber.
d ꝙ non, & verum eſt, ꝙ de facto non ſeruatur. ſed cum ſit ęquũ & ſalutare, debet ſeruari. vide in cap. 3. de re iu. lib. 6. Inno. hoc enim conſilium vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, vt ſ. de iu. c. nouit, quia diuina iuſtitia patrocinante fundatur, & eſt diuina iuſtitia neceſſaria, & ideo non poteſt diſtingui per ius ciuile. quia ratio naturalis continens ius neceſſarium in omnibus caſibus. i. non ſolum in generibus ſingulorum. ſed in ſingulis generum non poteſt mutari, gl. in l. 2. ff. de vſu. ea. re. quæ uſu con. ubi eſt tex. no. Vulgus dicit, ego non ſum ſanctior lege, nec iuſtior. Et ideo ad ſaluandum conſcientiam meam ſufficit mihi conſcientia legis permittentis. Sed caue, theorica iſtius c. ℈ dicit Publicianę, quam propones ſine calumnia. i. credes eam ſibi competere, non debet credere ſe uerum dominum, ut Inſtit. de ac §. aliæ. hæc autem Publicana ſuccedit loco præſcriptionis. ff. de contrahen. empt. l. clauibus. tolle ergo præſcriptionem curr̃ tem. ut hic. ergo tollis Publicianam & ſubuertis edictum prætoris, ſed hoc dicere fatuum videtur. † Quæro, an iſta decretalis re-
7 ſpiciãt pręterita? gl. innuit quòd non. Docto. contra, quia decretalis conſiſtit in iure naturali, ut infra de vſu. c. cum tu. Scias, ꝙ duo ſunt genera ſtatutorum nouiter promulgatorum, quę reſpiciunt futura. ſ. vbi datur forma, qualiter aliquid fiat, vel qualiter ſuccedatur. Item vbi apponitur pœna, & duo dant formam pręteritis. ſ. liberatio, indulgentia, ſiue diſpenſatio. ff. de le. l. cum lex, per Cy. niſi verba legis aliud dictarent. certe omnis veritas eſt de iure naturali, & tamen præſcriptionem non tollit. quia rerum dominia ſunt mutabilia. ff. fi. re. l. eos. C. de prob. l. ſiue poſſidetis. Quædam ergo fuerunt & ſunt, quædam fuerunt, & non ſunt, quædam ſunt, & non fuerunt, quędã fuerunt in materia generali, ſed non in ſua ſpecie, ut iſtud concilium, & ſic gl. ſaluantur, quia litera dicit, diffinimus, non autem diffinitum oſtendimus, & ſic opi. Bar. poteſt ſuſtineri per c. nam concupi-
e ſcientiam [e] neſciebam. ſ. de cõſti. Item quæ ratio ſiue naturalis, ſiue poſitiua iuſtificat, conſcientia non damnat, niſi quis eam
8 ſibi faciat. † Quæro, ſi prælatus habet malam fidem vtrum eccleſia poſſit præſcribere, ſi forte capitulum habeat bonam fidem? dic quòd capitulum poſſet per ſe ſolum præſcribere ſine conſcientia pręlati. & ideo per cõſcientiam pręlati non impeditur in facto ſuo: ſecus ſi vteretur adminiculo pręlati. ff. de doli excep. l. ſi procurator agit, in prin. §. j. ar. ff. manda. l. Quintus. ff.
9 de trib. l. procurator. l. mancipium. ff. de ędil. edic. † Sed nunquid propter malam conſcientiam pręlatus tenetur reſtituere? & videtur quòd ſic, argumen. ff. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cũ me abſente. Sed ibi ne præiudicetur alteri. quam ipſo geſtori negociorum: ſecus, ſi præiudicaret alteri ut in caſu noſtro. de hoc nota. 34. quæſt. 2. ca. ſi virgo. ubi etiam notatur de confeſſione pręlati, vt ſ. de poſtu. c. bonæ. el 2. & 54. diſt. ca. generalis, & de teſti. c. præſentium, li. 6.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Ciuile. Adde, ꝙ ius canonicum de iure ciuili, ſi aliquid eſt dubiũ, & reperiatur deciſum de iure canonico ſeruatur etiam in terris Imperii. Rui. conſi. 59. nu. 6. lib. 2.

b Pro. An ualeat ſtatutum, & quomodo intelligatur, uide per Alex. in 2. uol. conſil. 185. & Alex. conſi. 99. in 4. uol. Et an debeat tale ſtatutum ſeruari per arbitratorem, uide in trac. de arb. in 6. parte.

c Vinc. God. Finis. Adde dictum Apoſtoli ad Philip. 3. c. d. multi. n. ambulabant, quos ſæpe dicebam uobis, nunc autem & flens dico inimicis crucis Chriſti, quorũ finis interitus. & ad Heb. 3. c. Participes, n. Chriſti effecti ſumus, ſi tamẽ initium ſubſtantiæ eius uſque ad finem firmum retineamus.

d Foro. Vide Bal. conſi. 350. 2. lib. & uide eundem Bald. conſi. 269. inci. in Chriſti nomine quare, ante finem, & d. Alex. conſ. 24. lib. 3. & uide eundem Alex. conſi. 51. 5. uol.

e Vin. God. Scientiam. Adde Apoſt. ad Ro. c. 7. nam concupiſcentiam neſciebã, niſi lex diceret, non cõcupiſces, dicit ipſe. & ad Colo. 3. Mortificate ergo mẽbra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationẽ, immunditiam, libidinem, cõ cupiſcentiam malam, &c.

a *De ſententia, & re iudicata.* [a] *Rubr.*

ADDITIO.

a Iudicata Adde, ꝙ iudicatum proprie dicitur poſt trãſitum in rem iudicatã, tenet Gem. notans ad ſtatuta in c. non ſolum, in fi. prin. per gl. ibi de app. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis quando metam iuriſdictionis ordinariæ vel delegatæ excedit, an ſit, uel non.*
2 *Conuentus rei ven. ſi cecidit a poſſeſſione qualiter procedatur.*
Alienatio iudicii ut dicatur eſſe facta, quę exigantur.
Conuẽtus actione perſonali non refert an poſſideat, ꝙ petitur, uer. & tamen.
3 *Poſſeſſor vendens rem ad eum pertinentem iure quaſi dominii, an poſſit Publicianam cedere emptori cui non tradidit poſſeſſionem.*
4 *Reus quid iuris, ſi poſt li-cont. perdit poſſeſſionem.*
5 *Reus poſt litem conteſtatam ſi ſine culpa & mora deſiit poſſidere, debet abſolui a reſtitutione poſſeſſionis, ſed non fructuum.*
6 *Abſolutus an poſſit agere de euictione contra ſuum venditorem.*
Abſolutoria quando que cenſetur condemnatoria reſpectu regreſſus.
7 *Abſolutus, & condemnatus, an, & qualiter differant.*
Ceſſio lucri actionum, & non actionum quando fiat.
8 *Fructus & expenſæ an veniant, ſi in libello non petantur.*
Non petita quæ veniant in iudicio.

Dominium

9 *Dominiũ omne, quod acquiritur alicui de iure ſpeciali, eſt utile, nõ directum.*
Intentio, vel opinio potius recipientis, quàm dantis reſpicitur.
Nomine eo videtur quid geſtum quo geri debuit.
Vtilis actio an quibuſcunque caſibus directæ præferatur.
10 *Contumax an poſſit condemnari diu poſt.*
Tempus à parte præfixum nou poteſt à iudice prorogari.
Abſolutoria lata ſuper facto, videtur lata ſuper qualibet eius qualitate: ſecus in condemnatoria.
Legis, ſcio. ff. de appell. intellectus.
Ex qualitatis diuerſitate ſurgit diuerſus titulus criminis.

1 Quando. † Sententia iudicis metam iuriſdictionis ordinariæ vel delegatę excedit, aut excedit ex poſtfacto, & ualet, vt C. de app. l. ampliorem, in fi. vt quia li. pen. creuit rei æſtimatio. Item, ſi metã iuriſdictionis minuit, vt quia rei æſtimatio decreuit, aut excedit ab initio, vel infra iuriſdictionẽ ſubſiſtet, tunc dicit gl. ꝙ non ualet in aliquo, vt no. l. fi. ff. de iur. omn. iud. quia licet in ſenſu diuiſo poſſit diuidi, tñ in ſenſu compoſito eſt alterius fori, vt in Auth. de defenſ. ciui. §. & iudicare. ſed cõtra no. in l. 2. C. de re iud. ſ. ꝙ ualet uſque ad poſſibilem quãtitatem, arg. C. de do. l. ſancimus. prima uerior, quia prout ei data eſt potestas, non fecit, arg. ff. de arb. l. Pedius. §. nec ſuum. ff. de verb. obli. l. qui Romæ, §. Flauius Hermes, de præben. c. cui de non ſacerdotali, in 6. ff. de leg. 2. l. Titiæ textores. quia forma præuaricata eſt. Super iſta rubr. tractat Innoc. quædam utilia, quæritur ergo primo, conuentus rei uend. cecidit a poſſeſſione, qualiter procedetur. 2 Nam ſine poſſ. rei non uidetur ꝙ rei uend. poſſit cõtra eum proponi, quia in iudicio rei uendicationis poſſeſſio parit contradictorem, & ille, qui non poſsidet, non eſt reus, ff. de rei vend. l. fi. C. de petit. hęr. l. cogi. ff. de iud. l. non alias. C. de alie. iud. l. j. Adde, ꝙ in illo edicto tria ſunt neceſſaria, ſ. ut dolo malo alienet. ſecundo, vt cauſa mutandi iudicij. tertio, vt interſit aduerſarij, & preſumitur fraus ex ſcientia. Item ſi ſuſpicabatur cõuenien dum fore habito colloquio ſecũ de conueniendo eum, vt ff. de pecul. l. ſumma. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. l. Fulcinius, §. 2. ff. de excep. do. l. apud Celſum, in prin. Item adde, ꝙ ſi habet facultatem rei, quam alienauit, reſtituẽdæ, tenetur rei uend. directa, ac ſi poſſideret, vt not. Bart. C. de iu. fiſ. l. ſi minori, lib. 10. ſed ſi habens facultatem rei reſtituendę dolo non deſiit poſsidere, nec poſsidet, non tenetur rei uend. ff. de vſu. l. ſerui nomine. Item dicit Innoc. ꝙ poſſeſſor malę fidei ſemper intelligitur eſſe in mora reſtituendi. quod eſt uerum, ſi res ad eum peruenit cum delicto, vt l. j. §. merito. ff. de vi & vi arma. nec ſufficit offerre ſe paratum reſpondere de iure, niſi poſſeſsionem offerat. iſte eſt caſus unicus in iure, in l. fin. ff. de condi. fur. Item dicit Inno. quòd ſi non poſſeſſor obtulit ſe liti, quod condemnabitur, quod intellige, ſi fuit interrogatus, an poſsideat, & dixit ſe poſsidere, ſed ſi non fuit interrogatus, nec confeſſus eſt poſsidere, non poteſt eum iudex condẽnare. Et tamen, ex quo actor probauit ſe dominum, debet declarare eum dominum, vt not. ff. de excep. rei iud. l. ſi a te. §. j. quæ gl. alibi non reperitur. ſed pone ꝙ agitur perſonali actione ad poſſeſſ. puta condictione triticatia. reſpon. ſi prędcedit obligatio perſonalis ex contractu, vel delicto, non eſt uis, vtrum reus poſsideat vel non. Fortius ſi quis conuenitur actione ex aliquo contractu, quia nuda poſſeſsio non eſt obligata, ſed perſona, ſecundũ Inno. 3 † Quæro, vtrum poſſeſſor uendens rem ad eum pertinentẽ iure quaſi dominij, poſsit Publicianam cedere emptori, cui non tradidit poſſeſſ. Et uidetur, ꝙ non, duabus rationibus. prima eſt propter naturam Publicianę quę traditionem deſiderat. ff. de Publ. l. eum qui. §. fi. ſecunda, quia uenditor non habet Publicianã formalem cum ipſemet poſsideret, vt no. C. de hær. uend. l. fi. In contrarium videtur, quia quicquid eſt tranſmiſsibile ad hæredem, eſt ceſsibile. ff. de admin. tut. l. ex pluribus. ſed Publiciana ex perſona defuncti tranſmittit ad hęredem iure hęreditario. ff. de acquir. poſſ. l. ad hęredes. ergo & ad emptorem, cui ſunt ceſſa iura realia. Item poſſeſſor cedit rei uend. exercendam contra alium poſſeſſorem, vt not. in l. j. ff. de rei uend. l. ſi enixa. Et hoc verum, ſi ſoluitur precium nominis. C. mand. l. per diuerſas. aliàs nõ poſſet agi iure ceſſo. Non obſtat, ꝙ in Publiciana non requiritur, ꝙ precium ſit ſolutum. ff. de Public. l. de precio, quia uſucapiendi condictio non requirit precium eſſe ſolutum. Nam illud eſt ve- 4 rum, niſi agatur ex iure ceſſo, vt d. l. per diuerſas. † Quæro, quid ſi poſt lit. conteſt. reus perdit poſſeſsionem? dicit Inno. quòd condemnabitur in li. æſtimationem, vel ad intereſſe, ſi culpam commiſit in poſſeſ. perdenda. Adde idem, ſi fuit in mora reſtituendi, & iſta condemnatio fit officio iudicis, vt ff. de rei vendic. l. qui re- 5 ſtituere. & ff. de pigno. l. fundus. §. in vendicatione. † Sed pone, ꝙ poſt lit. conteſt. reus ſine culpa & mora deſiit poſsidere. Certum eſt, ꝙ reus debet abſolui a reſtitutione poſſeſsionis, vt not. ff. de rei vend. l. ſi autem poſsidere. ff. ad exhib. l. Celſus, §. fin. & l. tigni. §. ſi quis. & licet abſoluatur a reſtitutione poſſeſ. tamen condemnatur ad fructus perceptos, & ad prouentus, & ad omne intereſſe tẽporis prędteriti, vt ff. de rei uend. l. vtique, & ſic durat acceſſo- 6 rium ſine principali. † Sed tunc quæro, an iſte abſolutus poſsit agere de euictione ꝫ ſuum uenditorem? dicit Inno. ꝙ ſic, & erit ratio, quia apparet uenditorẽ iniuſtè uendidiſſe, vt ff. de act. emp. l. ſi ſeruus quem. §. fin. Item apparet eum condemnatum. Item apparet, ꝙ iudex declaret agentem dñm, licet a neceſsitate reſtituendę poſſ. abſoluat reũ, ſi dicatur euincere, requirit poſſ. euinci, vt ff. de euic. l. habere licere. reſpon. illud intelligitur, vbi poteſt fieri ꝫ condemnatũ, ſed hoc non poteſt fieri, quia non poſsidet. Et mirabile eſt, ꝙ iſta abſolutoria cenſetur condẽnatoria reſpe- 7 ctu iſtius regreſſus. † Itẽ poteſt iudex condẽnare hoc modo, condemnamus ad rei reſtitutionẽ, ſi qñ recuperauerit poſſ. refert tñ inter abſolutum & condemnatum, quia abſolutus debet cedere iura, quæ habet pro recuperatione cauſæ. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idẽ Nerua. Sed ꝑdẽnatus debet cauere, ſed non cedere. arg. ff. ad Carb. l. de bonis, §. de pupillo. Et no. ꝙ ſi eſt ſpes facilis recuperationis, iudex non debet feſtinare ad abſolutoriam, ſed retardare ſnĩam ſm Inn. Deinde opponit Inn. ꝫ ſeipſum. Et vĩ ꝙ actiones non ſint cedendæ, ſed ipſum lucrũ actionum pertinet ad ipſum expulſum, vt ff. de pet. hęr. l. at ubi. dicit Inno. ꝙ lucrũ iniurię non debet cedi, ſed lucrũ rei ſic, quia lucrum eſt ipſius poſſeſsionis, & commodũ, vt ff. de bon. auth. iud. poſſ. l. p̃tor. §. præterea, & 8 loquitur eleganter. † Quærit Inno. vtrũ fructus, & expenſæ [a] ueniant, ſi in libello non petunt̃? & dic ꝙ ea, quæ nãliter ueniunt in iudicio, ueniunt tacitè, ea aũt quæ ueniunt accidẽtaliter, & ex mora non ueniunt officio iudicis ante lit. cont. niſi in libello petant̃ expenſæ. Et eſt ratio, quia ante lit. cont. officiũ iudicis eſt debile, ſed poſt li. ꝓteſt. eſt multũ efficax, vt ff. de ædil. edi. l. itẽ ſerui. §. j. & l. ædiles. §. item ſciendũ, & no. ff. de dam. infec. l. ſi quis miſſum, §. iudex, vbi eſt optima gl. & l. cũ poſtulaſſem, in prin. & dixi ſ. de reſt. ſpol. grauis. Iſta uerba Inno. ſunt multum vtilia & uera. 9 † Scias, ꝙ omne dñium, quod acquiritur de iure ſpeciali, eſt utile, nõ directum, vt patet in re empta de pecunia eccleſiæ pupilli, vel militis, venditore tradente ea intentione, vt fiat emptoris, & hæredum ſuorum. Nam ipſe efficitur dñs quo ad directam. Eccleſia autem, pupillus, vel miles quoad dñium vtile, niſi ille qui emit, habuiſſet intentionẽ acquirendi ipſi pupillo, vel eccleſię. nã tunc ei acquireretur directum dñium, quia potius reſpicitur opinio recipientis, q̃ dantis: & iſta intentio probat̃ ſi emens erat tutor, vel p̃latus. Nam eo noĩe vĩ gerere, quo gerere tenet̃, vt ff. de admi. tut. l. qui negociationẽ, in prin. ſm Bar. qui ita eleganter tenet eo. tit. l. Titiũ, & Męuiũ. §. altero. eo ergo caſu, quo acquiri tur eccleſiæ utile dñium, & non directũ, habet emptor rei vend. ꝫ quãcũque perſonã, prętereq̃ ꝫ eccleſiã. C. de prędcr. 30. ann. l. ſi quis emp. Nam utilis nõ præfertur directę, niſi cum cõtrouerſia eſt inter hñtem directum, & hñtem utile, vt no. ff. de cond. inde. §. ſed numerum, niſi utilis competeret ex ceſsione, quia vĩ hre mandatum de ſoluẽdo illi, cui ceſſa ſunt iura, & ideo apud cedẽtem remanet actio mortificata. Alij ꝫdicunt, niſi in trib. caſibus, vt not. ff. de pact. l. ſi cum emptore. Adde quod no. j. ne prędla. vi- 10 ces ſuas, c. fi. † Quæro, an contumax poſsit condemnari diu poſt? reſp. ſic, quia prędſupponitur expectatus de benignitate. nec. n. eſt purgata mora tpis curſu, ſed magis augmentata. c. conſuluit, de off. dele. dixi de do. & contu. c. cum dilecti. alij dicunt cõtrarium in l. ſi uitem, §. fi. ff. quod ui aut clam, per Dy. & Bar. ſed ibi loquitur in tali dilatione, quæ de benignitate iudicis nõ poterat expectari. nihil. n. habet cõmune officium iudicis cum denunciatione illa extraiudiciali. nam tps prędfixum a parte non poteſt prorogari a iudice, vt j. de app. c. oblatę. abſolutoria lata ſuper facto videtur lata ſuper qualibet eius qualitate. ff. qua. re. act. non da. l. j. in princ. & ibi no. ſecus in condemnatoria, vt dicit l. illa not. ff. de pę. l. ſi præſes. Non condemnatur reus, ſi actor nõ probauit qualitatem, ex qua uariatus eſt modus agendi, & concluſio libelli. nam reus nunquã condemnatur niſi concluſio libelli patiatur. ff. de adult. l. denunciaſſe. §. quid tamen. niſi concluſio ſit generalis. ff. de appell. l. ſcio. prætera. ibi narratur ratio libelli, ſed non concluſio. Nam multę rationes poſſunt adiuuare appel. j. de appel. c. cum parati, tamen vna eſt concluſio libelli, i. malè iudicatum. Et nunc intelligis medullitus l. ſcio, quę eſt not. valde. ſed ſi ex diuerſitate qualitatis ſurgit diuerſus titulus criminis noua inſtantia opus eſt, niſi unus titulus ſit generalis, vt homicidium, alter ſpecialis, vt parricidium. C. de actio. l. qui de crimine.

ADDITIO.

a Vinc. God. Expenſæ. Adde, an expenſarum condemnatio euitetur, vbi eſt opinio unius notabilis Doctoris, Corn. conſi. 181. viſa litera R. lib. 3. Fely. in c. ſuper his, col. fin. de accuſ.

SVMMARIVM.

Sententia ſtatuti lata occaſione contumaciæ prædcedente monitione ſtatuti ligat extra territorium, ſecus occaſione delicti, in princ.
Sententia quæ non ualeat exempla multa, ibid. & nu. 1. 6. & 7.
1 *Sententia lata contra ſubſtantiam mandati, ſicut non valet, ita nec contra qualitatem formæ, ſiue concomitantias ipſius formæ.*
2 *Sententia nulla an poſſit ratificari.*
3 *Sententia, & res iudicata, an & qualiter differant.*
Legis, abſente. C. de accuſ. intellectus.

BIU Cujas

4 *Iudex delegatus si tulit sententiam nullam per facti errorem, puta contra falsum procuratorem, quem credebat verum, an poterit iterum prouidere cõtra dominum, uel uerum procuratorem.*
Mandatum iudicis non expirat, si ipsius forma seruata non fuit, uer. ergo puto, & ver. sed ego.
5 *Exceptio nullitatis an impediat executionem.*
6 *Sententia lata contra formam statuti an sit ipso iure nulla.*
7 *Sententia si sit lata pendente consilio sapientis, an sit ipso iure nulla.*
8 *Iudex ordinarius, qui potest emendare sententiã, quæ nulla est, an possit emẽdare acta.*

CAP. PRIMVM.

Sententia. Sententia statuti lata occasione ꝓtumaciæ p̃cedẽte monitione statuti, ligat extra territoriũ. l. fi. ff. de decr. ab or. fa. sed lata occasione delicti non ligat delinquẽtem extra posse statuẽtis c. 2. de consti. li. 6. nec valet sententia lata ꝫ tenorem iuris ciuilis, vel canonici. Adde, item non valet sententia lata a iudice incompetẽti, ẽt si reus sit deprehensus in feruore criminis. Item nõ ualet sentẽtia omisso ordine solenni. Itẽ non valet sententia omissis substantialib. & est differentia, ꝙa ordo est ad aliud. sed substantialia sunt ad seipsa, ut no. C. de sen.
1 & inter. om. iu. l. ꝓlatam. † Et no. quod sicut non valet sententia lata ꝫ substantiam formæ mandati, ita nec contra qualitatẽ formæ. siue concomitantias ipsius formæ, casum singularem habuistis,
2 §. de resti. spo. c. Pisanis. † Quæro, an sententia nula possit[a] ratificari? respon. aut quæris an possit ratificari ꝓ ꝓsensum, aut per cõtradictionem. primo casu sic in dependentibus a consensu, ut sin. no. in l. 2. C. communia utri. iu. secundo. casu aut illa contradictio habebat implicitum consensum, & idem, casus & exemplum. ff. rem ra. ha. l. cum minor. §. falsus. aut habebat præcisum dissensum, & tunc nũquam ratificabitur etiam appellando, uel ad bonum virum reducendo, vt ff. de ap. l. si expressim.
3 C. de ar. l. j. in gl. & l. cum antea. §. j. † Et no. differẽtiã inter sniam & rem iu. nam snia nulla nunquam dicitur res iudicata, tamen interdum dicitur sententia, & est aliqua de facto, licet non sit aliqua de iure. unde facit expirare mandatum iudicis delegati. C. quomodo & quando iu. l. si ut proponis. Item facit, quod per querelam transfertur ordinaria iurisdõ in superiorem, secus, si super hoc non fit querelatum. ita intelligitur l. illa not. C. de
4 accu. l. absente. quam nunc intelligis. † Sed pone, ꝙ iudex delegatus tulit sententiam nullam per facti errorem, puta contra falsum procuratorem, quem credebat uerum, an poterit iterum prouidere contra dominum, uel procuratorem uerum? dicit Inn. quod sic, si probabiliter errauit, secus, si supine. Ego puto, ꝙ in isto casu: etiam si ex certa scientia pronunciauit, durat adhuc iudex, quia non pronunciauit inter personas, quæ continentur in rescripto, ar. ff. de condi. inde. l. si pœnæ causam. §. j. Sed quid in eo, cui est mandata prouisio alicuius de aliqua præbenda, & ipsi prouidit de facto, non de iure? Inn. distinguit eodem modo, aut scienter, uel per supinum errorem, & non potest amplius prouidere, aut isto errore facti, quia putabat præbenda uacare, & non uacabat. quia non erat mortuus ille, per quem ap,batur uacatio, & tunc poterit prouideri de aliqua præbenda uacante. Sed ego indistincte dico, ꝙ potest prouidere. ff. de condi. & demon. l. hæc ꝺditio. nam nõ obseruauit substantiam, neque formam mandati, ut ff. de acqui. hære. l. qui superstitis, & ff. de ar. l. quid tamen, & l. si de pluribus. ff. de iureiur. forma enim mandati erat de uacante, non de ea, quæ non uacabat, ergo nulliter factum potest reparari, ac etiam iterari, si cessat impedimentum. Item uerbum prouideas, est verbum effectiuũ, non abusiuum. Sed quid si prouidit de præb. uacante sed inutili & infructuosa? rñ. functus est officio suo ſm Inn. ar. ff. de fideiuſ. l. qui satisdare. Quod autẽ dicit hic Inn. ꝙ prouisus non vult ea acceptare, vr̃ nõ recte dictum, quia sine optione impetrantis iudex non potest ꝓuidere, ut in c. 1. de præben. in cle. Dictis Inn. non ob. c, si compromissarius, de elec. li. 6. quia ibi nõ erat omissa forma mandati.
5 hic sic. † Quæro, nũquid exceptio nullitatis impediat executio-
b nem.[b] resp. aut quæstio uullitatis pendet coram superiore. & tunc aut apparet nullitas, & non fit executio. aut non pendet coram superiore, & tunc apparet nullitas, & non fit executio ex parte opponentis, quia nihil est probandum, sed probatum, aut non apparet nullitas, & tunc offertur probõ non nullitatis. Et idem quia ad modicum supersedetur, & tunc non aufertur sed differtur probatio. Et si quidem tunc executio potest retractari, debet interim exequi & caueri, ut C. de ord. cog. l. fi. sed si non potest retractari, debet supersederi, ar. ff. de exc. tu. l. diximus,
6 & de hoc per Bar. ff. de re iu. l. 4 §. condẽnatum. † Quero. nunquid sententia lata contra formam statuti sit ipso iure nulla? rñ. sic, si statutum est in codice statutorum, secus, si esset quẽdam reformatio extrauagans, quæ nõ esset vsu approbata, ut
7 ff. de re iu. l. cum prolatis. † Quæro, utrum si pendente consilio sapientis sententia lata sit, an sit ipso iure nulla? resp. si non consilium erat de necessitate expectandum, uel de necessitate sequẽdum, secus si esset in arbitrio iudicis, ut no. de ap. l. ad principem,
8 per Bar. † Quæro, iudex ordinarius potest emẽdare sententiam, quę nulla est, utrum potest emendare acta? resp. non ut supra de prob. c. quoniam contra falsam. aliqñ tamen iubet ea acta cãcellari, ut quomodo & qñ iu. l. si præses. quod raro debet fieri nisi de consensu partiũ, ut ff. de re iu. l. acta, & l. actoris verba, & ita demum l. si tertij nõ interfit. C. de in inte. resti. l. petendæ. ff. de contrat. ab. l. post mortem. §. fi.

ADDITIONES.

a Possit. Vide all. per d. Fran. de Cur. in consi. 65. in 175. & uide Are. in c. at si clerici, deiud. & uide per Fe. in ca. cum ex officij. 15. col. cum prin. seq. de præscri.
b Executionẽ. Vide. Ab. cõs. 55. uol. j. ubi tenet, qd̃ stãte statuto, ꝙ q nõ ꝓsecutus fuerit appellationem infra duos menses, appellatio habeatur pro deserta, nõ potest dicere de nullitate sententiæ, quod tamen hoc non obstante, si nullitas est patens, uel offert se incontinẽti probaturum, ꝙ poterit prosequi appellationem, all. Old. consi. 45. qui dicit esse casum in l. j. C. quando prou. non est necess.

SVMMARIVM.

1 *Festinatio quando dicatur bona, & quando mala, in prin. & nu. 2.*
2 *Sententia an sit festinanda in criminalibus.*
3 *Sententia an possit exequi intra tempus appellandi.*
Executio facta in personam non impedit executionem in bona.
Celeriter dicitur fieri, quod fit debito tempore.
4 *Rigor & æquitas idem est, quod rigorosa æquitas.*
Leges transgredi quandoque æquum est.

CAP. II.

Iurgantium. Iudex debet controuersiam celeri sentẽtia terminare, seruata tamen æquitate, ac iuris rigore. Oppo. ꝙ iudex nõ debeat festinare in sententia ꝓferenda, ut C. de iud. l. properandum. §. sin autem reus. so. bona fe-
1 stinatio permittitur, mala autem prohibetur. † Sed quæro, qñ est festinatio bona, & qñ mala? resp. cum plene liquet de cã, non est differendum, sed si non liquet, tunc oportet iudicem differre,
2 ut de arbitris. l. si de meis. §. fin. † Quæro, utrum in criminalibus sententia sit festinanda? & vr̃ ꝙ sic, ut C. de pœ. l. cum reis. C. de custo. reo. l. j. ibi dum dicit, velox pœna subducat. vnde ẽt accusatore absente, si liquet de crimine, reus est condemnandus. quia non contrahitur eremodicium in criminali, ut dicit illa. l. no. C. de adul. l. quamuis indubitati. In contrarium vr̃, quia nemo est condemnandus ad mortem. nisi diligentissima facta examinatione, quia post mortem nõ restat correctionis arbitrium. C. de ap. l. addictos. ff. de ap. l. nõ tãtum sol. si liquet de crimine per confessionem, uel homicidia, uel latro deprehensus est in crimine, uelociter & sine mora debet fieri cõdemnatio, & executio, ut ff. de iniusto test. l. si quis exhęredato, circa medium. Sed donec sub dubio causa est, caueat sibi iudex a festinando, quia homicida est iudex, qui ex causa non discussa pro-
3 nunciat, ar. ff. ad l. Iu. repe. l. leg. §. fi. ad l. Cor. de sic. l. j. † Sed nunquid intra tempus appellãdi põt exequi? resp. sic, si appellatio esset frustratoria, quia non debet expectare ambages, alias secus, ut in c. non solum, de ap. li 6. & no in l. j. ff. nil no. ap. pen. Et si facta esset de nouo executio in persona, tamen non deberet fieri in bonis, nec contra hæredes, ut sing. no. per gl. & Dy. ff. de acc. l. ex iudiciorum. Item no. ꝙ celeriter dr̃ fieri, quod fit debito tempore,[a] † Item no. ꝙ rigor & æquitas idem est, ꝙ rigorosa
4 æquitas, quod dic, ut plene no. in l. j. C. de legi. per Cy. nã ęquum est quandoque propter casus emergentes leges transgredi, ut Inno. s̃. de consti. c. j. quod verbum multum defendit assessores qui pro bono publico quandoque statuta transgrediuntur, pro hoc facit. ff. de pœ. l. hodie.

ADDITIO.

a Vinc. God, Tempore. Adde, ꝙ sententia lata alia die, qua pars fuerit citata, dicitur nulla. Rui. consi. 28. nu. 27. lib. 4.

SVMMARIVM.

Sententia sacerdotum qui deponunt clericum, debet esse concors, in prin.
Concors an dicatur sententia, si maior pars consentit. ibid. nu. 1. 3.
1 *Perusii sunt quatuor consules mercatorum non habentes singulariter singulas iurisdictiones, sed vnam tantum & eandem iurisdictionem concluſine, an sufficiat sententia maioris partis.*
2 *Partem maiorem qui faciunt, debent simul pronunciare.*
Numerus vbi datus est pro forma, is numerus seruandus.
3 *Concorditer fieri an id dicatur, quod a maiori fit parte.*

CAP. III.

Non potest. Cõcors dẽt esse snia sacerdorum, q deponũt clericum. Sed nũquid dr̃ concors, si maior pars consentit? dicit gl. aliqñ sic, alquando non. Nam si nõ est iure cautum, ꝙ requirantur omnes, sufficit maiores, uerum, quia quod facit maior pars, omnes feciſſe uidentur iuris interpretatione. ff. ad munici. l. cum maior. Nam minor pars tenetur approbare, & confirmare illud quod fecit maior pars, ut ff. de pac. l. cũ maior. Aut est lege expresse cautum, quod omnes de-

BIU Cujas

debent eſſe concordes, & tunc nō ualet ſententia maioris partis,quia licet fuerunt plures numero,non tamen iuririſdictione,
1 Ber.† Ecce Peruſij ſunt quatuor cōſules mercatorum non habentes ſingulariter ſingulas iuriſdictiones, ſed unam tantum & eandem iuriſd. concluſiue, an ſufficit ſententia maioris partis?reſpon.ſic,puta trium ex eis,& ſi unus eſſet mortuus, ſufficerent duo ex tribus,& tribus mortuis ſufficeret unus, in quo reſidet maſſa iuriſdictionis,ut l.ſicut.§.fi.ff.quod cuiuſq; uniuer.no.
2 †Et no. quod iſti, qui faciunt maiorem partem, debent ſimul pronunciare, non vnus hodie,alter cras.non ob.ff.de offi.conſu. l.j. quia ibi ſingulariter habebāt ſingularem iuriſdictionem inſolidum. Item no. quod ubi numerus datus eſt pro forma, requiritur numerus in forma,ut hic dicit Ber. in depoſitione ēpi.
3 †Quæro,vtrum dicatur concorditer fieri id quod fit a maiori parte?reſpon.ſic.ficte,ſed non uere,ſi concorditer referatur ad perſonas,ſed ſi referatur ad collegium,tūc uere,quia uere collegiū eſt concors,cum collegium ſubſtantialiter,& formaliter ſtet in maiori parte, quando ex pluribus reſultat collegium ſiue congregatio. Dicit Arch.ſcis tu,quare in collegio prævalet maior pars? reſpon. quia eſt maior pars unius corporis, ſed ſecus, ſi ſint plures non ut collegium,quia tunc non eſt maior pars uniꝰ corporis,ita eleganter dicit Archi.31.di.c.Nicena.

SVMMARIVM.

Confirmatio Papæ qualis eſſe debeat, & quid in ea ſubintelligatur, & an fieri debeat cum cauſæ cognitione,in prin.& nu.1.

1 *Princeps ſi confirmat ex certa ſciētia,non poteſt inferiori deinceps ſuper hoc aliquid declarare.*

2 *Sententia lata contra ius litigatoris, ſi ponatur quod tranſiuerit in rem iudicatam,an Papa uideatur eam confirmare.*

CAP. IIII.

Ea, quæ. Papa debet confirmare iuſtam ſententiam, & iſta confirmatio dicitur roboratio.No.quod in confirmatione Papæ ſemper intelligitur cōditio de iuſtitia. Sed utrum Papa debeat confirmare, ſi nō ſupplicauit ei?reſp.non,qa ſcriptū eſt,petite,& accipietis.Sed nunquid iſta confirmatio dēt fieri cum cauſæ cognitione? reſp.aut vis,ꝙ ius tribuat,& debet fieri cum cauſæ cognitione,aut ꝙ ius referat, licet non tribuat, & tunc nō eſt neceſſaria cauſæ cognitio, argumen. ff. de adop.
1 l.adoptio,& l.nam ita diuus. C. de decu.l.ſi quos,li.x. † Et no.ꝙ
a ſi princeps[a] confirmat ex certa ſcientia, nō poteſt inferior deinceps ſuper hoc aliquid declarare.Ber.ar.ff.de mi.l.minor autem magiſtratus.Sed pone, quidam hēt feudum a comite, impetrat confirmationem ab imperatore ex certa ſcientia, nunquid propter feloniam poterit comes illud auferre vaſallo? reſp. ſic, quia iſta confirmatio intelligitur ſine præiudicio alterius, arg. ff.de vul.ſub.l.ex facto,& ideo iuriſdictioni Comitis non derogetur.ſic & epiſcopus deponit prębendam a Papa, quia non iudicat de priuilegio,ſed de priuilegiato,Cy.ponit in auth. quia in prouincia.circa fi.& nunc intelligis.quid,vult dicere Io.An. ſup.
2 de iud.c.cum veniſſent.† Sed pone,ꝙ ſnīa lata cōtra ius litigatoris,tranſiuit in rem iudicatam, utrum Papa uidetur eam confirmare? & videtur ꝙ fic.ff.de iud.l.prætor, in prin. In contrarium uidetur.ff.de condi.inde.l.Iulianus.Solu.videtur eam cōfirmare,quia iuſta eſt quo ad iuſtitiam fori,licet non ſit iuſta quo ad iuſtitiam naturalis vinculi. vnde per talem confirmationem non ſurgit obligatio naturalis.Illud eſt certum, quod verba generalia non confirmant iniuſta feuda,vt in princ.per quos fiat inueſti.& per quo recipiatur.

ADDITIO.

a Vinc.God.Princeps.Adde,ꝙ princeps in iure quærendo poteſt etiam ſine cauſa præiudicare.Rui.conſi.95.nu.1.& 9.lib.1.

SVMMARIVM.

Contra clericum quādo ſententia lata eſt nomine proprio,quo ordine fiat executio.in prin.

1 *Executor de except.non cognoſcit,quid iuris, cum poſt ſententiam opponatur,& de eius poteſtate,& nu.4.& 5.& 6.*

2 *Probare non eſt neceſſe coram executore,quod ſententia fuerit lata ſeruato ordine iudiciorum.*

3 *Confirmatio ſi eſt petita aliter,quam in cauſa ap.quia elapſum eſt tempus appellandi,ad hoc,quod petens obtineat,non hēt probare quod ſnīa ſit iuſta. Executio quę opponi poſſint,& nu.1.& 2.*

4 *Gladii poteſtatem committere aliud eſt,quam committere gladii executionē. Occidere quem per alium quis non poteſt,cui hoc a lege permittitur.*

5 *Executoris gratiæ Apoſtolicæ intereſt cognoſcere,an præbenda vacet. Inferior an poſſit cognoſcere de crimine perpetrato circa id,quod a ſuperiore datum cuiquam ſit.*

6 *Executor merus quis dicatur.*

CAP. V.

De cætero. Dixit Archi. ꝙ qñ eſt lata ſententia ꝺ̄ clericū nomine ꝓprio,ꝙ ordo eſt, ꝙ prius diſeuciant̄ bona,& eis non ſufficientibus veniatur ad fructus prębēdę, qui ad eum ſpectant, ut ipſe elegāter no.12.q.4.ſi quis presbyter. Caſus. Papa tulit ſentētiam, & eius executorem deputauit qui executor citat condemnatum, ꝙ ueniat ad videndum fieri executionem.citatus comparet,& opponit exce.ꝙ Papa fuit circūuentus per dolum,Vel fraudem victoris,quæritur,an iſte executor poterit iſta exceptione cognoſcere?reſp.ꝙ non,ſed remittet exceptionem ad Papam.In tex.ibi,interuenerit.i. interueniſſe dicit,uel dic.i.veriſimile interueniſſe. Ibi, inciderint.ſ. coram executore propoſitæ fuerunt. In tex. ibi Apoſtolicam, non coram alio.Ibi oportebit,urbanitate,vel conſcientia,vt no.ff.de of-
1 ficio delegati.c paſtoralis.§. quia vero. † No. ꝙ executor de excep.non cognoſcit.quid iuris,cum poſt ſententiam opponitur? C.ſen.re.non poſ.l.peremptorias.Solu.tales erant excep.quæ poterant opponi poſt ſententiam vel ex doloſitate agentis, uel exceptionis priuilegio.ff.Ad Maced.l.tametſi,uel priuilegio opponentis, ut C.de iu.& fa.igno.l.j. vel quia ibi erāt productæ cauſa executionis moderandæ,uel perimendæ.ff.ſolu.matr.l.ex diuerſo.uel quia iudicium erat retro nullum. ff. de iu.l.licet.uel erant ortæ poſt ſnīam.ff.de cōd.ſine cauſa.l.ſi fullo,& no.in l.j. C. ſent. reſ.non poſ.dicit Inn. ꝙ executor cognoſcit de obreptionē mandati,ſed non de obreptione negotij, tu dic, ſi non habet iuriſdi-
2 ctionem,non eſt cognoſcere,ſed quoddam inueſtigare. ff.depoſiti,l.ſi quis inficiatus.C.de iu.fiſ.l.,phibitum lib.x.† Item dicit coram executore non eſt neceſſe probare quod ſententia fuerit lata ſeruato ordine iudiciorum.ſ.dum conſtet de iurjſdictione,qa executor debet præſumere, quod omnia ſint ſolemniter acta. infra de confirm.uti.vel inuti.c.j.in fi.Inno.quod eſt no.dignum
3 † Ibidem ait,quod ſi eſt petita confirmatio ſnīæ aliter,quam in cauſa app.quia elapſum eſt tempus appellandi,ad hoc,ut iſte obtinet, non habet probare, quod ſententia ſit iuſta. ff. de iud. l. p̄tor.§.ſed qđ.quid ſi eſt lata ordine iudiciorum ſeruato,nam pertendo eū ad hoc probādum vī aſtringere ſm Inn.ff.de re iud.l.ſi cum nulla.No. quod ſi dolus dat cauſam ſnīę, puta qa producta ſunt falſa inſtr̄a,vel falſi teſtes,ſi petitur executio,pōt obijci doli except.quod eſt verum, qñ proceſſus probationis eſt nullus, ut quia contra abſentem: ſed qñ proceſſus probationum eſt aliquis, ut quando contra præſentem, tunc eſt neceſſaria reſtō integ.ut ff.de iudi.l.ſi p̄tor.§.Marcellus,& ff.de re iud.l.diuus, & tangit̄ in d.§.quia vero.per Ber.Item,ſi ſnīa ſit lata per fraudē,pu
4 ta in fraudem vſurarum.†Nota,quod aliud eſt cōmittere gladij poteſtatē, aliud eſt committere gladij excutionem. nam gladij poteſtas eſt meri imperij. Sed eius executio eſt facti, & quidē officium viliſſimum, ut ff.de iud.l.fi. ꝙ magiſtratus per ſe exercere nō pōt. Sed pone, ꝙ circa gladij poteſtatem quis ex forma ſtatuti poteſt interficere hoſtem vel inimicum, nunquid poteſt alij cōmittere hoc nudum miniſterium? dic ꝙ non: quia ſtatutum loquitur in perſonam, & eſt contra ius cōe, licet caſtrum mihi inuaſum poſſum incontinenti recuperare per amicos: quia quod per alium facio, ego facere uideor, ſi tale factum eſt licitum,ut.ff.de verbo.obli.l.cum ſeruus.hoc no.ff.de ui, & vi.arma.l.cum fundum,& per Bar. ff. de iniur.l. non ſolum. §.ſi mandato. & iſte talis non dī executor, quia non eſt deputatus auctoritate publica. Opp. quod executor habeat cāæ cognitionem, ut C.ſi contra ius, uel uti.public.l.& non cognitio.ſol. ibi fuit cōmiſſa executio rei cognoſcēdæ:hic rei cognixæ & finitæ. Sed nuuquid executor hēt citare partem? dicit Inn.quod non. infra de appel.ex rōne. Tu dic quòd ubi nouus iudex, ibi, nouacitatio,nec dī per hoc cognoſcere, niſi ſnīatū ſit,hoc.n.oportet liquere:alias executio eſſet nulla ipſo iure. ff.ex qui. cau. in poſ. ea.l.hoc autem.§.j.& no.per Bar.ff.de condi.& demonſtra.l.mul
5 tum intereſt.† Quæro,quid de executore gratiæ Apoſtolicę? rn̄. debet cognoſcere,an prębēda vacet,non autem de qualitate impetrantis.Sed pone, quod Papa contulit præbendam per ſimoniam cōmiſſam cum familiari Papæ,an diæceſanus poterit cognoſcere de crimine ſimoniæ, ut puniat impetrantem? dicit hic Inn.ꝙ ſic,quòd eſt valde utile, alias notabile. Et eſt multiplex.rō.Primò,ꝙ reatus oēm honorem excludit. C. vbi ſen. uel cla.l.1.Secundo quia à delicto non liberatur.ff.de ca.di.l.2.§.nemo,& no.in l.nemo pōt.ff.de leg.1. Tertio quia noxa caput ſequitur. ff. de infami.l.ſeruus. Quartò quia non iō eſt exemptus a iuriſdictione, ꝙ ſit promotus ad beneficium, quia maleficiū, & beneficiū nihil habēt cōe. C.de mi. l.Papinianus exuli. Quin tò quia non debet ſibi prodeſſe ſubreptio, ut l.2.C.ſi ſeruus aut liber ad decu atpi.li.x.Et plene no. per Doc. in l. Barbarius Philippus.hoc tenet Pet.& Cy. in auth. qua in prouincia. C.ubi de
6 cri.agi oprtet. † Quomodo quis dicatur merus executor? [a] reſpō.ille, qui ex arbitrio ſuo nihil facit, nec facere poteſt,ſed alius per ipſum facit tanquam per nūcium, & miniſtrū.unde ipſe faciens

ADDITIO.

a Vinc.God.Executori.Adde quando executores pro hæredibus habentur ſi eſt eius cōmiſſa diſtributio omnium bonorum,nullo alio hærede inſtituto. Rui. conſil.4.nume.9.lib.3.

BIU Cujas

faciens nullam habet auctoritatem, sed ad faciendum iniunctã necessitatem. C. de execu. rei iud. l. si vt proponis. ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Callimachus. C. de manu. testa. l pater. &c.

SVMMARIVM.

Oblatione pignorum non fit solutio, in prin.
1 *Possessio corporalis generat gaudium, & lætitiam.*
Feudatarius debet corporaliter inuestiri.

CAP. VI.

Cum aliquibus. Non sufficit condemnato offerre pignora. ille enim cui res est adiudicata, debet corporali pos. lætari. cum primo concor. ff. de cõsti. pec. l. promissio. §. constituto. cum secundo concor. ff. de pig. ac. l. non est mirum. §. sciendum. In tex. ibi, Adiudicata pos. i. res. Inn. & dicit, adiudicata per diffinitiuam, vel decretum. vel dic. i. in condemnatione deducta. & sic not. ꝙ condemnatus non intelligitur soluere, licet offerat pignora. Pone, aliquis est condemnatus pro maleficio in centum, & si intra mensem nõ soluerit, pœna duplicatur, certe isti condemnato non sufficit offerre pignora in communi, nisi statutum hoc dictaret, & sic intelligit,
1 quod no. ff. de fer. l. more Romano. † Ibi, lætentur. no. quod corporalis possessio generat gaudium, & lætitiam. Ex hoc sumitur,
a ꝙ feudatarius debet corporaliter inuestiri, quia feudum [a] est beneficium quod tribuere debet gaudium, & lætitiam, ut no. ff. de neg. gest. l. soluendo. & facit 3. q. j. §. sed notandum.

ADDITIO.

a Vinc. God. Feudum. Adde quod tunc feudum dici potest, ꝙ conferat gaudiũ & lætitiam, quando bona gratis conceduntur, maximè sub iuramento fidelitatis. Rui. consi. 42. nu. 1.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam, in princi. etiam spirituale, nu. 1. & quid si pro eo, nu. 3.
Concubinatus dicitur uita dissoluta, ibidem.
1 *Confessio, quę non conuenit naturalibus, est inualida.*
Matrimonium est res inseparabilis.
2 *Regina si sit sterilis, an papa possit concedere licentiam superaddendi aliam vxorem, vel concubinam.*
3 *Sententia erronea lata pro matrimonio, an transeat in rem iudicatam.*
4 *Præscriptio an currat contra matrimonium, & dotem.*
Legitimari possunt incestuosi priuilegio Imperatoris.

CAP. VII.

Lator. Sententia lata contra matrimonium non transit in rem iud. vnde quandoque reuocatur constito de errore. h. d. Et in prima parte facti narrato, in secunda iud. datio. In text. ibi, uolentes, not. sententiam matrimonij non transire in rẽ iudi. secundum Inno. In tex. ibi, Inuitum & renitentẽ. hoc enim non obstante sufficit posterior consensus. ff. de condic. ob turp. cau. l. si ob turpem. & sic no. vim passiuam posse reconciliari, & pro hoc uide l. Claudius. ff. de his qui. vt indi. In tex. ibi, ætatis aptæ, & tamen fuit cognita per pollutionem? & tamen hoc nõ sufficit, si ætate superueniente consentit, quod est no. In tex. ibi, dissolutam, scilicet concubinando. & no. concubinatum dici vitam dissolutam. Ibi, vtriusque studio, quia forte quilibet procurauit vnum falsum testem. Ioan. And. Ibi, Leuitate. C. de institu. & sub
1 stitu. l. reprehendenda. † In tex. ibi, deceptam. scilicet per falsum testimonium, vel per falsas probationes, vel confessiones, quia si cut confessio non valet, nisi conueniat naturalibus, ut ff. de interrogat. actio. l. confessionibus. ita non ualet, nisi conueniat diuinis & sacris, & ideo dicunt Docto. quod etiam contra matrimonium spirituale non transit sententia in rem iudi. ut not. 35. q. 9. §. his ita. Not. in hoc c. casum, quod si per indignationem animi viri, vxor procurauit sententiam repudii, non valet sententia, & mulieris factum est retractandum. No. quòd matrimonium est res inseparabilis, quia quos Deus coniunxit homo non separet, vnde Papa non potest separare matrimonium carnaliter
2 consummatum. † Sed quid si regina est sterilis, an possit concedere licentiam superaddendi alià vxorem, vel concubinam, iuxta consuetudinem ueteris testamenti? Non credo, quia scriptura dicst, erunt duo in carne vna, nec dicit de concubina, quia, fornicatio esset contra quam ordinatum est matrimonium se
3 cundum Apostolum. † Quæro, quid econtra vtrum erronea sententia lata pro matrimonio transeat in rem iudicatam? respon. si aliquis consensus potest reconciliare matrimonium transit, secus si consensus est omnino prohibitus, nam transitus potest fieri de non esse ad esse, sed de non esse ad non esse, non est transi-
4 tus. † Quæro, an contra matrimonium currat præscriptio? respõ.
a quod in matrimonio [a] nihil operatur præscriptio, Ber. vnde cursu temporis filius incestuosus non efficitur legitimus, & tamen per priuilegium Imperatoris incestuosi possunt legitimari, tex. est sing. ff. de ri. nup. qui in prouincia. §. diuus. Similiter dico dotem datam pro matrimonio incestuoso præscribi non posse. ff. de ri. nup. l. a diuo Pio. quæ l. est ad hoc notabilis.

ADDITIO.

a Vinc. God. Matrimonio. Adde ꝙ matrimonium per uerba de præsenti, non secuta copula, potest a Pontifice dissolui de potestate ordinaria, Gozad. consi. 2. nume 2. & 14.

SVMMARIVM.

Sententia lata prætextu iniquæ consuetudinis retractatur, in prin.
1 *Termini dati ad prosequendam appellationem effectus.*
2 *Sententiæ duæ vnica ratione declarantur nullæ.*
Sententia confirmatoria non ualet, si prior est nulla.
Statuta si non valent, nec ex eis latæ sententiæ.
Consuetudo non præiudicat veritati, neque prohibito perpetuo.
Consuetudinem creare est iurisdictionis, ver. & sicut.
3 *Consuetudo laicorum in alienandis rebus ecclesiæ non tenet.*
Idem in hospitalibus, & his, quæ generaliter pauperibus legantur.
In vtilitatem ecclesiæ conuertisse, & contraxisse præsumitur prælatus qui bene administrare consueuit.
4 *Solennitates, quæ requiruntur in alienatione rerum ecclesiæ, an requirantur in venditionibus, quas faciunt fratres Prædicatores, qui non possunt retinere proprium.*
Dominium momentaneum non infringit regulam mendicantium.
Capitale apud campsorem computatur inter immobilia.
Pecunia deseruit cuilibet humanæ necessitati, non res alię. ver. Itẽ pecunia.

CAP. VIII.

Cum causa. Retractatur sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata contra ecclesiam. Et prima pars ponit factum. secunda diffinit ibi, nos autem. Casus. præmitte ad euidentiam quod in ciuitate Brixiæ erat quædam consuetudo, quod Archipresbyter solus sine consensu capituli posset uendere domos ecclesiæ suæ, modo accidit, quòd Archipresbyter vendit quandam domum quibusdam nobilibus, & recepit pretium. Isti nobiles petebant possessionem sibi tradi coram legato sedis Apostolicæ. Interim fuit appellatum a quodã grauamine ipsius legati, qui terminum præfixit ad iter arripiendum, & non fuit iter arreptum, legatus condemnauit ecclesiam ad tradendum domum secundum consuetudinem ciuitatis. ad iudicãs dictam domum emptoribus, sed fuit appellatum ad Papam. Papa commisit causam app. fuit sententia legati confirmata, iterum fuit appellatum. Papa decreuit sententias nullas, & cõ
1 suetudinem non valere. † In tex. ibi, Terminum, no. effectum termini dati ad prosequendam app. quia arctat ad iter arripiendum intra terminum: alias appellans cadit ab ap. In tex. ibi, promulgatis, no. contra consuetudinem bis fuisse iudicatum, Ber. Ego puto, quod non debeat dici iudicatum bis, quia idem per idem in
a eadem causa. ff. de uerb. ob. l. qui bis idem. [a] † No. ibi, duas sententias vnica rõne nullas declarari, & si non valet prima, non valet
2 confirmatoria propter eundem errorem. ff. de ap. l. si expressim. quia retulerunt se ad statutum ipso iure nullum. Et hoc nota diligenter propter formam consuetam: nam dicunt iudices, nos tales sequentes formam statutorum & ordinationem ciuitatis, pronunciamus sic: nam si statuta non valent, sententia est ipso iure nulla propter vitium pronunciantis, ff. de excusa. tuto. l. quæ te stamẽto. tex. est hic melior, qui sit in iure. In tex. ibi, Veritati, not. quod consuetudo non prę iudicat veritati: alibi dicitur, quod error ius facit. l. j. ff. de sup. leg. in tex. ibi, Aut legi. scilicet prohibendi. nam perpetuo prohibitum non est consuetudine vsurpandũ. In tex. ibi, Absoluentes, nota, quod iudex app. fert sententiam absolutoriam contra condemnatoriam. Oppo. consuetudo est seruanda. Solu. hæc consuetudo erat inducta à laicis, qui non habebant iurisdictionem in rebus ecclesiæ. Et sicut facere statuta,
3 est iurisdictionis, ita facere, siue creare consuetudinem. † Concludendo no. consuetudinem laicorum in alienandis rebus ecclesiæ non tenere, sic supra. de consti. cap. ecclesia sanctæ. idem in hospitalibus, & his, quæ legantur pauperibus, in genere; quia non valent statuta laicorum. quę derogant iuribus eorum. In gl. vlt. ibi, in vtilitate eccle. dicit Arch. quod prælatus, qui consueuit bene administrare, præsumitur in vtilitatem ecclesiæ conuertisse, & pro utilitate ecclesiæ contraxisse. 10. q. 2. hoc ius porrectũ,
4 per Arch. quod est no. dignum. † Quæro, nunquid in venditionibus, quas faciunt fratres prædicatores, qui non possunt retinere proprium, requirantur solennitates, quæ requiruntur in alienatione rerum ecclesiæ? dicit Arch. quod non videt rationem quo modo mendicantes ordines possunt capere, vt vendant, cum pretium succedat loco rei, vt ipse no. 28. quæstio. j. de uiduis. sed certe immo est ratio, scilicet personæ conditio, & momentaneum dominium, non infringit regulam mendicantium, argum. C. de bon. quæ libe. l. fi. in fi. Et quia apostoli ita faciebant: non tamen possunt de ista pecunia facere capitale super banchis campsorum quia esset computanda inter immobilia. statim ergo pœniteant, & repetant. Item quia possessio rerum mobilium, quæ vsu consumuntur, est vilis & abiecta. ff. de acquirẽ. possess. l. rem, quæ nobis, & l. quarundam. Item pecunia deseruit cuilibet humanæ necessitati: aliæ res non. ff. de fideiusso. l. si ita fideiussorẽ accepero.

ADDITIO.

a Idem. Vide Barba. consi. 15. vol. 2.

SVM-

BIU Cujas

SVMMARIVM.

Appellatione remota, clauſula quid non excludat, in prin.
Abſoluitur nemo niſi ab eo, quod ualet ibidem, verſi. Dicit.
1 *Iniquitas quando reddat ſententiam iniuſtam, & quando nullam.*
2 *Sententia lata contra tenorem obligationis, an ſit ipſo iure nulla.*

CAP. IX.

Inter cætera. Clauſula, Appellatione remota, non excludit expreſſæ iniquitatis, vel nullitatis obiectum, hoc dicit not. Et primo loquitur de iniquitate, vbi oportet ſententiam euacuari per appel. ſecundo de nullitate, vbi non eſt neceſſaria appellatio, quia quod non eſt, reſcindi non poteſt, vnde ſententia nulla poteſt retractari, ſed non ſolui, quia nō poteſt ſolui ius, quòd ligatum non eſt, ff. de verb. oblig. l. decem. Dicit Ioan. And. quod nemo abſoluitur niſi ab eo quod valet, reuocatur autem, ſi non valet. c. j. quod me. cauſa. lib. 6. in glo. ord.
1 †Quæro, quādo iniquitas a reddat ſententiam iniuſtam & quan
a do nullam? ſol. vt in glo. adde, ſi ſententia fertur notorie contra ius partis, an ſit ipſo iure nulla? dic quod non, vt C. de ap. l. ciues. & l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſ. quod eſt uerum, niſi contineat impoſſibile de iure, vt ff. de excu. tuto. l. qui teſtamento, &
2 ff. de tu. & cu. l. Sæiç egreſſæ. ff. ad Car. l. 3. §. puberi. † Quæro, an ſententia lata contra tenorem obligationis ſit ipſo iure nulla, vt quando excedit tenorem cōtractus, verbi gratia, ſtipulatio erat in 10. ſententia in 20. & uidetur quod in totum ſit nulla. ff. fam. ercis. l. in hoc iudicio: ſed ibi non pronunciauit ſuper toto, hic autem ſuper toto, & alio pluri. Et ideo non videtur vtile per inutile vitiari, argum. C. de donat. l. ſancimus. Nam fortius debet valere ſententia quam contractus, propter auctoritatem rei iu. ſed contrarium nota. ff. de doli exce. l. apud Celſum. §. aduerſus. C. ſi aduer. rem. iu. l. j. quia non poteſt ſententia ſuper vno articulo valere, & ſic ratione impoſſibilis adiuncti in nihilo valet pro alia parte. ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratus. §. j. & ff. de iu. pat. l. Carmelia, & ff. fam. ercis. l. quædam mulier. ſed ibi erant diuerſa & ſeparata capitula, & facit. ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. & in c. j. de arb. lib. 6.

ADDITIO.

a Vinc. God. Iniquitas. Adde, ꝙ iniquitas dicitur octo modis, ſ. quatuor per plus & quatuor per minus, videlicet, re, loco, tempore, cauſa. Bald. in l. 2. §. ſed ſi quis, col. 2. C. com. de leg.

SVMMARIVM.

Iudici, qui illudit, excommunicandus eſt, in prin. ver. ibi, promulgaſſe.
Abſolutus ab inquietatione, eſt abſolutus definitiue, ibid. uer. nota quod.
1 *Sententia facta, non citata parte præſumitur illicita.*
Cauſæ cognitio ad introducendum nouum iudicium fieri poteſt in domo.
Super nullitate ſententiæ per quæ verba pronuncietur, ver. ibi. non ob.
Super rei iud. exceptione, ſi incidit pronunciandum, ibid.
2 *Sententia, quæ nulla eſt, non obſtante proceditur ex eodem libello.*
3 *Mandatum, quod in alicuius præiudicium tendit, an lite penden. poſſit fieri.*
Ordinibus pendente lite ſuſceptis quis vti non poteſt, & quando.
4 *Citatus an excuſetur propter infirmitatem.*
Infirmitatem confingere creditur qui ſtatim conualuit.
5 *Annulus an dicatur arrha, vel conſenſus, & de effectu geſtationis.*
Matrimonium ipſo facto contrahitur, ſponſalibus præcedentibus, ver. item poſt quam.
Matrimonium ad contrahendum quando mittitur nuncius, vel epiſtola, an mulier loqui debeat cum nuncio.
In vxorem duobus petentibus mulierē, neutri adiudicatur non probanti tps.
6 *Pœna poteſt apponi in matrimoniis per ſtatutum ciuitatis.*
Matrimonium quando non præſumatur, duo caſus.
In matrimonio etiam ſpirituali verba requiruntur.

CAP. X.

Tenor. Sententia lata contra abſentes non citatos in cauſa matrimonij non valet. h. d. Caſus inter R. & M. vertebatur quæſtio matrimonij, quia mulier petebat illum in virum, cauſa commiſſa fuit epiſcopo Theatino, qui R. abſoluit abſente muliere, mulier impetrauit ſecundas literas. delegati citauerunt dictum R. qui propter infirmitatem non comparuit, ſed nocte ſequenti aliam vxorem accepit. vnde fuit excommunicatus, tandem abſolutus produxit pro ſe ſententiam, quam tulerat dictus epiſcopus, ſed mulier produxit teſtes, per quos intendit ꝓbare interrogationem per verba de præſenti. Papa mandat in cā procedi, non obſtante illicita abſolutione, & mandauit dicto R. ne ad ſecundam uxorem accedat priuſquam cauſa cum prima vxore fuerit diffinita. In rex. ibi, Infirmitate, no. quod quis poteſt eſſe infirmus vna die, & ſanus alia. Ibi, Copulare, carnaliter, vel verbaliter. Ibi, Promulgaſſe, no. illum excōicādum, q illudit iudici. Ibi, qua. ſ. ſnīa excōicatus. Ibi, Abſolutus, in forma eccleſiæ. No. ꝙ abſolutus ab inquietatione, eſt abſolutus diffinitiue. Ibi,
1 Annulo, no. ꝙ annulus ſignificat verba de p̄ſenti. † In tex. ibi, Illicita, quia facta non citata parta. quid ſi fuit citata legitime? reſp. pro ſententia pręſumitur, niſi iuſta cauſa mouerit iudicem in cō trarium. credit Inn. ꝙ hæc cāæ cognitio, quæ fit ad introducendum nouum iudicium, poſſit fieri in domo, & non oportet fieri in iudicio partibus præſentibus, quia de licentia iuris fit ſecundū Inno. quod eſt ualde no. ſimile no. Accur. ff. de bono. poſſeſſ. l. 3. §. ſi cauſa cognita. Sed an ſecundo & tertio poteſt verificari de nullitate? Inn. dicit, ꝙ eſſet abſurdum, quia non eſſet finis litium, & vide c. 1. de re iu. in cle. in. tex. Ibi, Non obſtante, no. ꝙ per hæc verba pronunciatur ſuper nullitate ſnīæ. Item not. ꝙ ſi exce. rei
2 iud. incidit, ſuper ea oportet pronunciari. † In text. ibi, Procedas, non obſtante ſnīa, no. ꝙ ſnīa non obſtante quæ nulla eſt, ꝓcedīt ex eodem libello. Et ſic ſnīa ep̄i fuit nulla, tn̄ libellus remanet valido. ff. de re iu. l. cum quærebatur. C. qūo & qn̄ iu. l. ſi ut proponis. In tex. ibi, Interdicatur, no. interdictum, ne quid innouetur lite pen. &
3 ꝙ interim poteſt excōicari. † Op. ꝙ iſtud mandatū non debeat fieri, cum tendat in præiudiciū tertij i. ſecundæ mulieris. ſo. iſtud eſt pp litis pendentiam, qua pendente ſecunda mulier acquiſiuit titulum, & ideo res eſt quaſi litigioſa, cuius traditio inhiberi poteſt interim ſm Ber. ar. ff. de pe. hær. l. diuus. ꝙ eſt no. dignum. Et de iſto præcepto, ne reus audeat lite pendente alii. tradere poſ. ſub aliqua pęna arbitraria, raro inuenies. Dicit Innoc. ꝙ poſt peccatum non monetur qs, ne peccet, ſed monetur, vt ſatiſfiat. Item no. in iſto c. ar. ꝯ illos, qui lite pendente faciunt ſe promoueri ad ordines, vt non poſſint vti ordinib. li. pen. ſed ea finita
4 ſic, ſi reportatur uictoria in cauſa, ſicut hic dr̄ de vxore ſuſpecta. †Quæro, vtrum excuſetur citatus pp infirmitatem? rn̄. ſic, ſi poſt ea compareat, ſecus, ſi non comparet, vt hic. vel dicit gl. iſte fingebat ſe infirmum, & patet ꝙ falſa excuſatio erat, quia ſequenti nocte fecit concubitum cum alia. Item no. ꝙ fingitur cōfingere
5 infirmitatem ille, qui ſtatim conualuit, Ber. Item not. hic de matrimonio nocturno. † Quæro, vtrū annulus a dicatur arrha uel ꝯ
a ſenſus? reſpon. nec arrha, nec conſenſus eſt, ſed conſenſum probat, ſicut ſignum oſtendit ſignatum, vt C. de fabri. l. ſtigmata. Et no. ꝙ ſufficit dicere, ſubarrho te annulo, quia nō refert, an verbo vel facto quis declaret voluntatem ſuam. Ber. certe immo refert in matrimonio, ut no. C. de pręſcr. trig. an. l. cū notiſſimi, in prin. ff. de act. & obl. l. non figura. ff. de reg. iur. l. nuptias, & no. infra de ſpon. tuæ, & infra de deſpon. impuberum, c. uerum, & c. vlt. de cō iugio ſeruo. & 43. diſtin. c. ſit rector. tamen ſatis profert uerba, ſi dicit, te ſubarrho, cum hæc ſic cōſuetudo loquendi, Ber. & licet requirantur verba: tn̄ iſta verba non ſunt ſtipulatio, ſed cordis expreſſio; & ideo matrimonium poteſt contrahi per nuncium & per epiſtolam, vt in c. j. de procu. li. 6. vel dic, quòd vbi interuenit annulus publice datus nō eſt neceſſe, quod probentur verba, ꝙa præſumuntur interueniſſe, vel quia ſufficit tacitus conſenſus cū facti expreſſione ſecundum Bern. Adde dicit Archid. quòd per portionem annuli benedicti probatur matrimonium, ſed antequam ſit benedictus, præſumuntur ſponſalia. 30. q. 5. fœminæ. Item quod poſtquam præceſſerunt ſponſalia, ipſo facto contrahitur matrimonium, ſecus ſi non præceſſerunt 43. diſt. ſit rector. in fi. per Arch. Item ait, ꝙ quando mittitur nuncius, vel epiſtola ad matrimonium contrahendum, non oportet ꝙ mulier ei ꝙcquam loquatur, dummodo exprimat conſenſum ſuum coram honeſtis perſonis 30. q. 5. nec aliud. per Arch. dicit Inno. quod ſi duo probant, ꝙ acceperunt Bertam in vxorem, & neuter probat de tempore, quod non valet ſententia, per quam Berta adiudicatur vni eorum: ſecus in dominio, & præbenda. ita eleganter not.
6 ipſe infra de ſpon. duorum, in rubr. † Dicit Archi. quod in matrimonijs poteſt apponi pœna per ſtatutum ciuitatis, ut ipſe no. 30 q. 2. vbi no. dicit, quod hoc eſt verum, præterquam quo ad impediendum ſubſtantiam matrimonij: & dic, ut no. in c. ſtatutum, de hære. lib. 6. Dicit glo. ꝙ vbi nō eſt dos, nec præſumitur matrimonium eſſe. 3. q. 4. quod autem Idem dicas ꝙ præcedente concubinatu nunquam præſumitur matrimonium, vt Inſt. de nup. §. fi. Dicit Inn. ꝙ in matrimonijs ſpiritualibus requiruntur verba, ſicut in carnali, vt ipſe no. j. de ſpon. c. tuæ.

ADDITIO.

a Vinc. God. Annulus. Adde, ꝙ annuli ſubarrhatione præſumitur matrimoniū contractum. Glo. in c. fi. de deſpon. impu. Dec. conſ 62. col. 2.

SVMMARIVM.

A diuortii ſententia non receditur per ſolam mulieris confeßionem, in prin.
1 *Compaternitas contracta per baptiſmum, vel confirmationem habet dirimere matrimonium ſequens.*
Confeßio contra ſententiam non valet.
Rationabile quid dicitur quo ad iuſtitiam fori, non autem poli.
2 *Negatiua hæc, quod ante contractum matrimonium nō eſſet compaternitas, quomodo probabitur.*
3 *Factum ſecundum ius quod dicatur.*
Ius naturale idem quod veritas.
Ius gentium idem quod æquitas.
Iuramentum teſtis eſt de ordine, non de ſubſtantia.
Clauſula de iure, eſt monitio non conditio, ad finem.

CAP XI.

Conſanguinei. Propter ſolam confeſſionem mulieris non receditur a ſententia diuortij, niſi probetur quod ſententia fuit lata prætextu falſæ probatio-

nis.

BIU Cujas

nis.ſecunda ibi, Fraternitati. Caſus. Quædã mulier contraxit matrimonium cum quodam, tamen prętextu cognationis ſpiritualis fuit lata ſententia diuortij. mulier poſtea confitetur quod nulla fuerit cognatio tempore matrimonij, ſed ſuperuenit poſt hęc quod mulier tranſiuit ad ſecundum matrimonium. Papa dicit, quod ad confeſſionem mulieris, ſententia non reſcinditur niſi
1 legitime probetur quod ſententia fuit lata ex falſa cauſa. †In tex. ibi, compaternitatem. ſ. contractam per baptiſmum, vel confirmationem, quæ habet dirimere matrimonium ſequens. de cogna. ſpirituali. cap. maritus, & eo. titu. c. 2. & 3. lib. 6. Ioan. Andr. In texto ibi, & poſt. nota, quod compaternitas ſequens non dirimit matrimonium iam contractum, vt infra. de cogna. ſpir. capitu. 2. Et ſic not. quod quæ vitiant faciẽda, nõ infringunt iam facta. In tex. ibi, confeſſionem, not. confeſſionem contra ſententiam non vãlere. Ibi, Rationabiliter, ꝙ rationabiliter dicitur factum, quod eſt rationabile quoad iuſtitiam fori, licet nõ ſit rationabile quoad iuſtitiam poli. Ibi. Probaretur, no. ꝙ in matrimonijs maior eſt
2 veritas, quam ſnïa. †Quæro, qũo probabitur. dicit gl. ꝙ per teſtes,
a ſed quomodo probabitur iſta negatiua, [a] ꝙ ante contractũ matrimonium non eſſet compaternitas? rñ. per famam & indicia, quia aliter pura negatiua nõ põt probari. Nam cũ fama & cum indicijs negantis conſonat iuris præſumptio, vt ff. de proba. l. uerius. C. qui mili. non poſ. l. ſuper ſeruis, lib. 12. †Ex duabus glo. par
2 uis iſtius capit. not. argum. quod illud dicitur factum ſecundum ius, quod eſt factum ſecundum ordinem iuris ciuilis, licet non ſecundum ius naturale, quod idem eſt, quod veritas; nec ſecundum ius gentium, quod idem eſt, quod æquitas. vnde omne, ꝙ poteſt tranſire in rem iudi. dicitur ius, etiam cum prætor inique decernit habita relatione non ad id, quod fit, ſed ad id, quod fieri conſueuit. Ita dicit tex. in l. pen. ff. de iuſti. & iu. & per hoc decidi tur quod de compromiſſo facto cum arbitrio procedendi de facto, & ſententiandi de iure tantum. Nam in iudicijs hoc verbũ ſonat pro iure fori iudicialis, quod ſatis eſt ſeruaſſe ſecundũ acta & probata, quinimo ſi iudex cauſam p̃ probata. adiuuari, ſufficit, licet iudex, vel arbiter errauerit, &, etiam per teſtes non iuratos, ex quo data eſt ſibi poteſtas procedendi de facto, quia iurm teſtis eſt de ordine, non de ſubſtãtia, vt ſup. de teſti. tuis, maxime ſi dictum teſtis fundetur in peritia diſciplinæ alicuius artis, ut no. in l. j §. j. ff. de ven. inſpi. Item hæc clauſula de iure, eſt monitio non conditio, ut no. Inn. ſup. de offi. dele. c. prudentiam, vt ſit ſenſus abnegatiuus, de iure. i. non de libero arbitrio.

ADDITIO.

a Negatiua. Adde Alex. conſ. 39. lib. 1. & vide in conſi. 290. Are. conſi. 94.

SVMMARIVM.

1 *Voces duas quis habere poteſt in una electione.*
Perſonarum duarum vim habent duo iura concurrentia.
Diſtributiones quotidianas duplices habere debet fungens vice duarum perſonarum.
2 *Papa præſumitur circunuentus, quando facit aliquid contra ſuam pronunciationem.*
3 *Procurator, qui eſt in curia, citari debet, quando eſt aliquis actus præiudicialis domino.*
In collatione gratiæ nemo citandus.
4 *Maleficium debet reuocari.*
Eludere, vel illudere dicitur impetrans beneficium a papa, & poſtea ab ordinario.
Plena concordia quando dicatur factum. §. ibi. plena.
Ad electionem abſentes quando vocandi. § in tex. ibi, præſen. & nu. 5.
5 *Præſens ſufficiunt in electione laicorum, abſentibus etiam non citatis.*

CAP. XII.

Cum olim. Si Papa contra pronunciationem ſuam beneficium confert hoc tacito ſubreptitia dr impetratio, & non ualet. h. d. Et primo ponit factum. ſecũdo diffinit ibi, nos igitur. Caſus. Vacante Archidiaconatu Magalonen. eps nominauit Pet. præpoſitus appellauit, ut nullus eligeretur, niſi conceſſa ſibi duplici uoce, & inhibuit, eps Pet. inueſtiuit, præpoſitus alium nominauit. Celeſtinus totum ceſſauit, & interloquendo decreuit, quod per illos, quibus ſcriberet, prouideretur. demum quidam C. impetrauit dictum Archidiaconatũ a Papa, cũ nondum eſſet ordinatus ad diaconatum. Item præter conſcientiam procuratoris epi, qui erat in curia ob hanc cauſam mortuo C. ſucceſſit Inn. coram quo dictus impetrans allegabat quandam nouam conceſſionem epi. Papa dicit, quod impetratio non tenuit, quia ſubreptitia non facta mentione de interlocutoria Papæ. Item conſenſus, uel conceſſio epiſcopi non valuit, quia fuit facta in eluſionem ſententiæ Papæ, quibus omnibus liquidis exiſtentibus Papa dicto impetranti, ſed abſenti, impoſuit perpetuum ſilentium, mandanſque interueniente plena omnium præſentium concordia, ut Archidiaconus ordinetur. Not.
1 quod † quis poteſt habere duas uoces in una electione, nec
a mirum, quia quoties duo iura concurrunt [a] in vna perſona, hñt vim duarum perſonarum. ff. de his, quibus vt indig. l. tutorem. ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis, de teſta. c. Raynal. ff. de adop. l. ſi conſul. & l. ſi pater §. qui duos. ff. de ſtip. ſer. l. 4. de ſer. vrb. præd. l. ſi domus. ff. de fideiuſ. l. generaliter. quia, vt ibi eleganter dicit litera, nulla eſt ratio, quare magis permittatur vti una, quam reliqua. interim enim habet eas diuerſo iure, arg. ff. de bo. poſ. l. ſi cum patrono. C. de iure delib. l. cum aliquis. C. de admi. tut. l. cum quædam. Et per hoc dico, ꝙ debet habere duplices quotidianas diſtributiones ſecundum Io. And. idem conſuluit Non ob. ff. de vſuf. l. dñs. §. fi. vbi in alimentis nõ habet locum duplicatio, quia ibi altera perſona eſt extincta vna cum alimen-
2 tis. No. caſſari, quod nullum eſt in uerbo, caſſauit. †In tex. ibi, Pro nuncians, contra quam pronunciationem Papa circumuentus contulit Archidiaconatum, ut hic. vnde quando Papa facit aliquid contra ſuam pronũciationem, præſumitur circumuentus, vt hic in uerbo, credimus circumuentum, quod eſt no dignum. vnde ſi rex Francorum contra ſuam pronunciationem aliquid concedit, tacito de pronunciatione, conceſſio eſt ipſo iure nulla.
3 In † tex. ibi, procuratoris, no. procuratorem, qui eſt in curia, citari debere, quando fit aliquis actus præiudicialis domino, quod tene menti, ſm Inn. & Hoſt. quia vr ſuppoſitio facta clam & furtiue. l. aut qui aliter, quod ui aut clam. tu dic ſm Ber. quod in impetratione gratiæ nemo eſt citandus, quia eſt quædam donatio. Item non eſt actus, qui debeat expediri in contradictorio iudicio, arg. illius no. glo. quæ eſt. ff. de bo. poſ. l. 3. §. pe. vnde, quando proceditur ad collationem, nemo eſt citãdus c. licet epiſcopus, de præben. lib. 6. †In tex. ibi, Commutare. No. ꝙ maleficium de-
4 bet reuocari ibi, in eluſionem. no. quod qui obtinet beneficium a Papa, & poſtea ab ordinario, vr facere in eluſionem Papæ. Et iſta eſt una de rationibus contra impetrantem, & eſt bene not. In tex. ibi, Licet abſenti, no. imponi ſilentium abſenti, ubi liquet de cauſa, intellige eo citato. Ibi, Plena concordia, not. dicit plenã concordiam maioris partis, quinimmo dicuntur omnes eſſe in concordia, vbi eſt maior pars, Ber. quod eſt verum in reſcripto, ſecus in ſtatuto, nam reſcriptum eſt impetrandum ſecundũ ius commune, ſed ſtatutum eſt ſeruandum præciſe, vt dixi ſup. c. nõ poteſt. In tex. ibi, Præſentes, no. abſentes ad ele. in inferioribus dignitatibus epiſcopatu non eſſe de neceſſitate uocandos, hodie hoc eſt correctum, ut in c. in eccleſijs, de præbẽ. lib. 6. ſed in alijs actibus quam in elec. non ſunt vocandi, ut no. in c. præſentium,
5 de teſti. lib. 6. † Quid in elec. laicorum? dic ꝙ ſufficiunt præſentes etiam abſentibus non citatis, dummodo præſentes faciant duas partes. ff. quod cuiuſque vni, no. l. nulli, & plane. C. de decu. l. 2. & l. nominationũ forma, in Auth. de defen. ciuita. §. interim. Quid in alie. re. eccle. dic, vt in auth. hoc ius porrectum. Illud animad-
b uertẽdum puto, ꝙ ſi imminet extremitas [b] remporis electionis fiendæ, ꝙ abſentes non ſunt citandi, quia videntur citati alege, arg. in c. vbi periculum. de elec. lib. 6. Sed illud ideo, quia aliqui præter formam mandati. ff. de arbi. l. Pedius. §. j.

ADDITIONES.

a Concurrunt. Vide do. Iaſ. in l. ſingularia, in notabilib. illius l. ff. ſi cer. pet.
b Vinc. God. Extremitas. Adde, ꝙ electio facta per vnum aliis abſentibus & nõ comparentibus hora deputata, ualere dicitur. Inn. in c. cum nobis olim. de electio. Cæpo. cau. 139. ver. ratificatio. 73.

SVMMARIVM.

Sententia contra ius litigatoris lata ualet, ſi ab ea non fuerit intra decennii appellatum, in prin.
1 *Libellus ſubiectionis generalis eſt.*
Declarari debet in proceſſu, quod generaliter dicitur in libello.
Inueſtitura pro poſſeſſione corporali.
2 *Obedientia manualis quõmodo fiat.*
Per taxatiuam negationem tacite videtur quis confiteri reliqua, ver. ibi, dũ taxat.
Sententia ſecundum ſententiam valet, ſi non fuerit appellatum, verſi. no. ſententiam.
Sententia alternatiua per iudicem appellationis ad ſimplicem poteſt reduci, & valet ſine verbo, condemno, verſi. item non eſt.
3 *Sententia quandoque fertur alternatiue, & tamen non eſt alternatiua, ſed ſubiectiua.*
Cauſa & origo ſcripturarum eſt inſpicienda, fallit in ſententia.
4 *Fundamento inutili exiſtente quicquid inde ſequitur, vertitur in ruinam.*
Principale dicitur, quod eſt cauſa & origo.
Sententia per ſe ſtat & ſuis viribus nititur, etiam ſi probationes non concludant, ver. ſed opponitur.
5 *Appellatum quando non eſt a ſententia, præſumitur rite & recte per omnia pronunciatum.*
6 *Libellus quando generalis eſt multa capitula generali ſermone complectens, an debeat ferri ſententia ſuper omnibus capitulis.*
Iudicandum tantum de capitulis, quę quis proſecutus, & reliqua ſeruanda, & quando, & nu. 8. 9. & 10.
Actionem prodit qui doloſè ſuſpendit proſecutionem, & verſi. & hic eſt.
7 *Verba hæc, qui pro tempore, quid comprehendant.*
Futurum ſubiunctiui duo tempora ſignificat.
8 *Libellus generalis per ſingula capitula declaratus, an ſit libellus generalis.*
Expreſſum an vitietur propter omiſſum.

Senten-

BIU Cujas

Sententia quando valeat ſi quid omittatur, & nu. 6. 9. & 10.
9 *Diſtinguere, & diuidere differunt, & in his quid iudex poſſit.*
10 *Sententię duæ non poſſunt ferri ſuper vnico capitulo ſuper vna parte.*
De toto quis non dicitur pronunciaſſe, qui ſuper parte pronunciauit.

CAP. XIII.

Cum inter. Valet ſententia lata contra ius litigatoris, ſi ab ea intra dies decem non fuerit appellatum. primo narrat proceſſum, & iura unius partis, ſecũdo diffinit, cãm diffinitionis p̃mittens. ſecunda ibi, quãuis. Caſus. Inter abbatem & conuentum ſancti Zenonis Voronen. agentem ex vna parte, & Archipresbyterum, & clericos ſancti Proculi ex altera parte defendentes, erat qõ, quia abbas dicebat dictam eccleſiã ſancti Proculi eſſe monaſterio ſuo pleno iure ſubiectã, exprimendo capitula ſubiectionis in hunc modũ, uidelicet in inſtitutione, deſtitutione inueſtitura Archipresbyteri, & eiuſdẽ Archipresbyteri fidelitate, in obedientia Archipresbyteri & fratrum, in correctione, repræſentatione ad ordines, tonſuratione, ſuſceptione chriſmatis, letanijs, ſed adiecta in libello clauſula generali, uidelicet & alijs ſimilibus, p̃ quæ plena ſubiectio .i. in ſpũalibus & tẽporalibus declarantur. tpe probationis Abbas produxit inſtrumentum publicum conceſſionis Veronen. epi. ad quẽ ſpectabat dicta eccleſia pleno iure. Item ratificationem ſucceſſoris. item priuilegia, & confirmationes ſummorũ põtificum, & Patriarcharum Aquileienſium, qui erant metropolitani. Et in vno priuilegio fiebat mentio de ſubiectione plenaria, atque ſubſcriptione epi Veronen. quam fecit per quendam priorem ſancti Zenonis, produxit inſuper Abbas quandam ſnĩam latam per quendam Cardinalem, & demum per epm Veronen. ꝯ Archipresbyterum & clericos ſuper duob. capitulis, in quibus tm̃ p̃tendebant ſe liberos. ſ. ſuper fidelitate, & obedientia manuali, cuius tenor erat, ꝙ vel Archipresbyter relinqueret eccleſiam aut Abbati obedientiam repromittere, a qua ſnĩa non fuit appellatum, Papa conſiderans, ꝙ donatio, confirmatio, & priuilegia non tenent, quia ſumunt originem ab inualida, ſolum ponderat ſententiam ſuper dictis duobus capitulis latam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, pro qua præſumitur, ꝙ ritè & rectè, & ꝙ uera ſit, non obſtantibus allegatis in contrarium, quia ueritas geſtorum ambagibus non mutatur: diffiniuit, ut Archipresbyter ſancti Proculi, qui pro tpe fuerit fidelitatem & obedientiã præſtet Abbati ſancti Zenonis. In tex. ibi, Clericos, no. hic agi contra clerios, quia nemo in eis hoc ius prætendebat, niſi ipſe agens, alias contra poſſeſſorem agerent. s̃. de maio. & obed. inter quatuor, de præſcri. auditis, &c. olim, Io. An. † In tex. ibi, inueſtitura. i corporali poſſeſſione, quæ de iure ſpectat ad Archidiaconatum, Ioan. And. Ibi ſimilibus. de quibus de off. ord. conquerente. lex. n. diœceſana impugnat & epos lex iuriſdictionis terret ſubiectos ſpiritualia ſunt ſacra, tpalia ſunt oĩno profana, ut ſunt rerũ dn̄ia, & ſimilia. In tex. ibi, Publicum. no. inſtrumentum publicum dici, licet inualidum. Ibi, Veron. epi, ad quem ſpectabat eccleſia pleno iure. In tex. ibi, Priuilegia, ſ. confirmatoria in forma cõi. & iõ erant inualida. ꝙa quãdo confirmatur inutile inutiliter, non valet firmatio. Ibi, Archipreſbyter, ſancti Proculi. Ibi, Subſcribi, hoc non poſſet facere tabel-
2 lio, niſi eſſet ordinarius ſtationis, ut in Authen. de tab. §. fin. † In tex. ibi, Manuali, no. de obedientia manuali, quæ fit genibus flexis, manibuſque iunctis & poſitis inter manus ſuperioris. Ibi, Duntaxat, per taxatiuam negationem uidebantur tacitè confiteri reliqua, argum. C. de præd. mi. l. ob æs, & ff. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. C. de patri. qui fil. di. l. 2. ff. ad Treb. l. Lucius. §. qui habeat. in fin. In tex. ibi, idem fuerat iudicatum. no. ſnĩam ſm̃ ſnĩam ualere, etiam ſi non fuerit appellatum, ut no. in l. j. C. qñ prouo. non eſt ne. In tex. ibi, Dimittere, mirabilis ſentẽtia, quod aut dimittat eccleſiam, aut faciat obedientiam. Item aliud eſt mirabile, quia eſt ſnĩa alternatiua. Item non eſt expreſſum uerbum, condemno, & trãſit in rem iu. quod eſt no. dignum, tamen Papa inferius non comprobat ea alternatiue, ſed in ea parte, in qua diſponiter de fidelitate, & obedientia. ſic reducit alternatiuam ſnĩam ad ſimplicẽ, quod põt facere iudex
3 appellationis, & hoc tene menti. † præterea qñque fertur ſenten
a tia[a] alternatiue, & tamen non eſt alternatiua, ſed ſubiunctiua, vt dicit illa l. no. ff. de re iu. l. miles. §. decem. In tex. ibi, inſtro donationis, ſcilicet factę per epm Veronen. no. cãm & originem ſcripturarũ inſpiciendam eſſe. fallit in ſententia, ubi inſpicimus fi-
4 nem, & non principium, tex. eſt hic no. † In tex. ibi, innitendum, no. ꝙ fundamento inutili exiſtente quicquid inde ſequitur uertitur in ruinam. nam oportet, quod virtus acceſſorij a principali deſcendat ſm̃ Abbatem. illud autem dicitur principale. quod eſt cã & origo. ff. ad l. Fal. in ratione. §. qui filio. Sed opponitur, ſententia eſt acceſſorium, & tamen tenet ſuper principali? reſp. imo ſententia ſtat per ſe propter rigorem iudiciorum. vnde ẽt ſi probationes de iure non concludunt, tn̄ ſententia de iure concludit. tex. hic valde no. In tex. ibi, Sermonibus. i. negationibus, uel id eſt allega. nullitas inſtrumentorum, & ſic ſnĩa lata ex inſtr̄is nullis ipſo iure eſt valida, quia ſuis uiribus per ſe nititur, quod eſt no. Ille. qui ducitur ad furcam, ſemper negat, tamen
5 veritas ſententiæ ſermonibus derogat. † No. ibi, Rite per oĩa, no. verbum, ꝙ quando a ſententia non eſt appellatum, præſumitur rite & recte per omnia pronunciatum, quod includit principale, & acceſſorium. Item includit veritatem, & ſolennitatem, quia iſtud verbum, per omnia, eſt hic poſitum cum miſterio. In
6 † tex. Ibi, Fidelitatem, & obediẽtiam, nota ſnĩam ferri ſuper duobus capitulis tm̃, & non ſuper toto libello. & rõ eſt, quia Papa fundat ſe ſuper ſnĩa in duobus capitulis tantum, alias, quando libellus eſt generalis, multa capitula generali ſermone complectens, aut oĩa capitula ſunt proſecuta, & debet iudicari ſuper oĩbus: aut aliqua, & debet iudicari ſuper proſecutis, alijs capitulis reſeruatis, ut C. de iud. l. licet. niſi actor fuerit in dolo, nolendo proſequi alia capitula, ut reum ſemper teneat in timore iudicorum, quia tunc agens de nouo, repellitur exceptione doli, ut ff. de ar. l. de rebus, ultimo reſponſo. ſm̃ Pet. & Cy. & non eſt alibi. Et hic eſt vnus caſus, in quo qui ſuſpendit proſecutionem,
7 perdit actionem, & tm̃ ſibi valẽt in arbitrio pœnæ, quantum in iudice ſententia. † In tex. ibi, Qui pro tempore. i. tam præſens, q̃ quilibet futurus, quia hæc verba comprehendunt præſentem Archipresbyterum, & futurum, ſicut illa verba, ſi non ualuerit iure teſtamenti, &c. exponitur, & ſi non ualet uel non ualebit ſm̃ Bartol. & ita futurum ſubiunctiui duo tempora ſignificat.
8 † Quæro, vtrum libellus generalis per ſingula capitula declaratus ſit libellus generalis? reſpondeo non, ſi capitula ſint ſpecificata in libello; ſecus, ſi poſtea in proſequendo. ff. de ver. obl. l. ſci-
b re debemus. ſed libellus [b] vniuerſalis ſemper eſt vniuerſalis etiã in rebus ſpecificatis, ut ff. de peti. hære. l. licet minima. Inno. tractat hic, an in ſnĩa propter omiſſum vitietur expreſſum. Et dicit in acceſſoriis non vitiari. vnde bñ valet ſententia, licet iudex non faciat mentionem de fructibus rei iud. l. Paulus. ff. de re iud. ſed in ſubſtantialibus, dic, aut fertur ſuper parte correlatiua, & non valet. ff. fam. erciſ. l. in iudicio, aut ſuper integrali, & idem, quia ſententia debet diffinire totam litem, quia libellus, ad hoc tendit, & idem in parte materiali. Nam ſi peto 100. abſurdũ eſſet, quod iudex poſſet hodie pronunciare ſuper uno numero, & cras ſuper alio, & ferre ſuper vno libello mille ſententias. Nam fruſtra fit p̃ plura, ꝙ põt fieri p̃ pauciora, & qa eſſet tenere mundum in perpetua tribulatione. In parte autem prædicamentali aut ſunt omnia proſecuta, & debet pronunciari ſup̃ omnibus, ut ſententia ſit conformis proceſſui, tn̄ ſi capitula ſunt diſcreta, valeret ſententia, ſi iudici de aliquib. liquet, & de aliquibus non.
9 † Et no. ꝙ aliud eſt diſtinguere, aliud diuidere, nam diſtinguere capitula diuerſa, diſiunctiua quæ eſt circa diuerſa. Sed diuidere eſt partem alicuius totius ab alia parte ſeparare. primum põt iudex. ff. de min. l. etiã. §. ex cauſa, & ar. ff. de iure patro. l. Carmelia, ut hic, ſed iudex nõ põt facere diuiſionem unius quarti. & ideo non valet niſi de toto pronunciet, quia hoc eſſet lacerare potius iudicium, & de una facere diuerſas inſtãtias, qđ eſt impoſſibile. Nã nec plures libelli ſunt recipiendi per minimas particulas ſeparati, ſed p̃ aliud & aliud ſic. ff. de cond. furt. l. ſi ſeruus. §. bonæ, facit ff. de uſucapio. l. eum qui ædes. ff. cõmodati. l. in cõmodato. §. duobus. ſi cer. pe. l. quidam æſtimauerunt. & ibi dixi.
10 † Ex his patet, ꝙ ſup̃ unico capitulo nõ poſſunt ferri duæ ſnĩæ, uno die ſup̃ vna parte, alia cras ſup̃ alia parte, ſed in nihilo valet. & non intelligitur ponunciare de toto, qui pronũciat ſolum de parte, quia ſuper toto nihil dixit neque ſcripſit. ſecundum Iac. Are. C. ſi aduer. rem iud. l. j. Idem no. hic, & Cyn. ibi.

ADDITIONES.

2 Vinc. God. Sententia. Adde ꝙ ſententia, quæ certa ferri potuit, ſi incerta lata fit, nec poſſit ex actis probatoriis factis in proceſſu iuſtificari, nulla redditur, Rui. conſi. 38. nu. 6. lib. 5.

b Vinc. God. Libellus. Adde generalis cauſa non expreſsa reddit iudicium nullum ſi non opponatur, Bar. poſt gl. in l. 1. ff. de eden. per l. fi. C. de ann. excep. & ibi Bar. Cor. conſi. 288. uiſo, litera e. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ nihil continet iniquum, neque per ſe, neque per acta, debet confirmari.*
Iudex appellationis eſt ſucceſſor in locum prioris. ver. quia actore.
In appellationis cauſa ultra partium debeat probare, uer. cum igitur.
Gratificationi ſuccedit iudex ad quem. §. & dato.
Motũ animi ſui, quiſque ſequi poteſt in dependentibus a ſolo animi motu. ibi.
Acta ſemper in cauſa appellationis producenda, & in dubio interpretanda pro ſententia. ibid.
2 *Sententia ad hoc quod confirmetur uel infirmetur, ſufficit, ſi iudex dicat, confirmamus, uel infirmamus.*
3 *Sententia lata præter formam mandati, an teneat.*
4 *A conſilio conſaltoris electi de conſenſu partium poteſt querelari.*

Sententia

1 *Sententia si dicatur lata, vtraque parte præsente, per notarium, non propterea probatur consensus, sed sola iudicis requisitio.*

CAP. XIIII.

Causam. sufficit ad confirmationem sententiæ nihil cõtinentis iniquum, ꝙ contra ipsam aliquid non probetur. h. d. prima pars ponit delegatorum processum, snĩam, & appellationem. secunda ibi, licet, ponit allegationem appellãtis. tertia ibi, quia tñ. Papa ponit suũ motiuum Casus. Inter canonicos Nouarien sis ecclesiæ, & A. clericum, erat quæstio super præbenda. Episcopus Laudens. de consensu partium delegatus absoluit canonicos: fuit appellatum, & adijciebatur, ꝙ dicta snĩa fuit lata contra formam mandati Apostolici. Papa considerans, ꝙ dicta absolutoria nihil continet iniquum, & ꝙ causa fuit delegata de consensu partium, & ꝙ delegatus fuit requisitus ab vtra
1 que parte, ꝙ ferret sententiam, dictã snĩam confirmauit. † In tex. ibi, & A. s. agentem. Ibi, Propositum, tñ non probatum. Ibi, nõ sẽper ad vnam, s. quando potest ex pluribus moueri rationibus, vt hic erat. Ibi, Nihil continebat iniquum, no. doctrinam hanc, qđ aut snĩa nihil continet iniquum, neque per se, neque per acta, & tunc debet confirmari. porrò sententia absolutoria fundabatur hic in iure communi: quia actore non probante reus absoluitur, tam per iudicem primæ causæ, quàm per iudicem appellat. qui est successor in locum eius, vt ff. iudi. solui. l. cum apud. econtra, si esset probatum, absolutoria cassaretur, quia continet iniquum. Cum igitur quæritur, quis debeat probare in causa appel. dic aut nil est probatum in prima causa; & debet probare actor: aut est semiplene probatum; & tunc debet ei deferri iuramẽtum in defectum probationis per iudicem appel. cui debebat deferri per iudicem a quo est appellatum. Et dato casu, ꝙ esset locus gratificationi, succedit in locum iudex ad quem. Porro à dependentibus a solo motiuo animi unusquisq; sequi põt animi sui motũ, quia personæ cohęret, ut ff. de arb. l. qualem, in prin. quod est notabile. porro acta semper producen. ut C. de appel. l. hi, qui, & l.
2 iudicibus, quia per acta veritas [a] illuminatur, & si acta possunt interpretari pro & contra, debet præsumi pro sententia, vt sup. de
3 renun. in præsentia. † In tex. ibi, Confirmare, no. ꝙ sufficit, ꝙ iudex appella. dicat, confirmamus, vel infirmamus. facit quod no. C. de sen. & interlo. om. iu. l. præses, & j. de testa. cap. Ray. † Quæro cum Ber. snĩa lata contra formam mandati non tenet. sed quid si præter formam? dicit Ber. ꝙ tenet; quod intellige, dum tñ snĩa sit lata super causa delegata, vel super appendicijs, secus, si super extra
4 neis. C. si à non competen. iudi. l. si de proprietate. † Quæro vtrũ sit sufficiens ratio illa quæ assignatur in litera, de consensu par-
b tium? respondeo non; & idem dicimus in consultore electo [b] de consensu partium, ꝙ ab eius consilio põt appellari, vt colligitur
5 hic ex gl. or. & l. si conuenerit, de re iud. per Bart. † Quæro, vtrum ista allegatio sit bona, ꝙ vtraq; pars petierit ferri snĩam? rñdeo, non, fm Ber. & est ar. ꝙ si in fine snĩæ apponantur per notarium hæc verba, Lata sententia dicta, vtraque parte petente, ꝙ non propterea probatur consensus, sed sola iudicis requisitio.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Veritas. Adde ꝙ acta sine testibus fidem faciunt quo ad ea, quæ sũt de actis, secus quo ad alia, Rui. consi. 73. nu. 2. lib. 5.

b Electo. An autem, quando partes consenserunt stare consilio, teneantur stare ipsi consil. Bar. videtur uoluisse, quod sic, consi. 114. inci. commissus fuit articu. j. lib. alias est. consi. Bal.

SVMMARIVM.

Sententia per lapsum 10. dierum transit in rem iudicatam, in prin.

1 *Mandatum si fuit per sententiam interlocutoriam clerico inquisito, quod se purgaret infra 10. dies, vel alium terminum, & si se non purgaret, fuit cõdemnatus in certa pecu. quantitate, lapsis 10. diebus à tempore interlocutoriæ appellat, an possit.*

Appellationis tempus de momento currit ad momentum, non tamen ignorãti. §. nota.

Ignorans non videtur consentire, eo. §. ver. & est ratio.

Sententiæ tenor debet denunciari victo, vel eo absente affigi in loco publico & euidenti. §. nota tempus.

2 *Sententia potest ferri sub conditione, quæ habet ipsam iustificare, & nu. 4.*

Conditio intrinseca quæ.

Terminus de consensu partium potest arctari, & per iudicem ex causa, & numero 3.

Sententia conditionalis executioni mandari potest absque libello, liquidata prius existentia conditionis.

3 *Factum quando deducitur in sententia, statuitur tempus arbitrio iudicis.*

Tempus a iudice varie statuitur ex re subiecta in sententia, & quod teneat, & a lege suppleatur.

4 *Causa an præsumatur a iudice.*

Sententia quando ferri sub conditione posit, & nu. 2. & 5.

5 *Sententia, qua iudex dicit, condemno te, si est probatũ, an, & quando ualeat.*

Probatum non dicitur, si est locus iuramento, post absolutoriam latam.

Probatum si nihil est, an intelligatur reus absolutus. uer. illam.

6 *Appellare a sententia an aliquid operetur.*

7 *Appellare non dicitur ille, qui consentit.*

Consentire vere non dicitur sententiæ, qui non appellat, ver. nam hoc.

Neque etiam si consentiat sententiæ intelligitur consentire excessui modi uel formæ in exequendo, ver. item quod.

Appellari an debeat a sententia conditionali ante conditionis euentum, uer. opponitur.

Grauatus quis dicatur, & grauamen quod dicatur, ver. nam sententia.

8 *Pendente conditione si est appellatum, & appellatio est deserta, deinde deficit conditio, quid iuris.*

Ab executione etiam nulla appellatur, & ratio. §. oppo.

Metum iustum infert comminatio iudicis, & timor absque cõminatione, ibi.

Excessus modi quis dicatur, eo. §. ver. omnis, & nu. 9.

9 *Modus quando dicatur excedi, & nu. 8.*

Dilatio legalis si est, mora purgari potest, secus, si prætoria, ver. exemplum.

10 *Executio an possit fieri primo loco in nominibus debitorum.*

11 *Executor, qui excedit modum, an faciat litem suam, scilicet quatenus interest aduersarii.*

12 *Condemnato ad speciem an detur tempus quadrimestre.*

Dilatio quadrimestris quibus detur, & nu. 13.

13 *Condemnatus si quidem sit in amputatione manus, saluo quod si soluerit centum, sit liberatus, quantum tempus habebit ad soluendum.*

14 *Statuta Tusciæ si dicunt, quod instrumentum, de quo fit præceptum de soluendo ad certum terminum. post terminum mandetur executioni, modo notarius mandauit solui, sed non apposuit diem, vtrum debeat exequi post decem dies, qui de consuetudine solent apponi.*

Præceptum de soluendo habet duo præcepta, & quæ, ver. dic quod.

Tabellio quam iurisdictionem habeat, ver. porro.

A præcepto de soluendo, quod vocatur guarentigiæ, nõ potest appellari, ver. ab isto præcepto.

15 *Notarius si per obliuionem non fecit præceptum guarentigiæ, an quod omisit, postea supplere possit.*

CAP. XV.

Quod ad consultationem. Sententia ꝑ lapsum 10. dierum à momento sententiæ computandorum transit in rem iudic. si prius non fuit appellatum, & quadrimestre tempus, quod datur condemnatis in personali ad soluendum, potest ex causa arctari per iudicem. h. d. secunda ibi, sed nec executionem. Casus. Per sẽ
1 tentiam interlocutoriam fuit † mandatum clerico inquisito, ꝙ se purgaret intra decem dies, vel ad alium terminum, & si non se purgaret, fuit condemnatus in certa pecuniæ quantitate, lapsis 10. diebus à tempore interlocutoriæ appellat, quæritur nunquid possit? respon. ꝙ non, quia iuris interpretatione videtur paruisse latæ snĩæ. i. consensisse, siue habeat causam appellandi, siue non. Secundò quæritur, si se non purgauit intra terminum præfixum, vtrum intra quadrimestre tps possit cogi ad soluendũ pecuniã. rñdeo ꝙ sic, siue acceptauit terminum ad soluendum, siue iudex arctauit ex causa, nisi appellauerit ab excessu modi, scili cet intra decem dies numerandos ab excessu. Nota sententiam ferri subiunctiuè conditionaliter. Nota tempus appellandi currere ante tẽpus ad se purgandum & ad soluendum, quia computatur de momento ad momentum, ff. quando ap. sit. l. j. §. biduũ. modo. C. de ap. auth. hodie. est tñ istud momentum vtile, qa non currit ignoranti. Et est rõ, cum non apellando uideatur consenti re, non consentit, qui ignorat. ff. de act. & oblig. l. ex maleficijs, §. longe. C. quomodo & quando iud. l. ab eo, & no. C. de app. auth. hodie. & præsumitur scire, si tenor totius snĩæ est trasmissus ad domum. Et hoc, si erat in ciuitate, vt no. Iac. de Aret. in l. scire oportet, de exc. tu. Idem, si tenor sententiæ sit affixus in loco publico, & euidenti, vt ff. de instito. l. si pupillus. §. proscribere, & in ca-
2 causam, de ele. in clem. † No. ꝙ sententia potest ferri sub conditione, quæ habet ipsam iustificare, hanc & tacite cohærentem. vocamus conditionem intrinsecam, vt C. de sent. l. cum iudex. Not. ex consensu partium terminum posse arctari. idem potest facere iudex cum causa, vt ff. de re iud. l. 2. & ibi plene per Barto. Not. sententiam conditionalem executioni mandari sine alio libello, liquidato prius de existentia conditionis, quod tene men
3 ti. † Vlterius no. quod quando in sententia deducitur factum, statuitur tempus arbitrio iudicis, quia in factis non cadit dilatio vniformis. ff. de uerb. oblig. l. continuus. ff. illud. & §. cum ita. Sed vbi sententia continet quantitatem, si quidem iudex non expressit tempus, intelligitur de quadrimestri, intra quod nõ debet fieri executio contra condemnatum, nec cõtra eius fideiussorem, vt C. de vsu. rei iud. l. fi. & si fit, ipso iure non tenet, quia dilatione pendente iudicis officium conquieuit. C. de dilat. l. siue pars. & si de facto sit facta, contrario facto debet retractari incontinenti, quia sicut iudex fuit facilis in mittendo, ita debet esse facilis in reuocando, vt dicit tex. no. in l. j. C. si mu. ven. no. vnde etiam missio non citato, contrario imperio reuocatur immissio, quia ex ea non est quæsita possessio, nec ius aliquod, ut C. vnde ui. l. meminerint, & arg. C. quod cum eo. l. si seruus, & l. 1. §. 1. ff. de eui. l. minor, in prin. ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. in omnibus. si vero iudex expressit tps, tunc aut cum causæ maturitate, vel de ꝑsensu partiũ, & standũ est assignationi termini. nam terminus statutus ex causa,

BIU Cujas

ſa,quæ mouet iudicem,vel ex conſenſu partium, non reciperet ſuppletionem legalem.ff.de pt.ſtipu.l.j.in fi.aut ſine cauſę cognitione & ex abrupto iudex ſtatuit dilationem minorem quadrimeſtri,& tunc a l.ſuppletur,ut l.4.§.condemnatum.ff. de re iud.

4 †Sed vtrum in iudice præſumatur cauſa.vī ꝙ ſic.ſup.eo.ca.cum cauſam.§.quia tamen,dic contra,quia illud procedit,quia ibi requiritur cauſa,ſed in aſſignatione huius dilationis non requirīt cauſa,præſertim quia iudex recedit a diſpoſitione legali,vlterius no.ꝙ iudex eccleſiaſticus poteſt ferre ſententiam ſub conditione pœnæ pecuniariæ,nam ſi quæris,an ſententia poſſit ferri ſub conditione,rñ.ſic, in pęnalibus,nam libellus procedit ſub conditione in pœnis omittendis,ut C.loca.l.conductores, & C. vnde vi.l.non ab re.aut loquimur in eo,ꝙ eſt principaliter petitum,& tunc aut ei eſt annexa tacita conditio, vel tacitus modus, & poteſt ferri ſententia ſub iſto modo,vel ſub illa conditione,vt C.de ſen.l.cum eorum, & l. cum iudex: aut conditio eſt extranea,& tunc aut poteſt colligi ex actis,& idem,ut ff.ad l.Aqui.l.in l.Aq. ſi deletum.vnde dicit Bar.ꝙ valet ſententia,ſi iudex dicit, condēno te,ſi eſt probatum,& quod hac cautela vtuntur aſſeſſores, q̄ non habent plus de termino,intra quem debēt pronunciare,vel quando eſt tanta eorum imperitia,ꝙ ex actis neſciunt colligere vtrum ſit probatum,necne,vt no.in l.ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudicata.intellige, ſi adiecit, & ſi non eſt probatum abſoluo, alioquin ſententia non valeret,quia non eſſet lata ſuper toto, id eſt ſuper quolibet extremo.ff.famil.erciſc.l.in hoc iudicio.ff. de

5 do.excep.l.apud Celſum.§.item quæritur.† Idem ait,quod dicta ſententia non valet,ſi eſt pro parte probatum,pro parte non, niſi ſit dictum,condemno te,quatenus eſt probatum. Idem ait, ꝙ non eſt probatum,ſi eſt locus delationi iuramenti, vnde in iſto caſu videtur reus abſolutus propter inopiam probationis,Barto. nec poteſt deferri iuramentum amodo,cum ſit lata abſolutoria ſecundum Bar.quæ uerba ſunt no.digna. Illam ſubauditionem, quam feci,non facit Barto.quia credit, ſi nihil eſt probatum, ꝙ intelligitur reus abſolutus a contrario ſenſu,arg.C.de fur.l.apud antiquos.ff.de offi.eius,cui man.eſt iur.l.j.& facit quod no. ff.de teſta.l.2.& l.qui teſtamento.§.mulier,& ff.de ma.teſt.l.ſi quis locuples.quod non credo verum,quia eſt reperire mediū caſum, ſcilicet quando eſt ſemiplene probatum,ita quod deberet veniri ad vnam,vnde iudex non videtur abſoluere.Item quia ſententia debet ferri ex ſcriptis recitatis & uerbis expreſſis.Et ideo deficiente conditione contrarius conſenſus eſt abſtinere a condemnando non autem abſoluere.Et ideo ſubauditio in ea eſt neceſſaria,licet quandoque in ſententia ſufficit tacita diſpoſitio,vt l.3. C.ſi pen.app.mors interue.aut non poteſt colligi ex actis, & tūc aut talis condito poſſet poni per pactum, quod poſſet adaptari obligationi,nec ſententiam informare,vt ſi iudex fert ſententiā ſuper muto,adiecta conditione,ſi non tenuerit concubinam,ta-

6 lis ſententia non valet,vt not. C.de excep. do.l.2.§.circa.†Modo quæro,an aliquid operetur appellare a ſententia?& dic ꝙ ſic, qa ſi poteſt appellari ab exceſſu in tanto,multo fortius in toto,& effectus erit,quia etiam nullitas intentata per ſe non impediret executionem,ut C.quo.ap.non reci.l.ab executione. & de app. l.ab executore.Et licet lex dicat, ꝙ ſit ſupuacua appellatio a nullitate,ut ff.de appe.ab executore,ſi conſtat,illud debet intelligi, quod nō eſt neceſſe appellare,ſed utile eſt appellare, ne modus extendatur ad factum,quia factæ cauſæ pro infectis haberi non poſſunt.Item quia utilius eſt impedire ne fiant,quam facto capi

7 te reclamare,ut C.de appel.ſi quis prouocatione.† Vlterius notaillud verbū, per impretrationem iuris. Dicit Ia.quod ille,qui

a non appellat,a conſentit, & quod ille conſenſus cōiunctus cum ſententia parit naturalem obligationem.C.quomodo & quando iud.l.ab eo.Nam hoc eſt falſum,quod conſentiat vere,qa ſententia redditur in inuitum.nec hic dī,ꝙ intelligatur conſentire, ſed intelligitur parere.Præterea iſtud verbum, per interpretationem,ſignat fictionem,in qua non fundatur ſententia. vnde iſte

b eſt conſenſus non appellandi.C.de arb.l.pe.§. 1. non autem ſoluendi,vel promittendi.Item no.hic regulam, ꝙ dilationes b poſſunt arctari,& abbreuiari.Item quod licet quis conſentiat ſentētiæ,tamen non intelligitur conſentire exceſſui modi,vel formę in exequendo:ff.de uerb.obl.l.qui Romæ.§.Flauius Hermes.vbi dicitur,ꝙ defectus modi,uel formæ impedit diſpoſitionem legalem,& facit.ff.de neg.geſt.l.Pomponius in negocijs. opponīt ſm Inn.ꝙ vbi ſententia eſt conditionalis,non poſſit appellari ante euentum conditionis,arg.C.de præſcr.30.anno.l.cum notiſſimi.§.in his.ubi dī, quod ante euentum conditionis non currit præſcriptio.ibi loquitur de præſcrip. quæ concernit obligationem,hic de ſententia.nam ſententia ſtatim grauat,quia vt dicit gl.no.in l.2.§.1.ff.quod quiſque iu.grauatus,& non grauatus dī grauatus,ſi poteſt exinde grauari.item grauamen dī, omne qđ tollit alicui iuris beneficium,vt no.dicit tex.in l.ait prætor.§.permittitur.ff.de minori.etiam ſi compellatur ad ſoluendum verū

a debitum,nec eſt melior tex.in iure ciuili,† Quæro pone,pendēte condi.eſt appellatum,& appellatio eſt deſerta,deinde defecit conditio.reſpon.totum eſt perditum ipſo iure, quia retro fingitur nihil actum,arg.ff.de teſta.man. l. Neratius, & in d.l. in lege Aquilia ſi deletum.vbi eſt expreſſum.Oppo.vlterius, executio, vltra formam,vel præter formam iudicati eſt ipſo iure nulla, ergo non appellatur.Sol.eſt aliqua ipſo facto & ideo appellatur tanquam a grauamine.ſiue iudex exequatur,ſiue comminetur, vt d.l.ſi quis.quia comminatio iudicis infert iuſtum metum. q̄nimo & timor ſine vlla comminatione, vt l. nouiſſime, ff.de eo qui ꝑ tu. omnis receſſus a iuris diſpoſitione vocāt exceſſus modi.i.moderationis iuris iuxta illud dictum, eſt modus in rebus &c,vt no.ff.de verbo.oblig.l.ſi ita quis.§.ea lege.Item omne,qđ fit præter & contra formam iuris,& ordinē,dicitur exceſſus modi,& poteſt appellari ab eo.d.l.ait prætor.§.permittitur. & appellatio damnum nō deſiderat.ſufficit enim iniuria,ut ibi dicit tex.

9 ſcilicet ꝙ ſit non iure factum.†Quæro exemplа,quādo modus c

c excedatur.reſpon.tunc dicitur excedi,quando fit contra ius. dicit Inn.no.quod tot modis dicitur plus,& e contra tot modis dicitur modus excedi,quot modis dicitur minus,vt Inſti. de act.§. plus. Ego dico generalius,ut ſupra dixi, ꝙ tot modis dicitur modus excedi,quot modis non ſeruatur ius,ut Inſti.de actio. nō ſeruatur ius. Exemplum quæro,pone, iudex aſſignat in ſententia tempus quadrimeſtre,nūquid iſta dilatio dicitur legalis,an ipſus iudicis.quæſtio iſta eſt multum vtilis.nam ſi eſt legalis,mora poteſt purgari,ſi uero prætoria,non poteſt purgari.ff.de arg. l. Celſus.de iſta qō. eſt caſus in d.l.4.§.ſi quis condemnatum. ff. de re iu.cum enim iudex nil reddat,vel detrahat,non facit ius nouū, vt ff.de iuſ.& iu.l.ius ciuile.Iſtam q.ponunt Mod.ff.de adopt. l.ſi

10 arrogator.†Quæro,an in nominibus debitorum poſſit fieri exeꝯfitetur,& pecunia eſt parata ſolutioni,quo caſu non eſt neceſſarius ordo,qui ponitur ibi in l.a diuo Pio,ſecundum Barto.qui ita vtiliter notauit.ff.de re iu.l.commodum prædiorum, vbi omni-

11 no vide.† Quæro,an executor,qui excedit modum,faciat litem ſuam,ſcilicet quatenus intereſt aduerſarij?reſpondeo ſic,ut ff.de peri.& cōmo.rei uen.l.lectos.ff.de pign.l.ſi pignora. C.de exact.

12 tri.l.miſſi opinatores,lib. 10.† Quæro,an condemnato ad ſpeciē detur tempus quadrimeſtre?reſpondeo ſic. ff. de vſu. l. fidem in actione perſonali.Quæro,an condemnatus ex dolo habeat iſtā tantam dilationem?reſpondeo ſic.ff.quod me.cauſa.l.ſi cum exceptione.§.quod ſi homo.Quid de confiſcatis, nūquid habeant hanc dilationem?reſpondeo,non habent dilationem, quia habentur pro extinctis.ff pro ſolu.l.actus.§.Publius.ff.de pœ. l. qui

Inter monasterium. Tenet secunda sentētia diffinitiua lata cōtra primam, si de prima non fuit exceptum, nec appellatum à secunda. h. d. Et diuiditur in quatuor partes. primò ponit thema decisum. secundo cām diffinitionis, & cās causæ. tertio soluit quoddam obstaculum. quartò diffinit. secunda ibi, cum consistit. tertia ibi, nō obstante. quarta ibi, factum priorum. Casus. Vacante monasterio sancti Leodij monachi elegerunt vnum ex his monachis in Abbatem, & dum peterent confirmationem, monachi sancti Antonij se opposuerunt dicentes illam electionem infirmādā, dam, eo ꝙ debuit fieri de monasterio sancti Antonij, quare dicē cesanus neutrum volebat confirmare: Papa commisit ad impetrationem monachorum Sancti Leodij causam quibusdam iudicibus, coram quib. lite conteſta. & testi. recep. monachi S. Antonij ad alios iudices impetrarunt literas, in qbus suspicionē prio rum iudicum allegabant. Vnde coram primis iudicibus, ꝓponebant reuocationem primi rescripti, suspicionē iudicum, & quasdam alias exceptiones friuolas, quas primi iudices admittere no luerunt, & pronunciauerunt ꝓ dicto electo. unde fuit appellatū ad Papam. coram Papa proponebatur, ꝙ dicta sñia fuit lata contra aliam diffinitiuam sñiam alio tpe latam: Papa considerans, ꝙ primum rescriptum non fuit reuocatum per ſm, quod non faciebat mentionem de processib. nec de priuilegijs. Item ꝙ exceptio suspicionis non fuerat opposita ante litis ingressum, nec aliæ declinatoriæ; vnde videbatur eis tacite renūciatum. Itē ꝙ nō apparebat de sñia prima, q̄ non fuerat ostensa. Itē si fuisset oñsa, nō patrocinabatur tanq̄ nulla. Itē ꝙ sub ꝓtextu nouorum instro. rum non dēt sñia retractari, ꝙ firmauit sñiam primorum iudicū, electo munus benedictionis impendens, saluo iure diœcesani. In tex. ibi, Commissione impetrata, per illos, qui elegerunt. Ibi, Suspicionis. Nota, ꝙ literæ impetratæ ad iudices suspectos sunt aliquæ, ergo processus iudicis suspecti est aliquis. Ibi, Nouorum. rō est, quia esset præposterum finito negotio audire probōnes partis. Ibi, Per vltimam, impetratam per illos, qui se opposuerūt. Ibi, Ante lit. ingressum. i. ante aliquem actum, per quem iurisdictio comprobetur. ff. de iud. l. sed si susceperit. In tex. ibi, Subeundo, s. litē ꝙtestando, non. n. per quemlibet actū qs ꝙsentit in iudicem, ut no ff. de iud. l. non vī in iudicem. C. de spon. l. fi. per Cyn. vbi dicit Cy. qui fundat personam sui procuratoris per satisdatio
1 nē, nō iō fundat iurisdōnem. † In tex. ibi, Renunciasse, no. quod q̄ omittit excipere, vel postq̄ excipit, faciat actum ꝯrium, renūciare vī. In tex. ibi, & processui, not. non valere rescriptum, si non fit mentio de ꝓcessib. Ibi, dicebat, mō coram Papa. Ibi, Posthabita:
2 q̄a non tenebat. Ibi, Alioquin. i. & si tenuisset. † In tex. ibi, imputetur, no. ꝙ in hoc verbo stat virtus huius c. q̄a malitiose & dolose fuit exceptum de prima sñia, vel per dolum uel malitiā non fuit ꝓducta coram ipsis iudicib. & hoc est valde notandū, q̄a sñia se-
a cunda ꝯ primam est ipso iure[a] nulla, vt C. qñ ꝓuo. non est necesse. l. 1. & tñ pp dolū. i. malitiā redditur aliqua, ſm Host. Dicit Accur. ꝙ diffinitiua lata ꝯ diffinitiuā, a qua à prima sñia nō est appellatum, non valet ēt de consensu partium, vt no. C. de transl. si diuersa. q̄a vigor iudiciarius non pōt per pactum rescindi, quæ gl. non est alibi. & ꝙ illa gl. sit vera, probatur pluribus rōnib. Prima rō est, quia sñia est facti: nā omne quod tollit aliquid ope exceptionis, & non ipso iure, iuris esse dicitur, vt l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. sed factæ causæ pro infectis haberi non possunt: quia, vt ait Aristoteles, hoc solo priuatur Deus ingenita facere, quæ vtique facta sunt. Idem ait noster Iurisconsultus in l. ī bello. §. factę, ff. de cap. & postli. re. Secunda ratio est, quia causa est sopita, vide licet consumpta per absolutoriam, vel consummata per condēnatoriam, & habito vltimo fine nihil restat explicā. qui finis dī quid vltimū, quid optimū ſm Philosophū; & iō consumptū resuscitari non pōt. ff. de sol. l. qui res. §. aream. Tertia rō est, q̄a non pōt consensus partium tollere ius publicū. nā sñiæ ꝓlatio, & ei⁹ vigor & virtus, iuris publici est, & ex iurisdictione dependet, quę non pōt dari, vel auferri pactis priuatorū. Quarta ratio est, quia contrarium imperium iudicis consistit in officio mercenario, quod non durat extincto principali, quia non stat per se, vt l. terminato. Quinta ratio est, quia non valet compromissum post rem iudicatam, nec transactionem, & tamen ibi interuenit consensus. ff. de cond. inde. l. eleganter. §. si post. Sexta ratio, quia posterior sñia est lata sine libello, & sine ordine iudiciorum, qui nō potest in tanto, vel in toto omitti, etiam de consensu partium, vt not. s̄. de offi. dele. de causis. Nec ob. ꝙ quidam dicunt, ꝙ libellus pōt omitti: quia libellus non est de ordine necessario; sed petitio bene est de ordine iudiciario, vt l. vt fundus. ff. cōi diui. In cō trarium vī, ꝙ illa gl. sit falsa. Nam dato, quod secunda sñia esset nulla

A D D I T I O.

a Iure. Vide quod vult Bar. in l. cum procurator. §. 1. ff. de ope. no. nun. dum allegat d. l. 1. hic alleg. & vide Pau. de Ca. consi. 17. & vide Alex. in l. si diuersa, post glo. magnam ibi, in fi. C. de transac.

BIU Cujas

nulla, tamen cõſenſus facit eam aliquam, ut no. in l. 1. C. cõia vtriuſ. iud. Præterea per ſnĩam fit nouatio, vt C. de uſu rei iu. l. fin. Item conſtat, ꝙ ſnĩa põt nouari. ff. de reg. iu. l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de minorib. l. minor 15. an. cui fideicõ. Item accepto ferri. ff. de dona. l. in ſtipulatum. Item põt abradi & caſſari de partium voluntate. ff. de re iudi. l. acta. Item per pactum retro ſimilem poteſt ab ea recedi. i. per nouum libellum, & nouas probationes, tex. eſt in l. duobus. ff. de excep. rei iudi. Item videtur caſus in noſtro c. nam qui non excipit de re iud. cõſentire videtur, & in iſto conſenſu conſiſtit vigor potioris ſnĩæ, tex. eſt hic valde no. ſolu. vt a contrario imperio iudicetur, non valet conſenſus, ſi interuenit iudicium retro ſimile & ſolemne, tunc ſubdiſtingue, aut per primam ſententiam non poteſt reduci in priorem ſtatum, vt in cauſis criminalibus, & vbi irrogatur infamia; & tunc ſtatur primæ ſententiæ: aut per primam poteſt reduci in priſtinum ſtatũ & tunc ſtatur ſententiæ poſteriori, præſertim vbi interuenit cul pa actoris: quia denuo egit, & in ſecunda ſuccubuit, cum viciſſet
3 in prima; & iſte eſt caſus no. in l. duobus. † In tex. ibi, inſtrumento rum no. quod ſnĩa dicitur inſtrumẽtum. Ibi, Munus benedictionis, no. hic Hoſt. ꝙ ante benedictionẽ non eſt qs vocandus Ab-
4 bas, ſed electus. † Quæro ad euidentiam, quare ſnĩa ꝯ ſnĩam [a] eſt
a nulla? rñdeo, quia non durat inſtantia ſm Bart. vel ut finis litibus imponatur. ff. de iud. l. prætor, in princi. & hæc exceptio nullitatis põt opponi qñcunq;, fallit ꝓp dolum & malitiam opponentis, ſimile ff. de arbi. l. de reb. in fi. & eſt alia rõ, quia non põt reddi rõ quare ſecunda ſnĩa tollat primam, & non prima ſecundam: porro prima iam fecit, quod per aliam fieri non põt, ſicut dicimus in acceptilationibus contrarijs, vt no. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pact⁹.
5 † Quæro, quo ordine debeant opponi exceptio. ante li. cont. hoc dico, quia poſt litis conteſta. nullus eſt ordo opponendarum. rñdeo, videtur ꝙ primo debet opponi exceptio contra reſcriptũ. ſecundo exceptio ſuſpicionis, tertio exceptiones ꝓcuratoriæ, vel ſimiles, quarto aliæ declinatoriæ fori, vt ex iſta litera colligi videtur. nam ſi qs proponeret exceptionem declinatoriæ præpoſtere, videtur præponendo poſteriores ante præponendis præiudicare prioribus propter conſenſum tacitum. nam qui opponit, vult pronunciari ſuper obiectis, & conſentiendo in proceſſibus
6 conſentit etiam in iudicem. Sed † Inn. dicit, ꝙ exceptio ſuſpicionis ſemper debet eſſe prima in ordine, non exceptio ꝯ reſcriptũ, ẽt ſi ſit exceptio falſi, qa exceptio ſuſpicionis non deſiderat ſententiam iudicis ſuſpecti: aliæ vero interlocutoriam deſiderant, vt C. de iud. l. apertiſſimi. & præmiſſa hac exceptione ſuſpicionis non eſt poſtea vis, quo ordine ꝓponat alias, cum & ſimul poſſit proponere oẽs alias. Nã qui excipit non dr̃ eligere, ſed cumulare potius, arg. Inſti. de excu. tut. l. ſi plures. tu dic, ꝙ ſi reſcriptum eſt funditus falſum, iſta debet eſſe prima in ordine, quia qui opponit hãc exceptionem negat funditus iuriſdictionem. ſed ille, qui dicit iudicem ſupectum, nõ negat funditus iuriſdictionem. porro ſi iudex eſt funditus falſus, nec cognoſcere, nec pronũciare poteſt. dico ẽt, quod ſi proponuntur tales exceptiones cũ proteſtatione, quod opponens non intendit in iudicem conſentire, niſi quatenus iuris ordo poſtulat, & requirit, ꝙ non obſtet harũ exceptionum præpoſteratio, quia non intelligitur conſentire tacite, quia contrarium proteſtatur expreſſe, vt l. qui aliena. §. Cel-
7 ſus. ff. de acqui. hær. † Dicit Bart. ꝙ exceptiones ſimul propoſitæ nunquam intelliguntur præpoſteræ, quia ſemper intelligitur, ꝙ ordo iuris ſeruetur. Et hoc eſt notabile, ut ipſe no. ff. de re iudi. l. quidam conſulebat. & ſaluando ipſum dic, ꝙ debet intelligi, qñ proponitur cum proteſtatione, aliàs diceret falſum, & cõtra gl. Ber. & Inn. Sed ſi ſeorſum opponuntur, puta vna hodie, alia cras tunc Bar. confitetur dictum Inno. eſſe verum, quod ego dixi de
8 ſimul propoſitis. † Conſidera, quia magis inſpicimus ordinem
b neceſſarium, quam ordinem verborum, [b] ſicut gl. dicit, quando appellatus vtitur verbis his, dico ſnĩam nullam, & ſi qua eſt, appello. nam licèt verbum, appello, poſtponatur, tamen ſuſpendit pronunciatum tanquam verbum principale. nullitas autem venit incidenter, & fatalia appel. ſunt fatalia nullitatis, non ex natura nullitatis, ſed ex natura incidentiæ, vt dicit gl. jn l. j. C. quando prouo. non eſt neceſſe, in glo, ſic ẽt, ver. maxime. quæ glo. non eſt alibi. Item quod non ſemper attenditur ordo verborum, probatur in l. talem. ff. de hæred. inſti. Item no. ꝙ qui eligit vnum ex incompaſſibilibus, ad aliud redire non poteſt, ut C. de codic. l. fi. & ſi ſuccubuit in propoſito, non tamen redit ad oppoſitum, cũ tacite renunciauit. dicit lex, via, quam quis eligit, hæc ſibi pateat.
9 ff. quod me. cau. l. ſi mulier, in princ. † Quæro, quæ ſententiæ dicantur contrariæ? reſpon. illæ quæ ſupponunt contradictoria in eodem ſubiecto. ſed quando circa diuerſa facta, vel tempora, vel diuerſas res, ibi non eſt contradictio, vt plene dixi in l. j. C. quando prouo. non eſt neceſſe. Et hic per Ioan. Andr. Et adde, quod idem ſubiectum intelligitur, quod habet neceſſariam continuationem in eſſe ſuo, vel habet continuationem naturalem, vt no. ff. de iureiuran. l. qui iuraſſe. §. ſi pater, & l. eum qui, §. in populari bus, & ff. de excep. rei iudi. l. ſi a te, in princ.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Sententiam. Adde ꝙ ſententia contra ſententiam non ualet, ſi ſint inter eaſdem partes. Rui. conſi. 62. nu. 11. lib. 5. & ibid. ſub nu. 12. cõtra alios. & nu. 13. quando a partibus eſt approbata, ꝙ ualeat poſt factum ut pactum.

b Vinc. God. Verborum. Adde ꝙ ordo verborum attendi non debet, ſed iuris, uel ſtatuti. Rui. conſi. 186. nu. 10. lib. 2.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra priuilegium quando teneat, in prin.
Spoliatus debet ante omnia reſtitui, etiam in cauſa liberali, ibid. poſt caſum, ver. nota, quod.
1 *Iudicat ꝑ illo, cuius iura ſunt potiora, ſi pars vtraq; fundauit intẽtionẽ ſuã.*
2 *Probatio an præualeat per adiect. onem famæ, qua pars altera caret.*
Fama quæ ponatur inter genera probationum, ver. quod verum.
Priuilegio quis renunciare non poteſt in præiudicium papæ. §. item no. eoque ſententia non retractatur.
Probare, & reprobare quid quis intelligatur. §. in tex. ibi, probaſſe, cum ſeq.
3 *Papa pronunciat in cauſa ſua, non tanquam ſua, ſed tanquam partium.*
Per priuilegium exemptionis Papa ſibi quærit. §. item no.
Eccleſiæ omnes immediatè ſunt papæ ſubiectæ, ibid.
Iudicia quædam ſæpius moueri non poſſunt, & quæ, eo. §. ver. adde.
Sententia lata in parte hæreditatis facit ius in alia parte inter eoſdem, ſecus in aliis ſententiis, ibid.
Sententia, appellatione deſerta, confirmata, vel infirmata, an ualeat, ibi. ver. & hic dicit.

CAP. XXI.

Suborta. Tenet ſententia lata contra priuilegiũ oſtenſũ, vel non oſtenſum, ſi ab ea non fuerit appellatum, vel ſupplicatum. Et tria facit, primo præmittit proceſſum & ſententiam ſuper poſſeſſorio ibi, verum, ſecundo committit ipſius excuſationem, & cauſam ſuper petitorio. tertio ibi, iudicibus, petitorium diffinit, diffinitiuum moderatur, & quoddã ſoluit obſtaculum. Caſus. Inter epm Melden. & monaſterium Attrebatenſe erat qõ, qa eps dicebat dictum monaſterium ſibi ſubiectum, monaſterium dicebat ſe exemptum per priuilegium Inn. Papæ ſcđi. pars epi dicebat epm ſpoliatum, & quia hoc conſtabat per confeſſionem, Papa mandat, ꝙ eps reſtituatur in quaſi poſſeſſionẽ, & reſtitutus fuit, & ſic ſopita fuit cã poſſeſſorij iudicij. verumtñ monaſterium oſtendit priuilegium exemptionis. Papa commiſit cãm ꝙ iudices remiſerunt inſtructam ad Papã, & quia conſtituit Papæ, ꝙ rõnes epi erant potiores, adiudicauit ſubiectionem præfatã, ſaluo iure Romanæ eccleſiæ. Sed de hoc monaſterium conquerebatur, cum oſtẽderet priuilegium libertatis. Papa reſpondet, quod contra illud priuilegium fuit per Alexan. iudicatum. & aut illud priuilegium fuit oſtenſum Alexandro, & vr̃ ipſum reprobaſſe iudicando cõtra priuilegium, aut nõ fuit oſtenſum, & ſi non fuit iudicatum contra priuilegium, ſed contra priuilegiatum, tñ ſentẽtia valuit, & prætextu inſtr̃i de nouo producti non debet retractari. h. d. No. ꝙ confeſſio procuratoris nocet domino. In tex. ibi, Partis. i. procuratoris monaſterij. Ibi, Reſtitutionem, no. quod ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, & tamen non propterea monaſterium debet a ſua libertate deſtitui, & ſic delictum conuentus non nocet eccleſiæ, quod eſt not. Item nota poſſeſſorium recuperandæ præferri cauſæ liberali, licet cauſa ſtatus ſit præiudicialis. C. de adul. l. quoniam Alexandrum. Item no. ꝙ poſſeſſorium probatum, ſtatim eſt executioni mandandum. Item not. ꝙ petitorium præualet in fi. ſed poſſeſſo
1 rium præualet in ordine. Itẽ tex. ibi, efficaciores, no. quod † ubi vtraque pars fundat intentionem ſuam, iudicatur pro illo, cuius
a iura ſunt potiora. [a] ſic ſupra. de poſtul. prælat. cap. bonæ, el 2. & ibi de hoc. Item no. quod aliquid additum tali, facit illud magis ta-
2 le. & eſt arg. quod † ſi utraque pars probat per duos teſtes de veritate, tamen una pars hẽt pro famam, alia non, ꝙ adiectio famç
b facit probationem præualere, ꝙ uerum puto, ſi fama [b] ſit veſtita rationibus, ſecus ſi ſit nuda fama at. ſup. eo. tit. c. ſicut nobis, §. verum, quia nuda fama non ponitur inter genera probandi, ut not. Bar. ff. de quæſtioni. l. de minore. §. tormenta. In tex. ibi, Ita tamẽ. nota, quod Papa proteſtatur de iure ſuo. Item proteſtatio debet præmitti. Item nota, quod priuilegium libertatis nullus poteſt nunciare in præiudicium Papæ. In tex. ibi, reprobaſſe. no. quoties vnum contrariorum approbatur, reliquum reprobatur. Ibi, Retractari, not. quod ſententia retractat priuilegium, non è contra, No. ꝙ nemo intelligitur approbare, quod ignorat, nec etiam reprobare. In tex. ibi, In iudicio præſentatum, no. quod perfunctoriè fit extra iudicium, non conſiderari, ꝙ no. In tex. ibi, Si voluerit, no. ꝙ iuſtitia non redditur niſi petenti. † No. in iſto ca. ꝙ Papa
3 ꝓnunciat in cauſa ſua non tanquam ſua, ſed tanquam partium, quod

ADDITIONES.

a Potiora. Adde uidendum no. per Ale. conſ. 108. in 4. uol. & aliquid in ſimili ꝑ Fel. in ꝓœ. Decr. in primo. & Cæp. cõſ. 19. & conſ. 62. Barb. cõſ. 14. in fi. uo. 2.

b Vinc. God. Fama. Adde quando aliquid probatur per famam, & quando non, Rui. conſi. 158. nu. 23. lib. 5. & qualiter fieri debeat famæ probatio. Rui. conſi. 52. nu. 7. lib. 5.

BIU Cujas

ꝙ eſt bene notandum. Item no. ꝙ per priuilegium exemptionis Papa acquirit ius. i. exercitium immediatæ ſubiectionis, licet de plenitudine poteſtatis omnes eccleſię ſint ſibi immediatè ſubiectæ, vt no. in c. bonæ. ſup. de poſtul. præl. per Innoc. & adde, quod quædam iudicia non poſſunt ſæpius moueri, vt iudicium famiercis. & in iſtis ſententia in parte hæreditatis lata, facit ius in alia parte inter eaſdem perſonas. ff. de exe. rei iu. l. ſi inter me, & te. q̄dam poſſunt interim moueri, & ſententia non facit ius in alia ſpecie, ar. C. de iud. l. licet. nec alij perſonæ præiudicat. ff. de rei vē. l. inter officium, & hic dicit Inn. ꝙ ſententia confirmans, vel infirmans primam ſententiam latam per iudicem appellationis eſt aliqua, licet appellatio curſu temporis ſit deſerta. Hoſtiē. contra, quia lapſus temporis ratificat ſententiam, de hoc not. in ca. ſi appellationem. ī. eo. in cle. dicꝙ opi. Inno. eſt vera, ſi dubium ſit an ſit deſerta. ff. de condi. inde. eleganter. §. ſi poſt, ſed ſi eſt certū quod eſt deſerta, non valet ſententia maxime infirmatoria. ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. §. conſequens. ſimilis quæſtio formatur per Dyn. Inſtit. de actio. §. rurſus.

SVMMARIVM.

Sententia retractatur ex dictis conſpiratorum lata, in prin.
1 *Iurare cogitur ille, contra quem ſit inquiſitio.*
Sententia, quando tangit plures, circa vnum poteſt pronunciari, & circa cæteros differri.
Procurator in cauſa inquiſitionis interuenire poteſt. §. ibi, Proc.
Litis conteſtatio in generali inquiſitione non fit, ſed in ſpeciali, & quando et quomodo, ibi. ver. ibi, lit.
Sententia valet etiam atteſtationibus non publicatis. § ibi, Minime.
2 *Proceſſus nomine, continentur proceſſus, & ſententia.*
Teſtimonium vtile per inutile non vitiatur. §. in tex. ibi.
3 *Monachi, & canonici regulares admittuntur ad denunciandum pro ſtatu monaſterii, & poſſunt etiam procuratorem conſtituere.*
Procuratorem poteſt conſtituere, qui ſuo nomine habet actionem, uer. nā is.
Teſtes eligendi, in quibus vis conſiſtat probationis, uer. nota, quod.
4 *Conſpiratores non ſunt idonei teſtes.*
Religioſus & ſuo, & alieno nomine poteſt intereſſe quandoq; iudicio, ver. no. caſum.
Corrigere, & ſtatuere important etiam amotionem, & quando.
5 *Conſpirator tanquam criminoſus repellitur ab omni teſtimonio.*
Monachus etiam poteſt eſſe laici procurator ad defenſionem.

CAP. XXII.

Cum I. & A. Retractatur ſententia, a qua non fuit appellatum, ſi conſtat teſtes, ad quorum dicta tantum lata fuit, fuiſſe conſpiratores. h. d. In prima facti narratio, & proceſſus. In ſecunda diffinitionis commiſſio. ſecunda ibi, quia vero. Caſus. Canonici S Dionyſij nomine ſuo, & canonicorum denunciauerunt eorum Abbatem domino Papæ ſup dilapidatione, periurio, ſymonia, & quibuſdam alijs criminibus, de quibus Abbas erat diffamatus. Papa delegauit cauſam, & mādauit, quod iudices delegati accederent ad monaſterium perſonaliter, & tam in capite quam in membris corrigerent corrigēda, & ſtatuerent quæ viderint ſtatuenda. Qui iudices receperūt iuramenta Abbatis, & canonicorum tandem Abbatem ab adminiſtratione ſententialiter remouerunt, correctione membrorum dilata, a qua ſententia procurator Abbatis appellauit ad papam, & in cauſa appellationis allegabat nullitatem, eo quia non eſſet lis conteſtata, & iniquitatem, eo ꝙ eſſet depoſitus per teſtimonium conſpiratorū, & antequam teſtes eſſent publicati: Papa mandat proceſſum irritari, & ſi ſoli conſpiratores depoſuerūt contra Abbatem: ſi uero ipſi, & alij, qui probauerunt, proceſſus confirmatur. quo autem ad alios, ideſt quo ad membra, contra quæ iſti non erant cōſpiratores, dicit Papa, ꝙ iſti teſtes recipi potuerunt. In tex. ibi, Quorundam, & etiam ſua, ſecundum Hoſtiē. Ibi, In capite. i. Abbatem. Ibi, In membris. i. monachos, ſiue canonicos regulares ipſius monaſterij. Ibi, Abbatis, & canonicorum.
1 †No. ꝙ ille, contra quem fit inquiſitio, iurare cogitur, de quo ī. de accu. c. qualiter & qando. el 2. Ibi, Dilata, no. ꝙ quando ſnīa tā git plures, circa unum poteſt pronūciari, & circa alium vel alios differri. ff. de iudi. l. non idcirco. In tex. Ibi, Sententia, ergo non a grauamine, quod eſt contra no. in pen. §. Ibi, Procurator Abbatis & ſic no. ꝙ in cauſa inquiſitionis poteſt cōſtitui procurator. Ibi, Li. non conte. hoc non nocet, vt ſup. vt lit. non conte. quoniam. dicit Pe. & idem Abb. ꝙ in generali inquiſitione non fit litis conteſtatio, in ſpāli uero vocatur is, contra quem inquiritur: qui ſi negat, habetur pro conteſtatione, vt hic. Si vero eſt contumax, procedi poteſt contra ipſum, vt d. c. quantum. §. ſunt & alij, Ioan. And. Ibi. Conſpiratorum, hæc eſt valida exceptio tūc ideo diſtinguetur ſuper ea. Ibi, Minimè publicatis, no. ꝙ valet ſententia lata ſecundum atteſtationes non publicatas, & hoc raro alibi reperies; & glo. Accu. dicit contrarium. C. de ſen. & interlocu. l. prolatam. †In tex. ibi, Secuti ideſt ſe fundātes ſuper dictis earum. Ibi, Irritantes proceſſum. nomine proceſſus continentur proceſſus, & ſententia, quia ſententia eſt de proceſſu, & irritato proceſſu irritatur ſententia, & ſufficit, ꝙ iudex appellationis dicat, irritamus proceſſum, licet non dicat irritamus ſententiam, quia per conſequens venit ſententia, Ioan. And. quod eſt no. dignum. Ibi, per aliorum dicta, no. quod vtile teſtimonium per inutile non vitiatur. In tex. ibi, Sufficienter, ergo ſi vnus teſtis eſſet conſpirator alter non, ſnīa non reſcinderetur: quia vtile per inutile non vitiatur. Ibi, Contingebat, no. quod non nocet vitium teſtium, quod non tangit opponentem. Ibi, Conſpiratores, vide quod not. de verbo. ſigh. conſtitutionem, lib. 6. per Arch. de offi. ord. quia pleri
3 que, per Arch. † No. monachos, & canonicos regulares admitti ad denunciandum pro ſtatu monaſterij, & etiam poſſunt procuratorem conſtituere; quia in cauſa propria. nam is, qui ſuo nomine habet actionem, poteſt conſtituere procuratorem. ff. de in iur. l. ſed ſi vnus. §. procuratorem. quæ regula alibi ita clare non reperitur. No. ꝙ non ſufficit eligere aliquos teſtes niſi eligātur
4 hi, in quibus vis probationis conſiſtit. † Nota conſpiratores non eſſe idoneos teſtes. No. proceſſum diuidi. No. caſum, in quo religioſus poteſt ſuo nomine, & alieno intereſſe iudicio, & tamen lex dicit, ꝙ in actione populari, qui non poteſt proprio nomine agere, non poteſt conſtitui procurator, vt ff. de proc. l. licet in popularibus. ſed nos non ſumus hic in actione populari. Opp. quod iſti iudices non potuerunt deponere Abbatem, ut in c. in ſingulis, de ſta. Mo. Sol. hic non erant ſimplices viſitatores, ſed iudices delegati, qui habent poteſtatem amouendi. Nam corrigere, hoc importat. hoc idem importat verbum, ſtatuerent. Et no. ꝙ Bern. intelligit, ꝙ in c. noſtro fuit appellatum ab interlocutoria, ꝙ ſupponitur ex eo, ꝙ lis non fuit conteſtatata. tu dic, ꝙ fuit appellatū
5 a diffinitiua ſententia amotionis. † Opp. quod conſpirator [a] tan-
a quam criminoſus repellatur ab omni teſtimonio. Bern. dicit, ꝙ non repellitur in totum, quia facit præſumptionem, non plenā fidem. tu dic, ꝙ hoc crimen non tangebat ſtatum eccleſiæ, ſed ſolum ſtatum prælati, nec eſt conſpirator criminoſus ſimpl'r, ſed ſuſpectus, quod eſt bene no. Dicit Inn. ꝙ iſti conſpiratores teſtes non repelluntur contra alios, quia alij non exceperunt de cōſpiratione, vel eſt ſpāle in cauſa inquiſitionis ſuper ſtatu eccleſiæ, & contra diffamatum, ſecundum Inn. No. hic Innoc. ꝙ etiam ad defenſionem laici monachus poteſt eſſe procurator, nec poteſt aduerſarius obijcere, ꝙ non vertatur vtilitas eccleſiæ, quia huius litigatoris non intereſt quærere vtilitatem eccleſiæ. Not. ꝙ monachi poſſunt conſtituere procuratorem vnum ex ſeipſis.

ADDITIO.

a Vinc. God. Conſpirator. Adde, ꝙ conſpirator non poſſit eſſe teſtis, Nep. de mō te Alb. ut habetur in tit. de excep. in lib. 8. Trac. fol. 227. nu. 24. Et conſpiratio poteſt poni in bonam, & malam partem. In dubio tamen intelligitur in malam, Alc. in lib. præſum. lib. 8. Tract. 184. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus de leui furto an ſit infamis.*
2 *Epiſcopus an poßit diſpenſare ſuper furto.*
Ad famam iuris reſtituit ſolus princeps, & cætus Cardinalium, facti vero boni mores, & nu. 6.
3 *Famæ reſtituere an Epiſcopus videns ſe erraſſe, ſi vult, poſſit.*
Notarius recuperare famā ſuā, ſi dānatus eſſet, quomodo poſſit, ver. & ſic.
4 *Papa an poſſit laicum in integrum reſtituere.*
5 *Populus an poßit reſtituere famæ.*
Famæ reſtituere qui poßit, & nu. 3. & 4.
Reges omnes ſunt in terra ſua Imperatores ſi non cognoſcunt ſuperiorem, & famæ poſſunt & quos reſtituere, ver. nam hoc.
Tranſgredienti parum de facili ignoſcetur.
Fama accipitur duobus modis, & an tolli, & quomodo poſſit mala fama, ver. & dicas.

CAP. XXIII.

Cum te. In iſto c. erat iniuria vilipenſionis, non afflictionis, iniuria verbalis poteſt eſſe ita grauis, ꝙ meretur pœnam corporalem, Inſtitu. de iniu. §. pœna. Condemnatus actione iniuriarum eſt infamis, ſed ſi iniuria eſt leuis, Papa de facili reſtituet eum famæ. ar. quia de minimis non eſt curandū. ff. de cond. & dem. l. quamuis. ff. de ædi. edi. l. cui debes. Et ideo rector ciuitatis non eſt de minimis ſyndicandus, & eſt ar. ꝙ de minoribus non eſt facienda ſcrupuloſa inquiſitio propter liberum arbitrium voluntatis, quod natura hoībus tribuit. ff. de leg. i, ſi ſeruus vetitus. vnde leniſſimæ culpę ſunt peccata venialia nō mortalia, vt hic. adde ſecus, ſi eſt grauis, quia princeps raro conſueuit reſtituere ad famam dānatum de crimine enormi. ff. de poſtul.
1 l j. §. de qua. vbi etiam no. multum ſingulariter. † Quæro, vtrum damnatus de leui furto, ſit infamis? reſpon. ſic, etiam de furto vnius anſeris, & hoc quia veriſimile eſt, ꝙ maiora furaretur, ſi poſſet, & quia eſt in dolo, & vbi dolus, ibi facinus. ff. de ac. & obli. l.
2 ſeruus in omnibus. ff. de reg. iu. l. ad ea. † Sed an ep̄s poſſit diſpenſare? Rn̄. ſic, ante ſnīam, non poſt. ff. de fur. l. non poteſt, in verbo, damnatum. non dicit damnandum. ff. de infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. nam ſolus princeps reſtituit ad famam iuris, & cętus Cardinalium, Inno. ad famam autē facti reſtituunt boni mores,
3 ar. C. fa. erc. l. in ipſius. † Sed quid ſi ep̄s videns ſe erraſſe, vult reſtituere famæ? rn̄. non pōt, niſi faciat coram ſe iure ordinario peti reſtitu-

BIU Cujas

reſtitutionem in integrum; & iſtud erit bonum remedium, ut d.§.de qua, coniuncta gl. quæ eſt,ff.ad Treb.l.ſeruo inuito.§.cũ prætor.& ſic poterit notarius iniuſte condẽnatus recuperare famam,& officium tabellionatus,& cæteras dignitates; quod eſt no.dignum,& facit,ff.de pẽ.l.diui fratres.§.de iudi.c.at ſi clerici. uel dic, ꝙ ſi neceſſitas eccleſiæ exigit, eps poterit reſtituere famæ fauore eccleſiæ.d.c.dño sãcto,& ar.ff.de decu.l.generaliter.

4 §.ſpurios. † Quæro una cum Ber.& Inno.utrum Papa poſſit laicum in integrũ reſtituere? & dic ꝙ nõ,niſi ſit de tpali iuriſdictione eccleſiæ.j.de appel.c.ſi duobus.† Quæro,an populus poſſit reſtituere famę?reſpon.nõ,nec aliquis inferior a principe,ſicut nõ põt legitimare ſuperior,niſi iſte eſſet neceſſarius in clericatu, ſm Inn.q ſubdit & malè, quod reges non poſſunt reſtituere famæ. Nam hoc non eſt bene dictum, quia in terra ſua reges ſunt oẽs Imperatores, præſertim ſi non cognoſcũt ſuperiorem in aliquo actu ſuæ iuriſdictionis adminiſtrandæ. ff. de capti.l. hoſtes. hoc intellige in condẽnatis auctoritate regia, non in his,q ſunt condẽnati auctoritate Papę,uel Imperatoris.ff.de mino.l.minor

6 autem magiſtratus. † No.in hoc c. ꝙ qui parum tranſgreditur, non multum vituperatur,vel ſaltẽ de facili ei ignoſcit. ff.de offi. præ.l.illicitas.§.fi.& dicas, ꝙ fama accipit duob modis.uno mõ ꝓ uoce populi, & teſtimonio teſtiũ; & talis mala fama purgata non obeſt, ut no.Arch.2.q.4.Nicęna.iſta põt in totum aboleri, nec eſt opus principe.Alio modo dicitur fama. i.infamia contracta ex reatu præſumpto.& põt de iure & de facto tolli ꝑ principẽ.exẽplum habes,ff.de infa.l.qm̃.Aut ex reatu notorio, tũc aut loquitur de infama iuris, tũc ipſo iure põt tolli per principem, aut de infamia facti; & tunc eius effectus poteſt tolli per principem, ſed ipſa non eradicari,niſi a ſolo Deo, ut no.Arch. 2. q.

a 5.oĩbus. Ego [a] dico, ꝙ ſi nihil uiſibile remanet ex ea, põt tolli ꝑ recompenſationem bonorum operum.alioquin Dauid & Magdalena ſemꝑ remanſiſſent infames,quod nõ eſt dicendum iuxta illud:Beati, quorum remiſſæ ſunt iniqtates, & quorũ tecta ſunt peccata.Ecce Petrus Apoſtolus, q denegãdo Chriſtũ deierauit, pœnitendo meliorẽ famã recuperauit. Hæc ſunt utilia ad ſtatutum,quod dictat, ꝙ nullus infamis poteſt eſſe de conſilio credentiæ.Porro ſi accipiatur fama pro quadam diffamatione vulgi,tunc certum eſt,ꝙ bona fama extinguit malã; uel eã ſecũdũ qualitatem & motiuum meliorum & plurum teſtium, aliàs ſecus,ut eleganter no.Archi.in d.c.in omnib.2.q.5.

ADDITIO.

a Ego,Vide Barb.conſi.11. vol. 1. vide Ang. conſi. 19. uide Barb. conſi.3.& ſequen.volum.3.

SVMMARIVM.

Sententia reuocata ex aliqua cauſa,denuo quæretur de principali, in princ. & poſt caſum,uer.no.quod.

Inhabilis ſi eſt vnus,cæteri delegati habiles non poßunt exercere iuriſdictionem,ibidem.

1 *Sententia iud cis publice excommunicati ipſo iure non tenet.*

Publice & non publice excommunicati quare fiat diſtinctio,uer.iſta autem.

2 *Excommunicatus,an poßit eſſe arbiter,vel arbitrator,& an executor teſtamentarius.*

CAP. XXIIII.

Ad probandum. Reuocata ſnĩa ꝓp defectum iuriſdictionis, vt puta, quia vnus ex iudicibus publice excommunicatus erat, vel propter ordinem iuris non ſeruatum, de nouo de principali quæretur. h. d. Caſus. Vacante monaſterio quædam elegerunt cuſtodem ipſius, quædam elegerunt quandam monialem in abbatiſſam,cauſa fuit commiſſa quibuſdam iudicibus, qui examinatis electionibus prædictis cõfirmauerunt electionem cuſtodis. Opponitur, quod confirmatio erat nulla, quia unus de iudicibus delegatis erat publice excommunicatus, quando tulit ſententiã,ſicut apparet per literas Metropolitani.Papa dicit,quod ſi electio ex hac cauſa erat nulla, uel ex alia,quod ſnĩa caſſaretur, & de electione cuſtodis iterum cognoſcatur.In tex.ibi, Vnus ex delegatis ſimpliciter,& ſic no.ꝙ ꝓp vnum inhabilem alij habiles nõ poſſunt iuriſdictionẽ exercere.Ibi, Caſſatã,quatenus de facto ꝓceſſit.unde gloſ.exponit, caſſata. i. caſſa & irrita nunciata. No.

1 ꝙ ubi ſnĩa eſt nulla rõne iudicis, uel proceſſus, omnia a capite iterari oportet. † No. ꝙ ſnĩa iudicis publice excõicati ipſo iure non tenet, ergo a ꝓtrario ſenſu, ſi excõicatio eſſet clandeſtina, uel occulta,de hoc,C.de iuris & fac.igno.l.j.ff. de teſta.l.cum lege.C.de teſta.l.j.C.de offi.præto.l.Barbarius.C.de ſen.& interl.l. ſi arbiter.iſta autem diſtinctio publice, & non publice,fit in iudice,& tabellione propter auctoritatem publici officij, & ſimiliter in teſte ob publicam utilitatem, & habet locũ quo ad ignorantes. nam in ſciente non eſt vis,utrum publice,uel non publice,ut c.j.de reſcript.lib.vj. & G.ſi ſeruus, uel liber ad decuri. aſp. l.2.li. 10.nam licet occultus excõicatus non ſit excõmunicatus quo ad alios,eſt tamen excommunicatus quo ad ſeipſum.i. ad dãnum ſuum, non alterius, nam ſicut vulnus dr̃,quod uidetur, vlcus dr̃ quod intus latet, ita iſte ulceratus eſt, licet alius quam

2 ipſe,non uideat maculam.† Vtrum excõicatus poſſit eſſe arbi-

a ter,vel arbitrator,cum iſta ſint publica officia, ut no. ff. de arb.l. Pedius,& in Spec.de arbit. §.differt. dic ſecundum Iac. de Are. quòd ſi uterque ſcit, non valet. ſi neuter, ualet. ſi alter, non valet quo ad ſcientem, ſed quo ad ignorantem valet,& ſic claudicat propter uitium perſonæ. ff.de contrahen. empt.l.ſi in emptione.§.item. vel dic, ꝙ tenet ꝓmiſſum.ut abſolutus ab excõicatione poſſit procedere,ſed non tenet iudicium interim factum, executor tamen ultimæ voluntatis eſſe poteſt ad inſtar deportati.ff.ad Trebel.l.ex facto,etiam pro aĩa.Item ſi eſt prætoritus,poteſt rumpere teſtamentum hæreditatem adire,& agnoſcere contra tabulas,ſicut poteſt contrahere,& teſtari.

ADDITIO.

a Vinc.God.Excommunicatus.Adde,ꝙ excõmunicatus poteſt accipere,& optare beneficium, licet ei collatio fieri non poſſit.Rota deciſ.198. acceptatio. in nouis. Et excommunicatus executor poteſt prouidere acceptanti beneficiũ. Rota deci.128.nota ꝙ executor.in antiq.

SVMMARIVM.

Res inter alios acta non præiudicat aliis,niſi in caſibus,& quibus,in princ. & nu.1.2.3.4.5.& 6.

1 *Debitor,qui pignori agrum ſuum dedit,ſi patitur creditorem experiri de proprietate,præiudicat creditori.*

2 *Scientia quare non præiudicat in cohæredibus,ſed in auctore, & ſucceßore præiudicat.*

3 *Patientia præiudicat ei,qui potuit prohibere.*

L.ſed ſi,§ ſi rem detraxeris.ff.de pet.hær. intel.

4 *Creditor ſi egit hypothecaria,et quia nõ potuit probare de dominio ſuccubuit debitor, item ſi agit rei uendi.contra poßeßorem,poſſeſſor opponit exceptionem rei vendicationis debitore ſciente & patiente quid.*

5 *Fendatarius,quid iuris,ſi patiatur dominum ſuum experiri,vel econtra.*

6 *Res inter alios acta,quandoque præiudicat propter auctoritatem iudicii,& aliis quibuſdam modis.*

7 *De matrimonio ſi Berta litigat cum Ioanne,an præiudicetur Titio,ſi ſcit causam agi,& etiam eam ſuam vxorem eſſe pretendit.*

Rei vendicatio variatur per nomina, quę deſignant qualitatem actionis, & quotuplex ſit,& eius libelli qui procedant,ver.& quia.

Per directo,& utiliter,aduerbia,deſignatur qualitas rei conuenti,non actoris.ver.per quę.

Aduerbiorum & coniũctionum ponitur aliquãdo vnũ ꝓ alio,ver. nã in ad.

Ius canonicum non curat apices uerborum,ver.& maxime.

8 *Dominium qui ſimpliciter intentauit, an poſſit proſequi directum, & utile.*

Rem ſuam propriam nemo habet in feudum,uel emphyteuſim,uel conductã.

9 *Dominium ſi quis nec utile,nec directum habeat,ſed li.penden. acquiſiuit, quid iuris.*

Superuenientia iuris lite pendente,quando proſit in eodem iudicio.

Vniuerſale iudicium quando eſt unum & idem, omnia includit ſecus non ver.nam etiam ſi.

CAP. XXV.

Quamuis. Ponit regulam,& duas exceptiones.ſecunda ibi,ea.tamẽ regula eſt, quod res inter alios acta nõ ꝓiudicat alijs.fallit,ſi alicui primo ꝓpetat actio,uel defenſio de re aliqua, & ſuſtinuit ſequentẽ agere,uel defendere, puta qa paſſus eſt eũ experiri, a quo hẽt cãm. Iſtud c. ſumptũ eſt ex l. ſæpe,ff.de re iu Modo quæro exempla regulæ.rñdeo, clara ſunt. nam ſi ex duobus hr̃dibus creditoris alter eſt condemnatus, nõ ꝓiudicat alteri.Itẽ ſi ex duobus hr̃dibus creditoris alter ſuccumbat,non ꝓiudicat cohr̃di ẽt ſciẽti. & eſt rõ, quia inter eos nulla

1 eſt communio iudicij. † Quæro exempla exceptionum.ecce debitor,qui pignori agrum ſuũ dedit, patitur creditorem experiri de ꝓprietate,nam ꝓiudicat debitori. hoc autem experiri poteſt eſſe dupl'r,vel quia creditor intentat hypothecariã ante tertium poſſeſſorem,in qua oportet eum probare de dñio,ff.de ꝓba.l.ante omnia,& ſic creditor experitur actiue. Secũdo modo poteſt exponi;paſſiue, quia creditor conuenitur a tertio rei ven. tanquam poſſeſſor,& ipſe ad defenſionem dicit, ꝙ debitor ſuus eſt dñs. Aliud exemplum eſt, maritus recipit in dotem fundum a ſocero ſuo,vel vxore:deſijt poſſidere; mulier,uel ſocer gunt de facto rei uen. ꝯ poſſeſſorẽ. Iſtud iudiciũ ꝓiudicat marito ſcienti. Iſtud exẽplum non eſt bene tutum, qa ad vxorem,vel ad ſocerũ non pertinet agere,& iõ cum eis iudiciũ eſt male fundatum, cum non debeat ꝓiudicare marito.Et ideo pone exemplum paſſiue,ꝙ maritus, vel vxor poſſidebant, & conuenientur rei uen. a tertio. nam marito ſcienti præiudicat iudicium: quia patitur aliũ experiri de iure dominij, quod principl'r ꝑtinet ad ipſum virum,ut C.de rei uen.l.doce ancillam.ſed & præcedens exemplum poſſet ſaluari, ſi ꝓp inopiam uiri dos eſſet in cauſa reſtitutionis.Aliud exemplum eſt,quando poſſeſſor rei uenditæ patitur venditorem experiri de ꝓprietate rei uẽditæ,vt ecce emptor poſſidebat,uenditor ꝓueniebat rei uen.tanquam dolo,vel culpa deſiſſet poſſidere:nam ſi agẽs declarat dñs,prę̃iudicat emptori

2 q ſciuit,& cãm ſuam neglexit.† Sed q̃ro,q̃ eſt rõ,ꝙ in cohr̃dib. nõ ꝓiudicat ſcientia, ſed in auctore, & ſucceſſore præiudicat,

BIU Cujas

a reſpon. cohæres a eſt ſciens, ſed prohibere non valens. Item nec vẽtilatur ius cohrdis: ſecus in alijs exemplis, ubi ventilatur ius patientis, quod erat ſibi principaliter radicatum, & iõ patiẽtia habetur pro conſenſu pp ſcientiã, & prohibendi facultatem. Aliud exẽplum in liberto meo, qui litigans de ſtatu ſuo neſciente, eſt alteri adiudicatus. nam talis ſnĩa transfert ius meũ in actorem. & unum ſcias, ꝙ ſi unus non ptendit cãm ab altero, non nocet ſcĩa: quia non potuit alteri interdicere, cũ vnus vtatur iure ſuo. hæc oĩa habẽtur in d.l. ſæpe. poſſunt poni plura alia exempla. Ecce mulier, quæ hẽbat plenã proprietatem, dedit in dotem vſum fructum, uel emphyteuſim, vel feudum. nam ſi maritus patitur eam de plena proprietate agere, vel defendere, ſcĩa cum patiẽtia ei præiudicat. & dico, quòd põt mulier agere de pleno dñio cauſali. licet formale dñiũ ſit penes feudatariũ, vel emphyteutã, ꝙ tertia perſona quæ nihil iuris hẽt, nõ põt excipere de iure tertij, de hoc ſingulariter no. ff. de ꝓdi. inde. l. indebiti. §. ſed ſi nũmi. Itẽ potes ponere exemplum in ſeruitutibus, pro qbus ẽt poſſeſſor agit: quia nõ poſſunt plene poſſideri, ut Inſti. de act. §. æque. verbi gratia, ſi uendidi tibi ſeruitutem in prædio meo, & tu pateris me experiri de proprietate, quo caſu licet tu non poſſit iudicium impedire: potes tamen contradicendo notificare, ne tibi noceat. Item potes ponere exemplum de creditore, qui patitur debitorẽ de dñio rei obligatæ, & hoc pp auctoritatem iudicij, ſecus, ſi pateretur eũ contrahere, ut ff. de pig. l. ſi ſeparatus. §. fin. niſi diſſimularet in fraudẽ, ut C. ad Velleia l. ſi ſerui. † Ex his
3 apparet, ꝙ patientia præiudicat ei qui potuit prohibere. Rñdeo, q̃tũ ad hoc, ne generetur ſibi præiudiciũ, non aũt ꝙ poſſit noua re iudicium in præiudicium tertij niſi dictaret hoc natura actionis propoſitæ, ut ff. de petitio. hære. l. ſed ſi. §. ſi rem diſtraxeris. Et nunc intelligis illum textum quem ante non intelligebas. Ibi enim ideo venditor opponit exceptionem ex ſua perſona per naturam petitionis hæreditatis, quæ eſt, ut bonæ fidei poſſeſſor non damnificetur, ſed ſolum teneatur, quatenus eſt factus locupletior. † Quæro, ecce creditor egit hypothecaria. &
4 quia non potuit probare de dominio debitoris, ſuccubuit debitor. Item agit rei ven. contra poſſeſſorem: opponit exceptionem rei ven. debitore ſciente & patiente. quæritur quid iuris? Bart. dicit poſſe: quia ad alium finẽ nunc agitur de dñio, quam in priore iudicio. Et ad l. ſæpe, rñdet, diuinando, tu non recedas a textu. & dicas, quod debitor debuit aſſiſtere creditori in probatione dominij: alias ſibi imputet. Nec ob. ratio Bar. de diuerſitate effectus: quia verum eſt, ꝙ cauſæ ſunt diuerſæ: ſed unum tamen eſt dominium, licet ex eo concludatur diuerſis modis. vnde dominium eſt plene deductum in iudicium. † Quero, quid
5 ſi feudatarius patiatur dominium ſuum experiri, vel ècontra. Sol. cauſam habes in titulo de controuer. inueſtituræ. Quæro, quid in emphyteuta, & domino? reſpõdeo idem, quod in uiro, & vxore. ar. C. de iure do. l. in rebus, in ratione ſui. Deinde † ſcias,
6 ꝙ res inter alios acta quandoque præiudicat propter authoritatẽ iudicij, ut in peti. hær. ut ff. de ſtatu. lib. l. ſtatu. liberi. a cæteris. §. Quintus. quandoque propter reſciſſionem finitam, ut in querela inofficioſi teſtamenti iure veteri. ff. de inoffi. teſtamen. l. Papinianus. §. fin. quandoque propter naturam rei, ut in cauſa ſtatus: quia ſtatus non poteſt diuidi, ut ff. de ſtatu ho. l. ingenuũ. Item ſi pronuncietur aliquem eſſe bannitum, quia pronunciatur de ſtatu ſecundum Mar. Silli. idẽ, ſi pronunciatur filium eſſe legitimum, vel ſpurium: quia pronunciatur ſuper ſtatu, qui procedit in filio legitimo a patria poteſtate, ut l. j. in fi. ff. de lib. ag. Item ſi pronunciatur aliquem eſſe tutorem, monachum, vel prælatum, vel his ſimilia, hoc intellige, quando pronunciatio facta eſt cum eo, cuius magis intereſt, & inter præſentes, & abſque colluſione alias non præiudicat alijs. Quartus caſus, ubi præiudicat alijs, propter iuris depẽdentiam, & iuris ſcientiam, ut hic, alioquin iudicia ſuos tenẽt authores, & alijs non ꝓſunt, neq; nocent, ut ff. de iureiu. l. ſed ſi poſſeſſori. §. fi. & l. 2. §. fi. cum
7 fi. & uide, quod ibi no. † Quæro, ſi Berta litigat de matrimonio cum Ioanne, utrum præiudicetur Titio, ſi ſciat cauſam agi, & ẽt eam ſuam vxorem eſſe prætendit? reſpon. nõ: quia ius ſuum nec habet cauſam, nec originem a litigante, nec è contra, tex. eſt in d. l. ſæpe. §. fin. hæc uera ſunt in cauſa principali, ſed in cã app. dic, ut ff. de app. l. ſi quis ſeparatim. §. quod eſt reſcriptum. Et quia ſupra tetigi de rei uen. ſcias, ꝙ rei vendicatio veriatur per nomina, quæ deſignant qualitatem actionis: quia rei uendicatio alia eſt directa, alia vtilis. Item utilis, alia ꝓtraria directæ, ut ex præſcriptione, alia quæ ſubijcitur directæ, ut ex feudo, uel emphyteuſi: aliquando variatur, ut directo, & utiliter. per quæ aduerbia deſignatur qualitas rei cõuẽti, & non qualitas actoris. Nam ſi reus poſſidet, tenetur directo: ſed ſi non poſſidet, uel dolo deſiit poſſidere, uel habet in promptu facultatem rei reſtituendæ, tenetur vtiliter de mera ęquitate, ſicut dicimus, quod rei vendicatio habet duo principia, ſcilicet cauſale, quod conſiſtit in qualitate dominij; & formale, quod eſt ex parte rei, ut no. ff. de rei uen. in rub. C. de alie. iudi. l. j. per Cy. Ego tamen puto, quod ſi habens directum dominium diceret, propono utilem rei ven. ꝙ procederet libellus: quia intelligitur utilẽ, id eſt efficacem. & ſimiliter ſi contra poſſeſſorem dicerem in libello, propono rei ven. utiliter, quod procederet libellus: quia intelligitur id eſt efficaciter: nam in aduerbijs & coniunctionibus quandoque expedit vnum poni pro altero, ut ſingulariter no. ff. de condi. & demon. l. eas cauſas. idem puto, ſi iſta verba ſunt prolata in ſentẽtia, ar. ff. ſa. erci. l. & puto. §. fi. & maxime de iure canonico, quod non curat apices verborum, ſed rei effectum; ad hoc facit ille tex. no. ff. de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi rerum.
8 † Quæro, an qui intentauit dominium ſimpliciter. poſſit proſequi directum, & vtile? reſpõd. non ſimul, ſed debet eligere: quia aut ſunt ꝓtraria, ut rei præſcriptione: aut incompatibilia, quia ubi eſt unum, non eſt alterum. Nam nemo rem ſuam propriam habet in feudum, uel in emphyteuſim, ſicut nec conducere poteſt quis rem propriam. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ſi aliquam rem.
9 † Quęro, quid ſi neutrum dominium habeat, ſed acquiſiuit lite pẽdente? reſpond. aut per cauſam de præteritio verificatur libellus; & venit in iudicio: aut non verificatur; & tunc ſecus. iſta autẽ verificatio attenditur tempore litis conteſtatæ. ff. de iudi. l. nõ poteſt videri. ff. de pig. act. l. ſi rẽ. §. fin. Porrò ſi ius ſuperuenit id eſt ex eiuſdem iudicij natura ſupuenit in iudicio. hoc dicit illa l. ſingularis. ff. de rei uẽ. l. ſi poſt acceptum. ff. de infa. l. ſeruus. Et hæc vera, ubi eſt actũ determinato modo. ſed ſi in genere, ut quia dico me vẽdicare, quicquid eſt in tali territorio, id ꝙ poſtea mihi accreſcit q̃docunque ante ſententiã, venit in iudicio: quia eadẽ eſt hic ratio, quæ aſſignatur in iudicio vniuerſali, ut infra eo. ca. Abbate ſanè. lib. 6. & hoc ſtatuit Innoc. quartus fauore minuẽdarum litium: nam de ſtricto iure ſecus eſt. nam etiam ſi iudicium ſit uniuerſale, ſi quidem eſt vnum & idem, omnia includuntur. ſi vero duæ ſunt vniuerſitates, ſecus: quia includitur una ſub alia, ut C. de pet. hære. l. hęreditas materteræ, quę eſt l. multum ſingularis ſubtiliter intellecta, quam nunc declaro.

ADDITIO.

a Vinc. God. Cohæres. Adde, ꝙ cohæres non tenetur de euictione prælegati. l. cũ pater. §. euictis. & ibi Bar. de lega. 2. tenetur tamen de euictione rei communis uenditæ per hæredem ipſo præſente, & tacente. l. quidam ex parte, ff. de euictio.

SVMMARIVM.

1 *Iudices pares numero ſi ferunt contrarias ſententias ſuper eodem libello, prævalet abſolutoria, niſi contraria ſententia ſit fauorabilior, quam ſentẽtia abſolutoria.*
Sententia diſcordantium duorum iudicium ualet in minori ſumma, & etiam abſolutoria. §. in tex. ibi. diuerſas.
Ordinarii aliquando ſunt plures pro indiuiſo, & exẽpla. §. in tex. ibi, ordina.
Sententia pro reo non eſt interpretanda in caſu diſcordiæ iudicum, ſi eſſet euidens iniquitas. §. in tex. ibi, pro.
Fauorabiles cauſæ quæ. §. in tex. ibi, & nu. 2. matrimo.
2 *Fauorabilis eſt omnis vltima uoluntas etiam ad non pias cauſas.*
Conſilio vtri ſtandum duorum conſultorum electorum diuerſe cõſulentium, ver. & eſt arg.
Bart. in l. inter pares. ff. de re iud. intell.
3 *Poteſtas & aſſeſſor eius, qui habent ordinariam iuriſdictionem ex forma ſtatuti, ſi ferant contrarias ſententias, utra prævaleat.*
4 *Iudices ſi ſunt duo, unus ordinarius, alius delegatus per principem, ad quem recurrendum eſt.*
In iudicibus coniunctis ſemper conſiderari debet in ſententiæ prolatione, ille qui poteſtate præcellit, ver. & ſemper.
5 *Iudices ſi habeant ordinariã & delegatã, poteſtate quã prſumũtur elegiſſe.*
Teſtibus pari numero diſcordantibus, prævalet pars benignior, & æquiparantur ordinariis iudicibus. ver. & no.
Iudicibus ordinariis diſcordantibus, ratio, cur ad ſuperiorem non recurrit, niſi ſit appellatum, uer. ſed quæ, excipitur tamen caſus, num. 8. ver. ſane.
Iudices ordinarii non expectant ſuperioris confirmationẽ, quia habent eam ſuo iure, ver. dicit Bar.
6 *Iudicibus debetur maior fauor, quam arbitris.*
In compromiſſis non receditur a perſona arbitrorum, & arbitratorum, ſimul electorum, ver. melior niſi in caſu.
Compromiſſum habetur pro petitione, ver. porro.
7 *Relatio ſi ſit commiſſa duobus, qui ſunt contrarii in referendo, creditur digniori.*
Relator ex non fide, falſarius eſt.
8 *Iudices ordinarii ſi ad inuicem ſunt diſcordes in ſententiando, quia teſtes ſunt cortrarii, cuius ſententia prævalet.*
Actor efficitur, cui iudex imponit onus probandi, ver. pone exemplum.
9 *Iuriſdictionem in ſolidum, an quilibet iudex ordinarius habeat.*
10 *Sententia concors quam vnus iudex fert ſeorſum ab alio, an ſit valida.*
Iuriſdictionis commoda diuidua, ſecus iuriſdictio.
11 *Diuiſio eius non cadit in rerum naturã, cuius diuiſio non cadit in intellectũ.*
12 *Iudices quando ſunt duo, an vnus poſſit citare ſine alio.*
In arbitris idem.
13 *Decretalis vltima, lib. 6. an debeat ſeruari in terris Imperii.*
Per ius canonicum poteſt ſuppleri ius ciuile.

Ordinarii

14 *Ordinarii omnes cum ſint collegæ, an debeant intereſſe.*
Arbitri non poſſunt delegare, verſ. delegatio.
Collegium, qui facere nequeant, verſ. vnus, & nu. 15. ver. ego dixi.
Collegæ quando debeant adeſſe cuncti, verſ. adde.
15 *Conſules mercatorum, an faciant collegium.*
Collegium, & vniuerſitas quid, ver. & dicitur.
Collega legem imponere non poteſt collegæ, ſed vices delegare, ver. illud eſt.
16 *Papa ſolus habet plenitudinem poteſtatis, & alia vide de eo.*
Sententia omnis fertur ad æternam rei memoriam, & eſt perpetuo duratura, & vide alia pertinentia ad ſententiam, verſ. ſecunda.
Feudatarius vtile dominium non poteſt diſſipare, neque deteriorare, & non poteſt priuari feudo non ſoluta per biennium penſione, ver. decima.
Ad bellum ſiue guerram iniuſtam etiam amici vocati, poſſunt iuuare, ad finem, ver. adde.
17 *Iudicium quando pertinet ad plures, ita quod ad vnum ſub altero tamen ſimul agere poſſunt.*
Concluſiones Innocentii ex commentario ad c. abbate ſanè. de re iud. lib. 6.
Alternatiuus libellus procedit, non alternatiua ſententia, ver. ſecunda.
Alternatiuæ, & diſiunctiuæ differentia, ver. ſexta.
Rex quæ donare poßit, ver. octaua.

CAP. XXVI.

Duobus. Iſtud c. eſt no. Primo loquitur in ordinariis. Secunda ibi, ſi vero, vbi loquitur in delegatis. tertia ibi, quod ſi ex compromiſſo, vbi loquitur in arbitris compro-
1 miſſarijs. Dicit ergo, ꝙ vbi iudices † pares numero ferunt ꝯrias ſnīas ſuper eodem libello, prę̃ualet abſolutoria, niſi ꝯria ſnīa ſit fauorabilior, q̃ ſnīa abſolutoria, de quo ponit quatuor exempla, ſ. in matrimonio, libertate, dote, & teſtō. præualet. n. ſnīa lata pro matrimonio, pro dote, pro libertate, pro teſtō. Scđo dicit, ꝙ vbi ſnīa ꝯ. fertur a delegatis pari numero, recurritur ad delegantem, qui poteſt confirmare quam uult. Tertio dicit, ꝙ ſi plures ſunt arbitri compromiſſarij pari numero diſcordantes, neutra ſententia tenet, non habita diſtinctione fauoris, vel odij, nec poteſt ſu-
a perior alteram confirmare. h. d. In tex. ibi, Diuerſas [a] incompatibiles, vel uerius. i. non concordes, vt ſi unus in quinque condemnat, & in quinque abſoluit, alter in totū condemnat, ualet ſnīa minoris ſummæ, vel ſi alius in totū abſoluit, præualet ſnīa eius. In tex. ibi, Ordinaria, vt duo Comites tenentes pro indiuiſo eundem Comitatum, Io. And. vel pone exemplum in duobus conſulibus, vt l. j. ff. de offi. conſul. vel pone exemplum Perufij in duobus auditoribus cambij, vel in quatuor cōſulibus mercatorum, vbi bini & bini ſibi contradicerent. vel pone exemplum in poteſtate, & eꝑo ſibi aſſociato. In tex. ibi, Pro reo, niſi euidens eſſet ini
b quitas. ff. de inoff. teſt. l. ſi plures. In tex. ibi, Matrimonio, no. ꝙ matrimonium [b] eſt res fauorabilis, item libertas, item dos, item ultima uoluntas. Ibi, Dote, pro hoc potes tenere exemplum in l. j. ff. ſol. mat. prout exponitur cauſa. i. inſtantia. eſt enim priuilegiata cauſa dotis, quia tenet incerta ſnīa, dummodo dos ſit certa per inſtrā, vel teſtes, quaſi tacitè facta relatione ad ipſam, vt C. de ſen. quæ ſine cer. quan. l. pen. ſm Bart. ibi. Fauore ergo dotis fingitur
2 relatio de incerto ad certum, & ſic ualet ſnīa, arg. ff. de re iud. l. ait prætor. ij. §. fi. † In tex. ibi, Teſtō, no. ꝙ omnis ultima voluntas ēt ad non pias cauſas eſt fauorabilis. & eſt arg. ꝙ ſi duo ſunt conſultores electi ad conſulendum de iure in paſſu dubio, & vnus con-
c ſuluit ſubſtitutionem directam, alter obliquam, ꝙ ſtandū eſt conſilio conſulentis directam eſſe, quia directa [c] ſubſtitutio eſt magis fauorabilis, q̃ inflexa. ff. de mil. teſt. l. cohæredi. §. cū filię. C. de inoff. teſt. l. ex tribus. dic uerius, ꝙ idem eſt in cōſultore, ꝙ in iudicibus delegatis, ſ. ꝙ iudex eligit opinionem, quę ſibi magis placet. ff. de re iud. l. duo iudices, per Bar. Et ſi iudex dixit, iudicamus ſm quod conſultum eſt, aut prius declarat, cuius conſilio ſit ſtandum, valet ſnīa: aut non; & tunc ſnīa non ualet pp perplexitatem varietatis; ita debet intelligi, qđ no. Bart. ff. de re iud. l. inter pares.
3 † Quid ſi poteſtas, & aſſeſſor eius, qui habent ordinariam iuriſdictionem ex forma ſtatuti ferunt ꝯrias ſententias? rñdeo præualet ſnīa poteſtatis, quia licet uterque ſit ordinarius, tñ non ſunt pares, quia aſſeſſor eſt ſub poteſtate, & poteſt ab eo remoueri, ſicut ordinarius poteſt remouere vicarium ſuum. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur. In hoc tñ prodeſt ſententia aſſeſſoris, quia nō facit litem ſuam, vt C. de appell. l. qm̃ iudices, quæ eſt lex no. ad hoc.
4 † Quid ſi ſunt duo iudices, vnus ordinarius, alius delegatus adiunctus per principem? reſpon. recurritur ad ſuperiorem ac ſi eſſent duo delegati, quia delegatus vtitur iuriſdictione delegantis, & maior eſt quolibet ordinario, vt ff. de mino. l. minor autem magiſtratus, vt not. Bart. in l. quoniam iudices. C. de app. & ſem-
d per [d] debet conſiderari, quando iudices ſunt coniuncti, illi qui in poteſtate præcellit. hæc regula traditur. C. de appell. l. præcipi-
5 mus. in pen. rñ. arg. ff. quemad. ſerui. amitt. l. ſi cōmunem. † Quid, ſi iudices habeant ordinariam, & delegatam? reſpon. prę̃ſumuntur elegiſſe ordinariam, niſi contrarium appareat per acta. C. de præſcr. cum ex officij. & l. 3. ff. de mil. teſta. Et no. quod in teſtib. diſcordantibus pari numero ſimiliter præualet benignior pars. tex. eſt not. ff. de manu. l. lege Iulia Petronia. quem tex. allegabat Cy. in l. j. C. de vſur. vnde teſtes æquiparanť iudicibus ordinariis, non iudicibus delegatis, quod eſt not. Porro teſtes non poſſunt ſibi inuicē teſtimonium delegare, ergo æquiparantur ordinariis, quia officiū teſtis non diſgreditur a perſona, & ad hęredem non tranſit. Sed quæ eſt ratio, ꝙ in ordinariis non recurritur ad ſuperiorem, niſi ſit appellatum, vel ſupplicatum? & reſpō. quia ordinarius, a quo non eſt appellatū, non habet in ea cauſa ſuperiorem niſi legem ſcriptam, ſm Bern. ꝙ eſt no. vel eſt ratio, quia ordinaria iuriſdictio propriis uirib. nititur, nō uiribus alienis. Dicit Bart. ꝙ in ordinariis iudicibus non expectatur cōfirmatio ſuperioris, quia hñt iuriſdictionem ſuo iure nō alieno, & ideo recurritur ad fontem iuriſdictionis. l. ordinarium. ff. de re iud. l. inter pares, per Bar. & adde ꝙ no. Bart. C. qñ prouo. non eſt neceſſe. l. cum magi-
6 ſtratus. † Quæro quare aliud in arbitris, quam in iudicibus? reſpō. quia maior fauor debetur iudicibus, q̃ arbitris. melior ratio eſt, quia in compromiſſis non receditur a perſona, nec eſt locus iuri accreſcendi quoad poteſtatē arbitrii, vt in ſæpe allegata l. ff. de arb. l. Pedius, §. j. & in l. in compromiſſis. idem dico in arbitratoribus ſimul electis, niſi ſit data poteſtas cuilibet inſolidum ſuper lite decidenda. Nec obſtat ff. de exerc. l. j. §. ſi plures, quia ibi non loquitur in mandato ad lites, ſed ad vniuerſitates negotiorum. Porro in arbitratoribus eo ipſo, ꝙ ſunt ſimul electi, videntur ſimul aditi, quia coram arbitratoribus non eſt neceſſaria petitio, vnde compromiſſum habetur pro petitione, vt dixi in c. Quintauallis. † Quæro, quid ſi duobus eſt commiſſa relatio, & ſunt con
7 trarii in refereñ. reſpon. creditur digniori. ſed ſi ſunt omnino pares, idem ꝙ dixi in teſtibus, quia iſti referendarii ſicut teſtes, debent referre ueritatem, quam ex actis percipiunt. ar. C. de appell. l. ne cauſas. Et qui non refert ex fide falſarius eſt, & punitur tanq̃ teſtis. l. lege Cornelia de ſicariis, ff. de cuſt. reo. l. diuus, C. de ſpor.
8 l. 2. † Sed pone, quia iudices ordinarii ad inuicem ſunt diſcordes in ſententiando, quia teſtes ſunt contrarii, illius ſententia prę̃ualet, qui melioribus teſtibus mouetur, vt ſ. de probat. c. licet cauſam. nam cum hoc ſit in teſtibus, ergo & in iudicibus, qui fundāt ſe in teſtimoniis. nam qualis eſt cauſa, talis inſurgit effectus, nec attendimus hic fauorem, vel odium, ſed iuſtitiam probationis, quia iuſtus & iniuſtus non ſunt pares, vt ſ. eod. tit. c. ſuborta. §. iudicibus. in delegatis autem hoc examen pertinet ad ſuperiorem. ſanè in vno caſu in ordinariis relinquitur iudicio ſuperioris, ſcilicet quando neutrius iuſtitia præponderatur, & neſcitur quis ſit actor, vel reus. vnde poſſumus dicere, ꝙ faueatur reo, iſta eſt gloſ. ſing. in d. l. duo. ff. de re iud. & non eſt alibi. Pone exemplum in duplicibus iudiciis, neutroque ſimul libellū proponente pro, & contra. ff. de iud. l. in tribus. niſi iudex alteri impoſuerit onus probandi, quia tunc fecit eum actorem, vt l. ſi pariter. ff. de liber.
9 cauſa. † Quæro circa iudices ordinarios, vtrum quilibet habeat
e iuriſdictionem [e] in ſolidum? reſpon. iuriſdictio diuidi non poteſt, niſi diuidatur per capitula. Nam pars iuriſdictionis diffiniri non
10 poteſt & indiuiſibilis eſt. † Quid ergo dices in ſententia ꝯcordi, quam vnus fert ſeorſum ab illo? rñ. non ualet pp copulam iuriſdictionis, ſi ſimul ſunt aditi, quia cōicatur iuriſdictio inter eos, & tamen non diuiditur per concurſum. Commoda autem iuriſdictionis ſi qua ſunt, diuidūtur, ſicut inter patronos non diuiditur effectualiter ius patronatus, ſed commoda eius. ff. de iureiur. ſi
11 duo patroni, in prin. & quod not. C. de fideicō. l. 4. † Porro cuius diuiſio nō cadit in intellectu, eius diuiſio non cadit in rerum natura. de hoc no. ff. de re iud. l. ſi vni, per Bart. ff. vti poſſ. l. ſi. ſanè indiuidua corpore & natura, nō diuiduntur intellectu, ſed ea, quæ ſunt indiuidua, ſinguli habent inſolidum, ſed non ſoli. ff. de ſtip. ſer. l. ſeruus communis ſic omnium, & l. ſi cum duorum. Et adde ꝙ poſſunt eſſe plures domini, & inter omnes non habēt totum
12 dominium, vt not. ff. de ſtipul. ſer. l. proinde, in princ. † Sed dubitatur, pone, duo ſunt iudices, vtrum vnus poſſit citare ſine alio? gl. no. dicit, ꝙ diffinire non poteſt, ſed cætera quæ ſunt proceſſus, facere poteſt, vt d. l. ſi uni. ff. de re iud. & idem in arbitris, vt not. ff. de arb. l. ſicuti, & in Auth de exhib. re. §. ne igitur. gloſ. dicit verum in iudicibus ordinarijs, quia unus poteſt ſupplere vices alterius, vt not. dicit tex. in l. j. ff. de offi. proconſ. ſecus in delegatis, niſi eſſent delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ſm Barto. ff. de arbit. l. Pedius, §. j. vel niſi hoc competeret ex forma mandati, vt extra,

de

ADDITIONES.

a Vinc. God. Diuerſas. Adde, ꝙ diuerſitas nominis non conſtituit differentiam, vbi in effectu eſt ſimilitudo, Ruin. conſi. 22. nu. 2. lib. 3.

b Vinc. God. Dos. Adde quando dos eſt in re immobili, an exigi debeat in loco contractus, an domicilii iuris. Ruin. conſi. 163. nu. 4. lib. 4.

c Directa. Vide Barb. conſ. 46. 2. col. 2. Fulg. conſ. 53. Aret. conſ. 155. Vbal. in repe. c. Raynaldus, de teſt. in 50. col. D. Fel. in repet. c. ſi pater, & ſe. de teſta.

d Semper. Vide D. Alex. in conſ. 20 incip. Viſis punctis. uide etiam in materia notabiliter per D. Alexand. in conſi. 20. incip. Viſo proceſſu cauſæ uertentis inter Raymundum, in 1. uol.

e Vinc. God. Iuriſdictionem. Adde ex quibus demonſtretur iuriſdictio, Ruin. conſil. 2. nu. 4. lib. 4. & iuriſdictionis conceſſio in dubio cenſetur realis, & territorio cohærens. Ruin. conſi. 34. nu. 15. lib. 1.

BIU Cujas

de reſcrip.c.ſuſcitatus. vel niſi eſſet lis cõteſtata,quia tunc idem, ꝙ in ordinario, licet diffinitiuam non poſſint niſi ſimul ferre, ſi ſimul proceſſerunt. Dicit Bart.ꝙ filii unius Comitis,& hęredes, qui cognoſcunt non ram iure iuriſdictionis, q̃ iure dñij unius ca ſtri,non poſſunt ſeorſum cognoſcere,nec ſeorſum pronunciare, quia complexã, non ſeparatam hñt iuriſdictionem & poteſtatẽ, & commodum vel incommodum eſt cõe, poteſt tamen unus alteri,alter alteri uices ſuas committere,quia ſunt ordinarii,Ber.
13 † Quæro vtrum decre.ultima de arbi.lib.6.debeat ſeruari in terris Imperii.dicit Bart.ꝙ non,in d.l.2. Tu dic ꝯ, quia ius canonicũ poteſt ſupplere ius ciuile ex æquitate nedum perſuadente, ſed
14 cogente. † Quæro,nunquid oporteat omnes ordinarios intereſſe,cum ſint collegæ? reſpõ.ſic,vt ff.de re iud.l.tunc autem. Item oportet omnes loqui,vel conſentire.& ſi dicunt,cõſentimus tali iudicanti,videntur conſentire iudicato, quod no ſm Bart.& iſte conſenſus debet præſtari in iudicio tẽpore pronunciationis. Delegatio autem poſſet fieri ante ex interuallo, licet Barto. in d.l.ſi vni, dicat,ꝙ conſenſus habetur pro mandato.i.pro delegatione, ſed in arbitris falſum dicit,ꝙ non poſſunt delegare,vt ff.de arbit. l.non diſtinguemus.§.de officio. & hanc rationem probat glo.in d.l. ſicuti,eſſe ueram.vnus,vel duo non ſunt collegium,ſ.formandum ſeu fiendum, ſed bene poteſt eſſe collegium,quia collegiũ reſidet in vno.l.ſicut.§.fi.ff.quod cuiuſque uniu.no. Adde & no. differentiã, interdum iuriſdictio eſt coniuncta, ſed non vnita,ut qñ collegæ non faciunt collegium,& omnes adeſſe oportet.Interdum eſt coniuncta & unita,vt qñ faciunt collegium, vt collegium decurionum, ꝙ repræſentat totam uniuerſitatem, & tunc
15 ſufficit maior pars, ſm Bar. † Sed nunquid conſules mercatorũ
a faciunt collegium. [a] reſpon.non, quia eſſent duo collegia in eodem ſubiecto,ſed ſunt patres collegij. Ego dixi,ꝙ plures qñque faciunt collegium, quandoque non, ad quorum uerborum intelligentiam,vide ꝙ no.Ioan.Mon.in c.Romana,de ſent.excom. lib.6.vbi ponit,quid eſt collegiũ,& vnde dicatur,& dicitur collegium.i.collectiuè unum,vt ff.de fideiuſſ.l.mortuo.vniuerſitas dicitur in vnũ uerſum, Io.Mon. & adde ꝙ no.in c.j.de app.in Cle. In cõſulibus uerò mercatorum ad omne dubium tollen. puto, ſibi inuicem committant vices ſuas vſque ad ſententiam excluſiuè,& ita ſæpe fieri feci, vt non habeam diſputare de gl.quę eſt in d.l.ſi uni.ff.de re iudic. ſecundum decretum non poteſt alteri delegari. Illud eſt certum,ꝙ unus collega non poteſt imponere legem alij collegæ, quia prohibitio non fit a pari. C. de author.
b præſt.l.fin.Item collega ſuas vices delegat collegę, [b] tamen non prorogat illius iuriſdictionem.ff.de manumiſſ. l.apud,cum gloſ.
16 ſua,quæ eſt multum not.quam legem nunc intelligis.† Concluſiones Inn.in c.apoſtolicæ,j.eo.tit.Prima concluſio eſt,ſolus Papa habet plenitudinem poteſtatis.ſ.ſupremam. Scda,omnis ſententia fertur ad æternã rei memoriam,& eſt perpetuo duratura. C.de re iud·l.geſta.Tertia,iudex poteſt dicere in ſententia,Ego, vel nos,Inno.idem in arbitro,& arbitratore.Quarta,iudex poteſt dicere pro ſtatu & honore vtriuſque partis pronuncio ſic.Quinta,ꝙ iudex non debet pronunciare per epiſtolariam paginã quæ continent verba enunciatiua, ſed diſpoſitiuè loqui debet, Inno. Sexta,ꝙ eccleſia ante bellum debet uocare inimicos ſuos ad pacem.Septima,ꝙ Papa non ſupponit ſe correctioni concilij,& tamen conſilia prudentum inquirit.Octaua,ꝙ Papa non vult pacẽ ſine adhærentibus ſuis,& eorum tutiſſima ſecuritate. Nona,ꝙ idem debent facere principes,& populi. Decima,ꝙ quãuis feudatarius habeat vtile dominium, tamen nec diſſipare, nec deteriorare poteſt. Vndecima, ꝙ ſi feudatarius non ſoluit pẽſionem per biennium,non poteſt priuari feudo, quod in uſibus feudorũ non eſt hoc expreſſum.& ideo tene menti,quia ſæpe fui interrogatus. & quidam dicunt, ꝙ ſufficit annus, & dies, & male, quia penſio pecuniaria eſt præter naturam feudi. Duodecima,ꝙ quilibet Papa eſt Petrus,& ideo deponit Imperatorem,Inno.Adde, quod dicit Bar. ꝙ ſi alicui fit iniuſta guerra,amici etiã non vocati poſſunt eum iuuare.C.de iu.fiſ. l.prohibitum,lib.10. & capere
17 aduerſarios, arg.C.de malefi.& math.l.fi. Concluſiones † Inno. in c.Abbate ſanè,de re iud.lib.6. Prima concluſio,ꝙ quando ad plures pertinet iudicium,ita quod ad unum ſub altero,tamen ſimul agere poſſunt,Innocen.nec poteſt reus contra pluralitatem excipere,quod eſt notatu dignum.Secunda concluſio,quod procedit libellus alternatiuus, tamen ſententia debet eſſe electiua, non alternatiua, vt Inſtit.de actio. §.curare. Non obſtat l.miles, §.decem. ff.de re iudic. quia illud eſt beneficium legis. aliud eſt obligatio, aliud realis actio, quia ius ad rem eſt diuerſum a iure in re.Inno. Tertia concluſio, quod generalis petitio in perſonalibus actionibus rato procedit,quia informis,de except.doli,l.2. §.circa.Quarta,quòd in realibus ſæpe.Quinta,quòd propter conſcientiam receditur a iuris apicibus. Sexta,quòd ſi dico, rem ad me pertinere iure dominii, vel quaſi, non eſt libellus alternatiuus,quia in alternatiua vtraque pars eſt uera.ff.de verbo.obligat. l.ſi duo rei. ſed eſt libellus diſiunctiuus,quia non poteſt utraque pars eſſe vera, ſed altera tantum, & tamen vſu præſcripto libelꝰ lus procedit,vt hic procedit. Septima, quod ex mente prætoris, qui quaſi dominium redegit ad inſtar dominij, Inſtitu. de actio.
c §.aliæ. Octaua,quod res, quæ pertinent ad regnum,Rex poteſt donare,& obligat ſucceſſorem, quod intellige de rebus particularibus non reſeruatis regiæ dignitati. Res autem ad ſe non pertinentes donare non poteſt.immo ad hoc conclude notabiliter,
d quod lex,bene a Zenone,non habet locum niſi in Imperatore. [d] Item ait, quod iudicium non minus ualet, quando quis iniuſtè agit, quàm quando iuſtè. ff.de pecu. l.eo tempore, in princ. nec
e minus irrogat infamiam ſententia iniuſta. [e] ff.de infam. l. athletas, in fi. cum l. ſeq. tamen iniuſtè damnatus poteſt ſupplicare pro reſtitutione famæ,vt ſ.cap.cum te,ſcilicet quando iniuſtitia eſt in toto, ſecus,ſi in tanto, quod tene menti.

ADDITIONES.

a Vinc.God. Collegium.An conſules artificum poſſint facere ſtatuta, Corn.conſil.232.quamquam,per totum,lib.3.
b Vinc.God. Collegæ. Adde ꝙ collega in officio tenetur pro alio collega, niſi probet collegam fuiſſe ſolum tempore finiti officii. l. ex perſona, & ibi Bald. C. de probat.
c Res.Vide Aret.in rubr.ff.de uerb.oblig.
d Imperatore.Vide Mart.Laud.in tract.de principibus,§.11.
e Vinc.God. Iniuſta. Adde ꝙ ſententia iniuſta contra uenditorem lata, emptori nocere non debet. Ruin.conſi.216.nu.2.lib.5.

De appellationibus, & relationibus, & recuſationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur duobus modis, & cur inuenta.*
Appellatur minimè à non iudicibus, multi caſus excipiuntur, §. & iſtud.
2 *Ciuitas ſi non recognoſcit in ſuo regimine alium ſuperiorem, & propria auctoritate creat ſuos magiſtratus, à talibus magiſtratibus appellatur ad p pulum.*
Ex æquipollentibus quid fiat,non refert,quando non variatur effectus,verſ. quæ verba.
Caput vbi eſt, ibi membra eſſe dicuntur,verſ.nam.
Ciuitas tota ibi eſſe dicitur,vbi ſunt decuriones,vel antiani, ibid.
3 *Collegium mercatorum ſi ſit in ciuitate Peruſii,an à ſententia collegii appelletur ad Poteſtatem, an ad antianos.*
Decuriones, vel antiani nõ habẽt iuriſdictionẽ contẽtioſam, niſi ſubſidiariã.
Appellari poteſt ad eundem, qui tulit ſententiam, habentem ſuperiorem ea, qua pronunciauit, dignitatem, verſ.pone.
Suſpicionem iudicis tollit delegatio, ibid.
4 *Coniuncti ſi ſunt in iuriſdictione vnus magnus Comes, & unus vilis clericus ex delegatione Imperatoris, ad cuius ſuperiorem debeat appellari.*
In appellatione ad quem ipſa fiat, inſpicienda qualitas iudicantis, atque auctoritas, ver.delegati.
Sacerdotium dignius eſt quacũque dignitate ſeculari, ver.item ſacerdotium.
5 *Appellatio propriè loquendo eſt quadruplex.*
Iudicium non eſt ante litis conteſtationem, ver.nam propriè.
Sententia eſt pars iudicii potentiſſima, verſ.nam ſententia.
A contractu non appellatur, ad fin. ver.à contractu, & num.6. & quo remedio viatur ex eo læſus,eo.num.
6 *Feudatarius, vel emphyteuta, an poſſit appellare, ſi non fiat ei reformatio, quæ de iure fieri debet.*
A nunciatione noui operis non appellatur, & quo remedio ſit vtendum,ver. idem dico.
Actio in principio edita, omnem qualitatem futuræ litis tam principalis, quàm appellationis demonſtrat,ad fin.ver.nam edita.
7 *Appellatione deſerta, an ſit deſerta nullitas.*
8 *Appellatio ſi primo fiat viua voce, deinde in ſcriptis, an ſit vna appellatio, vel duæ.*
9 *Appellationem geminare an noceat.*
Proſecutionis appellationis annus incipit poſt decem dies ad appellandum datos.§.dicit,ver.niſi.
Appellatio reformari poteſt toto tempore decendii, ibid.
10 *Libellus an requiratur in cauſa appellationis.*
11 *Appellator an expreſſa vna cauſa in appellatione, poſſit aliam cauſam proſequi.*
12 *Appellatum ſi ſit ab interlocutoria, an ſententia lata ſuper iſta interlocutoria per iudicem appellationis, erit interlocutoria, vel diffinitiua.*
13 *Iudex appellationis, & nullitatis ſi pronunciat malè appellatum, an videatur pronunciare ſuper nullitate, vel ſuper iniquitate.*
14 *Appellatione remota ſi princeps committit cauſam, an iſta clauſula afficiat tertiam perſonam comparentem pro ſuo intereſſe.*
15 *Syndicus ſi appellauit, & appellatione pendente ſit finitum tempus ſui ſyndicatus, an teneatur proſequi.*
16 *Syndicus uniuerſitatis, an dicatur habere liberã ad ſuũ officium exequendũ.*
17 *A præcepto de ſoluendo quis appellauit, cenſeatur ne ab interlocutoria, an definitiua appellare.*
18 *Appellandum an ſit à ſententia arbitri.*
19 *Appellatum ſi ſit, & iudex ad quem, confirmauit laudum, an valeat confirmatio.*

BIU Cujas

Baldi præceptor in iure Bartolus.
30 *Litis conteſtatio an requiratur in cauſa appellationis.*
Appellatio deuoluit cauſam cum ſua qualitate.
Iudex appellationis dicitur ſucceſſor, licet non proprie, ver. nam iudex, & ſupplet de facto uicem abſentis.
Litis conteſtationis vim habet peremptorium nō circunductum. §. & ſemp.
Iudicii caput, medium, & finis quæ, ibid. ver. quia litis.
31 *Reconuentio an habeat locum in cauſa appellationis.*
Domicilium locus eſt principalior iudicii, ver. nam domici.
Iudicis appellationis poteſtas quæ cognoſcendi, ver. præterea.
Reconuentio quædam implicita ſeu breuiloqua, & quæ, ver. præterea, & eius libelli formę quę, nu. 22.
32 *Libelli reconuentionis implicitę quæ ſit forma.*
33 *Reconuentio expreſſa multiplex eſt.*
Iuriſdictio propria data eſt cuilibet tribunali, quę per alium nō poteſt neque vſurpari, neque minui, uer. nam cuilibet.
34 *Satiſdationes nouę an requirantur in cauſa appellationis, & nu. 25.*
35 *Dominus appellando liberat procuratorem a cautione rati.*
L. cum apud Sempronium. ff. iud. ſol. intell.

1 Appellatio dr̄ duobus modis. primo ꝑ actu puta ꝑ uoce, vel ſcriptura appellantis. ſecundo pro quidditate ipſius appel. Nam interdū vox appellātis, vel ſcriptura eſt ſine ſubſtantia, ut qñ appło non ualet. Eſt autem appło inuenta, ut iudicantium iniquitas, uel imperitia corrigatur. ff. eo. l. j. in prin. Et iſtud verbum, iudicantium, ſignificat, ꝙ de iure ciuili a non iudicibus non appellatur. fallit in caſibus expreſſis in iure. Verbi gratia, uocatus ad decurionatum, vel Poteſtariam, ſi ꝑ hoc grauat iniuſte, appellatur. Idem, ſi ad ſyndicatum, vel aliud offm̄ publicum exercendum, vt C. eod. l. hi qui ad ciuilia. nam ēt ab honoribus appellatur, ſi honor infert onus, vt C. eo. l. ſi ad ſcribatum. Item, ſi alicui imponitur collecta per decuriones ciuitatis, & ex hoc iniuſte grauatur, poteſt a tali grauamine appellari, quia decuriones uice magiſtratus funguntur. ff. de tut.
2 & cu. da. ab his. l. vbi abſunt. † Dicit Bar. quod ſi ciuitas nō recognoſcit in ſuo regimine alium ſuperiorem, & propria authorita te creat ſuos magiſtratus, a talibus magiſtratibus appellatur ad populum, quæ a populo extenditur ad decuriones, ff. eod. l. j. §. ſi quis. ego dico, ꝙ ſatis eſt, ſi dicit, ego appello ad decuriones, quæ uerba eiuſdem effectus ſunt ſignificantia, & non refert quid ex æquipollentibus fiat. & ſunt ęquipollentia, quando non uariatur effectus, ut C. de fideicom. l. quamuis. nam ſicut ubi eſt caput, ibi eius videntur eſſe membra. ff. de relig. l. cum in diuerſis. Item ubi ſunt antiani, ſiue decuriones, q̄ ſunt
3 caput ciuitatis, tota ciuitas eſſe vr̄. † Sed pone, in ciuitate Peruſij eſt collegium mercatorum, utrum a ſententia collegij ap-
a pellatur ad Ptātem an ad antianos, [a] dicit Bar. quod ad ptātem tanquam ad iudicem ſuperiorem. Item quia antiani non habent iuriſdictionem contentioſam, niſi in ſubſidium, ut d. l. ubi abſunt. Si enim ptās non eſſet in ciuitate, bene poſſet appellari ad antianos qui ad ptātem poſtea creatum, debent remittere cognitionem, arg. ff. de exc. tut. l. non ſolum, §. ſi libertus. Pone, ꝙ idem eſt Rex & Comes, & pronunciauit, vt Comes, nunquid poterit appellari ad ipſum tanq̄ ad Regem? dicit Bart. ꝙ ſic, per l. ſi qñ. C. e. ſed contra vr̄, quia iſta ſunt officia repugnantia, & quia vr̄ ſuſpectus. opi. Bar. eſt vera, ſed debet cauſam delegare, & delegatio facit ſuſpicionem ceſſare, & officia inui-
4 cem contrariare. ff. de iuriſdi. omnium iudic. l. ſolet. † Pone, ꝙ in iuriſdictione ſunt coniuncti vnus magnus Comes, & unus vilis clericus ex delegatione Imperatoris, ad cuius ſuperiorem debeat appellari? rñ. delegati cognoſcunt vice delegantis, & iō appellabitur ad ſuperiorem laicum, non clericum, quia clericus non iudicat hic tanquam clericus, ſed tanquam quilibet priuatus, & hoc quando non ſub noīe dignitatis eccleſiaſticæ, ſed ꝑprio noīe iudicat, arg. ff. de ſtip. ſeruo. l. ſeruus cōis ita. ſed ſi iuriſdictio eſt ei delegata tanquam clerico, affecta eſt cā per delegationem & appellabitur ad iudicem eccleſiaſticum, ut in c. Romana. §. debet, de app. lib. 6. Dices tu, magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ut l. cum ſpōſus. §. gñaliter. ff. de dona. inter ui. & vxo. Sed vnus Comes eſt magis dignus, quam unus curatus cuiuſdam paruæ eccleſiæ? reſpon. non eſt verum. nam etſi Comes ſit maior potentia, & nobilitate, non tñ in hoc eſt maior adminiſtratione, iuxta no. ff. de ap. l. j. §. deniq;. Item ſacer-
b dotium dignius [b] eſt quacunque dignitate ſæculari. Et adde,
5 qđ dicam infra e. c. ſi duobus, & dixi s̄. de iudi. c. fi. † Item no. ꝙ proprie loquēdo quadruplex eſt appło, ſcilicet anteiudicialis, qñ appellatur ante litis conteſt. nam proprie añ litis conteſtationem non eſt iudicium, ut no. in Auth. de liti. §. oēm. iudicialis poſt li. cont. uſq; ad ſnīam, & ab ipſa ſnīa. nam ſnīa eſt pars iudicij, & quidem potentiſſima, vt C. de iud. l. j. Item poſt iudicialis, ut quando appellatur ab executione, ſiue ꝓp defectum ordinis executiui, uel propter exceſſum modi, poſt ſnīam. n. proprie loquendo non durat iudicium. C. de fru. & li. expen. l. terminato. & exiudicialis, ut ſi appellatur a collatione bñficij. j̄. eo. c. j. vel ab electione, vel quocunque alio, quod fiat ex publico offō, uel quaſi publico, ut l. j. §. ſolet. ff. quando appellandum ſit. a contractu autem non appellatur, quia nec alius per alium gra
6 uatur, ut ff. de pac. l. ſi vnus. §. añ oīa. † Sed an feudatarius poteſt appellare, vel emphyte. ſi ei non fit reformatio, quæ de iure fieri dēt. Bar. dicit quod ſic, l. promittetur. ff. de aqua quoti. & æſti. nō credo hoc, quia a contractu facto, vel fiendo, non appellatur, qa dolus commiſſus in contractu non purgatur ꝑ viam appellationis, quia oportet adire ſuperiorem ſui iudicis. Sed alijs remedijs prouidetur, ergo in qōne iſta non appellabitur, ſed agetur of fō iudicis ad infirmandum. c. j. qui ſucce. te. coł. x. & erit quidam recurſus ad arbitrium boni uiri, quia ꝑprie non eſt appło, ſed ad eam promotio. ff. pro ſo. l. vñ ſi Neruæ. Nam ſuppletio contractus petitur offō iudicis. ff. de cōtrah. emp. l. offō. ff. de præto. ſtip. l. j. in fi. & tūc ſi iudex non facit iuſtitiam, appellabitur ab eo, arg. ff. de exc. tut. l. ſcire oportet. Idem dico a nūciatione noui operis, quia non appellatur, ſed ſi quis petat nunciationem remitti, & implorat offm̄ iudicis, & iudex deneger, appellabit̄, & iterū poterit ædificari, appłone pendente, prout poterat antequā appellaretur, & nō aliter, arg. ff. vt le. no. ca. l. poſtq̄. §. Imperator. appel
latio enim mutat forum, ſed non mutat cauſam cauſæ, nam edi
ta actio a prin. demonſtrauit omnem qualitatem futuræ litis tā
7 principalis, quam appellationis. C. de eden. l. edita. † Quæro, an deſerta appellatione ſit deſerta nullitas? iſta q̄ſtio ſupponit, ꝙ
8 poſſint cumulari. dic vt dicam infra eod. c. ſæpe, Bald. † Quæro, cum duplex ſit modus appellandi, ſcilicet uiua uoce, & in ſcriptis, ſi appellatur viua uoce primo, deinde in ſcriptis, utrum ſit una appellatio, vel duæ? reſpondeo, ſi eodem contextu, una eſt appellatio, ſi diuerſis diebus, tunc ſunt duæ appellationes, ſed prima facta uiua uoce trahitur ad ſecundam appellationem ple
9 niorem, ſcilicet factam in ſcriptis. † Sed econtra, ſi prima fuit in ſcriptis, ſecunda uiua uoce, ſecunda appellatio nihil operatur, quia plenior ſcriptura attenditur, ut ff. de hære. inſt. l. ſi ita. ff. de no. ope. nun. l. ſi procurator. §. ſi dominus. uel dic, quod ſemper debeo proſequi illam appellationem, per quam ſentētia fuit reſciſſa, ut ibi no. Bar. nam quod ſemel reſciſſum eſt, amplius reſcindi non poteſt, & quod ſemel deuolutum eſt, amplius deuolui non poteſt. Dicit Inn. quod geminare appellationem nō
nocet. concedo, quod non nocet, ut uideatur per ſecundam appellationem recedi a prima, tñ non prodeſt, ut habeat plus
c de tempore fatali ad proſequendum ſecundam appellationē, [c] quā haberet ad proſequendum primam, niſi dicas, quod toto tempore x. dierum non incipit annus proſecutionis, ſed demum
d poſt x. dies, & ſic fatalia [d] appellationis proſequendæ non erunt maiora, nec minora. Porro tempus appellandi non poteſt augeri, vel minui, & in toto tempore x. dierum poteſt appellatio reformari. C. de ap. l. ſi quis libellos, & uide quod no. Innoc.
10 infra eod. c. dilecto filio. † Quęro, an in cauſa appellationis requiratur libellus? rñdeo, aut fuit appellatum uiua uoce tm̄, & requiritur libellus, aut in ſcriptis, & tunc ꝑductio appellationis in ſcriptis ſufficit pro libello. ita intelligitur quod no. Inn. ff. de off. dele. c. cum contingat, & Bar. in l. j. §. libelli. ff. de appel. & in Spe. de lib. conceptione. §. nunc dicendum, uer. ſed nunquid in cauſa. & eſt ratio, quia ipſa appellatio in ſcriptis dr̄ libellus. Tu dic, ꝙ aut appellans, ſimpłr dicit, appello, & oportet, ꝙ offerat libellum proſecutorium appellationis, quia iſta ſcriptura non concludit aliquid pronunciandum per iudicem, ad quem. Aut dico ſententiā iniuſtam, uel dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello, & tūc ſit uera opi. Bar. ꝙ ſufficiet iſtam appellationem producere pro libello. C. de ap. l. eos, in prin.
11 † Quæro utrum, expreſsè una cauſa in appellatione, poſſit appellator aliam cauſam proſequi? ſol. diſtingue, aut enim cauſa apponitur pro forma, ut quādo appellatur ab interlocutoria, & tunc non poteſt aliam proſequi: aut non apponitur pro forma, ut quando appellatur a diffinitiua, & tunc poteſt aliam cauſam proſequi, quæ tamen dependeat ex iudicio ueteri, ut ff. de appel. l. ſcio. C. de temp. ap. per hanc. ff. quod cum eo. l. Titianus. Sed quare ſecus eſt in cauſa principali? reſpond. quia cauſa appellationis oritur ex prima cauſa, ſed cauſa principalis non habet originem ex alio proceſſu, nec habet aliam naturam non inflexam niſi per ſe. C. de petit. hæredi. l. hæreditas materæ,

ADDITIONES.

a Vinc. God. Antianos. Adde, ꝙ antiani ſiue priores habentes authoritatem delegantis aliquam cauſam, an poſſint illam committere ſimpliciter, & de plano, Corn. conſi. 40. præſuppoſi. o, litera G. H. & I. lib. 4.

b Dignius. Vide Iaſ. in l. generaliter. in gl. in verbo, & nullum clericum. ff. de in ius voc. ubi pulchre.

c Vinc. God. Appellationem. Adde, ꝙ appellatio ueritate grauaminis non probata coram iudice a quo, poteſt probari coram iudice ad quem, ſi in appellatione fuit expreſſa cauſa. Goz. conſi. 22. nu. 15.

d Vinc. God. Fatalia. Adde ꝙ fatalia non currunt appellanti ſuper attentatis agenti, Rui. conſi. 85. nu. 4. 8. 9. & 12.

BIU Cujas

teræ hac ratione, q̃ia plus venit in cauſa appellationis, q̃ in querela appellantis. C. de app. l. ampliorem, in princ. de hoc per Bart.
12 ff. eo. l. j. §. quid ergo. † Quæro, ecce appellatum eſt ab interlocutoria, an ſentẽtia lata ſuper iſta interlocutoria per iudicem appellationis erit interlocutoria, vel diffinitiua? gl. Accur. dicit, q̃ erit
a interlocutoria, [a] & q̃ poterit ferri uiua uoce ſine ſcripti recitatione, iſta eſt gloſ. ordin. valde not. ff. de appell. l. j. in fi. cum l. ſeq.
13 † Quæro, ſi iudex appellationis, & nullitatis pronunciat male appellatum, vtrum uideatur pronunciare ſuper nullitate, vel ſuper iniquitate? reſpon. ſuper iniquitate, vnde ſequitur, q̃ ſi eſt male appellatum, ergo bene iudicatum. Iſta eſt gloſ. ſingularis, in l. j.
14 C. quando prouoc. non eſt nec. † Quæro, ſi princeps committit cauſam appellatione remota, vtrum iſta clauſula afficiat tertiam perſonam comparentem pro ſuo intereſſe? reſpon. non, de offi. dele. cum ſuper eo. & ſecundum Bart. qui ita no. in l. j. ff. a quibus
15 app. non licet. † Quæro, ſyndicus appellauit: appellatione pẽdente finitum eſt tempus ſui ſyndicatus, vtrum teneatur proſequi? rñdeo ſic, ſi res non erat integra, cum ipſe melius ſciat veritatẽ, arg. l. j. C. vt cauſæ poſt pub. adſit tu. ſm Dy. & Bar. qui ita no. ff. de app. l. fin. Tu dic, q̃ ſyndicus, qui ſuccedit in officio, debet cauſam proſequi, quia officium primi eſt extinctum, vltra hoc habet ſucceſſorem in officio, ſcilicet nouum ſyndicum, in quem fit tranſlatio officii neceſſarij, & iudicij, in c. fin. de procur. in cle. & quod no. in l. j. C. de contra. iudi. & ſi dicatur, q̃ primus eſt melius informatus? reſpon. tenetur alium inſtruere, & informare. Item ſi dicatur, q̃ primus eſt legalior. hoc non facit ad rumbum, cum ſecundus ſit authoritate publica creatus, arg. s̃. de iud. c. cum deputati. Non obſt. l. j. C. vt cauſæ poſt pub. adſit tut. quia illud intelligitur, quando adultus non habet curatorem, qui ſuccedit loco tutoris, vnde ex quadam neceſſitate tutor quondã proſequitur cauſam pro intereſſe adulti, ne remaneat indefenſus, non pro intereſſe
16 aduerſarii. arg. ff. de neg. geſt. l. nam & ſeruus. † Quæro, vtrũ ſyndicus vniuerſitatis, dicatur habere liberam ad ſuum officiũ exequeñ. Bart. dicit, q̃ ſuum officiũ eſt publicum, vt ipſe no. ff. quando appell. ſit. l. j. §. ſi quis. & ſic æquiparatur tutori, de hoc habes
17 glo. ff. de iureiur. l. iuſiuran. & ad pecunias. §. defenſori. † Quæro, vtrum ille, qui appellat a præcepto, (verbi gratia, hæres, cum defunctus eſſet teſtator, confeſſus eſt debitum, iubetur ſoluere, appellat) vtrum cenſeatur appellare ab interlocutoria, an a diffinitiua? reſpon. ab interlocutoria, cum minor carens curatore eam patiatur, tex. eſt notandus. ff. de minor. l. ait prætor. §. permittitur,
18 † Quæro, an a ſententia arbitri appelletur? & certum eſt q̃ non, niſi eſſet arbiter electus ex præcepto legis, vt not. Barto. C. de ar-
19 bit. l. j. & not per Barto. in l. j. ff. a quib. app. non lic. † Sed quęro, quid ſi eſt appellatum, & iudex ad quem, confirmauit laudum, vtrum ualeat confirmatio? & videtur, q̃ non, quia talis ſententia continet impoſſibile de iu. ar. de app. l. ſi expreſſim. quod uerum credo. Hęc ſcripſi ad utilitatem Canoniſtarum, vt ſciant dicta Bart. præceptoris mei uiuæ vocis diſciplina, nonnulla alia inter-
20 dum meliora. † Quæro, nunquid in cauſa appellationis requiratur litis conteſtatio? reſpond. aut non requiritur in prima cauſa, & tunc non requiritur ſimiliter in cauſa appellationis, quia appellatio deuoluit primam cauſam cum ſua qualitate. vnde ſi primum iudicium eſt ſummarium, idem de iudicio appellationis, vt in c. ſæpe, de verbo. ſignific. in clem. Aut in primo iudicio requirebatur litis conteſtatio, & tunc aut eſt appellatum ab interlocutoria, & quia bene appellatum, iudex appellationis aſſumpſit ſibi iuriſdictionem principalem, & tũc ſubdiſtingue, aut fuit appellatum ante lit. conte. & tunc ſuper libello principali requiritur litis conte. quia abſque litis conteſt. non eſt iudicium, vt in Authen. de litig. §. omnem. aut eſt appellatum ab interlocutoria poſt litis conteſt. coram primo iudice, & quia bene appellatum eſt, deuoluta eſt iuriſdictio principalis, & tunc, quia eſt deuoluta cum ſua cauſa, ſuisq́ue uitiis, non puto, q̃ oporteat litis conteſt. geminare, ſicut nec corã ſucceſſore primi iudicis. Nam iudex [b]
b appellationis dicitur ſucceſſor. ff. iudi. ſol. l. pen. licet propriè non ſit ſucceſſor, ſed maior, & in alia iuriſdictione, vt colligitur & notatur in l. j. C. ſenten. reſcin. non poſ. aut appellatur a diffinitiua, &
b tunc aut abeſt appellans, vel appellatus tempore ſtatuto ad conteſtandum litem, & non requiritur lit. conteſt. ratio eſt cauſa breuiandarum litium, & ut nõ prorogentur fatalia, quę potius ſunt arctanda, quàm relaxanda, quia dilationis materiam cõgruit amputare. C. de temp. appell. l. 2. in princ. Item quia iudex cauſæ appellationis habet hoc priuilegium, quia poteſt ſupplere de facto vicem abſentis, vt C. de tempo. appel. l. fin. §. illud. C. de appellat. l. ampliorem, in prin. Et ſemper intellige præcedente peremptorio ad lit. conteſt. quia ipſum peremptorium non circũductum per comparitionem habet uim litis conteſt. arg. ff. ſi quis cau. l. ſi cum, in fi. Aut utraque pars eſt præſens tempore lit. conte. & tũc oportet litem conteſtari, vt dicit illa gloſ. ſing. in c. per uenerabilem, extra, qui fi. ſint leg. C. ne lic. in vna eadẽq́; cauſa tertio prouo. l. j. & no. etiam in d. c. per uenerabilem. Nam proceſſus omiſſa lit. conte. factus, eſt membrum ſine capite, quia lit. conteſt. eſt caput iudicij, medium autem ſunt probationes, finis diffinitiua, vt no. in l. j. §. j. ff. ſi quis ius dicẽti, non obtem. Porro pro pñte nõ poteſt iudex de facto ſupplere, quia præſens ætatem habet, ipſe de ſe loquatur, vt ff. de dam. infe. l. 5. §. hoc iudiciũ. niſi forte eſſet ruſticus, vel miſerabilis perſona. Nam non intelr eſſe piger, qui ignorat, vnde tunc procedet iudicium ẽt ſine lit. cont. Item non
21 diſtinguo genus abſentiæ, quia nec lex diſtinguit. † Subſequẽter quæro, an in cauſa appellationis habeat locum reconuentio? & vr̃ q̃ non, quia cauſa appellationis nihil deuoluit, niſi quod intẽtatum inuenit, vnde poteſt dicere reconuentus, agas corã iudice domicilij mei, ad quem peto me remitti, vt ff. de eo, qui app. in prouin. defe. de. l. j. quia ille, qui abeſt cauſa appellationis, habet ius reuocandi domum, vt ff. de iudi. l. ſed domum, intellige. i. domicilium, non dico originem ſolam. ff. de iniur. l. lege Cornelia, §. domum. Nam domicilium locus eſt principalior iudicij. inde enim dr̃ quis trahi, vnde a ſuis negotiis auocatur, vt ſing. not. in c. ſtatutum. §. cum autem, de reſcrip. lib. 6. Præterea iudex appellationis non cognoſcit, niſi de principali ẽt de incidentibus, quæ contingunt originem, vel coniunctionem primæ cauſę, vt C. de tempo. appel. l. per hanc. Præterea iudex appellationis non habet pronunciare niſi bene, vel male iudicatum ſit, vel æquipollens, vt C. de appell. l. eos, in princ. C. de ſent. & interloc. l. præſes. Præterea ſciendum eſt, q̃ reconuentio alia eſt implicita, ſiue breuiloqua, vt in duplicibus iudiciis, & iſta non eſt propriè reconuentio, ſed natura iudicii, cum uno libello fiat hincinde, & niſi ſententia feratur hincinde, eſt ipſo iure nulla, vt ff. fam. erciſ. l. in hoc iudicio. & de iſta iudicat iudex appellationis de neceſſitate, quia
22 indiuidua eſt. † Dubitãt tamen quæ ſit forma taciti libelli iſtius reconuentionis? reſpõdeo, aut reus fatetur, & videtur petere pro parte ſua id quod actor petit pro ſua, vt adiudicationes poſſint fieri hincinde iuxta petita, vt Inſt. de offic. iud. §. fi. & ſi contingat q̃ actor libellum ſuum emendabit, etiam aduerſarius ſuũ. ff. fam. erciſ. l. qui familiæ. quod eſt notabile. Si autem reus neget, tunc forma taciti libelli non eſt ſuper communione diuidẽda, ſed eſt quoddam officium iudicis tacitè imploratum ſuper iuſtitia facienda, ſecundũ q̃ probabitur in cauſa, nam officium iudicis ad tempus rei iudicatæ refertur, vt l. j. ff. de in litem iur. quia tunc iu-
23 dex eſt inſtructus per probationes. ff. commo. l. 3. §. in hac. † Alia eſt reconuentio expreſſa, & iſta eſt multiplex. nam quædam eſt præiudicialis, quæ inducit ſuperſedentiam in libello aduerſarij, vt ff. de inoff. teſtam. l. Papinianus, §. ſi filius, C. de ordi. iud. l. fin. & iſta non poteſt eſſe, niſi ſit contraria & maior. C. qui accuſa. non poſſ. l. j. Et iſta non habet locum in cauſa appellationis a diffinitiua, quia eſt quædam declaratoria, quæ poſt lit. conteſt. non obiicitur, vt C. de procur. lita demum. Alia eſt reconuentio reciproca, vt ſi actor petiit fundum actione ex empto, & uenditor pretium actione ex uendito, & iſta reconuentio ſummam æquitatẽ habet ex eodẽ fonte. Quædam eſt reconuentio extranea, & iſta nõ habet locũ in cauſa appell. quia iudex appellationis nõ iudex eſt, & quia non debet agi per ſaltum, ſed ſm ordinem tribunalium ſic, vt in Auth. vt ab illiu. & qui ſuper ea ſunt. Nam cuilibet tribunali propria iuriſdictio data eſt, quæ per alium nec vſurpari, nec minui poteſt. C. de offi. præfec. vrb. l. 1. C. de teſtam. l. conſulta diualia. & ſecundũ prædicta debet intelligi, q̃ not. Cy. in d. l. q̃
24 hanc, & ibi dixi. † Quæro, an in cauſa appellationis requirantur nouæ ſatiſdationes? reſpon. non, quando appellatur ante ſententiam, vt ff. de procur. qui proprios, §. item quæritur. Si vero appellatur poſt ſententiam, aut loquitur in ſatiſdatione de iudicio ſiſti, & debet de nouo ſatiſdari, quia prima ſatiſdatio eſt conſumpta, vt ff. de fideiuſſ. l. Græce. §. poſt litem. Igitur de nouo eſt ſatiſ-
25 dan. quia fideiuſſores primi liberati ſunt. † Idem puto in ſatiſdatione procuratoria de rato, quia dñs appellando liberat procuratorem a cautione rati, vt d. l. cum minor. §. 1. quod eſt no. dignũ. aut eſt cautio iudicatum ſolui, & tunc quo ad clauſulam de defendendo non durat in cauſa appellationis, in qua non habet locum reconuentio, ſed quo ad clauſulam doli, & quod verbum ſonat, durat ſi ſit facta mentio ſucceſſoris, aliàs non, quia non receditur a perſona. ff. iudic. ſolui. l. cum apud Sempronium, nunc intelligis illam notabilem legem. Ex his contentus ſum pro in-
c troductione Cano. [c] ad iuris ciuilis ſubtilem ſententiam.

ADDITIONES.

a Interlocutoria. Vide per Do. Franc. de Albergo. de Aretio in quodam ſuo tracta. qui habetur in formis, quæ dicitur ſententia interlocutoria, vel diffinitiua, in 3. cap.

b Vinc. God. Iudex. Adde, q̃ iudex ex officio poteſt ſe informare de ſtylo, & conſuetudine. Ruin. conſi. 144. nu. 4. lib. 4.

c Vinc. God. Cano. Adde, q̃ Canoniſtæ debent habere cognitionem legum de neceſſitate, glo. in c. epiſcopus, 35. diſt. ſecundum Bald. in proœ. Decr. ſed Butr. contra in c. Raynutius, de teſtam.

SVMMARIVM.

Collatio beneficii poſt & contra legitimam appellationem facta non tenet, in principio.

1 *Clerici conqueri poſſunt de iniuria facta eorum priori.*
Legatus de latere nemo niſi Cardinalis.

Fama

3 *Fama loci multum operatur & cooperatur.*
3 *Fama cum non teſte, an ſufficiat ad probandum.*
Fama, & Infamia quid.
4 *Legatus, qui non eſt de latere, nullam habet poteſtatem in collatione beneficiorum.*
5 *Appellationi qui non defert, an debeat deponi ab officio.*
6 *A poteſtate propria alienum ſe facit quis, ſi fuerit negligens.*

CAPVT PRIMVM.

Dilecti. Collatio beneficij poſt, & contra legitimam appellationem facta, non tenet. Et primo ponit querelam impetrantium. ſecundo dat iudices, quos inſtruit, & monet, quid facere debeāt. ſecunda ibi, ſuper quibus. Caſus. Prior & clerici de Giſebergen. conqueſti fuerunt coram Papa de Eboracenſi Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato de pluribus: primo, quod poſt appellationem interpoſitam ad Papam dictum priorem ſuſpendit. ſecundo, ꝙ dictas eccleſias interdicto ſuppoſuit. tertio, quod ipſis clericis ſiue canonicis interdixit ne obedirent dicto priori, quod ſi obedirent, eos excommunicaret. quarto, quod beneficia ſpectantia ad eorum collationem contulit, Papa mandat veritatem inquiri per idoneos teſtes, & famam loci, & ſi repererint dictam collationem fore factam per ipſum legatum de eccleſijs ad ipſos ſpectantibus, in irritum ipſam reuocent, niſi ad ipſum legatum eſſet deuoluta collatio per malitioſam negligentiam
1 prædictorum. † In tex.ibi, & clerici. nota, quod clerici conqueri poſſunt de iniuria facta eorum priori. Ibi, Apoſtolicæ Sedis legatus, iſte legatus non erat de latere. Et ideo non potuit beneficia conferre, quæ ſpectabant ad collegium alterius, niſi hoc faceret ex iure deuoluto. & no. ꝙ nemo eſt legatus de latere, niſi ſit Car
2 dinalis, vt hic. † In tex.ibi, Fama, no. ꝙ fama loci multum operatur, & cooperatur. Nam fama per ſe non probat, ſed cum vno teſte, vel cum alijs adminiculis, non de nuda, quę habuit originem de nihilo, vt eleganter not. ff. de quæſt. l. de minore, §. tormenta.
3 † Quæro ergo, an ſufficiat fama cum vno teſte? [a] glo. dicit hic ꝙ
a ſic. de hoc not. ſ. de teſt. c. ex literis, & c. veniens, & c. præterea, & in Spec. de no.cri. §. fama. Dy. dicit, ꝙ in criminali non probat, in ciuili ſic. Oldr. dicit, ꝙ non probat, quia ſunt diuerſa genera probationum. Tu dic, ꝙ eo caſu probat, quo debet deferri ſacramētum in defectum probationis ipſi agenti, aliàs nequaquam probat, quia ipſa fama non eſt maioris vigoris quàm iuramētum in defectum probationis, cum veniat ad probationem ſupplēdam,
b & coadiuuandam, non ad eam fundandam. Fama vulgaris [b] eſt publicus præco virtutis, infamia vitiorum, ſed fama naturalis eſt
4 ſtatus hominis ex radice naturæ proueniēs & inhærens. † Quæro, per lapſum temporis vtrum iſta deuolutio fiat tanquam ad dięceſanum, quia iſte eccleſiæ erant in archiepiſcopatu? legatus enim qui nō eſt de latere nullam habet poteſtatem in collatio-
5 ne beneficiorum. quod dic, vt in c. pen. de offi. deleg. lib. 6. † Quęro, an ille, qui non defert appellationi, debeat deponi ab officio? glo. dicit ꝙ ſic, quia eſt rebellis ipſius Papæ. hoc verum in crimi-
6 nali, ſecus in ciuili, vt ſ. eo. c. de priore. † In tex.ibi, Diſtulerit. no. ꝙ quis ſe facit alienum à propria poteſtate, ſi fuerit negligens, ff. de fideicom. lib. l. legatarios, §. ex duobus. & qui deliquerit in officio, priuandus eſt eo. C. de ſer. fugit. l. mancipia, in Authen. de armis, §. fin. de ſuſce. & archa. l. aliud, lib. 10.

ADDITIONES.

a Teſte. Vide Felin. in c. cum cauſam, extrà, de prob. & plenè per Barb. conſi. 6. & conſi. 7. 2. vol.
b Vin. God. Vulgaris. Adde quando fama ſufficit ad transferendum onus probandi in aduerſarium. Ruin. conſi. 28. nu. 10. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis non valet, & ratio.*
Generalitas ſententiam uitiat, & dicitur obſcura, & nullam complectitur ſpeciem, ver. vnde.
Iudicem appellationis appellans, non appellatus eligit, ver. & ſunt.
Appellatum in dubio intelligitur ad immediatum ſuperiorem, ver. in dubio.
2 *Appellatio alternatiua, an teneat.*

CAP. II.

1 Inter cætera. Non † valet appellatio generalis. facit ff. de iure fiſci, l. ita fidei. Et eſt ratio, quia ꝯriorum eadem eſt diſciplina, vnde ſicut non valet ſentētia generalis & incerta, ita nec appellatio, quæ eſt ꝯria. Item quod generaliter dī & obſcurè, nullam ſpeciem complectitur. ff. de lega. 1. l. Titiæ textores. Item quia appellatio debet eſſe certa ſicut libellus. Item facit ff. quod cuiuſque vniu. no. l. item eorum, §. ſi decuriones. licèt appellatio poſſit fieri vno verbo dicendo, appello. ff. de app. l. 2. & duob. verbis dicendis, ad quem iudicē, vt no. C. de bon. auth. iud. poſſ. l. cum proponas. Item tribus verbis dicendo, appello ad iudicem competentem. Et ſi ſunt plures iudices ſubordinati, electio eſt appellantis, coram quo proſequatur, quia appellans habet eligere iudicem non appellatus, dicit Inno. ſ. eo. ſi duobus. in dubio intelligitur appellatum ad immediatum ſuperiorem, quia hoc eſt magis iuridicum, & magis ęquum. Sed † an teneat alternatiua appellatio. Io. And. dicit ꝙ non, quia incerta, niſi ante decem dies appellans eligat, arg. optimum ff. de ſtip. ſer. l. nam cum vterque, & l. ſi ſeruus ita. quia non poteſt intelligi, ad quem appellatum ſit. Alij dicunt, quod immo valet appellatio, ſicut quando appello in genere ad iudicem competentem. Et apoſtoli dabuntur hoc modo, remitto te ad iudicem competentem, & non dicitur ad quem. ſed verius eſt, quod talis appellatio nulli defert iuriſdictionem, ergo non valet, & decem diebus elapſis non poteſt declarari, quia tempora non ſuffragantur, vnde non poteſt aliquid addi, vel detrahi, ff. de adulte. l. accuſaturus, ff. rem rat. hab. l. bonorum, & l. fin.

SVMMARIVM.

A correctione non appellatur, in principio.
Regulam qui ſeruat, nunquam modum excedit.
Dilatio appellationis ſuperioris ligat manus inferioris etiam ignorantis, §. ſed quid.
Ignorans non contemnit, ibid. tamen ignorans.
1 *Regulæ, & conſtitutiones ordinis ſunt ſeruandæ tanquam regula.*
Fratres Prædicatores ſunt mendicantes ex conſtitutionibus, non ex regula, ver. vnde.
Conſtitutionis, & regulæ fratrum religioſorum differentia, ver. porro.
2 *Regulares & alii, an hodie differant.*
Correctionis morum & exceſſuum nulla differentia quantum ad appellationem, & num. 3.
Appellare ſemper licitum, ſi modus excedatur, eſt tamen quædam perſonarum differentia, & quæ, ver. Dicit Innoc.
3 *Correctio exceſſuum, & aliæ cauſæ, in quo differant.*
4 *Monachus ex leuiſſima cauſa intolerabiliter tortus poteſt exire de monaſterio ſine licentia abbatis.*
Apoſtatam facit animus, non fuga, ver. porro.
A pœna iuris non appellatur, ver. ſcias, quod. nu. 5.
5 *Exceptio doli quandoque obſtat contra ſtatutum legis municipalis.*
A declaratione incurſus pœnæ poteſt appellari, ver. tamen dic.

CAP. III.

Ad noſtram. A correctione non appellatur. h. d. In tex.ibi, Regula, no. ꝙ prælatus debet ſeruare regulam, & qui regulam ſeruat, nunquam modū excedit, ſ. de reg. c. vlt. Sed quid ſi Papa defert huic appellationi? reſpon. ſeruus nō poteſt plus, q̄ velit dominus ſuus, vnde ligatę ſunt manus inferioris, etiam ſi ignorat, quia neſcit ſeruus quid faciat dominus, vt not. in l. pen. ff. ſi cer. pet. tñ ignorans non punitur, quia non contemnit maieſtatem, qui factum ignorat, vt ſ. eo. c. ſuper
1 eo. §. fi. † In tex.ibi, Corrigas, ſ. monendo, & caſtiges, ſ. puniendo, ſm regulas & conſtitutiones ordinis, quæ ſunt ſeruandæ tanq̄ regula, vt hic patet in ver. inſtitutionē. vnde Fratres Prędicatores, q̄ ſunt Mendicantes ex conſtitutionibus, non regłr, perinde eſt, ac ſi eſſent Mendicantes regłr. Porro regula ſemper eſt uniformis in toto ordine. Sed conſtitutiones q̄nque ſunt diuerſæ in vno loco Fratrum, & non vigent in alio, tñ ubi vigent, hñr loco regulę, tene menti. Item regula ſemper eſt arctatiua, ſed conſtitutiones q̄nque continent conſilium. nam una de virtutibus legis eſt conſulere, vt ff. de leg. l. legis virtus, & in Cle. exiui, de para. & c. exijt
2 qui ſeminat, de verbo. ſign. in 6. † Quæro, an hodie ſit differentia
a inter regulares, [a] & alios? dicit Inn. ꝙ non. Item an ſit differētia inter correctionem morum, & aliorum exceſſuum? dicit Inn. ꝙ non, quia ſemper licitum eſt appellare, ſi modus excedat̄, quod eſt idem, ꝙ grauare, Inn. No. hoc verbum Inn. tñ quando regulares appellant, præſumitur contra eos magis, q̄ contra alios ſubditos appellantes, & ſi impetrant, deberent facere mentionem de exceſſibus prętenſis, in ſententia. ſ. aliàs non ualet impetratio, li-
3 cet non fiat mētio de appellatione, quod eſt no. ſm Inno. † Idē, ꝙ in hoc eſt dria inter correctionem exceſſuum, & alias cauſas, ꝯ correctionem exceſſuum non poteſt præſcribi, ſm Inn. & correctio poteſt fieri nō ſolum in iudicio, ſed in domo. C. de pat. pote. l. congruentius, ff. de furt. l. ſerui filij, ff. ad Sylla. l. excipiuntur, §. fi. C. de emen. propin. l. j. De correctione morum impudicorum, vel ſuſpectorum, habetur C. de nup. l. 1. C. de his qui. vt indig. l. 3.
4 in gl. quæ dicit, in domo, non in iudicio. † Monachus ex leuiſſima cauſa intolerabiliter tortus, poteſt exire de monaſterio ſine licentia Abbatis, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. l. 2. §. dominorum. Fui interrogatus à Generali Fratrum Minorum. Porrò apoſtatam facit animus, non fuga. ff. de ædil. edic. l. quid ſit fugitiuus, §. idem Celſus. Scias, ꝙ à pœna iuris non appellatur, ſm Alla. & Io. And. quia grauamen legis non dicitur grauamen. Item ſi appellaret iudex appellationis haberet neceſſe pronunciare ſecundū eandem legem, vt in Auth. vt cum de app. cogno. in prin.
5 coll. 8. & facit ff. de app. ręcip. l. fin. † Sed quandoque contra ſta-

tutum

ADDITIO.

a Vinc. God. Regulares. Adde ꝙ regulares non poſſunt viuere ſine clauſtro, ſicut nec piſcis ſine aqua. Spec. de arbit. §. vlt. ver. ſed quæro, & ver. ſed quid de ſimplici monacho.

BIU Cujas

tutum legis municipalis obstat exceptio doli, vt ff.de excep. do. l.1.in fi. & tunc potest appellari ab iniquitate statuti ad illum superiorem,qui potest statutum corrigere. ff de decr. ab ordi. fac. l.ambitiosè? Idem,si statutum sit nullum,ff.de appel.l.si constat, tamen dic, ℣ si iudex declaret pœnæ commissionem, ℣ à tali declaratione iudicis bene posset appellari,vt ff.de verbo.signific. l.si qua pœna, C.de app.l.& in multis.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, à iudicio iudicis, à quo, stare compellitur, si appellationem non prosequitur, in princ.*
Termini tres sunt fatales,& qui,ibidem post casum,& num.1.
Si terminum octo dierum ad se defendendum det statutum, an reus possit ipsum sib.ipsi abbreuiare,& quis intelligitur.
2 *Mora an possit purgari non prosecutionis appellationis,& nu.3.*
3 *Moræ purgatio non admittitur contra statutum.*
4 *Terminum habens,an possit supplantari ab aduersario præueniente.*
5 *Appellatio an videatur deserta ante lapsum termini si certum sit, quod intra terminum non potest comparere.*
6 *Pœna cum additur ab homine, si non fiat intra certũ tempus statim committitur, secus, si pœna apponitur à lege, & de qua pœna id intelligatur.*

CAP. IIII.

Personas. Si appellans intra terminum sibi à iudice statutum,à quo appellauit,vel à seipso statutum,appellationem non prosequitur, sententiæ, vel iudicio illius stare compellitur.h.d.secũda pars ibi,sin autem Casus. Aliquis appellauit,& sibimet assignauit terminum, sed minus longum, vnde iudex abbreuiauit,non fuit prosecutus; dicit Papa, quod elapso die compellitur stare sententiæ. secundo dicit,℣ idem est,si ipse assignauit sibi terminum competentem, vnde iudex non assignauit alium terminum, & sic nota,quod tres termini sunt fatales, scilicet terminus assignatus à lege, terminus causa cognita breuiatus à iudice, & terminus statutus sibimet per seipsum.
1 ff.qui satisda.cogantur,l.de die. † Pone,statutum dat terminum octo dicrum ad se defendendũ, nunquid potest reus ipsum sibiipsi abbreuiare? Et videtur,℣ sic;& si defensionem suam non facit intra terminum,videtur ei renunciare, arg. C.qui accusa.non poss. l.si ea. & ista renunciatio non est nuda, quia vestita est per suam negligentiam.& sic non ob.glo.quæ est ff.de pac.l.si pactũ inter hæredem. Quæro,de quo termino loquitur hic? respõ.aut tempus statutum est à lege, ad appellationem prosequendam, & elapso eo deserta est appellatio,aut ab ipso appellatore,& idẽ, vt j.eo.c.oblatæ. aut à iudice,& tunc aut appellatus cõsensit termino, & idem, aut contradixit, & tunc iste terminus non est fatalis,argum. j.cap.interposita,§.1. sed expectabitur terminus sta-
2 tutus à iure. † Sed nunquid mora potest purgari? respond. vbi
a post moram [a] succedit legis dispositio priuatiua, mora non potest purgari, 18.dist.c.propter, per Archid. idem,si succedit legis dispositio afflictiua,vel status mutatiua,quia non recipit restitutionem,si statum mutat. ff.de minor. l.si ex causa,§.Papin.idem, si perditur beneficium.ff.de fideicom.liber. l.Thais ancilla,§.intra. & in tit.quo tempore miles,col.10. & ff.de leg.2. l.statuliberum,§.Stichum.† Deinde conclude,℣ contra statutum non ad-
3 b mittitur purgatio moræ, [b] vt in c.statutum,de elec.lib.6. quia leges sunt inexorabiles, vt l.temperet, C.de vesti. oloberis, lib.10. Porro si lex statuit terminum, & vltra procedit statuendo, quid post terminum fieri debet,non potest mora purgari,quia est terminus iuris & de iure, & contra statutum legis non admittitur moræ purgatio, l.fin.§.1. C.comm.de lega. ista habuerunt originem à l.præses,C.de appel.vbi videas,& dic,vt dices j.eo.c.læpe.
4 † Et an habens terminum possit supplantari ab aduersario præueniente, dicit glos. ℣ non,si terminus est statutus à parte, vel à
5 iudice,secus,si à lege. † Quæro, si certum est,℣ intra terminum non potest comparere, vtrum appellatio videatur deserta ante lapsum termini? dicit Host.℣ sic. sed hoc est contra tex.dum dicit, ex tunc,id est lapso termino,& non ante. dicit Barto. ℣ cum pœna additur ab homine, si non fiat intra certum tempus,statim committitur cum certum est ante diem fieri non posse. Sed si pœna apponitur à lege,secus,vt in c.commissa,de elec.in 6. & est ratio,quia executio, quæ fit per legem, requirit termini lapsum, arg.ff.de vsufr.leg.l.Sempronius Attalus,secundum Bart.qui ita
6 no.ff.de verb.obl.l.cum stipulatus sim mihi à Proculo.† Sed aduerte,quia aut est pœna expressa,& verum dicit:aut est tacita,& idem videtur dicere,℣ non sit expectanda dies: sed statim,quod constat fieri non posse, talis pœna effectualis sit commissa, sed in casu nostro est tacita pœna, id est tacita desertio appellationis. Et ideo videtur vera opin. Host. quod possit exequi sententiam statim,quod certum est fieri non posse.Sed contra ipsum est ff.si quis caut,l.si eum,§.homo sisti.

ADDITIONES.

a Vinc.God. Moram. Adde quando mora possit purgari, & quando non, Ruin. cons.123.nu.5.& 26.lib.3.
b Vinc.God.Moræ.Adde ℣ mora non est sine dolo,& culpa. Corn.consi.312.videtur,litera C. lib.4.

SVMMARIVM.

Appellans habet annum ad prosequendum,& ex causa biennium aliàs rata manet sententia,in princ.vide nu.9.
1 *Raptor, vel inuasor, an possit appellare.*
Annus secundus ad prosecutionem appellationis non datur nisi ex necessaria causa, ibid.
Appellatione deserta fit executio etiam non citato reo,§.ibi.Nec.
2 *Iudex, an,& quando possit dilationes legum,& statutorum arctare.*
3 *Appellatio non fit in notorio per facti euidentiam,quid per confessionem.*
4 *Confessio secuta post latam sententiam non dicitur facta in figura iudicii,nisi fieret coram iudice appellationis.*
L.non tantum, ff.de appel.intell.
Confesso, an liceat appellare, ver.ita quod.
5 *Conuictum per testes cogere ad confitendum, an possit iudex.*
Notorium non mentitur, & est præco.
6 *Notorium ex tribus præsumitur.*
7 *Condemnari an possit quis sine citatione.*
Citatio prima est de iure naturali, cætera,vel peremptorium sunt iure ciuili introductæ.
8 *Apostoli factum debet pro lege seruari.*
9 *Appellare, & ad causam prouocare, an differant.*

CAP. V.

Cum sit Romana. Appellans ad prosequendum habet annum, & ex causa biẽniũ,nisi iudex moderetur,hoc primo.Et si intra tẽpus non prosequitur,rata manet sententia diffinitiua,hoc secundo. sed si est appellatum ab interlocutoria redit ad primũ iudicem, hoc tertio. condemnato de crimine appellare licet,nisi sit notoriũ. h.d. Primo ponit terminum appellationis prosequendæ. secundo ponit pœnam non prosequentis appell.à diffinitiua.tertio pœnam non prosequentis à grauamine.quarto ponit pœnam eius,cuius delictum est notorium,quia non appellat. secunda ibi,quod his.tertia ibi,℣ si verò.quarta ibi,præterea. Casus tamen patet. Quæsitum fuit, quantum tempus detur ad appellationem prosequen. respon.annus,& ex causa biennium. Secundo quæritur, quæ sit pœna non prosequentis appellationem à diffinitiua. respond.℣ rata manet sententia diffinitiua, nec amplius potest appellare. Tertio quæritur, quid si est appellatum à grauamine, vel interlocutoria ante sententiam diffinitiuam? respon.℣ pœna non prosequentis est, quia appellatio de medio tollitur, & causa ad primum iudicem reuertitur, concor.illa l.no.ff.de minorib.l.intra
1 vtile. Quarto quæritur,vtrum † raptor vel inuasor possit appella-
re. & respõdetur ℣ sic, nisi sit ita manifestus,sicut fuit ille,quem requisitum & absentem excommunicauit Beatus Paulus. Item
a tex. ibi, Necessaria, & euidenti, no.quod secundus annus [a] non datur nisi ex necessaria causa & euidenti. Ibi, Nec audietur. Nota, quod post appellationem desertam, si est liquidum, fit executio,reo vlterius non citato,quia si reus non debet audiri, ergo nec citari, vt not. C.de appellat. l.eos, in princ. vbi optima glos.
2 † Nota, quod iudex potest dilationes legum, & statutorum arctare,quod dic,vt no.Dy.in c.indultum,de reg.iu.lib.6. & in cap. frequens,de restit.spol.in 6.C.de appell. auth.hodie. Item quando terminus præfigitur iurisdictioni,iudex non potest aliquid disponere de termino,vt ff.loca. sed si lege, in princip. vbi tex.not.
3 †Vlterius no.℣ in notorio non appellatur,& hoc in notorio per facti euidentiam, ff.de iniusto testam. §. si quis filio exhęredato, circa med.sed quid in notorio per confessionem? respon.aut est facta ex certa scientia sponte & in figura iudicij, & non potest appellare,quia cogitur in ea perseuerare. suprà, de confess. cum super, de elect. per inquisitionem. aut non in figura iudicij, &
4 tunc appellare potest,vt C.de libe.causa,l.si filium.† Et no.quod lata sententia confessio secuta non dicitur facta in figura iudicij, nisi fieret coram iudice appel. & ideo non excludit ius appellandi.ff.de appell.l.non tantum. Et nunc intelligis illam singularẽ l. ita,quod confesso ante sententiam postea secuta sententia, stante confessione,nulla datur defensio? certè gl. determinat,quod appellare possit, quod intelligo causa expressa,& non nudis ver-
5 bis.ff.de app.l.creditor,§.iussus,vbi gl.sing.† Sed an plenè conuictum per testes iudex possit cogere ad confitendum? dicit Cy.℣ non,ne auferat ei beneficium appellandi.C.quorum app.non recip.l.obseruare.dic,quod iudex nõ potest ei mandare,quod confiteatur, vel decernere eum tamdiu torquendum, donec confiteatur, sed torquere eum moderatè potest, sicut facere potest ex solis indicijs, ne sit melior conditio conuicti,quàm non con-
b uicti,& ita practicatur.Et scias quod notorium [b] est præco, quia
6 non mentitur. † Notorium autem præsumitur ex tribus,scilicet ex loci qualitate, ex numero astãtium, & ex qualitate temporis.

è contra

ADDITIONES.

a Annus. Vide tamen Bar.in l.1.in fi.ff.nil nouan.appel.pen.& D.Fel.not.in c.ex parte,de rescript.
b Vinc.God. Notorium.Adde ℣ notorium quod est,ignorari non præsumitur. Ruin.consi.164.nu.19.lib.5.

BIU Cujas

è.contra,præſumitur aliquid non manifeſtum ex qualitate tem poris,ut quia de nocte,ex qualitate loci,& ex multitudine rixan tium,vt dicit illa glo.ſing.in l.ſi cum exceptionem. §. 2. ff.quod
7 met.cauſa.† Item no.quod poteſt quis condemnari ſine citatio ne,quod intellige,de peremptoria,ſeu ſolenni, unica tamen ci tatio neceſſaria eſt non ad ſe defenden. ſed ad ſententiam au dien.ita intelligo,quod hic no.Inn.Nam prima citatio eſt de iu re naturali,vt in c.paſtoralis,de re iud. in cle. aliæ citationes, vel peremptorium non ſunt de iure naturali,ſed de iure ciuili intro
8 ductæ.† No.hic,quod factum Apoſtoli pro lege debet ſeruari.
9 † Quæro hic,an ſit differentia inter appellare,& ad cauſam pro uocare? reſpondeo ſic, quia appellatio requirit iudicem a quo, ſed prouocatio non requirit niſi iudicem ad quem, & ideo in prouocatione extraiudiciali proprie non dantur apoſtoli, & di cit Inn.quod elapſo termino audiatur appellans in extraiudicia libus appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Conueniri quis poteſt coram iudice a quo appellauit,ſed ſuper alia cauſa.*

CAP. VI.

1 **Ad hæc.** Coram † iudice a quo appellaui, poſſum ſuper alia cauſa ꝙueniri,niſi eum ut ſuſpectum recuſem.ſupple,& appareant indicia ſuſpicionis vel iniquitatis, ut ff. de arbit.l.non diſtinguemus, §.cum quidam. Gloſſa opp.de l.1. §.apud eum, a quo appellatur.ſolutio, ut in gl. Cautela tamen eſt,quod recuſandus deleget cauſam.

SVMMARIVM.

Iudex ſuperior,ad quem tuus aduerſarius appellauit, poteſt comparere nolentem,licet ad S.Apoſto.appellaueris,excommunicare, ſi tuam ignoret appellationem,in prin.

1 *Appellare poſſunt diuerſi ad diuerſos, & utraque pars poteſt appellare ab vna ſententia.& nu.2.§.opponitur.*

Contumax eſt,qui nullam allegat excuſationem,ver.ibi pro con.

Iuriſdictio tẽporalis omnino diuiſa eſt ab eccleſiaſtica,ver.no.quod iuriſdõ.

2 *Proceſſum nullum,quãdo ſcit ſe illegitime procedere,iudicis reddit ſcientia, & nu.1.§.ibi,cognoueris.*

Appellatio ſi interpoſita ſit a ſententia ſuffraganei ab una parte ad legatum, & ab altera ad archiepiſcopum,uter cognoſcit,ver ſi a ſententia.

3 *Leges & Canones vbi diſcrepant, debent obſeruari leges in foro Iuſtiniani, & canones in foro beati Petri,niſi cauſa eſſet ſpiritualis.*

4 *Iudex ſæcularis non intromittit ſe de iuriſdictione eccleſiaſtica, niſi tanquã executor.*

Brachium alterius male inuocantib.non eſt prębendus aſſenſus,§.nam male.

Poteſtas ſęcularis & eccleſiaſtica debent ſibi inuicem auxilia mutuare, & fraternizant,ibi.& nu.5.

5 *Imperator ſicut dicitur filius Papæ ita iuriſdictio temporalis dicitur filia ſpiritualis,& ei tenetur tanquam matri ſuæ.*

Statuta ciuitatum & conſtitutiones feudorum in terris imperii Romani prę ualent canonibus,& quando,& nu.4.

Appellantis eſt eligere iudicem §.item no.2.

6 *Allegare non tenetur una pars iura alterius partis.*

Allegare abſentiam,& quam,& impedimentum, & de eo proteſtari oportet,& quando.§.cauſas.

Factum,vel priuilegium nota non dicuntnr,niſi probentur,ibidem.

CAP. VII.

Si duobus. Superior, ad quem tuus aduerſarius appe lauit,ſi ig norat te ſuper eadem cauſa ad ſe dem Apoſtolicam appellaſſe, & coram ipſo comparere nolen tem poterit excommunicare.hoc primo.ſecundo dicit, quod a ciuili iudice,qui non ſit de temporali iuriſdictione eccleſiæ, ap pellatur ad Papam.ſecunda ibi,denique. Caſus: Duo litigabant coram iudice ſuo,puta coram Archidiacono:vnus appellauit ad diæceſanum citauit appellantẽ ad Papã, neſciens de appellatio ne,citatus noluit ꝓparere,& fuit excõicatus: dr̃,ꝙ excõmunica tio tenet,ſecus eſſet,ſi diœceſanus ſciret citatũ ad Papã appellaſ ſe.Sed quæ erat rõ dubitandi? & rn̄.qa cũ appellaſſet ad Papã ui debat̃ eſſe ſub protectione Papæ. Item quia maius tribunal de rogat minori.Secundo fuit quæſitum, utrum a iudice ſęculari poſſet appellari ad Papam? & rn̄.ꝙ nõ:& ſi eſſet appellatũ non te
1 net appellatio,niſi iudex,qui ꝓnunciauit in ipſa cauſa,ſit de tem porali iuriſdõne eccleſiæ.† In tex.ibi,Super eo.no.ꝙ diuerſi pñt ad diuerſos appellare,& vtraq; pars põt appellare ab una ſnīa. s̄. de ap.l.ampliorẽ,in prin. In tex.ibi,pro ꝓtumacia.no.quod cõtu max eſt,quia non allegat ſuã excuſationem.Ibi,cognoueris,no. quod ſi iudex ſcit ſe non debere procedere,ẽt ſi non excipiatur, proceſſus eſt nullus.Ibi, Ad noſtram,dubitationẽ faciebat pleni tudo ptãtis Papæ, ſed certe Papa non debet uti plenitudine ptã tis:ſed iuris rigore.Ibi,in his cauſis, ſ.ꝓſonis. & no. quod iuriſdõ tpalis eſt oĩno diuiſa a iuriſdõne eccleſiæ,niſi in terris eccleſiæ. Ibi.Conſuetudine,hæc cõſuetudo nõ eſt rõnabilis:quia confun ditur iuriſdictio Imperij.Ibi,Non tenere,ſ.ipſo iure.fallit in caſi bus,qui no.de fo.compe.licet.Opponit glo.iſte citans non habe
2 bat iuriſdictionem,quia erat deuoluta ad Papam.ſol. imo habe bat ꝓp ignorantiam.† No. quod ſcientia iudicis reddit proceſsũ nullum,qñ ſcit ſe illegitime procedere.hoc no.ff.de procur.l.ſi procuratorem abſentem. Glo.quærit exẽpla plena ſunt.Si a ſnīa ſuffraganei una pars appellat ad legatum, altera ad Archiepm, qs ipſorum de appone cognoſcet; rn̄. caſus eſt iſtius c.ut no.in Spe.de ap.§.nũc tractemus.Opp.fm Inn.ꝙ utraq; pars nõ poſſit appellare,quia ſi una pars eſt grauata,alia eſt releuata.ſol. immo poteſt utraq; pars prętendere ſe grauatam, una.ſ. ſuper una parte,altera ſuper reliqua.Opp.quod nõ tenuit citatio,qa fuit obre ptum citanti, non facta mentione de appellatione alterius. ſo. hic non fuit obreptio in fundamento iurisdictionis, i. in reſcripto,ſed in ꝓſecutione cauſæ,Ioan.And.No.quod Papa non põt uſurpare iuriſdictionem Imperatoris, qa Diuiſum Imperium
3 cum Ioue Cæſar habet.† Et no.quod ubi diſcrepant leges, & ca nones,debent obſeruari leges in foro Iuſtiniani, & canones in foro beati Petri,niſi cauſa eſſet ſpũalis: quia tunc ſoli Canones ſunt ſeruandi. facit s̄. de foro compet. ca. quod iudex ſęcularis.
4 No.† ergo, quod iudex ſęcularis non intromittit ſe de iuriſdictione eccleſiaſtica,ſ.tanquam cognitor,ſed bene intromittit ſe tanquam executor; ſed iudex eccleſiaſticus ei mandat, ut no. s̄. in c.1.de off.or.& in c.qm̃ in pleriſque,de of.ord.in 6.& ꝓ Arch. 18.q.5.adminiſtratores,dummodo liqueat ſibi de iuriſdictione, de ꝓceſſu,de ſententia, & de mandato, de quibus non cognoſcet conditionaliter,ſed ad ſimplicem informationem, ut ff. de po.l.ſi quis inficiatus,& C.de iure fici.l.ꝓhibitum,lib.10. & facit in Auth.de ſen.epiſcopis.§. ſi uero crimen.& ff.de rei uen. l. qui reſtituere,in ver.manu militari,& de re iu.c.de cætero.Nam ma le inuocãtib.brachium alterius iudicis,vel militum,nõ eſt ꝓben dus aſſenſus,ut l.2.circa med.C.de his qui latr. & no. ꝙ poteſtas ſęcularis,& eccleſiaſtica debẽt ſibi inuicẽ auxilia mutuare, quia fraternizant,licet in iſta fraternitate eccleſia ſit maior, & magis
5 libera,ut in Auth.de nõ ali.§.vult.n.† Item ſicut Imperator dici tur filius Papæ,ita iuriſdictio tpalis dr̃ filia ſpũalis, & ei tenetur tanquam mr̃i ſuæ.Et per tex.c.noſtri.dico, ꝙ in ciuitatibus Ro mani Imperij ſtatuta ciuitatum prævalẽt ſacris canonibus ſum morum Pontificum ꝓ iſtud c.quia ſi ad Papam non põt appella ri,ergo iuriſdictionem ſuperiorem nõ hẽt.unde in feudis conſti tutiones principum,& dñorum magis debent ſeruari,quam cõ ſtitutiones eꝓrum,niſi feudum eſſe eccleſiaſticum,ut in c.Ro mana.§.debet,de ap.li.6.Nam,ut elegãter dicit tex.in uſibus feu dorum,eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ,& non patitur aliqd̃ cõtra iu ſtitiam eſſe,uel fieri in eſſe in ſe, uel in altero. priuatus vero ſæ pe obuiat inſtitię,de feu.alie.c.ſi cliẽtulus.Item no. ꝙ conſuetu do,quæ minuit iuriſd.Cæſaris,non valeret.Item no.ꝙ appellãtis
6 eſt eligere iudicem,fm Inno.& Ioan.And.† Item no. quod una pars non tenetur allegare iura alterius partis, quia non tenetur quis eſſe ꝓcurator aduerſarij ſui,ff.de lib.agn.l.1.§.1.& ibi per Ia cob.de Are.ff.ad Trebel.l.poſtulante Sticho,Cauſas abſentiæ fa cti qs tenet̃ allegare,& de impedimẽto ꝓteſtari.C.de anna.exe.l. ut pfectius.Cauſas abſentiæ iuris non oportet allegare:qa lex eſt oĩb.no.ſed factũ,uel priuilegiũ non eſt notum, niſi ꝓbetur. ff.ſi qs in ius vo.nõ ier.l.quacũq;.ff.iud.ſol.l.vir bonus.ff.de excu.tut. l.ſcire oportet.§.ſufficit.Itẽ dic, ꝙ impedimentum facti tunc eſt allegandum, qñ habet excuſare, ſed qñ habet inhabilitare, non oportet allegare,ut s̄.de iudi.c.at ſi clerici.& eſt arg. C.de lega.l. adminiſtratione, & s̄.de foro comp.c.ſi diligẽti. Quidam tamẽ ſunt ita exempti,quod non oportet eis allegare,ut l.ueterani.C quando prouoc.non eſt neceſſe.

SVMMARIVM.

Appellans auditur etiam poſt biennium,qui prius non potuit appellationem proſequi in prin.

1 *Negligens qui non fuit,non læditur temporis curſu.*

2 *Impotentia dicitur multis modis & nu.3.4.5.6.& 10.*

Idoneus nõ uidetur ad ſoluendum,qui nõ habet bona in territorio.§.ſed quid.

3 *Impeditus propter ferias,an admittatur ad proſequendum appellationem,& propter alias cauſas.nu.2.4.5.6.& 10.*

Ferię eædem ſunt in cauſa appellationis,quę ſunt in principali,uer.in cauſa. ſed in appellando,vel in arripiendo iter ad iudicem ad quem,vel ad compa rendum coram eo nulla ſunt,ibidem.

4 *Negligens non dicitur,qui non poteſt habere inſtrumenta.*

5 *Impeditus ſi quis ſit aduerſarii doloſitate,vel quia aduerſarius petiit dilatio nes ad reprobandum teſtes,confirmabitur ſententia, non obſtante tempo ris curſu.*

Confirmationis ſententiæ expreſſe,uel tacite factæ differentia,ver.dices.

In expenſis lex neminem condemnat niſi iudex condemnet,ver.lex.

6 *Appellans interdum eſt impeditus,interdum appellatus,interdum uterque, nec in iſtis caſibus per lapſum anni inducitur deſertio,ſed venitur ad ſecũ dum annum.*

Procuratorem quis mittere non tenetur in cauſa ardua,uel implicita,uer.nec poteſt.

Cauſa an ardua ſit relinquitur arbitrio iudicis, & quæ dicatur ardua. uer. & an cauſa.

7 *Annus ſecundus quare detur integer propter impedimentum.*

Appe-

BIU Cujas

8 *Appellans debet eſſe diligens in primo anno, diligentior in ſecundo, diligentiſſimus in tertio.*

Executio an poſſit abſque cauſæ cognitione fieri, ver. dicit hic, cum ſequen. & num. 9.

9 *Appellatione deſerta, an poßit fieri executio ſine alia citatione.*

10 *Impeditus ſi quis fuerit, quia iudex nunquam voluit dare oppreſſo audientiam, quid iuris.*

11 *Proteſtari ſemel an ſufficiat.*

CAP. VIII.

Ex ratione. Etiam poſt biēnium auditur appellans, qui prius non potuit proſequi ſuam appellationem. h. d. ſecunda ibi, dummodo. Caſus. Quidam clerici appellauerunt à ſententia contra eos lata, quam ex iuſta cauſa intra biēnium non fuerunt proſecuti: petebant à Papa, ꝙ adhuc admitterentur ad proſequendum: Papa dicit eos admittendos, ſi per im-
1 potentiam non potuerunt proſequi. h. d. † No. ꝙ impedito ipſo iure non currit præſcriptio. No. ꝙ non læditur temporis curſu,
2 qui negligens non fuit, vt in Auth. de appell. † Quæro, quæ ſint
a exempla de impotentia? nam impotentia [a] dicitur plurib. modis, vt in c. ſciſcitatus, de reſcrip. ſ. reſpon. quando non potuit proſequi propter paupertatem, ſecundum Inno. quod eſt no. dignum. facit optimè ff. mand. l. idem, §. quia ſi ignorāter, & facit c. 1. quo tempore miles. Item propter metum tyranni, ita potentis, ꝙ contra ipſum non eſt recurſus. Item quando præciſum, impedimentum eſt, vt quia fuit captus à Saracenis, arg. ff. de pub. l. Cæſar. Si autem eſt impeditus facto talis hominis, contra quem ſit regreſſus, ſi quidem nondum eſt lapſum biennium, auditur: ſi verò eſt lapſum, agat contra impedientem, & ſi ille non eſt ſoluendo, petat in integrum reſtitutionem, vt l. fi. ff. de eo, per quem fac. erit. Sed quid ſi habet bona vltra mare? reſpon. non videtur idoneus, qui non habet bona in illo territorio, vel propriè, in Auth. de exhib. re. §. ſancimus, & C. de prin. agen. in rebus, l. fi. vbi optima gl. lib. 12. Sed quid ſi fuit impeditus per iudicem. tunc dicit gl. quod ante biennium auditur, poſtea non niſi per in integ. reſtit. C. de tempo. appel. auth. ei qui. ſed hoc intellige de iudice cauſæ, aliàs
3 enim redigitur ad inſtar extranei impedientis. † Quid ſi eſt impeditus ꝓꝑ ferias? rñ. ſi potuit ferias præuidere, & præuenire, qa ſunt feriæ certæ & ſolēnes, debuit præuenire. C. de temp. appell. l. 2. §. fin. ſi autem ſunt repentinæ conceditur ei ſecundus annus, aut non reſtauratur totum pro tanto, ſed tantū pro tanto. ff. de minor. l. fi. & facit ff. quib. ex cau. ma. l. ſed per prætorem, in prin. §. ſi feriæ. In cauſa appellationis illæ eædem, quę ſunt in principali, ſ. in appellatione interponenda, vel in dandis apoſtolis, vel in aſſignando terminum ad iter arripiendum, vel ad comparendum coram iudice, ad quē, non ſunt feriæ etiam in honorē Dei. C. de feri. l. j. libellus etiā poteſt offerri. ff. de adult. l. miles, quia eſt
4 quoddā præparare, non litigare. † Adde dicit Inn. ꝙ ille, qui non poteſt habere inſtra, non dr negligens, quod tene menti. Sed qd,
b ſi fuit impeditus, quia compromittit cauſam? rñ. interim [b] non currit tps, quia fuit impeditus facto vtriuſque partis compromittentis, & ſic facto & cōi conſenſu partium ſuperuenit impotentia, vnde non currit tps interim. Nam qui compromittit, à iudice recedit, durante compromiſſo, vt ff. de arb. l. litigatores, C. de temp. app. auth. ſi tamē. Et hoc hodie declaratum eſt expreſſius in c. quādiu, de app. in Cle. ex quo apparet, ꝙ coram arbitro non poteſt proſequi talem appellationē, quia ſi poſſet proſequi, cur-
5 rerent fatalia, quod eſt not. † Adde, ꝙ ſi quis eſt impeditus [c] ad-
c uerſarij doloſitate, vel quia aduerſarius petijt dilationē ad reprobandum teſtes, confirmabitur ſententia, non obſtante temporis curſu, arg. C. de tēp. in inte. reſt. l. petendæ. Dices tu, nonne idem conſequitur victor per deſertionem appellationis? rñ. fortior eſt confirmatio expreſſa, q̄ tacita, quia expreſſa mandatur executioni per iudicē, ad quem, tacita per iudicem, à quo, exp̄ſſa valet per ſe, ſed ſententia non valet, ſi ſententia fuit ipſo iure nulla, arg. l. 3. C. ſi pend. app. mors inter. Item quia exp̄ſsè confirmatur, condē.
natur aduerſarius in expenſis, lex autem neminem in expenſis
6 condemnat, niſi iudex condemnet. † Et no. ꝙ interdum eſt impeditus appellans, interdum appellatus, interdum vterque, interdum teſtes, interdum iudex. Et in iſtis caſibus per lapſum anni non inducitur deſertio, ſed venitur ad ſecundum annum, nec poteſt imputari appellanti impedito, ſi non miſit procuratorem, ſi cauſa erat ardua, vel implicita, vt ff. pro ſoc. l. ſi conuenerit. Et an cauſa ſit ardua, relinquitur arbitrio iudicis, & inter arduas cauſas pone omnem cauſam famoſam. nam in cauſis famoſis conſiliū eſt mittere procuratorem, ſed non præceptum, vt dicit illa l. not. ff. de infa. l. furti, §. qui alieno. Bar. dicit, ꝙ omnis cauſa appellationis eſt mixti imperij, & ſm hoc ſequeretur, ꝙ omnis cauſa appellationis eſſet ardua, vt ipſe no. in l. 1. §. ſolent, ff. qñ app. ſit. qd non
7 placet. † Sed quare ꝓꝑ impedimentum detur ſecundus annus integer? Rñdeo, ſi fuit impeditus maiore parte anni, ſed ſi minore, non datur integer annus, niſi pro illo ſpatio, pro quo fuit impeditus, potuiſſet reportare victoriam, vt ff. de verb. obl. l. & ideo hæſitatur; quæ lex eſt notabilis. ſed quid ſi fuit impeditus in quibuſdam teſtibus, in alijs non? tūc imputet ſibi, aut poterat reportare victoriam ex illis teſtibus, in quibus nō fuit impeditus, tunc imputet ſibiipſi, aut non poterat reportare victoriam, & tunc dabitur ſecundus annus integer, ſm quoſdam, ſm alios reſtauratur in tantum. argum. de iureiur. l. admonendi, in verbo, quibus ſolis, & ibi Iaco. Butr. de tertio verò anno certum eſt, ꝙ non datur integer, ſed quatenus ſuggerit æquitas iudicantis, & gloſ. dicit hic,
8 ipſo iure. alij dicunt, ꝙ per in integrum reſtitutionem. † Et no. ꝙ appellans debet eſſe diligens in primo anno, diligētior in ſecundo, diligentiſſimus in tertio, vt C. de temp. app. l. fin. §. illud. Dicit hic Inno. ꝙ tenet executio ſententiæ etiā ſine vlla citatione poſtquam appellatio eſt deſerta. Idem ait, ꝙ ſi quis fuit impeditus in teſtibus producendis, non currunt fatalia. Idem dicit, quod executio valet, licet executor non audiat partes, vel audire nolit, Inno. quod verum eſt poſt diffinitiuam, ſecus, ſi ante. ff. de eden. l. argentarius, §. cum autem, in gloſ. ff. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo, dicit quod ſummaria cognitio, & probatur in l. à diuo Pio, ff. de re iud. Sed ibi iudex vltra progreditur ad nouum decretum interponendum, vel actor progreditur ad actum in factum proponendum, & ſic ad nouum libellum, licet ſurgat ex veteri ſententia, & ſic eius executio. Item non mera executio, ſed mixta, quia fit remiſſio in perſonali, & requiritur noua interlocutoria. de hoc no. C. de iud. l. 1. Et no. ꝙ Innoc. non diſtinguit, vtrum ipſemet, qui pronunciauit, exequatur, an ſucceſſor in eodem officio, puto tamen, quod in factis antiquis non poſſit fieri execu-
9 tio aliqua, niſi citatione præmiſſa. Bar. † quæſiuit, vtrum appellatione deſerta poſſit fieri executio ſine alia citatione? & determinauit quod non, per l. C. de appellat. l. ſi contra maiorem. vbi dicitur, quod conſtare debet, quod appellatio ſit deſerta, ſed hoc non poteſt probari niſi parte citata. ſed Inno. hic determinat contrarium expreſsè, & dicit Hoſtien. ꝙ deſertio apparet per lapſum biennij, vt ipſe not. ſ. de renunc. c. in præſentia, & ibi per Io. And. Dictum Barto. poteſt eſſe verum, quando appellatio dicitur de-
10 ſerta aliter, quàm temporis curſu. † Ecce, quis fuit impeditus, [d]
d quia iudex nūquam voluit dare oppreſſo audientiam, dicit Bart. ꝙ ipſo iure non currit tempus, per iſtum tex. Accur. dicit contrarium, ſcilicet ꝙ neceſſaria eſt reſtituturio in integrum, quia ſi eſt ſpeciale in conſiſtorio Principis, ergo in contrarium eſt ius commune. C. eod. auth. ſi lis. Item debuit querelare coram ſuperiore, in Authen. de quæſtore, §. ſuper hoc. puto tamen, ſi publicè fuit proteſtatus de impedimento, non currere tempus. ff. de no. ope. nunc. l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, aliàs currit, ſed datur reſtitutio.
11 Sed † an ſufficiat ſemel proteſtari? videtur ꝙ non, ſicut non ſufficit ſemel petere apoſtolos: vnde ſaltem ter proteſtandum eſt, quod etiam vno contextu fieri poteſt, argum. in c 2. de appellat. in Cle. Bart. dicit in l. mora, ff. de vſu. quod ſufficit ſemel. Sol. ſi iudex expreſsè dixit ſe non auditurum, ſufficit ſemel, ſed ſi nihil dixit, non ſufficit ſemel, quia textus dicit, ſumma ope nixus. C. de temp. appel. l. fin. §. illud, ff. de pign. act. l. fin. in fine.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Impotentia. Adde ꝙ impotentia iuris & facti, & quæ impediat iudicem. Spec. de offi. iud. deleg. §. V. ver. verum, & §. fin. ver. ſed quæritur.

b Interim. Vide Alex. conſi. 63. ad fin. 3. vol. vide etiam omnino Pet. de Anch. conſi. 286. incip. Ioan. And.

c Vin. God. Impeditus. Adde, ꝙ impeditus opera aduerſarii facere id quod tenebatur, non excuſatur, niſi congruo tēpore proteſtetur. Rui. conſi. 74. nu. 1. lib. 5.

d Vinc. God. Impeditus. Adde ꝙ impeditus facto iudicis non excuſatur niſi fuerit proteſtatus. Fallit, ſi de tali impedimento notoriè conſtaret. Rui. conſi. 140. num. 4. lib. 1.

SVMMARIVM.

Itineris arreptio poſt citationem non iuuat, in princ.

Procuratorem mittere quis ſemper debet, ibid.

1 *Subditum ſuum epiſcopus etiam in Romana curia, ſi latitet, citare & in carcerem mittere poterit.*

CAP. IX.

Meminimus. Si reus poſt citationem iter arripuit ad Papam, nō iuuat eum itineris arreptio, ſecus, ſi ante citationem. Dicit Barr. ꝙ citatus ſemper debet mittere procuratorem, habes tex. notab. ff. de leg. l. eūdem. §. primo.
1 materia huius c. examinatur ꝯ. eo. c. vt debitus. † Quærit Io. And. pone, Epiſcopus Peruſinus eſt in curia Romana & ſubditus ſuus ibi latitans, nunquid poterit eum citare? & determinat quod ſic. Ioan. And. & intellige etiam realiter incarcerare eum, quia ſub iudice ſuo conueniri poteſt, licet ad curiam acceſſerit, quod tene menti.

SVMMARIVM.

Exceptioni quando ſit ſuperſedendum, in princ. & nu. 1.

1 *Cauſa ſi ſit alicui commiſſa, & reus opponit exceptionem, an iudex ea non obſtante poßit procedere ſuper principali.*

Reſcripti falſitas ſuggeſtoria non poteſt opponi lite cōteſtata, ver. ſed pone. j.

CAP. X.

Super eo. Superſedetur exceptioni, ſuper qua eſt appellatum, & etiā in principali, quæ ſine illa diffiniri non poteſt. h. d. ſecunda ibi, ſin autem, quę nō ſummatur propter lec.

BIU Cujas

1 lec.diuersas.† Casus.cã cõmissa est alicui,reus opponit exceptio nem,quæritur,vtrum iudex ea non obstante possit super principali procedere?rñ.quod non, si principale non potest terminari sine illa incidenti,alias sic,concor.ff.de mino. l. intra utile. Sed pone,ꝙ lite conte.opponitur contra rescriptum de falsa suggestione Papæ dicit, quod ista exceptio post lit. conte.non potest opponi,quia est declinatoria,& vide supra tit.1.ca.cuml.& A.& C.de reb.cre.l.generaliter.§.2.Sed pone, opponit exceptio banni in criminali causa per procuratorem, ista exceptione præmissa non potest decidi causa principalis,certe procurator non debet admitti in ista incidenti, quæ est illi principali præiudicans, argumen.huius ca. quod est contra Iaco. But. in q.de Ragoneñ. Item facit ad quæstionem disputatam per Cyn. in l. 1.C.qui accu.non poss.si testes sunt accusati de falso,an differatur condemnatio in principali? & si alij testes in numero sufficienti remanent,non differtur,alias sic,ad quod optime facit, quod no. hic Io.An.in nouella.

SVMMARIVM.

Appellatur etiam in minimis causis,in prin.

Restitutio in integrum omnis est stricti iuris etiam in bonæ fidei contractibus,ver.nam omnis.

De dolo actio stricti iuris est,& ideo non datur pro duobus aureis, ibidem. ver.nunc intelligis.

1 *Appellari an possit a sententia uiua uoce sine scriptis in causis breuioribus.*

In causis breuioribus proceditur absquæ scriptura tam in appellatione, quã in sententia,& processu.

Restitutio in integrum etiam in magna causa conceditur uerbotenus si incidenter petatur.uer.quandoque.

2 *Actio furti an detur paruæ rei subtractæ.*

Fur condemnatus furti etiam gallinæ,fit infamis,& potest ex multis modicis furtis ita famosus euadere,ut suspendatur,uer.sed nunquid.

Parcendum non est delinquere assuetis,ibid.

3 *Infamis semel,an possit ulterius esse infamis.*

4 *Causæ minimę quæ dicantur.*

CAP. XI.

De appellationibus. Etiam in minimis causis appellatur.Opponitur de l. prima.ff.de in inte. resti.So.ibi loquitur de in inte. re. quæ ℈ ius cõe reddit,& ideo dẽt restringi,ar.ff.de actio.& obli.l.in honorarijs.§.sed qđ rescissa. Nã omnis in inte. restõ ẽt in ℈ctibus bonæ fidei est stricti iuris.ut si.no.in l.fi.§.fi.ff.de condi.inde sed appellatio est de iure cõi. Nunc intelligis, quia actio de dolo non datur pro duobus aureis,qa est sub titulo de in integrum restõne,
1 & forte idem in actione,ꝙ me.cã,tñ hoc non affirmo.† Quæro, an in istis causis breuioribus possit appellari a sñia viua uoce sine scriptis? & rñd.ꝙ sic ẽt ab interlocutoria, & ẽt ex interuallo. Itẽ sententia potest ferri uiua uoce sine scriptis.Item in processu non est necessaria scriptura.C.de sen.ex peri.rec.authen.nisi breuiores.qñq; etiam in magna causa cõceditur in inte.rest. uerbotenus.i.qñ conceditur incidenter, ut dicit illa lex sing. ff. de aut. tu.l.defendẽte.† Quæro,an actio furti detur parua re subtracta? rñ.sic ſm Ber.Sed nunquid erit infamis ille, q̃ condemnatur de furto vnius gallinæ?Rñ.sic,ut no. s̃.ti.j.c.cum te,&c.modicis furtis factis diuersis diebus & horis põt quis effici ita famosus,ꝙ suspendet,quia non est parcẽdum delinquere assuetis quasi habi-
2 tuatis ad delinquendum,vt l.3.C.de epi.audi. † Sed nunquid semel infamis põt vlterius esse infamis? vr̃ ꝙ non, qa infamia est
a q̃dam priuatio, vt C.ut j.cer.temp. cri.qõ termi.l.2.so.infamis[a] põt effici infamior, sicut fur simplex põt esse famosus & iteratis delictis pœna iteratur.C.de ser.fug.l.quicunque, & quod no.ff.
4 de pœn. l. capitalium.§.famosos.† Quæro, q̃ dicantur minimæ causæ? rñdeo,hoc relinquitur arbitrio iudicantis,vt no Accu.C. de re.cre.l.in bonæfidei,& facit de ap.l.in multis.

A D D I T I O.

a VincGod.Infamis.Adde ꝙ condemnatus de facto dicitur infamis, Dec. cons. 163.col.fi.& infamis de facto non dicitur testis omni exceptione maior.Abbas in c.testimonium.de testi.versi.non bene.

SVMMARIVM.

Appellat omnis grauatus.secundũ canones,secus secundũ ius ciuile,in prin.

Appellatio remota intelligit friuola,et a quib.remoueri põt,ibi.uer.Primo.

Terminus currere iudicib.non dicit,nisi præsentatis literis,ibi.uersi.forma.

1 *Dies præsentationis an computetur in termino.*

Tunc,dictio denotat extremitatem temporis.§.in contrarium.

Dilationis tempus qnãdo incipiat,ibi.uer.solu.& .n.2.3.& 7.uer sed ecce.

2 *Præfigẽs terminũ si disponit de numero dierũ,nõ cõputat prima dies.sed ultima,si aũt disponit simpliciter,tũc fit cõputatio de momento in momẽtum.*

3 *Dictio,ab,denotat reparationem.*

4 *Scientia executoris an requiratur,ut ei currat dilatio.*

5 *Executor ultimæ uolũtatis an perdat legatũ,& relictũ intuitu executionis.*

Potestas non tenetur seruare statuta,& reseruationes edi petitas,& nõ editas,uer.Ecce.

6 *Sententia dũ legitur,an possit quis appellare,a diffinitiua,& uiua uoce.*

7 *Snia excõicationis,a qua appellat,donec legitur,an trahat secũ executionẽ.*

Mensis mutuat alteri mensi tot dies,quot de primo mense defecerunt,& quãdo,ver.mensis autem.

8 *Appellãs ab actu sibi fauorabili,per hoc nõ intelligitur iuri suo renunciare.*

Terminus datus ad probandum in causa intra certum tempus decidenda, an habeat vim peremptorii.§. Quærit,& n.9.10.& 11.

Innocentius ut plurimum ambigue loquitur & more suo,ibi.ver.& subdit.

9 *Iudex an poterit procedere vltra terminum sibi præfixum propter impedimentum partium.*

10 *Iudici delegato si mandatur,quod intra certũ tps remittat causam instructã ad superiorem,an iste terminus sit habendus pro peremptorio,& nu.12.*

11 *Iudex ad quem fit remissio,si nullæ sint factæ probationes,quomodo remittet causam instructam.*

12 *Terminum statuere iuri dicendo,vel remittendo,& statuere terminum iuri probando differunt.*

CAP. XII.

Super eo. Omnis grauatus appellat ſm canones,sed ſm ius ciuile grauatus añ diffinitiuam sñam non appellat,nisi in casibus expressis in iure.h.d. Primo dicit,ꝙ remota appłone intelligendum est de friuola, ẽt iudicis recusatio friuola vr̃ esse remota.hoc secundo. hanc remotionem põt facere iudices immediati post imperatorem, ut dicit illa l.singu. C.de sen.& interlo.om.iudi.l. cũ solitum.si forma datur iudicibus, ut intra certum tps litẽ decidant, tunc terminus incipit iudicibus cedere,cum eis fuerint lr̃æ præsentatæ.h.d.tertio.& no.est rõ,qa añ põtationẽ literarũ nõ põt uti iurisdõne,ut no.de resti.spo.c.ex
1 conqõne.† Modo quæro, an dies præsentationis cõputetur in termino?& vr̃ ꝙ nõ,vt supra de resti.spo.c.frequens, de exce.capia,& de præb.statutũ, lib.6. hoc tenet hic.Ber. In ℈rium vr̃ hic
a casus dum dicit,ex tunc,nam dictio tunc,[a] denotat extremitatẽ momenti,ut l.4.ff.de condi.& dem.& l.1.§.biduum, ff. quando app.sit,& no.C.de app.auth.hodie.So.de rigore verborum fit ℈putatio de momento ad momentum,sed de iuris iuterpretatione dies quæ non est integra,nõ computatur in termino vel dic, quod ubi est per numerum dierum, & hebdomadarum, mensium, uel annorum assignata dilatio, non computatur prima dies in termino, secus si non dinumeratur, ut quãdo opponitur finis termini,sed non principium,uerbi gratia, si dicat,usque ad Calendas,immo plus,quia tunc incipit a die datæ literarum,arg.
2 de infa.l.genero.† Ex his concluditur, quod aut præfigens terminum disponit de numero dierum; & nõ computatur prima dies, sed ultima sic.C.de tempo.appe.l.2.in fi.aut disponitur simpliciter; & tunc fit computatio de momento ad momentum, quia nihil debet esse superfluum. uel dic, quod aut sumus in die naturali; & fit computatio de momento ad momentum, vt ff.de min.l.3.§.minorem.aut sumus in tempore artificiali, & tunc prima dies non computatur. Dicit lex, quod centum dies dantur ad bonorum possessionem petendam; & in isto vtili tẽpore non computatur dies mortis testatoris, sed ultima dies, q̃ incipit a prima die excluſiue, bene computatur in termino, ut ff.de suc.edi.l.1.§.quod dicimus.Et hæc vera, nisi ex verbis colligatur alius sensus.nam si verba dicunt ab hora,excluſa illa horatunc computatur, si dicuntur die, non computatur illa dies.
3 †Idem,si ponitur dictio,ab,quia denotat separationem,ut no.in l.rõ.§.fi.ff.de act.emp.sed si nõ appareat intentionem,vt no.in l. rõ.de momento ad momentum,quia non est computatio naturalis.i.ſm causam naturæ, & nihil est supuacuũ, neq; defectiuũ & hoc tene ſm Io.An.& Inno.Non ob.ff.si quis cau.l.1.qa ibi.l. vltra ꝓcedit, quia illa dilatio est expectatoria, & de eius natura est differre,ar.ff.si qs cau.l.& si post tres,de offi.deleg.c.cõsuluit. hęc sunt notabilia ẽt pro cõpromissis,& ꝓ executoribus vltima rũ uoluntatũ,qbus p̃figitur annus,vel aliud tẽpus, nisi dicamus, ꝙ in executore vltimæ uolutatis nõ computat dies mortis testõris,qa tex.in corpore,de ecclesiasticis titulis §. si aũt sanctissim⁹, dicit de tpe mortis.Sed certe illa verba non significant,quod cõputẽtur dies mortis. Sed quo ad pias cãs veniunt fructus a tpe mortis. Tempus aũt mortis est quoddam instans indiuisibile,
4 quo aĩa a corpore separat̃.† Sed an requritur sciẽtia executoris ut ei currat dilatio,vr̃ casus ꝙ sic.ff.de insta.l.genero.nam ignorans nec de facto,nec de iure potest exequi,ut d.§.sinautem,in verbo ab insinuatione.sol.si quæritur aliquod industriale,ita, quod per ep̃m põt aliqualiter expediri.nam salus aĩarum non vult moras, & ideo in electione pauperum, vbi requiritur parua industria, currit tempus etiã executoribus ignorantibus, & deuoluitur ad ep̃m,in quo ẽt par uel maior industria reperitur,& hoc ꝓp salutem aĩarum, alioquin semper executores posset fingere ignorã
5 tiam.† Sed nuncquid perdit legatum, & relictum, intuitu executionis? rñd. non, ut C. commu. de leg. l. ab administratione qđ no.ff.de admi.tu.l.Titio cũ esset,& uide quod no.in c. 1. quo

tempo-

A D D I T I O.

a Vinc.God.Tunc.Adde etiam de ista dictione,tũc, ꝙ significat temporis extremitatem,Rui.cons.200.nu.9.& cons.130.nu.10.lib.2.

BIU Cujas

tpe miles, col. 10. Ecce poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta,& reformationes,& ſ̃pe petit, ꝙ reformationes ſibi edantur,& nō ſunt editæ. reſpō.non tenetur eas ſeruare,vt hic,quaſi clauſis tabulis.
6 † Quæro, dum ſentētia legitur, an poſſit quis appellare à diffinitiua,& viua voce, quia ſtatim verificatur eſſe diffinitiua? & vr̃ ꝙ
7 ſic.caſus eſt hic,qui non reperitur alibi.† Quid ergo erit in ſentētia excōicationis,à qua appellatur,donec legitur,an talis ſententia trahat ſecum executionem? Io.And.non ſoluit, ſed remittit. rñ.ante executionem vr̃ appellatum.ff.de iuriſd.om.iud.l.ſi quis id qđ. §.quod ſi dum proponit̃. ff.de ſta.hom. l.Arethuſa,in verbo,incipiente.nam incipit ꝑ appell.liber eſſe.ſed ecce,ſeptimana habet ſeptē dies,vt ipſa vox oſtendit, ꝙ ſepties mane. menſis aūt variatur; quid ergo ſi menſis minor ſit,qñ dilatio incipit,vel è ꝯ, quot dierum erit? de incidenti.n.iudicamus,prout res incidit.rñ. menſis mutuat alteri menſi tot dies, quot de primo menſe defecerunt,quia à primordio numeri poſterior fertur tractus, quia omnis forma datur à principio.ff.de verb.obl.l.inſulā intra biennium. vel dic,vt not.pleniſſimè in c.licet,de ſupp.negl.prælat.in
8 nouel. † Vlterius no.ꝙ à non grauamine non appellat,tñ ſi quis appellat ab actu ſibi fauorabili, ꝑ hoc non intelr̃ iuri ſuo renunciare. h.d.illa l.ſing. ff.de au.& arg.leg.l.Titiæ amicæ. Quærit Inno. qñ mandat̃ cauſa decidenda intra certum tp̃s, nunquid terminus datus interim ad probandum habet vim peremptorij? & ſic diſtinguit, ꝙ aut terminus eſt ſtatutus de conſenſu partium; & habet vim ꝑemptorij. imò plus, reputandus eſt pro cōcluſione in cauſa, niſi nouum & inexcogitatum impedimentū interueniret, ꝓ quod probationes inducere non potuiſſet. Et ſubdit more ſuo (quia vt plurimum ambiguè loquitur) ꝙ tunc ſubueniret̃ beneficio reſtitutionis vel iuris cōis, ſicut ſubueni t̃ in termino iuris,vt ſ̃.eo.c.ex ratione.dicas quod ipſo iure,vt C.qui petut.l.cum à matribus,& C.de app.l.p̃ſes, & ff.de fer. l.oīone.ff.de re iud.l.quæſitū, aut terminus ad probandū eſt ſtatutus, vna parte tm̃ petente; & tunc quo ad illū habet vim ꝑemptorij & ꝯclu ſionis,& licet pars appellet, iudex non debet ſupſedere in ꝓnunciando,quia iam conſtitiſſe vr̃.arg.ff.de re iud.l.ſi conuenerit.Sed quo ad eum,qui ꝯdixit,non habet vim ꝑemptorij,quia debet habere dilationes moderatas arbitrio iudicis, non arbitrio aduerſarij, ſm Inno. Sed † nunquid ꝓ impedimentū [a] partium poterit
9 a iudex ꝓcedere vltra terminum ſibi p̃fixum? rñ.non, ſm Inn.C.qñ
10 ꝓuo.nō eſt neceſ.l.cū nō eo die.Pone, ꝙ † iudici delegato mandatur ꝙ intra certum tp̃s remittit cauſam inſtructam ad ſuperiorem,an iſte terminus eſt habendus ꝑ ꝑemptorio? dicit Inn.ꝙ ſic, ita ꝙ de cætero non admittit̃ quis ad ꝓbandum ēt coram iudice
11 ad quem fit remiſſio,arg.C.de dilat.l.cum à nobis.† Sed quid ſi nullæ ſunt factæ ꝓbationes,qūo remittet cauſam inſtructam? rñdeo, ſatis vr̃ cauſa inſtructa, ex quo lapſus eſt terminus ad ꝓbandum,nec oportet litigatores citari ad probandum, ſed ſolum ad comparendum coram ſuperiori. Dicit Bar.ꝙ iſte terminus citat partes, ēt ſi ad neminē debeat fieri remiſſio, vt in arbitris, vt ipſe
12 no. ff.de arb. l.ſi de meis,§.fi. † Subdit Inn.ꝙ alij dicūt huiuſmodi terminū vim ꝑemptorij nō habere,quod mihi verius vr̃, quia aliud eſt ſtatuere terminum iuri dicendo, vel remittendo, aliud iuri ꝓbando quia primū dirigitur iudici, ſm litiganti. p̃terea ille, qui remittit acta,in quibus nihil ſcriptum eſt, non eſt ſimilis illi, qui producit membranam,in qua nihil eſt ſcriptum, quia quod nihil eſt,nihil probat, vt ff.de iniuſto teſta. l.ſi binæ tabulæ. Item non videtur ſecutus formam mādati,qui nihil examinauit. ff.de acquir.hære.l.eum qui duobus,§.filius. Præterea iudex,cui nihil eſt probatum, nihil mandare poteſt, vt C.commi.vel epi.l.interlocutio. ff.de re iud. l.ſi cum nulla.ff.ex quib.cau.in poſ.ea. l.hoc autem,in verbo,liquere,de ſent.excomm.c.ſolet,in 6.per Innoc. vnde opin.Bart. non eſt bene tuta. vel dic, vt dixi ſ̃.de iureiuran. c.Quintauallis,& facit C.de appel.l.nec cauſas,vbi dicitur,quod cauſa non dicitur inſtructa, niſi quatenus acta loquantur.

ADDITIO.

a Vinc.God.Impedimentū.Adde ꝙ impedimentum ſuperueniens obligato,non excuſat,niſi appareat ꝙ erat grauatus facere. Ruin.conſi.62.num.4.lib.4.

SVMMARIVM.

Conuentus ſuper iniuria clerici,quando poteſt appellare,in prin.
1 *Appellans compellitur ad appellationem proſequendum.*
3 *Exceſſus clerici ſi eſt notorius,an,& quare requiritur excommunicatio.*
3 *Satisfactio de iniuria qualiter fiat.*

CAP. XIII.

Peruenit. Conuentus ſuper iniuria clerici appellare pōt, niſi exceſſus ſit publicus & notorius. hoc dicit
1 cap.iſtud,& ſequens.patet caſus. † In tex.ibi, Compellas, no. ap-
2 a pellantem compelli ad appellationem [a] proſequen. Quid ergo, ſi velit renunciare appellationi,ſed aduerſarius non conſentit,qa vult ſententiam confirmari, ad hoc vt habeat duas ſentētias pro ſe,& ad hoc,vt iudex appellationis poſſit exequi? reſpon.non poteſt cedere liti in præiudicium aduerſarij,vt l.ſi poſt mortē,§.fin.
2 ff.de contratab. qui tex. eſt not. † In tex.ibi, Notorius; quæro,ſi eſt notorius,quare requiritur excommunicatio, cum notorium habeat vim ſententiæ,quæ tranſiſſet in rē iud. reſpon.eſt verum, ꝙ notorium habet vim ſententiæ excommunicationis,vel alterius cenſuræ,caſus eſt hic.Ibi,Satisfaciat.† Qualiter fit ſatisfactio
3 de iniuria, dic,vt not.ff.de iniur. l.iniuriarum act. Ibi, Reptæſentent, poſtquam ſatisfecerint homini, debent ſatisfacere Deo,& eccleſiæ,vt C. de epiſc.& cler.l.ſi quis in hoc genus.

ADDITIO.

a Appellationem. Vide D.Alex.latè in conſi.29. incip.Viſo proceſſu lit.vertentis inter procuratorem, 1.vol.

SVMMARIVM.

1 *A notorio actus tranſeuntis,uel permanentis non appellatur, & quando dicatur huiuſmodi eſſe notorium.*

CAP XIIII.

Conſuluit. A† notorio actus tranſeuntis,vel permanētis non appellatur; tamen non omne,quod
1 dicitur notorium,eſt notorium. Porro omne,quod in dubium poteſt probabiliter reuocari, re vera notorium non exiſtit. h.d. Ibi,Detinere,iſtud eſt notorium facti permanentis. Ibi,Inieciſſe, iſtud eſt notorium facti tranſeuntis.

SVMMARIVM.

Appellatio ad quid inuenta,in prin.
1 *Appellari an poſſit in abſentia iudicis a quo.*
Iudicē quærere ſufficit cauſa appellādi,ubi ius reddere conſueuit,ver.ſed an.
2 *Appellare malitiosè an quis præſumatur.*

CAP. XV.

Suggeſtum. Idem dicit in effectu,quod dicit c.meminimus, ſ̃.eod.titu. & ambo correcta ſunt, ſ̃.eo.c.vt debitus.No.ꝙ appellatio non eſt inuenta ad deprimen-
1 dum iuſtitiam, ſed ad remouendum grauamen. † Quærit Bern. vtrū poſſit appellari in abſentia iudicis à quo? & videtur ꝙ non. ff.quando app.ſit,l.1.§.quid ergo. quod verū eſt,ſi præſentia eius poteſt haberi,aliàs poteſt appellari eo abſente,vt not.Hoſt. ſ̃.eo. tit.c.ſi duobus. & ſ̃.eod.c.ſi iuſtus metus,& Io.And.ſ̃.eod.lib.6. Sed an eſt riman. pro iudice per totam ciuitatem? reſpon. non, ſed ſolum in loco vbi ius reddere conſueuit. vnde etiam ſi in domo propria conſueuit ius reddere, ibi debet requiri, ſecundum Barto. qui ita eleganter not. in d.l.2. §.dies, ff.quando appell.ſit.
2 † Quæro,an præſumatur quis malitiosè appellare? [a] reſpon.non,
a niſi ſit deprehenſus, conuictus, vel confeſſus, ita debet intelligi, quod not.hic Ber. tene menti.

ADDITIO.

a Vin.God. Appellare. Adde ꝙ appellare nequit,qui ſententiæ ferēdę ſtare promiſit. Ruin.conſi.175.nu.10 lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio,quæ non tenet de iure,non inducit irregularitatē,ſi excommunicatus celebrat.*
Irregularitas requirit ueritatem, unde nō naſcitur a reputatione populi,uer. ſed quid.
Per abſolutionem non probatur ualiditas excōmunicationis,ver.ſed nūquid.

CAP XVI.

Ad præſentiam. Pendente cognitione appellationis excōicatus poſtea abſolutus ad cautelā non punitur,ſi interim celebrauit, ꝓſtito ꝙ legitimè appellauit. h.d. Caſus. Inter Archiep̄m Eboracen̄.& R.presbyterū ꝓtrouerſia exorta occaſione cuiuſdā excōicationis in ipſum presbyterū latę ab Archiepō,Papa cōmiſit cauſam Epō Tuſculano, & Cardinali Sāctę Suſannæ; corā quibus opponebat̃ ex parte dicti Archiepi, ꝙ dictus R.presbyter cum eſſet excōicatus, diuina cantauit officia, dictus verò R. presbyter rñdebat, ꝙ excōicatio non tenebat,cum eſſet lata poſt appellationem legitimam. Cardinales viderunt,ꝙ dictus presbyter non debebat puniri, nihilominus ad cautelā relaxauerunt dictam excōicationis ſentētiam, Papa mandat,ꝙ innouata contra dictū presbyterum reducantur
1 in irritum.† No.quod excōicatio,quę non tenet de iure,non inducit irregularitatem,ſi excōicatus celebrat.In tex.ibi,Cantauit. iſtud induceret irregularitatem, ſi excōicatio tenuiſſet, nec potuiſſet ad cautelam abſolui. Sed quid ſi populus reputabat eum excōmunicatum? reſpon. non eſt vis,quia irregularitas requirit veritatem.Sed nunquid per abſolutionē probetur,quod excommunicatio valuit? reſpon.non, ſecundum Inno.quod eſt not.

SVMMARIVM.

Appellans ſi turbatur in ſua poſſeſſione,iudex a quo appellatur,eam ei poterit reformare,& quomodo id intelligitur, uide poſt caſum, ver. et ratio.
1 *Appellans ſolus exemptus eſt a iuriſdictione iudicis a quo, non alia tertia perſona.*

CAP. XVII.

Cum teneamur. Si † appellans in ſua turbatur poſſeſſione, iudex, à quo appellatur,
1 eam ſibi poterit reformare. hoc dicit,& eſt not.dignum. Caſus. Aliquis litigabat coram ordinario ſuo, qui erat Archiepiſcopus Cantuarien.lata ſententia contra eum appellauit ad Papam, pendente appellatione quidam tertius turbauit ipſum in poſſeſſione,quærebatur,vtrū liceat iudici à quo,dicto Archiepiſcopo ei poſſeſ-

BIU Cujas

possessione reformare? rñ. quod sic ordine iudiciario. Ibi, Tibi, a quo appellatum est ſm cõem lect. Ibi, Reformare, prohibendo ne uis fiat ei. & ratio dubitandi erat, quia iudex, a quo, non debet reformare, sed iudex, ad quem. sed illud est uerum inter appellãtem & appellatum, sed hic erat quædam tertia persona quæ per appellationem non erat exempta a iurisdictione istius ordinarij, & hæc vera. Alij dicunt, ꝙ Archiepꝰ Cantuarien. habet ex priuilegio, quod possit defendere oẽs appellantes, a quocunq; iudice puinciæ ſm Inno. quod non placet, quia quod a iure cõi conceditur priuilegio non subijcitur, vt C. de thesau. lib. 10. † No. ꝙ solus appellans est exemptus à iurisdictione iudicis a quo, non alia tertia persona, & hoc optime probatur, per l. ordinariam in l. creditor, in princ. ff. mand. ubi expresse habes, quod pendentia appellationis tertiam personam non iuuat, neque afficit; tene menti. Quæro quid in delegato? respondeo, ut in glos.

2

SVMMARIVM.

Appellatio generalis in omnibus causis non valet, secus in certa cã, in princ.

1 *Appellans nunquam debet petere reuocari facta post appellationem, sed debet adiicere, & contra appellationem.*

CAP. XVIII.

Consuluit. Generalis appellatio nõ ualet, si fiat in omnibus causis, sed si in una tantum, bene ualet. secunda ibi, si uero. ista secunda pars hodie corrigit, Ber. Quæro, quod erat motiuum istius distinctionis? rñ. qa vna cã erat certa, sed omnis causa, quæ posset contingere, est incerta. † Et no. hic Inn. ꝙ appellans nunq; debet petere reuocari facta post appellationem, sed debet adijcere, & contra appellationem, Inno. tene menti formam, sub qua debet peti reuocatio attentatorum.

1

SVMMARIVM.

Legati citationem quis non debet contemnere sub appellationis obtentu, in princip.

1 *Legato Papæ magis parendum est, quàm Regi.*

Legatum Cardinalem qui contemnit, contemnit ipsam Sedem Apostolicam, & ad se excusandum debet adire eandem sedem.

2 *Nuncio vni iurato an credatur, & quid, nu. 4.*

Nuncius & tabellio allegari possunt tanquam suspecti, ver. & scias.

3 *Appellatio præsumitur semper iniusta, quando appellatur à Cardinali.*

4 *Sententia antequam nuncius referat se citasse, an valeat.*

5 *Nuncius ecclesiasticus citat in ecclesia.*

Replicationibus pluribus uti an liceat, ver. collige.

Appellatio generalis in omnibus causis non valet, secus in certa causa, ĩ prin.

6 *Nuncius an debeat dicere, citaui talem in tali loco, & tempore.*

Solenniter acta licet omnia præsumantur, id intelligitur in persona cognitoris publici & solennis, non executoris, & cursoris.

7 *Procurator episcopi an debeat esse releuatus, sicut cæteri.*

Syndicus vniuersitatis ecclesiasticæ semper intelligitur gerere publicum officium auctoritate, & vtilitate, & quando, ver. dicit.

8 *Nuncius an possit ex parte iudicis citare, etiam viua voce.*

Citatur quis aliquando sine præfixione termini, & quomodo debeat intelligi, ver. deinde.

9 *Nuncio citanti citatus debet credere.*

10 *Citatus ad maius tribunal in diuersis locis, & tribunalibus, debet coram maiori tribunali comparere, sed non semper. & nu. 11.*

11 *Præses ducatus, & Potestas Assisii, quid iuris, si de eodẽ facto cõdemnauit.*

Tribunal maius eximitur à minore in eodem negotio non solum in die statuta ad comparendum, sed ad finem vsque causæ, ver. quia.

12 *Occasio leuis, vel imperitia, an excuset à uera contumacia.*

CAP. XIX.

Cum parati. Sub obtentu appellationis non debet qs contemnere citationem legati. secunda ibi, cumque. Casus. Zammorensis episcopus fecit proponi quædam facta sua coram Papa. Quidam Cardinalis fecit sibi opponi, quod erat excõmunicatus, quia citatus corã ipso dum erat legatus Papæ, noluit comparere, procurator episcopi eum excusabat, quia erat in legatione Regis, & quia appellauerat; & sic allegabat plures causas. Cardinalis dicebat, quod fuit inuentus in eccle sia Salamantina, & ibi citatus per nuncium: Papa dicit, quod excusatio episcopi non est iusta, & ideo mandat sibi, quod compareat de sua innocentia, si poterit, ostensurus. hoc dicit. † Nota ꝙ magis est parendum Legato Papæ, quàm Regi. No. quod publico & iurato nuncio est credendum. Nota, quod qui non paruit Cardinali, debet accedere ad curiam ad se excusandum, si potest. & qui cõtemnit Cardinalem legatum, contemnit ipsam Sedem Apostolicam, secundum Bern. † Quæro, vtrum credatur vni nuncio iurato? [a] respondeo, sic, vbi agitur de paruo præiudicio, & si facit falsam relationem, debet puniri pro motu iudicis. C. de spor. l. 2. & facias, quod nuncius potest recusari tãquam suspectus, sicut & tabellio, si subest iusta causa suspicionis. & ideo consulo, quod nuncius eligatur de partium consensu, hoc dicit glo. ord. No. in Auth. de trien. & semis. §. quod sæpe, coll. 3. † Nota secundo, ꝙ quando appellatur à Cardinali, semper præsumitur appellatio iniusta, & Papa noluit eum audire, quia creditur Cardinalem non aliter iudicare, quàm ipse Papa esset iudicaturus, arg. in l. 1. ff. de offic. præf. pręt. † Quæro, an sententia antequàm nuncius referat se citasse, valeat. dicit Barto. quod non. ff. de cond. & demon. l. multum interest. Sed ecce nuncio creditur de citatione, an creditur ei de contumacia, vt quia refert iudici, quod citatus dicit, nolo venire? respon. non creditur in hoc. † In tex. ibi, Salamantina, no. vbi te inuenio, te citabo. Item no. quod nuncius ecclesiasticus citat in ecclesia. Collige, quod licitum est vti pluribus replicationibus. Nam hic, procurator impetrabat, & excipienti de excommunicatione replicabat dupliciter, vno modo, quia in seruitio Regis: secundo, quia post appellationem, vel hic erat vna replicatio duabus rationibus vnita. replicatio erat, quia non erat excommunicatus. ratio prima, quia in seruitio Regis. Secunda, quia post appellationem, nam & actori licitum & vnam actionem pluribus actionibus munitam intentare, tex. est not. & glos. ord. C. de contrahen. empt. l. si mater. † Quæro, nunquid nuncius debeat dicere, citaui talem in tali loco? & videtur quod sic, vt hic in verbo, Salamantina, quia posset esse talis locus, in quo non posset citare. Idem in tempore, vt necesse sit dicere, citaui tali die, quia posset esse citatus [b] alia die, quam iuridica, vel post tempus citañ. nam hac ratione locus, & tempus adduntur instrumentis, vt eleganter not. in c. Abbate sanè, de regu. iur. lib. 6. Item licet omnia præsumantur solenniter acta, verum est quo ad ea, quæ fiunt per cognitorem, qui est vir publicus & solennis, vt not. in l. 1. C. de fide instrum. & iure hastæ fisca. lib. 10. & ff. de dote prælega. l. Theopompus. secus autem in his, quæ fiunt per executorem, vel cursorem, pro quibus non est ita præsumendum, nisi dicas quod idem, quia præsumuntur ex fide officium gessisse, & quod fuerint secuti mandatum. Prima opin. tutior est. Deinde vides hic, quod procurator episcopi, qui erat constitutus ad impetrandum, disputauit de obstantijs, & obiectis; quod dic, vt ĩ. eod. cap. Nicolao. † Sed an procurator episcopi debet esse releuatus, sicut cęteri, vt ff. rem ratam hab. l. actor? videtur quod non, quia habet publicum officium, & ideo similis est syndico, qui non satisfecit, nec expedit, quod releuetur, vt not. in cap. mandato, C. de procurat. in prima glos. Dicit Bart. quod habens mandatum ab vniuersitate ecclesiastica, semper intelligitur gerere publicum officium authoritate & vtilitate, vt ipse not. in l. 1. §. si quis tutor, ff. quando appell. sit. ergo nec satisfat, nec fit in eum executio; quod verum est in ecclesiastica persona, cuius officium est necessarium, sed laicus non cogitur esse syndicus ecclesiæ, & ideo non gerit publicum officium, & lex dicit, quod rediguntur isti syndici ad instar procuratorum. ff. quod cuiusque vniuer. nom. l. item eorum, §. fin. † Item no. hic, quod nuncius potest ex parte iudicis citare etiam viua voce. hoc verum de citatione personali, secus de reali, quã facere non potest, nisi ostendat commissionem in scriptis, arg. C. de exact. tribu. l. missi opinatores, lib. 10. C. de iure fis. l. prohibitum. nec in possessionem mittere, vel aliud mandatum facere, arg. C. de mand. prin. l. 1. arg. cõtra. ff. de arb. l. non distinguemus, in princ. vbi viua voce nuncij potest dilatio prorogari. deinde videtur hic in verbo, repræsentes, ꝙ citatur aliquis sine præfixione termini, & valet citatio, licet Pet. dicat cõtrarium. C. de fer. l. dies festos. Nam tex. ff. de iud. l. ad peremptoriũ, requirit exprimi tempus, ſ. dierum in qualibet citatione, Io. And. & Pau. dicunt hic, ꝙ arbitrio boni viri inest tacitum tempus, ſ. cum primũ commodè poterit. arg. ff. de verb. obl. l. continuus, in prin. & §. item qui insulam, ff. ad Tertul. l. 2. §. si mater, ff. de cond. & demon. l. hæc condi tio. ff. de verb. sign. l. nepos Proculo. † Item istud c. allegatur quotidie, ꝙ citatus [c] debet credere nuncio citanti. de hoc not. in Spe. de citatione, §. sequitur, 82. dist. c. proposuisti, per Archid. de sent. excom. c. venerabilibus, lib. 6. per eundem, qui concludit, quod nuncio publico credatur, donec probetur contrarium, & vide in Spec. §. sequitur, versic. sed nunquid credetur. ergo erit in potestate nuncij dicentis se personaliter citasse, & tollere ius appellãdi, quia sic citatus nõ poterit appellare; quod videtur absurdum in magnis causis. de hoc no. Host. in Sum. de dolo & contum. & si nuncius [d] est vilis persona, & causa ardua, & absens iurat se nũquam fuisse citatum, vel non fuisse personaliter citatum, tamen videtur, ꝙ soli vni nuncio non sit credendum, arg. C. de probat. c. quoniam contra falsam, & ff. de custo. reo. l. diuus. & l. 1. C. de li. lib. 12. Sed quid, si citauit per literas, quas misit ad domum citati, qui occultat literas, vel quid si literæ sunt amotæ de albo prætoris, vt ff. de iurisdic. omn. iud. l. si quis id quod? respon. sæpe veritas perit, quia occultatur probatione deficiẽte, vt ff. de edendo.

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

ADDITIONES.

a Iurato. Vide latè per D. Alex. & Doct. nouissimos, in l. sciendum, ff. de verb. obl.

b Vin. God. Citatus. Adde ꝙ citatus comparere non tenetur, si citatio est nulla. Ruin. consi. 150. nu. 7. lib. 5.

c Citatus. Vide per Bar. in extrauag. ad repri. in ver. per nũcium. & vide eundem in l. 1. §. cura carnis, ff. de off. præfec. vrb.

d Vin. God. Nuncius. Adde an credatur nuncio dicenti, se citasse de iudicis commissione. Ruin. consi. 66. nu. 2. lib. 5.

BIU Cujas

do.l.argentarius.§.cum autem. Et ideo caute eſt agẽdum, quod falſis inficiationib.vel fortuitis caſib.veritas non ꝓeat,ut no.Ber. ſ.de officio delega.c.cum in iure,& Inn.de eo, qui furtiue ordi-
10 nes ſuſc. c. innotuit. † No.quod citatus ad maius tribunal in diuerſis locis,& tribunalibus, debet coram maiori tribunali comparere.circa quod dicas,ꝙ aut eſt citatus re,i.ꝓ capturam perſonæ,& dum eſt in carcere,non tenetur comparere etiam coram Papa quia nõ poteſt ante quam vinculis ſolutus ſit. ff. quod me. cau.l.qui in carcere.ff.de ver.ſi. l. qui neq;. niſi ꝓcuraſſet ſe capi. ff.ex quib.cau.maio.l.& qui data opera. Aut eſt citatus verbo; & tunc aut eſt cauſa, in qua poteſt mittere procuratorem, & non eſt cauſa ardua; & tenetur comparere per procuratorem quia ſe compatiuntur.ff.de procuratoribus.l.1. §.vſus. Aut oportet de neceſſitate præciſa,vel cauſatiua, quod perſonaliter compareat, & tunc dẽt comparere coram maiore, etiam ſi eſſet tribunal Regis.& ſi comparet coram minori,ſpreto maiori tribunali, debet excommunicari,uel banniri iuxta qualitatem iuriſdictionis, prius ſtatuto ei termino ad ſe excuſandum, ſi poterit. Caſus eſt hic ualde no.de hac materia uide per Bar.in l.2.§.fi.ff.de cuſtod.
11 reo:† Pone, quid ſi de eodem facto condemnauit ex contumacia Præſes Ducatus,& Poteſtas Aſſiſij?reſpõdeo,quod quandiu lis eſt coram præſide,non tenetur ſuper eodem comparere coram Poteſtate, etiam ſi Poteſtas præuenitur in cognoſcendo, vel in inquirendo, ideo ſententia lata per Poteſtatem ex contumacia, eſſet ipſo iure nulla, ſi Poteſtas ſcit procedi per præſidem,argumen.ff.de re iudicata.l.quæſitum,quia maius tribunal eximitur a minori in eodem negotio non ſolum in die ſtatuta
12 ad comparendum,ſed vſque ad finem cauſæ. † Item no.hic caſum contra gl. ordinariam Accur. quæ dicit quod etiam leuis
a occaſio [a] vel imperitia excuſat a uera contumacia,ut no.in l.1.in fi.ff.ſi quis ius di.non obtemp. nam eꝑs habebat hic occaſionẽ, & non paruam,tum qa erat in ſeruitio Regis, tum quia excuſatio non erat iuſta,excõicatur, & punitur, & idem eſt in epiſcopis, qui ſunt in ſeruitio aliorum dominorum illuſtrium.

ADDITIO.

a Occaſio.Vide Iaſ.in l.2.in 5.no.ff.ſi quis in ius vo.non ſer.

SVMMARIVM.

1 *Tempus appellationis proſequẽdæ currit ſolũ poſt interpoſitã appellationem.*
2 *Iurans ſtare mandatis eccleſiæ,ſi grauatur,& appellat,non eſt periurus.*
Dies ad proſequendum appellationem ſtatuti poſſunt arbitrio iudicis prorogari,vel arctari,uer.quæro.
3 *Leges ſi ſunt duæ,quarum vna definit tempus, altera dat arbitriũ, illa quæ definit,tempus interpretatur arbitrio iudicis.*

CAP. XX.

Ad hæc. Qui iurat ſtare mandatis eccleſię, ꝫ iuramentũ non auditur appellans,ſi tamen grauatur, poterit appellare.hoc dicit iſtud c.& ſequens.Caſus, aliqui iurant, ꝙ ſtabunt mandatis eccleſiæ,poſtea appellant,quæſitum fuit,quid ſit agendũ de iſtis?reſpond.Papa,quod iudex debet eos compellere,ut obſeruent iuramentũ ſuũ, vel quod intra xl.dies poſt ap-
1 pellationẽ ſuam iter arripiant ad proſequendum †In tex.ibi.Interpoſitã,no.tempus ap.proſequendæ currere ſolum poſt interpoſitã appłonẽ;& eſt valde no.ſic intelligitur ſ.eo.c.ex ratione, de hoc plene no.in c.ſi appłonẽ. de app.in cle.nimirũ, qa ante q̃ appło ſit interpoſita, non eſt aperta profecutio. tñ ſi appellatur legitime viua uoce,non procedit quæſtio,quia ſtatim currit ipſa interpoſita, tu Legiſta habes ſimile in bon. poſ.cauſa litis agno contratabu. ff. ad Car. Ideoque profecutio ante quam appelleẽ
2 eſt ſimilis poſthumo,qui eſt in utero matris.† No.ꝙ qui grauaẽ appellat,nec eſt periurus, de hoc ſ.de do.& contu.c. ꝓut, in gl. Sola promiſſio.iurm.n.intelligitur de mãdato iuſto,non de iniuſto,ut no.ff.de reg.iur.l.nõ vr.§.q iuſſu. Quæro,nunquid eo.dies poſſint prorogari,uel arctari?rñdeo ſic,arbitrio iudicis,ut ſ.e.cũ
3 ſit.† Ex hoc no.ꝙ ſi ſunt duæ leges,quantũ una diffinit tempus, altera dat arbitriũ,quod illa,quæ diffinit tẽpus,intẽrpretatur arbitrio iudicis. & hoc facit ad quæſtionem: unum ſtatutum dictat, quod bannitus habeatur pro confeſſo, ſi non ꝓareat intra octo dies,aliud ſtatutum dat arbitrium contra magnates,poteſtas ex arbitrio ſtatuit tres dies,utrum bannitus non comparendo intra hos tres dies habeatur pro confeſſo?dic quod ſic.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio reuiuiſcit,ſi abſolutus mandata non ſeruat.*
Abſolutionem petens excommunicationis,in quam reincidit,non ſolum iuramentum,ſed ſatisfactionem etiam præſtare debet,ver.& ideo.
2 *Mandatum non tenetur quis implere,niſi pro poſſe.*
Debitum continuatũ intelligitur vnicum,non duplex,& propterea non debet duplari pœna,& exemplum,ver.gl.ponit.
3 *Abſolutionẽ petens excommunicationis,renunciat appellationi interpoſitæ per ſuperiorẽ,niſi proteſtetur,quod non intendit appellationi renunciare.*
4 *Conſuetudinem non licet tranſgredi ſicut nec legem,& quam.*
Appellans ab ordinario in vna cauſa, cogitur in aliis coram eo comparere, niſi in caſu,& quo, in prin.

CAP. XXI.

Quæſtioni. Caſus.Excõicatus pñtito iurõ de ſtãdo mãdatis eccłiæ ſtatim appellauit ante q̃ fiat ei mandatũ,uel pœna:certe appellationi ſuæ non eſt deferendum, ſed eſt reducendus in eandẽ excommunicationẽ, donec ꝓ poſſe paruerit mandatis eccleſiæ.No.ꝙ appellatio nõ ſuſpendit mã
1 datum. † Item no. ꝙ excommunicatio [a] reuiuiſcit, ſi abſolutus
a mandata non ſeruat;& non eſt ꝓpriè reuiuiſcere,ſed eſt noua excommunicatio,ut ff.de ſol.l.q res.§.aream.ff.de iure fiſci.l.deferre.§.fi.fingitur tñ eadem iuris fictione,vt ſ.de cõſue. c. cum inter,ꝓ Inn.& ideo, ſi intra iſtas duas excõicationes impetrauit bñficiũ,remouetur ab ipſo:nũqd ſi iterũ abſoluaẽ,iterũ iurabit? tñ nõ ſolum iurabit,ſed ſatiſdabit:qa ſuſpectus eſt,ar.ff.de priui.cre. l.ſi creditores,& facit ff.de dã.infe.l.qui bona.§.ſi quis ſtipulatu-
2 rus.† In tex.ibi,Poſſe,no.verbũ ꝙ non tenetur quis implere mandatum niſi pro poſſe, ſic vaſallus per iurm non obligatur niſi ꝓ poſſe,ut in ca.2.de feu.ſine culpa non amitendo, in uerbo ſi potuerit.& dicit ibi gl.notabile verbum eſt iſtud.gl.ꝓnit hic exẽplum in eo,qui detinet vxorem alterius.pone,dicit ſtatutum, ſi quis detinuerit per mẽſem uxorem alterius, puniatur in centũ; detinui duob.menſib.utrum puniar in ducentũ? reſpõdeo,ſi cõtinuatiue detinui, non punior niſi in centum, quia vnicum eſt delictum continuatum,ut ff.de fur.l.inficiando.§.infans,& ff. de iureiu.l.eum qui.§. in popularibus, & ibi glo. or.ualde no.& ar.
3 ff.de ſer.ruſti.prædio.l.vna eſt uia.† Dicit hic Inn.ꝙ petẽs abſolutionem excõicationis,renunciet appellationi interpoſitæ ad ſuperiorem niſi ꝓteſtetur, ꝙ non intendit appellationi renunciare.Tu dic,quod nõ põt abſolui,niſi renunciet appellationi:quia translata eſt iuriſdõ ad iudicem,ad quem; ar.tñ quod non tenet proteſtatio in præiudicialibus, ut no.in c.gratiæ, de reſcr.in cle.
4 † Dicit hic Hoſt.ꝙ non licet trãſgredi cõſuetudinem, ſicut nec legem; & iõ ipſo iure non ualet abſolutio excõicati, iurõ non præſtito Hoſt.hic erat ꝓſuetudo redacta in corpore iuris, ſed ea conſuetudo, quæ non eſt redacta in corpore iuris, æquiparatur extrauagãti.ff. de re.iu.l.cum prolatis. cũ indigeat probatione, vt C.de ædi.priua.l.an in totum.& ſi ex cõſuetudine naſcitur cõdictio ex moribus,ualet ſententia contra condictionem lata, ſecus,ſi naſcitur forma ex moribus.Item qñ cõſuetudo ſtatuit aliquid pro fama,non ualet.niſi forma ſeruetur;& hoc,quando ſtatuit ante factum,uel in facto:ſed ſi poſt factum,habet vim modi & non formæ ſubſtantialis,hoc probat illa l.notab. cum ſua glo. C.de precibus Imper.offe.l.vniuerſa.

ADDITIO.

a Vinc. God. Excommunicatio. Adde, ꝙ excommunicatio ſi epiſcopus incipiat a præcepto,eſt de iure valida,& dicitur nulla,Bar.Soc.conſi.237. difficultatem.verſi.cum probatur.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem in his, ſuper quibus non eſt interpoſita.*

CAP. XXII.

Præterea. Appellãs ab ordinario punit̃ de delicto, quod poſtea ꝓpetrauit.No.quod † appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem in his,ſuper quibus non eſt interpoſita.
1

SVMMARIVM.

De appellatione ſua poſteriori non poteſt excipere,qui non detulit appellationi aduerſarii,in prin.
1 *Auxilium contra alium fruſtra implorat,qui in legem commiſit.*

CAP. XXIII.

Conſtitutis. Qui non detulit appellationi ꝑ aduerſarium prius factæ,de ſua poſteriori appellatione nõ ꝑt excipere.h.d.Caſus. Vacãte eccleſia Torcellana,canonici de electione tractauerũt:Archidiaconus nominauit qd̃ dã C.fuit appellatũ eo ꝙ eſſet excõmunicatus,nõ obſtãte appellatione fuit in eꝑm electus,& appellatũ,ne fieret,contradicitur, ꝙ ſicut Arch.no detulit appellationi contrarię, ita non eſt deferendum ſuæ; & iõ non obſtãte ſua appellatione Papa mandat ſcdam electionem confirmari,& eſt iõ,quia prima non tenuit, qa ꝫ appłonem, ſcda aũt tenuit,quia appellatio, cui non debuit
1 deferri,nõ potuit impedire.†No.ꝙ fruſtra implorat auxilium ꝫ alium,qui in legem commiſit.facit.ff.de dam.infe.l.qui bona.§. ſi quis quia,ar.ff.de pac.l.cum eo.C.de inof.teſt.l.in arenam.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus a quo appellaui, ſi in alia cauſa de nouo delegatur, quid iuris?ſi recuſatur vt ſuſpectus.*
Recuſatio æquiparat appellationi,& non habet locũ in notoriis,ver.deinde.
2 *Crimen graue quod dicatur.*
3 *Deprehenſus in crimine an dicatur,qui deprehenditur in fuga crimine perpetrato.*

CAP XXIIII.

Propoſuit. Appellans ab ordinario in una cã,in alijs corã eo cogit̃ rñdere,põt tñ eum recuſare, niſi cũ de manifeſto & graui errore ꝙnieẽt.h.d. Caſus patet per ſe. Quærit

BIU Cujas

1 † Quęrit gl.appellaui à delegato, qui in alia cauſa de nouo delegat,recuſatur vt ſuſpectus,quid iuris? rñ.ꝙ expectatur finis appellationis pendentis. Io.And. dicit, ꝙ ſtatim ſunt eligendi arbitri, & probato corā eis grauamine,procedit recuſatio:aliàs nō,vt notant Moder. s̄.eo.c.ad hęc.Deinde no.gl.ꝙ in notorijs non eſt locus recuſationi;qa qui non appellat,non recuſat; vnde notorius,
2 nec appellat nec recuſat. † Quæro, ꝙ dicatur crimen graue? rñ. in arbitrio iudicis. Hoſt.tñ dicit, ex quo oritur ſcandalum in populo,vel tumultus;& hoc no.pro ſtatuto Florentiæ,quod ſtatuit arbitrium executoris iuſtitiæ ꝯ eos, qui committunt crimina,ex quibus poſſet ſtatus turbari.Nam quæ ſunt,iſta relinquūtur arbitrio defenſoris ipſius, & ideo credendū eſt verbo; nec eſt opus, ꝙ probetur factū,ex quo f̄m aſſertionem defenſoris poſſit ſequi
3 turbatio; qđ eſt no.dignum.† In tex.ibi,Ipſo actu.quæro,vtrū dicatur deprehenſus in crimine, qui deprehenditur in fuga crimine perpetrato? rñ.ſic,ſi deprehendī in ipſius actus cohærētijs.ar. ff de adult.l.capite quinto.ſed ſi ante factū deprehendat in itine-
a re,non dr̄ deprehenſus in crimine,ſed in attentatione criminis, [a] & punitur integrè,vbi ſufficit attentaſſe: aliàs punitur media pęnā.i.arbitrio iudicis,vt not.Cy.in l.ſi quis non dicam rapere,C.de epiſ.& cler.& ſic plus punitur exceſſus,quàm puniatur acceſſus.

A D D I T I O.

a Vinc.God. Criminis. Adde quando criminoſus indicium,aut præſumptionem faciat aduerſus ſocios.Ruin.conſi.146.nu.8.lib.5.& ibid.nu.10.

S V M M A R I V M.

Abſoluitur excommunicatus cautione recepta, licet aduerſarius vel excommunicator appellet, ne abſoluatur, in princ. & an citata parte, num.2. ver.dicit Innoc.

1 *Iuriſdictio eccleſiaſtica in tribus locis debet exerceri.*
Confirmatio electorum poteſt ab epiſcopo fieri in camera ſua etiam in villa, non tamen in domo Regum, nu.2.ver.no.quod.
Vbi Epiſcopus, ibi cathedra eius, ver. quia vbi.
2 *Promulgatori ſententiæ iniuſtæ licitum eſt ſuam ſententiam defendere.*
Priuilegiato excedenti poteſt iuſtitia denegari, verſ.dicit H.
3 *Confirmationes an debeant fieri cum cauſæ cognitione.*
4 *Dies hominis propter peccatum Deus abbreuiat.*
Corporis ſalutem qui vult, animæ ſalutem prius quærat.
Cautio ſufficiens quæ dicatur.

C A P. XXV.

Qua fronte. Abſoluitur excōmunicatus cautione recepta,licet aduerſarius,vel excommunicator appellet,ne abſoluatur.h.d.Et prima pars repellit quærētem. ſecunda ibi,ſanè. dupliciter quæſtioni eius reſponder. Caſus.Archiepiſcopus quæſiuit à Papa de duobus. primo redarguit eum, quia non in palatio epiſcopali, nec in camera epiſcopi, ſed in camera Regis contra debitum iuris, & propriā dignitatem epiſcopos confirmabat. Deinde reſpondet quæſtionibus Archiepi.Prima talis eſt: aliquis fuit excōicatus,vel interdictus pro contumacia,vel alia iuſta cauſa, ille offert ſe ad iuſtitiam, i. ad emendam & petit ſe abſolui,an excommunicator poſſit eum abſoluere?&, reſpōdet,ꝙ ſic, ne decedat in excommunicatione, etiam ſi pars aduerſa,ad cuius petitionem fuit excommunicatus, appellat, ne abſoluatur, tamen iſte abſoluendus debebit ſufficienter cauere de parendo iuris æquitati coram Papa, ad quem appellauit, vel delegato ipſius. Secunda quæſtio fuit: aliquis conqueritur ſe irrationabiliter excommunicatum,vel interdictum,petit abſolui, & offert ſe iuſtitiæ, excōmunicator appellat,ne abſoluatur,quæritur,quid iuris? Reſponde appellationem non tenere. In tex.ibi, Qua fronte, id eſt qua audacia, quæ manifeſtatur in fronte. Ibi, Ordinem,id eſt formam. vel dic.i.ordinationem.C.de offic.præfec.prętо.l.formam,aliàs incipit,normam,& no.hoc verbum gl.
1 quæ dicit: peccaſti,quieſce. † Ibi,Non in eccleſia,no.tria loca,in quibut debet iuriſdictio eccleſiaſtica exerceri, ſcilicet in eccleſia, palatio, in camera,per præditos pontificali dignitate, & no. quod epiſcopus poteſt confirmare electos in camera ſua, etiam ſi epiſcopus habitet in villa,quia vbi epiſcopus, ibi cathedra ſua. Non tamē,ſi epiſcopus eſſet in venatione in campis,vt not.C.de ſent.& interlo.omn.iud.l.cum ſententiam.In tex.ibi,Offerat,no. de oblatione, ff.de dam.infec.l.prætor,§.ſi quis paratus. Ibi, Pars
2 † diuerſa,i.litigator.pars etiam diuerſa dicitur promulgator ſententiæ iniuſtæ, cui tamen eſt licitum ſuam ſententiam defendere, vt ĵ.de ſent.excomm. c.venerabilibus,lib.6. quia ſua intereſt, vt C.de excuſ.tuto.l.ſeueriter. dicit Inn.quod non debet quis abſolui,niſi aduerſario citato: & ratio eſt, quia abſoluere eſt innoa uare,& quia poteſt contradicere, ſi ei non reficiantur expenſæ. [a] C.de iudic.l.tancimus,vel non caueatur idoneè. ff.qui ſatisda.cogant.l.furioſo,§.fin. & l.ſi ab arbitro, & argum.in c.quamquam de vſur. lib. 6. hanc cautionem ex officio iudex recipere poteſt, præſertim cum ex mero officio proceſſit, & argum. ff. de furt, l.ſi quis vxori,§.ſi fugitiui,qui §.eſt not.& ff.de in ius voc.l.eum, pro quo. per quam l.probatur, quod contra hos fideiuſſores fit executio ſine libello,vt & aliàs contingit. ff.manda. l.ſi remunerādi,§.Maurus,quia iudex pro executione ſuę iuriſdictionis non habet offerre libellum.ff.de rei vendic.l.qui reſtituere,in glo.prima. Dicit Hoſt. quod ſi priuilegiatus excedit,poteſt ſibi iuſtitia denegari. ad idem ĵ.de deci. cap.nuper, per Ioan.And. Nota, ꝙ confirmationes electorū non debent fieri in domibus Regum;
3 tamen factæ tenent, ſecundum Innoc.& Hoſt. † Quæro,vtrum confirmationes debeant fieri cum cauſæ cognitione? dicit Ber-
4 nar.quod ſic,dic,vt in cap.vlt.de elect.lib.6.† Item no.quod propter peccatum Deus abbreuiat dies hominis;& ideo qui vult ſalutem corporis, prius quærat ſalutem animæ, quia anima iuuat corpus,non è cōtra.nam iuſtitia,& miſericordia Dei pariter dies mali abbreuiantur naturaliter, dicit gloſ.ſuper Pſalmo, Et erunt dies illius anni lxx.vbi glo.dicit,abbreuiati ſunt dies mali propter peccatum; & dicit Ariſtoteles, quod magnum malum eſſet, ſi malus exiſtēs immortalitatem promereretur: è contra,dies Sanctorum abbreuiantur, quoniam mundus dignus ipſis non eſt, ſecundum Apoſtolum, ſed vt plurimum augentur, quia in bene agendo eſt lætitia, quæ renouat dies ſicut aquila. Item nota, quod non debet quis expectare mortem, vt agat pęnitentiam
5 † Quæro,quæ dicatur ſufficiens cautio?reſpondeo,illa,quam ius requirit,Bernar.adde quod not. s̄.de offic.deleg.ex literis,in glo. hoc obtinet, & s̄.de dolo & contum.cap.prout, ibi, Si maluerit aduerſarius, ſuper hoc verbo, vide quod not.Ioan.And.in c.cordi,ĵ.eo.in gloſ.quia non ſufficit,lib.6.

A D D I T I O.

a Expenſæ.Vide Barb.conſi.90.in tertia parte ſuorum Conſiliorum.

S V M M A R I V M.

1 *Appellanti ſtatuitur terminus intra quem ſi non proſequitur appellationem appellato proſequenti condemnatur in expenſis, in princ. & in intereſſe aduerſarii, num.3.*
Monitio canonica debet præcedere excommunicationem, & quamlibet ſententiam cenſuræ, niſi ſit caſus, in quo quis ſit excommunicatus ipſo facto, & num.7.
Infamia tribus modis irrogatur, ver.& eſt.
2 *Appellari non debet à diſciplina.*
3 *Appellatione deſerta, iudex à quo, liberè poteſt vti ſua authoritate.*
4 *Statuta monaſterii debent fieri per prælatum, & capitulum.*
Corrigendi maximè regulares.
5 *Terminus totus an ſit expectandus, ſi tantum tempus eſt lapſum, quod certum eſt intra reſiduum appellationem exerceri non poſſe.*
6 *Monitio canonica quæ dicatur.*
7 *Conſtitutio epiſcopi, ſi quis fecerit furtum, ſit excommunicatus ipſo facto, an valeat.*
8 *Deſertor ſi non habet proprium, luet in corpore.*
Monachus qualiter reficiet expenſas, ver.ecce monach.
Reditus & prouentus clerici auferuntur ob eorum debita ſoluenda, ver.qualiter ergo.
Inopia eſt quædam exceptionis ſpecies, ver.alibi.
Feudum prælati delicto quando amittatur, §. conſidera.

C A P. XXVI.

Reprehenſibilis. Prælati ſuſpendere, vel excōicare non debent niſi monitione præmiſſa. ſubditi, pręcipuè regulares ꝯ diſciplinam appellare non poſſunt. appellanti ſtatuitur terminus infra quem ſi non proſequitur,iudex procedit. appellans,ſi non proſequitur appłonem, appellato proſequenti ꝓdemnat̄ in expēſis. h.d. Et ſunt quinque dicta.ſcđm ibi,nec ſubiecti.tertiū ibi,ſi verò.quartū ibi,ſi autem. quintū ibi,præcipuè.Caſus.Prelati nimis prompti & faciles erāt ad excōicandum:& ſubditi nimis prompti & faciles ad appellandum. ſtatuit Cōcilium,ꝙ prelati non poſſint ſuſpendere,nec excōicare,niſi monitione p̄miſſa. & ꝙ ſubditi non poſſint à canonica diſciplina appellare, & ꝙ appellāti præfigat̄ terminus,intra quē ſi neglexerit proſequi eps à quo eſt appellatum, liberè ſua authoritate vtatur. Item ꝙ appellans nō ueniens condemnatur in expenſis. Item ꝙ regulares,præcipuè cum pro ſuis exceſſibus ſunt corrigendi, ꝯ regularem diſciplinam prælati & capituli ſui
1 non audeant appellare. No.† ꝙ canonica monitio prędcedere debet excōicationem, & quamlibet, ſnīam cenſuræ, niſi ſit caſus in quo quis ſit excōicatus ipſo facto.& eſt ſimile in infamia,quę tripliciter irrogatur,per ſententiā,ex genere pœnę,& ipſo facto,
2 vt dicit gl.not.ff.de infa.l.ictus fuſtium.† No.à diſciplina non appellari. vnde diſciplinati S. Franciſci nō poſſunt appellare ab his, quæ mandantur ſibi per Priorem f̄m eorum regulam, quia ſcriptum eſt. Apprehendite diſciplinam,ne quando iraſcatur dominus, & pereatis de via iuſta. † Tertio no. ꝙ deſerta appellatione.
3 iudex à quo, liberè ſua authoritate poteſt vti, & no.aduerbium, liberè. Vlterius no.de refectione expenſarum.Sed nunquid maiori pœna punitur deſertor,quàm in refectione expēſarum? Reſpondeo,punitur in eo,ꝙ concernit intereſſe aduerſarij,ff.de vſuris,l.tutor,in princ. ſed non punitur criminaliter de iure canonico,vnde l.eos,§.ne temerè,C.de app. non obtinet de iure canon.
4 vt ſing.not.in l.1. ff.à quib.app.non licet. † No. in verbo, prælati ſui, & capituli, ꝙ ſtatuta monaſterijdebent fieri per prælatum, & capitulum. No.ꝙ regulares maximè ſunt corrigendi & tunc,

BIU Cujas

tractentur vt filij, licet nõ gratè, tñ iustè. ff. de verb. obl. l. quidam
5 cum filium. † Quæro, pone, tantũ tempus est lapsum, quod certum est intra residuum appellationem exerceri non posse, nunquid totus terminus est expectandus. dicit Io. And. q̃ sic, per cap. commissa, de elect. lib. 6. & ideo si iudex, à quo interim aliquid innouaret, esset irritum, quia nondum reassumpsit officium, arg.
6 C. qui ad bon. poss. ad mi. l. fi. † Quærit glos. quæ dicatur canonica
7 monitio? dic, vt ĩ. de sent. excõ. c. constitutionem, lib. 6. † Quæro, vtrum valeat constitutio episcopi, si quis fecerit furtũ, sit excommunicatus ipso facto? & videtur q̃ non, quia non præcedit monitio. dic contra, vt hic in ver. nisi fortè, quia in excõmunicatione canonis non requiritur monitio, vt in c. vt animarum, §. r. de
8 const. lib. 6. † Quærit gl. quid si desertor [a] non habet propriũ? dic luet in corpore, ĩ. de præb. c. de multa, in 4. glo. quæ pœna liberat à debito temeritatis, non dico ꝯctus, vt ff. de iu. patr. l. diuus Vespasianus. quæ lex est ad hoc no. Ecce monachus habet reditus ecclesiasticos, proprium. n. patrimonium habere non potest, qualiter ergo reficiet expensas? Rñdeo, de prouentibus ecclesiæ suæ quasi de peculio suo, ĩ. de fide iuss. c. 3. C. qui bon. ced. poss. l. pen. ff. de min. l. denique, §. sed vrrũ, ff. de iudi. l. si filius. Item cum fuit in iudicio de consensu reg. superioris, non mirum si cogitur de prouentib. sibi debitis. ff. de re iud. l. cõmodissimè. dumtn̄ ecclesiæ debita obsequia non subtrahantur, vt in c. si pp̃ tua debita, de rescrip. lib. 6. & aliqualiter facit ff. de noxa. l. si condemnatus, ff. de iud. l. si longius, §. fi. & quod no. in Auth. apud quos oportet mona. §. fin. ff. de accus. l. hos accusare, §. omnibus. vbi dr̃, qui, nihil habet nihil soluere potest. Alibi dicitur, q̃ inopia est quædam species exceptionis. ff. de procur. l. Titius, ff. de dolo, l. nam is, ff. ad le. Falc. l. quærebatur, C. de mendi. vali. l. 1. lib. 10. vides, q̃ non parcitur præposito, quin sui reditus auferantur sibi: episcopus etiam propter feloniam perdit feudum in sua vita, postea verò ecclesię non præiudicat, de cap. Conradi. c. si clericus. h. d. hic Ioan. And. Considera rationem illius cap. quæ stat in hoc, q̃ quando feudum conceditur prelato, duobus conceditur, vel concedi videtur, s. prælato, & ecclesiæ. vnde, si deliquit prælatus, quod concessum est prælato ad vitam suam, redit ad dominum: sed eo mortuo, liberè factum est ecclesiæ, & nullus prælatus potest præiudicare, nisi primus postea, quàm semel transiuit ad ecclesiam, argum. ff. de leg. 3. l. pater, §. xv. libertos. Item nec primus præiudicaret, si accepisset nomine ecclesiæ tantum, argum. C. de iure deliber. cum aliquis, C. de vsufr. l. fin. quæ lex est multum not.

ADDITIO.

[a] Vinc. God. Desertor. Adde, q̃ desertio excusatur paupertate, Bal. in l. fi. in prima oppos. C. de cond. inser. Bart. in l. si procurator, §. ignorantes, ver. secundo nota. ff. mand. vide Cassiod. decis. 6. de appell.

SVMMARIVM.

Appellans cogitur per iudicem à quo, appellationem prosequi, vel parere sententiæ, in princ.

1 *Causa suspicionis potest compromitti in vnum arbitrum, de quo partes sunt concordes.*

2 *In causa schismatis ad eligendum bonum virum, qui causam decidat, si consilium non possit habiliter congregari, compelli debent partes.*

In alternatiua compulsione, electio est eius qui compellitur.

CAP. XXVII.

Ad hæc. Appellans cogitur per iudicem à quo, appellationem prosequi, vel parere sententiæ & æquitati, recusans iudicem vt suspectum, cogitur per eum eligere al-
1 terum, cuius authoritati pareatur, † Et nota, q̃ causa suspicionis potest compromitti in vnum arbitrum, de quo partes sint concordes: aliàs debent esse tres. ĩ. eo. c. secundo requiris, §. fi. vel dic, quod ista non est via arbitrorum, sed tertia via magis facilis & magis prompta. simile arg. ff. de arbit. l. si vnus, §. principaliter.
2 † No. hic de alternatiua [a] compulsione, & non est electio com-
a pulsoris, sed eius, qui compellitur. & est argum. q̃ in causa schismatis debeant compelli partes ad eligẽdum bonum virum, qui causam decidat, si consilium non posset habiliter congregari. & ad hoc Principes seculares compellent eos causatiuè subtrahendo eis reditus. & obedientiam non imbursando sibi. ff. pro emp. l. qui fundum, §. si tutor.

ADDITIO.

a Vinc. God. Alternatiua. Adde, q̃ alternatiua inter genus & speciem, resoluitur in coniunctam, vel stat expositiuè, Ruin. consi. 84. nu. 8. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Ad residentiam monitus si appellat, quid iuris, in prin.*

2 *Appellari an possit sine expressione causæ grauaminis.*

Residentiam & curam, omnium spiritualium, & temporalium requirũt omnia beneficia regulariter.

CAP. XXVIII.

1 **Peruenit.** Si † canonicus ad residentiam monitus appellat, statuitur sibi terminus ad prosequendũ appellationem, interim de beneficio suo per vicarium deseruitur de ipsius prouentibus sustentandũ. h. d. Casus. Episcopus mandauit canonico, q̃ resideret in ecclesia; canonicus appellauit. Papa dicit, q̃ appellatio præsumitur frustratoria, & ideo mandat, q̃ aut respondeat, aut iter arripiat, aut præbenda priuetur, & alij conce-
2 datur. † Opponitur istud mandatum est quędam interlocutoria, ergo non tenet appellatio, cum fuerit appellatum sine causa. Solu. quando non potest plus vel efficacius iniungi per diffinitiuã, quàm fuerit decisum per interlocutoriam, ita potest appellari sine expressione causæ grauaminis, sicut quando appellatur à diffinitiua: sed quando potest iniungi per diffinitiuam plus quàm fuerit iniunctum per interlocutoriam, tunc requiritur expressio causæ grauaminis, secundum Ioan. And. q̃ est singulare, & valde no. hoc non intellexit Bar. ff. de mino. l. ait prætor, §. permittitur. No. q̃ regulariter omnia beneficia requirunt residentiam & curam spiritualium & temporalium. Ber.

SVMMARIVM.

1 *Appellare potest Rex Franciæ bene pro iure Iudæorum.*

CAP. XXIX.

1 **Consuluit.** † Iudæi sunt multum vtiles Regi Francorum, & ideo appellabat pro ipsis contra ius commune; non tenet tamen appellatio Regis. h. d. No. non curari plus de Rege Franciæ, quàm de alio: tamen pro iure Iudæorum Rex bene potest appellare: quod est notandum.

SVMMARIVM.

1 *Citatum quis si se scit præsumitur malitiose uersari.*

CAP. XXX.

Ad hæc. Missio nuncij tuetur citandũ non citatum, quia est præuentus. h. d. No. citationis effectum: quia
1 † qui scit se citatum, præsumitur malitiosè versari.

SVMMARIVM.

Appellationi interiectæ ad Papam qui nõ detulit, remittitur puniendus, litẽ facit suam, & aliis pœnis condemnatur. in prin. & nu. 2.

1 *Prælatus non potest feudum ecclesiæ suis consangnineis concedere, & quod, & quando.*

2 *Contra consanguineos præsumitur, & quando.*

Relictũ pro anima non põt distribui cõsanguineis cõmissariorũ, ver. quę dico.

Relictũ consanguineis non præsumitur relictũ ad pias cãs, ver. & si testator.

Appellans si succumbit, lite perdita notatus abscedit, ver. & ille qui.

CAP. XXXI.

De priore. Qui nõ detulit appellationi interiectæ ad Papam, remittitur puniendus. h. d. Casus. Quidam Prior fecit spoliari canonicum suum vsque ad interulam, non obstante appellatione interposita ad Papam: Papa mandat hũc Priorem ad se remitti. Vel dic, q̃ Prior cogebat canonicum ad consentiendum feudo, vel donationi, quam faciebat consanguineo suo. nam, quia hoc est illicitũ, potest appellare secũdum
1 Inn. & Io. And. † Dicit gl. q̃ prælatus non potest feudum ecclesiæ suis consanguineis concedere, quia præsumitur cõcessio ambitiosa, vt not. in c. 1. qui suc. ten. coll. 10. & hoc verum de nouo, sed antiqua feuda bene potest refirmare. ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. fi. tamen si prelatus infeudat de nouo propter insignia merita, bene valeret infeudatio, arg. ff. de dona. l. si pater, intelligo de
2 nouo non quo ad res, sed quo ad personas, præsumitur † ergo contra consanguineos propter nimiam affectionem. C. de sacrosan. eccl. auth. quibuscunque modis, & c. illud, eod. tit. vbi est glo. sing. quæ dicit, q̃ relictum pro anima non potest distribui consanguineis commissariorum: & si testator aliquid pro anima reliquit consanguineis suis, non præsumitur relictum ad pias causas, arg. optimum ff. de excus. tut. l. tutor petitus, §. quę tutoribus. dicit gl. q̃ talis Prior debet deponi. Idem not. Io. 2. q. 6. c. de cætero. posset aliter dici secundum canones: nam aut non defert appellationi in causa criminali, & deponitur, vt d. c. de cætero. sed si est causa ciuilis, non deponitur, sed remitti debet ad curiam satisfacturus de tanto excessu, vt hic. præterea facit litem suam, Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto, in princ. & condemnari debet ad interesse, ĩ. de sent. excom. sacro. secundum leges verò in causa ciuili iudex debet remitti ad Principem, vt digno supplicio puniatur, & ille, qui appellauit, & succubuit, lite perdita notatus abscedit. C. de appell. à proconsulibus. in causa ciuili xxx pondo auri mulctatur. C. de appell. l. quoniam.

SVMMARIVM.

1 *Abbates infamia respersi, aut conuicti, in capitulo generali commoniti debent cedere, & appellare non possunt.*

Generales Prædicatorum, Minorũ, & hospitaliũ, qui electi administrãt sine confirmatione, compelluntur cedere iudicio diffinitorum Concilii, §. dicit.

CAP. XXXII.

1 **Quia nos.** Statuit Papa in capitulo isto, q̃ † abbates infamia respersi, aut conuicti in capitulo generali commoniti debeant cedere, & non possunt appellare. Goffre. & Host. dicunt, q̃ loquitur secundum consuetudinem monasterio rum quorundam. Dicit hic Io. And. q̃ Generales Prędicatorum, Minorum, & hospitalium, qui electi administrant sine confirma tione, cõpelluntur cedere iudicio diffinitorum Cõcilij. Et idem esset in Papa, si propter schisma fieret concilium, cum Papa administret forte absque aliqua confirmatione.

SVM-

BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Si appellans non prosequitur appellationem, iurisdictio redit ad delegatum, sicut ad ordinarium.*

CAP. XXXIII.

1 **Ad aures.** Si† appellans[a] non ꝓsequitur appellationem,
a iurisdictio redit ad delegatum sicut ad ordinarium. Et sic no.qđ appellatio,quæ non est prosecuta, nō eneruat iurisdictionem iudicis delegati.

ADDITIO.

2 Vinc.God. Appellans. Adde ꝙ appellatio dicitur deserta,si appellans non petat apostolos,& iudex non det eos. Rota decis.410.si auditur.in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Appellasse intelligitur,qui se & sua submittit Apostolicæ protectioni.*
Sub protectione Papæ qui est non est exemptus.§.oppono.
Protectio,quæ habet uim appellationis,requirit solemnia appellationis,ibid.

CAP. XXXIIII.

1 **Ad audientiam.** Qui † se & sua apostolicæ protectioni sumittit,licet appellationis verbum non exprimat,intelligitur appellasse. Prima pars narrat factū. Scđa dat iudices. scđa ibi,licet autem. casus planus est. No. quod dixi in summario. item no.ꝙ simplicitas non nocet, j. de rerum permuta. c. cū vniuersorum. Oppo. quod licet aliquis sit sub protectione Papæ, tamen non est exemptus. Sol. uerum est in protecto per priuilegium : secus, si est ꝓtectus per recursum ad superiorem,ut hic.& no.quod protectio, quæ habet vim appellationis,requirit solemnia appellationis,secundum Host.

SVMMARIVM.

1 *Remitti causa ad iudicem à quo quando possit.*

CAP. XXXV.

1 **Accepta.** Causa † non debet remitti ad iudicem a quo, nisi de consensu partium. concor. C. de appel. l.eos,in princip. nisi appelletur ab interlocutoria, & appellatio pronunciatur iniusta,ut ff.de mino.l.intra utile.

SVMMARIVM.

Recusari potest etiam delegatus appellatione remota,& quibus ex causis, in prin.
1 *Consanguineus vsque ad quem gradum intelligitur.*
Ad arbitrium iudici non est recurrendum, vbi de verborum significatione tractatur,ver.quia vbi.
2 *Testis,quid iuris, si æqualiter est consanguineus vtriusque partis.*
3 *Coniuncta persona an possit agere pro coniuncta ubi est par coniunctio,& an fideiubere.*

CAP XXXVI.

Postremo. Delegatus etiam appellatione remota recusari potest si sit impetrantis consanguineus,
1 uel in illa causa eius,aduocatus.† Quæro, vsq; ad quem gradum intelligitur consanguineus? gl.dicit vsq; ad quartum. pro glo. facit C.de aduo.diuer.iud.l.petitionem.§.ingredientem.& hoc in transuersalibus sed in ascendentibus in infinitum. postea dicit,ꝙ omnes, qui succedere possunt, dicuntur consanguinei, ut no.
a C.ad Turp.l.si fœmina,ubi est optima[a] glo.in simili materia, uidelicet quod illi dicuntur suorum iniuriam prosequi,qui succedere possunt ab intestato. Ioan. And. dicit, quod hoc est arbitrarium. gl. C.qui accusa.non pos.l.neganda. dicit quod hoc non est multum extendendum. tenet glo. quæ est in d.l.si fœmina. quia ubi de significatione uocabuli tractatur,non est ad arbitrium iudicis recurrendū, ut ff.de iurisd.om.iud.l.qui iurisdictioni.& l.1. C.si quacunque prædi.po. Sed gl.in l.vt uim,ff.de iusti.& iu.dicit
2 affectionem considerari.† Quærit gl. quid si est æqualiter cōsanguineus vtriusque partis? & respondet,quod non presumitur esse suspectus,ut ff.de ri.nup.l.non solum.§.de vno. nisi aliud appareret ex indicijs. Itē no.in teste.c.1.3.q.5.in Spec.de teste.§.j.ver.
3 quid si testis.† Quæro,coniuncta persona potest agere pro coniuncta,nunquid hoc est verum,si par est coniunctio? Respon.sic. Item & iubere,ut.ff.de in ius uoc.ut eant.l.2.

ADDITIO.

a Optima. Vide no.per Do.nouis.in l.qui se patris, C.vnde lib.& per Raph. Cō. & Repeten.in l.in suis.ff.de lib.& posth.

SVMMARIVM.

Interdicti sententia non suspenditur per appellationē sequentem, in princip.
1 *Episcopi habent tres potestates,& quas.*
Clauium,iurisdictionis,& diœcesani potestas episcopalis in quibus consistat,
& a qua non appelletur.
Excommunicatio non suspenditur per appellationem,& quare.§.istud.
2 *Ecclesia vel ciuitas si sit interdicta,vt ciuitas Bononiæ, & fuit relaxatum interdictū ad tempus,interim fuit appellatum,postea ciuitas recidit in interdictum an possint pendente appellatione ibi celebrari diuina.*
3 *Liberatus ad tempus,elapso tempore tenetur de veteri obligatione,nec est necesse quod iterum obliget se.*
4 *Suspensio interdicti non eradicat interdictum.*
Excommunicatio suspendi non potest, versic.nam interdictum.
5 *Suspensio tenet medium inter ens & non ens.*
6 *Suspendere episcopus an possit suum interdictum,sicut ex toto tollere.*
7 *Suspensus si sit aliquis ab ingressu ciuitatis,uel domus,an appellatio rescindat istam suspensionem temporalem.*
Interdictum si fiat loci,omnes loci personas afficit,secus si fiat personarum, ver.ecce episcopus.
Suspensionum genera & formæ quæ,remiss.versicu.item dicit.

CAP. XXXVII.

Ad hæc quoniam. Sentētia interdicti non suspenditur per appellationē sequentē.h.d. Casus. Aliquando excommunicati appellabant,postea statim celebrabant; & sic potestas clauium erat elusoria. Ideo statuitur, ꝙ appellatio non tueatur appellantem in omnib.sententijs censuræ super excommunicatione, suspensione, & interdicto eccleſiastico. † No.ꝙ epi hūt tres potestates, s. potestatem
1 clauium q̄ ꝓsistit in trib.generib.censurę,s.excōicatione,suspensione,& interdicto eccleſiastico,& in horū absolutione ptātem iurisdōnis,q̄ ꝓsistit in tribus,videlicet mero imperio,mixto & iurisdōne: ptātem diœcesani,quæ consistit in muneribus, honoribus,& sacris. a sola potestate clauium non appellatur,ita s.ꝙ pronunciatum ex ipsa appellatione rescindatur,vel suspendatur. & similis est excommunicatio carcerati. nam foribus clausis,nisi ille q̄ hēt claues carceris,aperiat, nō ꝑt carceratus, licet uociferet vsq; ad cœlum,exire muros carceris. ad hāc similitudinē claues spūales rediguntur de excommunicatione Iudaica dico, ꝙ illa per appłonem suspenditur,quia profana est: in hoc consuetudo Iudæorum seruanda est inter ipsos,non quia eorum superstitio approbatur,sed quia toleratur. Istud c.ignorauit gl. Accur. quæ est. C.si a non comp.iu.l.fi. quæ dicit,quod excōicatio interdum suspenditur per appellationem, quod falsum est, qa spāle est in sententijs censuræ,tū pp auctoritatem clauium,tum quia traxit secum excommunicationis effectum. tum etiam quia canō sic vult pp bonum humilis obedientiæ, & propriæ salutis, tū quia est quoddam electuarum medicinale,licet amarum, ut infra ca.
2 pastoralis, tum quia non sunt proprie sententiæ. † Quærit hic gl. ualde no. Ecclesia,uel ciuitas est interdicta, ut ciuitas Bononiæ: fuit relaxatum interdictum ad tps: interim fuit appellatum, postea ciuitas recidit in interdictum,utrum possint pēdente appellatione ibi celebrari diuina? Rūdeo ꝙ nō: quia appellatio fuit interposita post interdictum, quod non fuit reuocatum, sed ad tps suspensum; & hoc tenet hic gl. Inn. & Compostella. supra de consuetu.c.cum inter. & videtur hoc probari tatione : quia unū est interdictum. ff.de prec.l sed si manēte. sicut unum est vulnus, quod recidiuauit. ff.locati. l. nos uideamus. quia non erat perfecte curatum: alias secus. ff.de ædil.edic.l.quod ita sanatum. Item alia ratione : quia iste est similis homini habenti dilucida interualla, qui sub eodem curatore semper perseuerat. C. de
3 cur.furio.l.cum alijs.† Item ad hoc, quia lex dicit, quod liberatus[a] ad tps, elapso tēpore, tenetur de veteri obligatione, nec est
a necesse, ꝙ iterum obliget se. ff.de pact.l.si vnus, §. 1. sic em̄ bannitus,banno suspenso ad tps, post tempus recidit in idipsum, & sic potest impune offendi,nec est opus eum de nouo banniri,ut
4 ibi no. Cy. ad idem facit,ff.si cer.pet.l.lecta. † Et dicit Inn.quod suspensio interdicti non eradicat interdictum, sed interim dormit; nam interdictum potest suspēdi,licet excōmunicatio non possit suspendi: quia eius effectus non potest ad tempus relaxari,sed effectus interdicti sic; ꝙ dicunt esse uerum, si interdicitur locus; secus. si persona,quæ non pōt diuidi, & lepram oportet perfecte curari; ideo nemo potest pro parte esse liber,& pro parte seruus. de hac materia no. Inno. infra de priui.c.priuilegia, & Io. And. j. de sen.excō.presenti,lib.6. dicit Accur. quod nō abrumpitur,quod in suspenso retinetur. ff.de ver.obl.l.2.§.2.& in l. inter stipulātē.§.sacrā. dicit lex ꝙ aliud est res, aliud effectus rei.
5 ff.de don.inter vi.& vx.l. cum hic status. §.siue. † Item dicit lex, quod suspensio tenet medium inter ens & non ens. ff. de cond. inde.l.sufficit. Hæc omnia fuerunt uentilata Bononiæ tempore interdicti; & quidam uoluerūt defendere ꝙ posset celebrari: sed
6 rei ueritas est in contrarium. † Quærit glo. nunquid ep̄s possit suum interdictum suspēdere, sicut ex toto tollere: quia si potest plus, ꝙ est in totum tollere, pōt minus. j. qui fi. sint le.c.p uenerabilem. ff.de in litem iur. l.uideamus. §. fi. & dicit, ꝙ interim pōt appellari. Considera, si pōt appellari, ergo appellatio suspendit iudicatum; si uero est nisi unum iudicatum, & illud est suspensum; ergo celebrans, durante appellatione, licet finita suspensione, non est irregularis. hanc opinionem conabantur de
b fendere Io.Cald.[b] & Io. de Lig. & unus eorum fecit super hoc longum

ADDITIONES.

a Vinc.God Liberatus. Adde quando liberatio non extenditur ad ius de futuro, Rui.consi.13.nu.9.lib.3.

b Vin.God.Cald. Adde in tract.de interd.eccleſiast.lib.xj.Tract.fol.78.Io.de Ligna.in Tract.de eccleſiast.interd.lib.11.fol.87.& in eod. lib. de cen.eccleſiast. seu de excom.fol.288. addidi hæc ut legi possint.

BIU Cujas

7 longum tractatum, quem ego non habeo. † Quæro, aliquis est suspensus ab ingressu ciuitatis, vel domus, an appellatio rescindat istam suspensionem temporalem? respon. sic, secundum Inn. ℣.de pœnis, c. fin. Item si clericus sit suspensus à perceptione fructuum, vel Doctor à lectura. quæstio ista non est sententia censuræ, ℣.de verb.sign. quærenti, Inno. ecce episcopus vult, ꝙ suum interdictum non liget Titium, quin possit celebrare. respon. si interdixit personas, potest: si locum, non potest: quia locus est affectus. dicit hic Inno. ꝙ in spiritualibus in dubio semper est obediendum. Item ponit similitudinem inter excommunicationem, & suspensionem. Item dicit, quot sunt genera, & formæ suspensionum, vide Inno. quia non eget interprete.

SVMMARIVM.

1 *Remissio causæ fit ad priorem iudicem, nisi constet à sententia, vel iusto grauamine appellatum.*
Appellatio frustratoria reiicitur per iudicem ad quem, licet per iudicem à quo fuerit ei delatum, §. nota.
2 *Inhibere, siue interdicere non potest iudex ad quem, nisi facta sibi fide de appellatione.*

CAP. XXXVIII.

1 **Cum in ecclesia.** Iudex † appellationis remittit ad priorem iudicem, si non constat sibi à sententia, vel iusto grauamine appellatum. h.d. Nota, quod
a frustratoria[a] appellatio reiicitur per iudicem, ad quem, licet per iudicem a quo fuerit delatum appellationi. Secũdo nota, quod
2 † si negetur appellatum, vel negetur intra dies decem appellatum, debet fieri fides de appellatione: nec potest interdicere iudex ad quem, ne procedatur: quia non constat sibi, an sit iudex, ℣.eod. cap. Romana, lib. 6. & adde quod not. Innoc. ℣.de fide instrum. cap. G. perpetuus. Papa mandat hic Archiepiscopo, ne admittat appellationem, siue libellum conuentionalem appellationis, nisi ei constet appellatum esse. simile in l. hæc autem, post princ. ff. ex quib. cau. in poss. ea.

ADDITIO.

a Frustratoria. Vide D. Card. Flor. in cons. 32. incip. Orta inter A. & B.

SVMMARIVM.

Appellare denuo quis potest à nouo grauamine, licet semel appellauerit, & appellatione deserta venerit ad iudicem, in princ.
1 *Appellare quoties est licitum.*
2 *Sententiam dicere nullam quoties est licitum.*

CAP. XXXIX.

Directæ. Qui semel appellauit, & appellationem deseruit, ad primum iudicem reuertendo, si de nouo grauatur potest iterum appellare, præsertim in defensione matrimonij. Casus. Mulier vendicabat virum excipiebatur de consanguinitate; lata fuit sententia interlocutoria: mulier appellauit; tandem appellationi renunciauit redeundo sponte ad obedientiam primi iudicis, demum fuit iterum grauata: quæritur, vtrum possit appellare? respondeo sic, maximè in fauorem matrimonij. Quæro, quæ erat ratio dubitandi? respon. quia semel calumniata ftiuolè appellando, argum. ff. de accus. l. si cui, §. 1. &
1 quia semel personam iudicis approbauit, nec videbatur variare posse. C. de reb. cred. l. si quis iusiuran. Quæro, quoties † sit licitũ appellare? respon. à diffinitiua non est licitum appellare, nisi bis, sed ab interlocutoria licitum est appellare sub quolibet diuerso
2 cap. Ber. † Quæro, quoties est licitum dicere sententiam nullam? respondeo, bis, vnde si quis habuit tres sententias cõtra se, vnam in prima causa, duas super causis nullitatum, fit contra eum executio, vt in c. vt calumnijs, de re iudic. in Cle. v.g. Titius fuit mihi condemnatus in centum ex mutuo, dixit sententiam nullam, &
a succubuit. Item dixit sententiam[a] secundam nullam, & succubuit, debet parere tribus sententijs, quod dic, vt in cap. vt calumnijs, quod est nouissimum & singulare capitulum.

ADDITIO.

a Vinc. God. Sententiam. Adde, ꝙ sententia tertia, quæ super eadem refertur, quando nulla reputetur, Ruin. cons. 114. num. 17. lib. 5. & ibid. nu. 12. quando dicatur lata ab obseruatione iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Pendentia appellationis interpositæ ante existentiam condititionis facit, qđ sententia excommunicacionis, suspensionis, vel interdicti non trahit secũ executionem, & in prin.*
2 *Sententia excommunicationis fertur per hæc verba enunciatiua, excõmunicatum te esse cognoscas.*
Verba enunciatiua, siue certificatiua, siue declaratiua de præsenti, disponũt, si principaliter emissa propter se, ver. nam siue.
Nisi, hæc dictio importat conditionem, §. Deinde.
3 *Sententia excommunicationis est istius naturæ, quod ante perfectum grauamen suspenditur per appellationem, post perfectum non suspenditur.*
4 *Appellare licet à sententia excommunicationis ante diem, vel conditionem quandocunque, postea nunquam.*
Conditionalis sententia, an fingatur retro, §. opponitur.
5 *Sententia, Nisi intra tot dies satisfeceris, te excommunico, valida est.*
In mora semper est delinquens, si culpa est dolosa, non secus, ver. sed nonne.
6 *Pendente excommunicatione, si excommunicatus tulit testimonium, nec appellauit postea extitit conditio, an testimonium vitietur.*
2 *Excommunicatus conditionaliter, quid iuris, si interim mutat forum.*
Tempus medium sententiæ, seu iudicii quo ad iurisdictionem iudicis inspicit.
8 *Pendente conditione si iudex est mortuus, an expiret eius sententia.*
9 *Iudex si dixit, Si Titium elegeris, sis excommunicatus, & ipse elegit, quid iuris, si obiiciatur, quod electio facta est ab excommunicato.*
Ex conditionali sententia quando pœna incurratur.
10 *Sententia excommunicationis an transeat in suum naturalem effectũ, si dũ legitur antequam legatur verbum, excommunico, prẽmisso nomine excõmunicandi appelletur.*
11 *Sententia si ita concipiatur, si non satisfeceris intra 20. dies ex nũc sis excõmunicatus, aut ex tunc si dicat, an sit differentia.*
12 *Conditio an fingatur retro in vltimis voluntatibus.*
13 *Conditio an in legibus trahatur retro.*
14 *Sententia si dicat, o Petre, nisi te purgaueris, non te absoluo, an si purget se, sit absolutus.*
15 *Excommunicatio ista, Nisi satisfeceris, te excommunico, an hodie valeat.*
16 *Verba ista, Nisi satisfeceris, quid importent.*
17 *In sententia iudex, quid iuris, si dixit, nisi feceris, quod Titius habeat, &c. te excommunico.*
18 *Furtum quoddam si de nocte fuerit commissum, an episcopus possit excõmunicare omnes scientes, nisi manifestauerint.*
19 *Pœnæ temporales recipiunt consummatum esse, spirituales inchoatum.*

CAP. XL.

Præterea requisiti. Sententia excõicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub cõditione suspenditur, si ante conditionis existentiam fuit appellatum. secunda ibi, videtur. Casus. Iudex ita protulit sentẽtiam, Nisi intra 20. dies satisfeceris Titio, cognoscas te excõicatum: vel dixit, Cognoscas te suspẽsum; vel dixit, Cognoscas te interdictum. tu ab ista sententia appellasti ante 20. dies solutioni præfixos, & in termino non soluisti. Queritur, vtrum pendente appellatione sis excõicatus? respon. ꝙ non: quia appellationis interpositio fa-
1 cit te interim non ligari. No. ꝙ dixi in summario. † No. ꝙ pendẽtia appellationis interpositæ ante existentiam conditionis facit, ꝙ sententia excõicationis, suspensionis, vel interdicti non trahit secũ executionem. & est ratio, quia appellatio impedit trahere,
2 sed non tractum esse. † Secundo nota, ꝙ per ista verba enũciatiua, quinimò certificatiua, Excõicatum te esse cognoscas, fertur sententia excõicationis. nam siue dicamus esse verba enunciatiua, siue certificatiua, disponunt: quia sunt emissa principaliter pp se. ff. de doli excep. hac scriptura. siue sint verba declaratiua de p̃senti, sic disponunt. ff. de arb. l. quid enim, §. si arbiter. hoc tenet Iac. de Are. ff. de iniusto test. l. si quis exheredato. de hoc no. ℣.de sent. excõ. c. si quem. Alij contradicunt dicentes, ꝙ ista sententia non tenet nisi expresse iudices excõicant, vt not. Goffre. in Summa sua, ℣.de sent. excom. quia nõ est hic verbum excõicationem significans, neque actum excõicandi proferens. C. de senten. & interloc. l. prẽses. Ista opi. verborum figuram ponderat, sed prima opi. præualet, quia ponderat mentem & sensum, arg. C. de liber. præte. l. 3. vbi per hæc verba, Alienus esto à substantia mea, fit exhæredato, qui sensus magis præualet. ff. de verbo. sign. l. quisquis
a mihi, & l. nepos Proculo. Deinde no. hic, ꝙ dictio nisi,[a] importat
3 conditionem. Item no. ꝙ † sententia excõicationis est istius naturæ, quod ante perfectum grauamen suspenditur per appella-
4 tionem, post perfectum non suspenditur. Item † no. mirabile in sententia excommunicationis, quod ante diem, vel cõditionem licet appellare quandocunque, postea nũquam. Opponitur sententia conditionalis fingitur retro, vt ff. qui pot. in pign. habean. qui balneum, ergo existente conditione sententia habetur pro pura ab ipso principio, igitur appellatio non suspendit. Sol. hic erat conditio potestatiua, quæ non trahitur retro. ff. qui potio. in pig. hab. l. potior. nam conditio dandi dicitur potestatiua, vt ff. de hęred. instit. l. suus, §. puto. hæc solutio non est vera, quia idem esset hic in conditione casuali, si Titius fuerit factus Consul. dic ergo quod in sententijs, conditio non trahitur retro, sed in contractibus sic. hæc sol. non est vera. dic ergo, quod quo ad ordinationem contractus, vel sententiæ trahitur retro. Sed quantum ad decisionem litis non trahitur retro. istud non est bene dictum, quia per sententiã conditionalem decisum est negotiũ, & iudex est functus officio suo, nec plus potest grauare, q̃ grauauerat, vt l. 1. §. biduum, ff. quando appel. sit, & C. de senten. l. cum iudex. tamen licet trahatur retro quo ad quid; non tamen simpliciter,
b quia si est cõditio, interim non nascitur obligatio, b vt ff. de ædil. edi. l. bouem, §. si sub cõditione. Si dicis, interim non potest fieri executio, nec veniunt fructus, vel interesse, quia vbi nulla petitio,

ADDITIONES.

a Vinc. God. Nisi. Adde, ꝙ dictio, nisi, in contractibus inducit conditionem resolutiuam, in vltimis voluntatibus suspensiuam, Soc. in l. quibus diebus, §. quidam Titio, num. 8. ff. de cond. & demon.

b Obligatio. Vide Ang. de Perus. in cons. 57. incip. D. And.

BIU Cujas

tio,ibi nulla mora.ff.ſi cer.pet.l.lecta.§.dicebam.interdum tamẽ venit reſtitutio fructuũ,vt qñ debitor eſt merus executor, vt dicit illa l.no.ff.de vſur.l.in fideicom.§.cum Polydius, ſolutum eſt ergo contrarium per diſtinctionem ſecundum quid, & ſimpl'r, vt ſcias,q̃ nunquam habet tractum retro, ſi reſultaret aliquid q̃ iuris diſpoſitionem,vt eleganter no.ff.de lega.j.l.talis ſcriptura.

5 †No.quod valet ſententia,niſi intra tot dies ſatisfeceris te excõmunico.Opponitur primo de c.Romana.§.caueant,infra de sẽ. excommu.lib.6 Sol.pro puncto rationis,quia aut fertur ſententia pro culpa præterita,& nondum liquet de ea: aut pro futura; & tunc tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem, & maxime ad effectum iudicis, licet quandoque pertineat ad executionem actionis iam natæ.Sol.concedo,niſi mora præcedat.Sed nonne delinquens ſemper eſt in mora?reſpon.ſic,ſi culpa eſt doloſa, ſecus, ſi procedit ex ignorantia,vel ex minori diligentia; q̃

6 eſt notabile.†Quæro,pendente excommunicatione excommunicatus tulit teſtimonium,nec appellauit,poſtea extitit cõditio, an teſtimonium vitietur? ſimilis enim quæſtio fit in l.furti.§.1. ff.de infa.dic non vitiari, quia condi. teſtis inſpicitur tempore, quo quis teſtificatur,vt ff.ad Carbon.l.3.§ duæ cauſæ. † Quæro,

7 quid ſi iſte excommuuicatus conditionaliter,interim mutat forum?quidam dicunt,quod non ligatur ſententia excommunicationis,quia non fingitur retrõ,& ſententia excommunicationis non poteſt ligare niſi ſubditos,vt in cap.vt animarum.§.ſtatutum,de conſtitut.in 6.de appel.c.Romana,lib.6.de ſenten.excõmu.cap.a nobis.iſta opinio eſt fatua,quia nedum inſpicitur tempus ſententiæ,ſed tempus iudicij quoad iuriſdictionem iudicis. ff.de iuriſdi.omn.iudic.l.cum quædam puella,& no.ff.de lega.1. l.nemo poteſt. † Quæro,quid ſi pendente conditione. iudex eſt

8 mortuus,& ſic iuriſdictio ſua extincta,vel an degradatus,poſtea extitit conditio,an euaneſcat excommunicatio?quidam dicunt quod ſic,vt Archidia.iſta eſt truffa,quia morte iudicis non expirat ſententia,nec eius effectus, & per conſequens nec ptiuatione ipſius,vt ff.de re iu.l.mortuo.arg.ff.de min.l.in integrum.Cõtra hoc facit l.quoties,in fi.ff.de noua.vbi ſtatu mutato conditio exiſtens nihil operatur.reſpondeo,quod ibi ſpeciale fauore fiſci, tamen ille caſus non eſt alibi.† Quæro cum Innocen.iudex dixit

9 ſi Titium elegeris,ſis excommunicatus,elegit, obijcitur, quod electio eſt facta ab excommunicato. reſpondeo,quod conditio requirit eſſe perfectum, ergo punctualiter electio præcedit excommunicationem,& eſt conſideratio puncti.Inno.dicit,quod in ipſo eligere contrahitur excommunicatio ex mente loquentis,& quia excommunicatio eſt iſtius naturæ,quod eſt pungibilior omni intellectuali gladio.iſta ſunt verba.Nam damnatio in ſupplicium eſt æque penetrabilis,& tamen dum ſentẽtia vltimi ſupplicij legitur,non eſt ſeruus pœnæ,ſed poſtquam lecta eſt,vt ff.de pœn.l.qui vltimo.ſed pro Inn. facit l.Arethuſa.ff.de ſta. ho. vbi conditio,ſi tres peperit,impletur incipiente ultimo partu. Aduerte ſubtiliter,ibi ratio eſt,quia incipiente vltimo partu cõditio eſt neceſſario extitura,vt ff.de verbo.ſign.l.ter enixa. Et iõ habetur pro puta.ff.de nouat.l.ſi pupillo. §. 1. & ſic intelligis dictam notabilem legem,Arethuſa.pro Innoce.magis facit, quia conditio intelligitur ſecundum ſuam conditionem conditionatam,Aut erat prohibere futuram electionem, a quo mãdandus voluit ceſſari,& ad actum non peruenire,ſimile dicimus,ſi teſtator prohibet alienari,& ſi alienatum fuit, legat familæ.nam intelligitur legatum præambula hora alienatum,ut ſubtiliter not.

10 Ioan.de Are.in l.ſi ita fuerit.ff.de man.teſta.†Sed pone,dum iudex excommunicat, quia incœperat dicere, Nos talis &c.poſtquam protulerat hoc verbum, Titium,antequam proferret hoc verbum,excommunico, fuit appellatum, an perfecta oratione excommunicatio tranſit in ſuum naturalem effectum? & videtur quod ſic,propter ſui velocitatem. Nam quædam ſunt, quæ propter ſui velocitatem prætendunt intellectum ſenſibilem. ff. de donat.inter uir.& vxor.l.3.§.ſciendum, & l.illud.ff.de acquir. hæred. Nam ratio facit prius aliquid imaginari, id eſt per prius, quam occurrat ſenſibus humanis. In contrarium videtur, quia remedium præuenit vulnus,vnde cauſa non eſt uulnerata, nam quod factum eſt, pro infecto non habetur. ff. de teſta.l.ſi is qui, & l.ſi ea ſcriptura.ff arbo.fur.cæſa.l.cædere.§.1,quod verum eſt, quia lupus exit ſiluam,non tamen exiuit,ut ff.de vſufru.l.arbori-

11 bus.§.2.† Quæro nunquid ſit differentia, vtrum iudex dicat, ſi non ſatisfeceris infra 20.dies, ex nunc ſis excommunicatus, an dicat, ex tunc?quidam dicunt quod ſic, quia,ex nunc, denotat mediatum momentum,ſed,ex tunc,denotat ultimum momentum,argum.ff.ſi cer.peta.l.lecta.§.fin. Doct.dicunt contrarium, quia non poteſt eſſe excommunicatus antequam ſit negligens. & ideo dictio,ex tunc,refertur ad actum verbi prolati non ad effectum,qui nũc non poteſt ſurgere,ut in c.1.de conceſ. præben.

12 in Cle. †Poſſet hic quæri exemplum,nunquid in vltimis volun
a tatibus conditio fingatur retro? [a] Dyn.dicit quod ſic,in capit. 1. de regul.iur.lib.6.Barto.contra,per l.1.§.ſerui.ff.ad Syl.ſolu. quo ad veritatem terminorum non fingit retro, ſed quo ad validitatem actus fingit retro.ff.de manu teſtam.l.Neratius.C. de leg.l. ſi.§.ſi autem ob auaritiæ,& ibi plene dixi in ſolẽni lectura mea,

13 vbi videas. † Quæro,an in legibus conditio trahatur retro? dicit ſtatutum,ſi quis furtum fecerit,ſuſpendatur.reſpondeo, in legibus iſta non eſt conditio,ſed eſt quædam doctrina,vt C. de legibus.l.leges.& ideo non inſpicitur tempus ſtatuti,ſed tempus delicti,ut l.j.ff.de pẽ.niſi eſſet pœna arbitraria,in qua inſpicitur tps ſententiæ,ut l.pe & l.fi.ff.ſi ex nox. ca. aga. quia pœna arbitraria regulatur a iudicis motu,qui poteſt variari vſq; ad ſententiam,

14 vt ff.de pœ.l.hodie.†Pone,dicit iudex,O Petre, niſi te purgaueris,te non abſoluo.purgat ſe,nũquid eſt abſolutus? dic quod nõ, vt l.Titia.§.fi.ff.de manu.teſt qui tex non eſt alibi. hæc. n. verba non abſoluunt,ſed non condemnant.Item dictio niſi, quæ non diſponit aliquam ordinationem præcedentem,ſed vbi diſpoſitũ inuenit,illud habet limitare,vt ff.ſi quis cau.l.quæſitum.§ qui in

15 iuriarum.† Quæro,an hodie valeat iſta excommunicatio,niſi ſatisfeceris,te excommunico?reſpondeo,ſic,ſi certa dies eſt appoſita,alias non,quia haberet nimis longum tractum vſque ad vltimum uitæ ſpiritum,vt no.ff.de fideiuſ.l.fideiuſſor obligari.§.fin.

16 & glo.ibi.no'†Quæro,quid important iſta uerba, niſi ſatisfeceris?rñdeo,ſi in obligatione eſt dari,important dari:ſi fieri fieri: ſi caueri,caueri. ſi autem non præcedet alia ordinatio partium,ſufficit dari expromiſſorem idoneum,vt legitur & no.in l.fina. ff. ſi cert.pet.dicas,quod ſiue ſit appoſitum certum tempus, ſiue nõ, iſta excommunicatio eſt euidenter iniuſta, & error expreſſus eam vitiat,& talis ſententia reprobatur expreſſe per dictum §.caueant, & fortè poteſt dici,quod talis ſententia ſit inepta,arg.eiꝰ, quod no.Inno.ſup.de offi.Vica.c.j.vel dic,quod valet,vt ff. quando ap.ſit l.1 biduũm.quia eſt lata ſub conditione intrinſeca, vt C.de ſent.l.cum iudex,& arg.ff.ad l.Aquil.l.in lege Aqu. ſi deletum.tñ iudex,qui facit contra canones,punitur,& excõicatus ab

17 ſoluitur ſine iuratoria cautione.†Quid ſi iudex dixit,niſi feceris, quod Titius habeatur &c.te excõico?nam in vltima voluntate intelligitur,ſi non caueris.reſpon.in ſnĩa quaſi contrahitur.& iõ ſnĩa ſiue diffinitiua,ſiue interlocutoria magis accedit cõtractui,

18 q̃ vltimæ uoluntati.ff.de pec.l.2.§.idem ſcribit. †Quæro,quoddam furtum fuit commiſſum de nocte, an eps poſſit excõicare oẽs ſcientes,niſi manifeſtauerint?gl.Accu.dicit q̃ ſic.C. de fur.l.

19 inciuile eſt,& eſt ſpeciale,ne ueritas occultetur. † Cõcluſiones Inn.Pœnæ temporales recipiunt cõſummatum eſſe: ſpirituales inchoatum.Non põt eps facere,quod ſit licitum participare cũ excõicato.Si prorogatur terminus epi,iſta prorogatio fit epalis: quia nec ab initio poſſet contra voluntates partium excõicare, ẽt quia creditori,qui habuit fidem de ſolutione,interim videtur cautum,uel ſaltem eſt facta nouatio,arg.ff.loca.l. cum in plures. §.lege dicta.Nam in corporalibus ſemper fit nouatio, vt ſubtiliter no.ff.de præ.ſtip.Valerianus, & quia prorogatio termini impedit moram.ff.de verb.obl.l.cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo.Et quia partes in cõi concordia poſſunt recedere à dicto arbitri.ſed tñ,ſi in termino prorogato non ſoluitur,debitor redditur excommunicatus ipſo facto:quia non prodeſt dilatio ei, qui in dilationem commiſit,& quia videtur facta cum ſuis qualitatib.

b & pœnis [b] ſiue acceſſorijs,ſm Inn.ar.ff.de pac.do.l.inter. §. cum inter.Sed in contrarium poſſet allegari quod non incidat in excõicationem:quia receſſum eſt à forma data per iudicem,& no ua forma aſſumpta eſt per partes,arg.ff.de fideiuſ.l.ſtipulatus eſt opus.ecce ſimile,ſi ad Paſcha non ſolueris,res ſit inempta: prorogatur tempus ad menſem,& de menſe nõ ſoluitur, an res fiet inempta?& uidetur quod non,quia pactum iſtud debet apponi incontinenti,nõ ex interuallo,ut ſit pactum legis commiſſorię, ut no.in l.1.ff.de dona.in magna gl.In contrarium uĩ,quia dicta in prioribus uidentur repetita in poſterioribus conſecutiuis, & deſcendentib.ut ff.de pa.do.l.inter.§.cum inter,ff.ſol.mat.l.pe.§. ſi inter.ff.de pac.do.l.item quia,infra eo.c.ſecundo requiris.hoc uerum credo,quia nihil eſt innouatum niſi tempus. & ſic eſto cum Inno.licet hoc non ſit omnino expeditum,quia dilatio prętoria facta eſt conuentionalis,& ſic non ſunt eiuſdem ſpeciei, arg.ff.de minor.l.minor 26.annis cum fideicommiſ.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Retro. Adde,q̃ aditio trahitur retro,quando extrema ſunt habilia. Goza.conſi.28.nu.37.

b Pœnis.Confirmo,quia prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus qualitatibus ſuis,ſecundum Bar.in l.1.§.& poſt operis, circa med. ff.de oper. noui nuncia.& ibi vide late Modernio.multa alleg.ad propoſitum huius quæſtio.Bal. hic.

SVMMARIVM.

Per reſcriptum plures articuli committuntur,in prin.

1 *Appellatio in vno prohibita,in cæteris intelligitur eſſe prohibita.*
Suſpicionis cauſa coram iudice,qui recuſatur,proponenda,& probanda coram arbitris,ibidem.
Intentio per interpretationem colligi poteſt.§.in tex.ibi Inten.

2 *Iuſtitia debet repræſentari in quolibet capitulo pari modo.*
Particularis clauſula quo caſu æquipolleat indefinitæ,ver.vnde.

Clauſula

BIU Cujas

Clausula quæ sumitur ex aliquo, refertur ad vniuersum, salua tamen ratione recti sermonis, & generaliter ad quod referatur, nu. 4. §. posset.
4 *Parcendum est sumptibus, & expensis, & discriminibus viarum.*
Remoti qui dicantur. §. dicit lex.
Iudex recusatus debet cogere partes ad arbitros eligendos. §. nota quod.
Suspectus qui præsumatur, ver. ibi. inimici.
Repetitū postea quod primo sit dictū, vel contra a quo intelligatur. §. posset.
Interpretatio quando fiat ex vno ad aliud, ibid.
5 *Casus specialis non comprehenditur in generali.*
6 *Exēptio vnius grauat alios qui nō sunt exempti, quādo est onus uniuersale.*
Onus quisque suum portare debet. ver. quia.

CAP. XLI.

1 Secundo requiris. Per rescriptum cōmittunt plures articuli. Appellatio † quæ in vno prohibetur, in alijs intelligitur esse prohibita. secundo dicitur, quod suspicionis causa est coram iudice qui recusatur, proponenda & probanda coram arbitris. h. d. Casus. quæsitum fuit a papa. Pater sancte, uos inter easdem personas plura capitula cōmittitis decidenda, tamen in uno c. tm̄ reperit cla, Appellatione remota, an intelligat, eadem clausula in cæteris capitulis repetita? papa rndet quod sic, siue apponatur in prin. siue in medio, siue in fine, qa intentio eius est in quolibet capitulo, quod iustitia suum consequatur effectum, ut quando mens excedit verba, recurrimus ad intentionem. Secundo fuit quæsitum, ecce iudex allegatur suspectus quid fiet? respondet papa, quod eligentur arbitri non valde remoti, per quos statuetur terminus ad proban, causam suspicionis, qua non probata, intra terminum competētē, recusatus sua auctoritate poterit uti, & ideo probata, procedere non poterit, quia ratio dictat, quod suspecti, & inimici non debent iudicare. In tex. ibi, Positis. pone exemplum supra de rescip. cap. cum dilecta. Item pone exemplum in generalibus iudicijs, si forte eant duo capitula, unum uini, aliud olei. item est exemplum, si committitur petitorium, & possessoriū. In tex. Ibi, Intentioni. s. quæ per interpretationem colligi potest, alias secus, ut ff. de usufru. lega. l. si alij, ubi est tex. singu. & ff. de lib. & post. l. Gallus, §. quidam rectè, ibi, dum dicit, ex verbis colligi possit. † In tex. ibi, iustitia, hinc colligitur rō, quia iustitia [a] dēt
2 a repræsentari in quolibet capīo, pari modo, quia unum rescriptū
b non debet diuerso iure [b] censeri, sicut nec una substitutio. C. de impu. & al. sub. l. quamuis: unde particularis clausula æquipollet indefinitæ ꝓpter identitatem rationis, & coniunctionem orationis. ff. de fun. instruc. l. Seiæ. §. Caio. † In tex. ibi, In prin. C. de insti. & substi. l. pe. ita, quod non refert, in qua parte instrumenti aliquid dicatur, quia totum informatur. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabu. C. de lib. pte. vel exhære. l. j. & sic clausula quæ sumitur ex aliquo, refertur ad vniuersum, salua tamen ratione recti sermonis, vt ff. de auro & argen. lega. l. Plautius
4 † In tex. ibi, Non valde remotos, quia parcendum est sumptibus, & expensis, & discriminibus viarum. C. de app. l. cum post sententiam discussoris, & C. de anno. & trib. l. mediteraneæ, & l. pro locis. Dicit lex, quod non longe remoti dicuntur, qui non distat vltrà centum milliaria per terram, vel per mare. ff. de dam. infe. l. 3. §. sed tam uicinum. Decr. dicit quod per dietam, in c. sta tutum, de rescript. lib. 6. ubi p eūdem. No. quod iudex recusatus debet cogere partes ad arbitros eligendos. In tex. ibi, Intra terminum, non intra terminos. Ibi, Probata non fuerit. supple, & super hoc fuerit interlocutum. Ibi, inimici, quilibet inimicus præsumitur suspectus, dummodo sit inimicitia grauis, & non leuissima, quia leuissima non debet ad animum reuocari, ff. de arbi. l. ulti. Posset hic tractari materia de tacita repetitione, de qua dic, ut ff. de leg. j. licet Imperator, & de leg. 3. l. in repetendis. Itē no. ꝓ vna clausula interpretat aliā, & per aliā. Item una lex interpretat aliam, & per aliam, ut dicit illa l. no. ff. de coniung. cum emā. libe. l. nihil. generalis clausula refert ad oīa. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. fi. ꝓ dic, ut ff. de hære. inst. l. fi. rationalis clausula refert ad oīa, quæ sunt eiusdem rationis, ut hic. Specialis & discretiua clausula non refertur ad omnia. C. de ꝓcura. l. maritus. ff. de iud. l. cum prætor. C. de pac. conuen. super dote. l. fi. clausula refer
c tur ad ea ad quæ potest [c] referri non ad illa. ff. de iurisd. om. iud. l. si idem cum eodem. §. fi. quod singulare est, singulariter profertur. ff. so. ma. l. si vero. §. de uiro. quod plurale est pluraliter profertur, ut ff. ad Ter. l. Iulius Phæbus. per media declarantur extrema, per extrema declarantur media, per unum extremum declaratur aliud extremum. No. ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. ff. de ver. obli. l. triticum. Item per subiacentem materiam, quia materia debet esse capax impressionis, ut no. Ioan. Mon. in
5 c. Romana, de app. li. vi. † Casus specialis non comprehenditur in generali. ff. de pę. l. sanctio legum. ff. de ver. ob. l. doli clausula, C. fa. er. l. quoties, nisi occurrant duo modi, & causæ significan. ff. de an. leg. l. qui Marco. ff. de stip. seruo. l. 4. C. de leg. l. cum quæ-
6 stio. per Cyn. † Exemptio [d] unius grauat alios qui non sunt exem
d pti, quando est onus uniuersitatis. secus, si obligatio sit diuisa per capita. ff. de legat. 1. l. ab omnibus, quia unusquisque onus suum, non alterius portare debet. C. ut nullus ex vicarijs. l. 1. li. 10 Et sic non exemptus succedit exempto, similis est parti grauatæ quæ accedit parti non grauatæ. ff. ad l. Fal. in singulis.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Iustitia. Adde ꝓ habetur Inst. de iust. & iu. in prin. & in l. 1. ff. eod. tit. quia iustitia est constans & perpetua uoluntas ius suum vnicuique tribuens.
b Iure. Adde etiam id, quod alibi habemus, quod una & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes, ff. de vsuca.
c Potest. Vide Alex. in cons. 158. incip. Super hæsitatione, de qua quæritur.
d Vinc. God. Exemptio. Adde, ꝓ exemptio a collectis prēsumitur post decem annos, quibus non soluantur sciente & patiente superiore, cui solui debuerunt, Barb. consi. Clementis Dei. quod est ultimum, lib. 4. consi. Alex.

SVMMARIVM

Appellationi suæ qui non defert, nec deferre tenetur aduersarius, in prin.
1 *Contra factum suum veniens dat aduersario suo occasionem contraueniēdi.*
2 *Adire iudicem an quis possitante factum, & petere, ne in possessione turbetur, vel eiiciatur, cum forte aduersarius congregauerit gentes ad expellendum.*
Appellationi & iudicio videtur quis renunciasse si ius dicat sibi. §. casus.
3 *Incontinenti fieri quando quid dicatur.*
4 *Appellatio ante factum, vt cum appellatur extra iudicium a futuro grauamine, est species recusationis, sed appellatio post factum est contraria species.*
Copulata si sunt contraria, non possunt copulari ad vnum communem terminum, sed accipitur copula pro disiunctiua, uer. & ideo.

CAP. XLII.

An sit. Qui nō defert suę appellationi, nec aduersari' tenetur ei deferre, & est casus notabilis. Ecce ego dicebā, ꝓ tu praueras te ad spoliādum me, & ideo appellaui, ne me spoliares, qui appellatione pēdente veni ad fundum cum hominibus armatis, & proieci te de fundo, dicitur, quod meæ appellationi tu deferre nō debes, qa ego nō detuli, sed innouaui in ipsa
a mea appellatione pendente. No. ꝓ appellans [a] quiescere debet
1 ab omni nouitate, dum eius appellatio pendet. † No. qui uenit contra factum suum dat aduersario suo occasionem contraue-
2 niendi. No. ꝓ non iuuatur edicto, qui contemnit edictum. † An quis possit ante factum adire iudicem, & petere, ne in possess. turbetur, uel eiiciatur, cum forte aduersarius congregauerit gentes ad expellendum? dic quod sic, primo ex generali æquitate. ff. de vsufr. l. æquissimum. secundo per l. expressam. ff. de offi. proc. Cæsa. l. fi. Casus, quem posui est in re fienda. vel pone in re facta, ut me spoliasti, egi contra te, & grauatus a iudice appellaui, dein de incontinenti, uel ex interuallo te deieci, dicitur hic, quod uideor meæ appellationi renunciasse ius mihi dicendo appellatione pendente. Nota. quod iudicio renunciat, qui de facto ius sibi
3 dicit. † Quæro, quando dicatur quid fieri incontinenti? quidam dicunt, intra triduū gl. dicit hoc esse in arbitrio iudicis, arg. ff. de ver. obl. l. continuus. §. item qui insulam. Expone hoc incontinēti, i. solicite, & facit quod no. ff. de lega. i. l. si domus. §. confitetur.
4 ff. uti possidet. l. is a quo, cum simili. † Appellatio ante factum, ut cum appellatur extra iudicium a futuro grauamine, est species recusationis, sed appellatio post factum, ut in iudicijs, est contraria species. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cum quidam. infra eo. c. si appellationem, in cle. & hoc patet per l. & si susceperit. ff. de iudic. & ideo non bene ponitur copula, appellatione & recusatione remota, quia quoties copulata sunt cōtraria, nō possunt copulari ad unum communem terminum, sed accipitur coniūctiua pro disiunctiua. C. de senten. & interlo. om. iudi. l. cum solutum. ff. de uerbo. obli. l. sæpe. cum similib.

ADDITIO.

a Vinc. God. Appellans. Adde quod appellans non potest priuari, nec turbari in sua possessione, etsi appellatio prima facie sit iuri contraria. Rui. consi. 75. numero 2. lib. 2.

SVMMARIVM.

Appellari non potest ab executore, nisi modum excedat, in prin. & nu. 2.
Sententiæ pronunciator vel publicator nō dicitur grauare, nec esse suspectus, ibidem.
1 *Executor merus quis dicatur.*
2 *Suspectus dici non potest ille, qui nihil facit proprio motu, sed mandato principis.*
3 *Delegatus ad meram & formalem executionem faciendam, impossibile est, quod grauet seruando simpliciter formam mandati, nec potest pronunciare exequendum, vel non exequendum.*
4 *Exequendum si ordinarius pronunciat, an possit appellari.*

CAP. XLIII.

Nouit. Pronūciator sententiæ non dicitur grauare, quia ipse non pronunciauit, nec intendit grauare, nec appellat̄ ab executore, nisi modū excedat, qđ colligi pōt ex formamādati nec dr̄ suspectus, quia ipse non iudicat, imo uox sua non est sua, sed domini sui. h. d. Casus. Papa tulit sententiam contra regem Franciæ, & mandauit legato, quod eā publicaret, rex Francorum

BIU Cujas

eorum appellauit a legato. Item dixit eum ſuſpectum. Papa dixit,quod non appellatur ab eo,quia nudus miniſter eſt, cum nihil pronunciauit,ne c publicauit,nec eſt ſuſpectus,quia non pro
1 cedit motu proprio,ſed de iuſſu Papæ.No.quod † merus executor eſt,qui nihil pronunciat.no.quod qui vulnus diſcooperit,nõ vulnerat.ſic iudex,qui aperit tabulas teſtamenti, nhil diſponit,
2 ſed quod diſpoſitum eſt prodit in lucem.† Idem in iudice, qui publicat dicta teſtium.No.quod non poteſt dici ſuſpectus ille, q nihil facit proprio motu,ſed mandato principis,tex. eſt iſte not. & allegandus eſt pro nuncio & ambaſiatore,cui nihil eſt impu-
3 tandum,nihi excedat mandatum.†No.quod executor.i. delegatus ad meram & formalem executionem faciendam,impoſſibile eſt,q̃ grauet ſeruando ſimpliciter formam mandati, nec poteſt pronunciare exequendum, vel non exequendum. Si enim poſſet vnum,poſſet & eius contrarium.ff.de re iud.l.nemo condemnare,quia potentia eſt æqualitas contrariorum extremorũ.
4 Sed pone,ordinarius [a] pronunciat exequendum, an poteſt ap-
a pellari? Accur.dicit quod ſic,intellige,ſi habet cognoſcere, alias non,quia non ex eodem fonte eſt cum prima ſententia, ſecus, ſi haberent ſe vt excedentia,& exceſſa, quia tunc poſſet appellari non a veteri, nec ſimul a veteri & nouo. l. ſi cum exceptione. §. hoc autem.ff.quod me.cau.in glo. ſed a nouo tãtum & ſeorſum ſic,quia qui nouam rem facit,ſpicam non excutit, ſed vltra procedit.ff.man.l.diligenter.

ADDITIO.

a Vinc.God.Ordinarius.Adde q̃ ordinarius poteſt ſubdelegare ſecundum canones,ea quæ ſunt meri imperii,non ſecundum ius ciuile,Rota dec.420. fuit dubitatum,in nouis.

SVMMARIVM.

Appellatio ſi recipiatur à iudice, vel a parte, terminus ad eam proſequendã conſtitutus obtinet vim peremptorii,in prin.

1 *Procuratoris malitia domino præiudicat in his,quæ ſunt cauſæ,non in pœnis exterioribus.*

2 *Procurator non debet occultare mandatum,ſi tamen ocultat,impedit proceſſum,& poteſt ad edendum cogi, ſi id confitetur.*

Interloqui poteſt iudex parte non citata ſuper quæſtione iuris.ibi,iuris.

3 *Quæſtio ſi ſit de articulo iuris,indiget interlocutoria,& poteſt appellari.*

Impetratio iudicis ab appellante ſtatim facta,vel ab aduerſario, an valeat, §.Ecce.

Quæſtio facti dicitur,ſuper qua debẽt recipi probationes.§.in tex.ibi,Facti.

4 *Appellationi licet non ſit delatum,procedendum tamen eſt ſuper ea.*

Appellatio quandoq; ſuſpendit,quandoq; reſcindit pronunciatum,& quod.

Contra peremptorium verum,quicquid poteſt obiici,poteſt et contra fictum. §. ibi,quicquid.

5 *Bannitus licet non audiatur de crimine ex forma ſtatuti,auditur tamen bene de banno ſi dicit bannum non valere,quia non fuit contumax.*

6 *Faciendum quando aliquid eſt in iudicio certa & determinata die,non ſufficit ante illam diem fieri.*

Terminus cum ſtatuitur dierum aliquot ad probandum,an poſſint prima die produci teſtes,ac iurare aduerſario non citato,variè concluditur.

7 *Condemnari debet in expenſis,qui male impetrat.*

Conſtitutio noua dat formam futuris proceſſibus,& non veteribus.

8 *Expenſæ veniunt in cauſa appellationis ratione retractati proceſſus.item expenſæ particulares in quolibet capitulo,& totales in fine, & debent eſſe moderatæ.*

9 *Iudex appellationis contrario imperio poteſt reuocare condemnationem expenſarum factam in prima cauſa.*

Condemnatio pro contumacia poteſt a iudice omiſſa fieri quandocunque,vſque ad ſententiam definitiuam.§.idem dicit.

Ad iudicem appellationis tranſit etiam officium primi iudicis, qui iudex appellationis etiam ſupplet de expenſis primæ cauſæ, ibid.

Expenſarum condemnatio eſt executio ſententiæ,& nequit appellari ab ea, ibidem.

Nullitatis quæſtio remanet etiam appellatione deſerta, vel non interpoſita. §.idem ait.

10 *Super nullitatis libello officio iudicis nobili & non mercenario proceditur immo non habet tempus præfixum querela nullitatis.*

11 *Appellans,qui renunciauit appellationi tacite deferen.vel expreſſe, habet ſaluum remedium iam ſibi ortum contra iudicem,a quo,de imperitia.*

In appellationis cauſa contra reum contumacem qualiter procedatur.

12 *Iudex in peremptorio iuris,non poteſt facere gratiam expectationis.*

13 *Iudici debet eſſe notum,quod appellans non eſt proſecutus in termino conſtituto,& ipſe non comparuit in præſentia iudicis in ipſo termino, alias nõ poſſet procedere contra abſentem.*

14 *Excommunicatus,qui appellauit,an poſſit appellatione pendente eligere,uel eligi,& an tanquam excommunicatus debeat vitari,& ſi deſeruerit appellationem,an excommunicatio fingat retro.*

15 *Appellatio an ſit deſerta poſt lapſum termini ad appellationem proſequendam.*

Terminus legis aſſignatur ad proſequendum,& proſecutum habendum.ver. Solu.hominis autem ad inchoandum,num.6.

16 *Terminus hominis datur ad inchoandum proſecutionem.*

CAP XLIIII.

Sæpe. Si appellatio recipiatur a iudice, vel approbetur a parte, terminus ad eam proſequendam conſtitutus obtinet vim peremptorij,quem terminum nulli parti licet præuenire.In prima ponitur cauſa conſtitutionis.in ſecunda conſtitutio.ſecunda ibi,præſenti decreto.ſecunda pars ſubdiuiditur in ſex dicta.Caſus.Aliqui appellabant ad ſedem Apoſtolicam, quã propter defectum appellantis,vel ſui procuratoris procuratoriũ occultantis,non poterat proſequi, quæ partibus præſentibus de facili poſſet expediri,præſertim vbi eſt quæſtio iuris,quæ non indiget probatione coram Papa.Vnde ad has inconuenientias tollendas ſtatuit hæc decre.quod ſi iudex vel appellatus detulit appellationi,& ad eam proſequendam eſt terminus conſtitutus,talis terminus habet vim peremptorij,quo termino elapſo, perinde procedatur contra abſentem,ac ſi peremptorie eſſet citatus. ſecundo dicit,quod ſi appellationi non fuit delatum, nihilominus appellatio teneat.tertio dicit, quod appellatore non proſequente,rata manet ſententia.quarto dicit,quod quicquid poteſt opponi contra peremptorium,poteſt opponi contra dictum terminum,qui habetur pro peremptorio.quinto dicit,quod iſtæ literæ interim impetratæ non valent,nec terminus poteſt præueniri,& de iſta contumacia & per conſequens de condemnatione expenſarum.ſexto & vltimo dicit, quod hæc conſtitutio habet locum in proceſſibus exercendis poſt iſtam cõſtitutionem, non in præteritis.In tex.ibi,Partis.ſ.appellatæ.Inno.alij dicunt,appellatæ,vel appellantis.Ibi,Reſponſalem ideſt,procuratorem.Ibi,
a Malitia. [a] † Not.q̃ malitia procuratoris domino præiudicat.ſ.in
1 his,quæ ſunt cauſæ,non in pœnis exterioribus,ut dixi ſup. vt lit. non cont.c.j.ff.ſi quis ius di.non ob.l.1.§.ſi procuratorem. C. de his,qui.vt indig.l.Polla C.vnde vi.l.meminerint.dicit Inn q̃ ante ingreſſum cauſæ nocet domino,vt condemnetur dominus in expen.quia debuit talem procuratorem conſtituere,qui compareret in cauſa ff.de iniur.l.ſed ſi vnius.§.procurator. Sed poſt cõdemnatur ipſe procurator.Innocen.ff.de leg.2.l.ſi ſolidum, §.ẽt
2 † In text.ibi,Occultantis.no.quod procurator non debet occultare mandatum,tamẽ ſi occultat impedit proceſſum,quia oportet,quod iudex ſciat ſe procedere contra legitimam perſonam, vt eleganter no.ff.de procu.l.ſi procurator.Ibi,Occultantis,ergo ſi procurator confitetur ſe habere procuratorium, poſſet cogi
b ad producendum [b] quod eſt notandum, idem in literis de rato. ff.de procur.l.ſi procuratorem abſentem.Ibi,Iuris quæſtio,ſuper hoc poteſt interloqui parte non citata.ff.quod met.ca.l.metum.
3 §.ſed & licet.† In tex.Ibi,Iuris quæſtio no.quod etiam ſi ſit quæſtio de articulo iuris,indiget interlocutoria, & poteſt appellari, item currunt fatalia,quod eſt notandum.Ecce appellans ad Papam ſtatim impetrat iudicem, an valet impetratio? dic,aut ſupplantauit aduerſarium ignorantem,& tenetur ei in omnibus expenſis,quas facit aduerſarius eundo ad curiam,& redeundo, & non valet reſcriptum per dolum impetrantis. Si autem non nimis accelerauit,valet, quia non debet expectare finem anni ad impetrandum,arg.ff.ad Tertul.l.2.§. ſi mater. Quid de appellato?dic vt in glo.In tex.ibi, Facti quæſtio. illa dicitur quæſtio facti,ſuper qua debent recipi probationes,vt l.1.§. caluniatorib. ff.ad Turpil.& ſuper ea non poteſt interloqui, niſi partibus præſentibus vel citatis.In tex.ibi,Approbata ideſt, ei delata.Ibi, Peremptorium,& contumax habetur pro vero contumace,& non appellat,ſi tanquam contumax damnetur,vt not.in cap.1.de do. & contu.in Cle. In tex.ibi,ex tunc,ergo nõ ante, etiam ſi certum ſit venire non poſſe.Ibi,Moueatur, circa interlocutorias, ſuper quibus prouidet iſta conſtitutio ius nouum ſtatuendo,ſed ſuper
4 diffinitiuis procedit iam ſtatuta probando.†Ibi,Vigorem,not.q̃ licet non ſit delatum appellationi, tamen procedendum eſt ſuper.ea.ff.de ap.reci.l.ſciendum.Ibi,Suſpenſa,no.quod appellatio ſuſpendit pronunciatum,& in quibuſdam interim reſcindit, ut infamia,& in pœnis corporalibus,vt l.1.in fi.ff.ad Turpil.& l.furti.§.1.ff.de fur.& ff.de pac.l.tale pactum.§.1.Ibi, quicquid autẽ. not.quod quicquid poteſt obiici contra verum peremptorium, poteſt obiici contra fictum,ſiue contra citationem legis, vel ſta-
5 tuti,quod tene menti.† Ex hoc no.q̃ licet bannitus nõ audiatur de crimine ex forma ſtatuti,tamen bene auditur de banno, ſi di-
6 cit bannum non valere,q̃a non fuit contumax,tene menti.†No. quod quando aliquid eſt fiendum in iudicio certa & determinata die,non ſufficit ante illam diem fieri, hoc no. in ca. quamuis.

de

ADDITIONES.

a Vin.God.Malitia.Adde q̃ malitia non debet remanere impunita.l. ſi longius, §.ſi filius.& ibi Bar.ff.de iudi.

b Producendum. Vide tamen Bartolum in l.1. in fine,bene declarantem. C. de procurato.& in l.licet.C.eo.titu.de procurato.Panormi.in cap.1.extra de procurat. Aduerte tamen ad vnum, quia ſi notarius actorum habeat inſtrumenta mandati, ſufficit de tali mandato fidem facere ſolo verbo notarij actorum, cum dicat ſe de tali inſtrumento rogatum, ita Raphael. Fulgoſ. in conſilio 195.

BIU Cujas

a de appel.in cle.quia dies[a] certa non poteſt præueniri.Sed quid ſi eſt data dilatio octo dierum ad probandum,& prima die producti ſunt teſtes,& iurauerunt,non citato aduerſario?dicit Bart. nō valere.ff.de verb.oblig.l.in illa,& l.hoc iure.per Bart.& eſt ratio, quia cum dilatio ſit communis, interim abſens non eſt contumax,ideo practica eſt,ꝙ moneantur partes,ꝙ ſingulis diebus,& horis &c ita practicatur Peruſii.Sed ex glo.dicti c.quamuis.videtur colligi cōtrarium,quia videtur actum,ꝙ in qualibet parte intra terminum poſſit expediri,quod fiendum eſt, nec requiritur alia monitio,quia videtur fuiſſe de mente iudicis.Ibi in glo.No. quod in curſu & proinde videtur. nam aduerſarius debuit hoc ſcire,& ſibi imputet,ſi diligens non fuit. Ibi, Non euadat. i. non excuſetur propter reſcriptum ante diem præfixum impetratum
7 ad alium iudicem,& ſic no.quod † male impetrans non excuſatur a contumacia,ergo tenetur ad expenſas,quia ſuppoſita contumacia ſequitur de iuris ordine pœna. Ex hoc conclude male impetrantem in expenſis condemnandū.tene menti, quia iſtud vitium multum frequentatur in curiis principum.Ibi, Obſeruari,no.ꝙ noua conſtitutio dat formam futuris proceſſibus, & nō
8 veteberis.† In tex.ibi,Expenſarum,no in cauſa appellationis venire expen.ratione retardati proceſſus,vt patet in verbo,neglexerit.C.de fru.& lit.expen.l.ignorat.item expenſæ particulares veniunt ſuper quolibet capitulo, ſed expenſæ totales in fine litis, quia finis in ſe omnia colligit,& concludit.ff. iudic. ſolu. l. cum quærebatur,& ſemel tantum ſunt reficiendæ,argum. ff. de condi.fur.l.ſi ſeruus.§.boue.Item no. quod expen. reficiēdæ debent eſſe competentes.i.moderatæ,non profuſæ & ambitioſæ, vnde
9 xenia non debent refundi,nec conuiuia.† Concluſiones Innoc. Iudex appellationis contrario imperio poteſt reuocare condemnationem expenſarum factam in prima cauſa,quod eſt nota. dignum.Idem dicit,quod iudex,qui non condemnauit contumacem,tempore quo eum declarauit contumacem, poteſt vſque ad diffinitiuam condemnare,ſupplere,& corrigere,quod eſt no. Item dicit,& bene, quod iudex appellationis ſupplet de expenſis primæ cauſæ,quia non ſolum cauſa tranſit ad eum,ſed etiam primi iudicis officium,vt no.in l.1. C. de fru. & litium expenſis. Idem dicit,quod condemnatio expenſarum eſt executio ſententiæ,& non poteſt appellari ab ea poſt 10. dies a die præcedentis interlocutoriæ,vnde deſcendit,quod eſt notabile.Idem ait, ꝙ licet appellatio ſit deſerta,tamen remanet quæſtio nullitatis,ſicut
10 remanet,quando nullo modo eſt appellatum. † Et dic,ꝙ officio iudicis ſcilicet nobili & non mercenario proceditur ſuper libello nullitatis. ff.de ap.l.ſi expreſſim,Innocen.C.de accuſa l.ab ſentem.ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcin.l.j per Accur. Et ego dico,quod ſimplex querela nullitatis nullum habet tempus præfixum a iure.ff.de re iu.l.ſi cum nulla,niſi ſicut cæteræ lites. C. de
11 iudi.l.properandum.Item dicit,ꝙ appellans,qui renunciauit appellationi tacite deferen.vel expreſſe, tamen habet ſaluū remedium iam ſibi ortum contra iudicem,a quo,de imperitia. quod eſt nota.dignum.dicit Bar.quod appellans fortius aſtringitur ad proſequendum appellationem,quam appellatus.Quæritur,qualiter procedatur contra reum abſentem in cauſa apppellationis, an iudex appellationis poſſit in poſſeſſionem mittere ex interlocutoria,ſicut poteſt iudex primæ cauſæ.Et no.ſentit quod ſic.Itē ſi lis fuit conteſtata in prima cauſa, tunc ferri poteſt diffinitiua in cauſa appellationis,lite vlterius non conteſtata,alias reus non
12 poſſet condemnari diffinitiue. † Dicit Vin. quod in peremptorio iuris iudex non poteſt facere gratiam expectationis,quod eſt valde notabile,quod terminus formaliter præfixus a ſtatuto ad comparendum,ne bannum non tranſeat in condemnationē,nō poſſit ex mere gratia iudicis prorogari,ſed propter impedimen-
13 tum ſic. † Dicit Ber.in gloſ.vt ſi lis,in fine.quod iudici debet eſſe notum,quod appellans non eſt proſecutus in termino conſtituto,& ipſe non comparuit in præſentia iudicis in ipſo termino, alias non poſſet procedere contra abſentem,Ber.ex hoc verifica tur,quod non valet proceſſus contra abſentem, niſi prius cōſtet ei de citatione.ff.de condi.& demon.l.multum per Bar.qui opti
14 me dicit † Quærit Ber.an excommunicatus,qui appellauit,poſſit appellatione pendente eligere,vel eligi,& an tanquam excō-
b municatus[b] debeat vitari,& ſi deſeruerit appellationem,vtrum excōicatio fingat retro? & videtur,ꝙ retro ſit inhabilis,vt l.furti. §.j.ff.de infa.& quod retro fingatur excōicatio traxiſſe ſuum effectum,tenet hic Inno.contrarium videtur. Nam ſi interim eligat,abſurdum eſſet,ꝙ electio veniret caſſanda,& ꝙ eius tarditas noceret canonice electo,arg.ff.de contra. l. ſi poſt mortem. §. fi.hic videtur ſic forte diſtinguendum. aut appellatio præuenit excommunicationem,& tunc valent ab eo geſta, quia eſt integer ſtatus.ff.de iniuſto teſta.l.ſi quis exhæredato filio. §. hi autē oēs.aut eꝑ excōicatio præuenit appellationem,& tunc quia traxit ſecum executionem,excōicatus eſt quo ad ſe, vt non poſſit eligi,& quo ad alium,vt non poſſit eligere.Et eſt ſpāle in ſnīa ex cōicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,quia appellatio nō reſcindit pronunciatum,& vt ita dixerim,nō facit eum ſtatu liberum, .i.non facit eum liberum medio tpe,ſed in alijs ſnījs,puta in ſententia deportationis,ſecus eſt,quia reſcinditur per appellationē vnde interim poteſt vti officio ſuo,nec reſcinditur factum, licet poſtea non ſit proſecutus appellationem,quia factum valet, & non habet in ſui eſſe pendentiam de futuro,ſecus ſi aliquid attētaret pendente tpe appellandi, quia ſententia depoſitionis tanquam ſententia capitalis ſtatim trahit ſecum intellectualem executionem,vt ff.de pœn.l.qui vltimo. Iſta ratio non placet mihi, quia iſte depoſitus ſimilis eſt ei,cui ademptā ſunt bona integro ſtatu,vbi certe ſententia nō trahit ſecum executionem. Et iſtud tempus appellandi,ſiue appellationis interponendæ eſt priuilegiatum,ſicut tēpus appellationis exercen.vt no.in l.1.ff. nil nou. ap.pen.ff.de accu.l.ex iudiciorum.facit ff.de admi.tu.l.chirographis.§.1.ita quod interim nulla ſit executio nec
c verbalis,nec actualis.Ber.autem hic ſentit cum Inno.quod interim geſta reuocentur in irritum appellatione deſerta. hæc q. ponitur 8. q.4.in ſumma.infra de ſen.excom.l.licet,lib.6. facit ff. de mu. & hon.l. reus delatus,& C.de procu.l.reum criminis.ſed ibi text.loquitur
15 de nouo officio,hic de veteri,& eius exercitio. † Op. quod poſt lapſum termini ad appellationem proſequendam appellatio ſit deſerta.ergo iudex,ad quem,non debet vlterius procedere,C.de temp.ap.auth.ei qui.ſo.ibi terminus appoſitus eſt a lege, hic ab homine,& ſecundum hoc durius agitur cum lege, quam cum homine,in Auth.de iudicijs.§.oportet contra l. Celſus. ff. de arbitris.Solu.terminus legis aſſignatur ad proſequendum, & pro-
16 ſecutum habendum. i. toti inſtantiæ. † Sed terminus hominis datur ad proſequendum ideſt inchoandum proſecutionem.Nā iudex, a quo, non poteſt præfigere terminum in cauſa appellationis ad litem finiendam,habemus ſimile.ff.de excom.tu.l.ſcire oportet,§ conſequens.C.de temp.in integ.reſtitu.l.fi.ff.de dolo.l arbitrio §.pe.vnde terminus hominis dicitur citatorius, terminus legis dicitur fatalis cauſæ.

ADDITIONES.

a Vin.God.Dies.Adde,ꝙ dies,conſul,locus,& ſimilia non requiruntur ad validitatem priuatæ ſcripturæ.Rui.conſi.215.nu.2.lib.1.

b Vinc.God. Excommunicatus. Adde,ꝙ excommunicatus abſoluitur ad cautelam, & non allegata cauſa excommunicationis, Rota in deciſ.9. nota, quod ibi pars,in antiq.

c Nec.Vide Panor.in c.cum ueniſſet,per illum tex.extra de eo, qui mit. in poſſ. cau.rei ſer.& pulchre do.Ias.multa alle.ad propo.in l.1.C de bon.poſ.ſecun. ta.verum tamen eſt ꝙ pendente appellatione ab executione non poſſunt retractari,ita Io.And.in c.venerabilibus.de ſen.excom.lib.6.

SVMMARIVM.

Proſecutionem appellationis licet appellantes non fecerint, nihilominus iudex de impedimento cognoſcit, in prin.

Ad electionem ne procedatur, vocibus ſcrutandorum prætermiſſis, valet appellatio, poſt caſum.§.no.primo.

Vocum translatio in quibus poſſit electionibus fieri,ibidem. §. item not. & apponi etiam poteſt certa forma,nu. 1.

1 *Archiuum ſi ſit datum prioribus, & camerariis,an camerarii poſſint tranſferre eorum poteſtatem in priores.*

2 *Legatus Cardinalis procedit pendente appellatione interiecta ad Papam,nō tanquam cognitor,ſed tanquam informator.*

Appellatione etiam deſerta cognoſcitur de exceptionibus ex officio ſuperioris in cauſa electionis.§.Quarto no.& nu.3.

Pars maior prævalet in electione,licet omnes vocandi ſint, ibidem §. oppo. & nume.3.

3 *Vocari debent in electionibus omnes.qui commode poſſint vocari.*

Appellationi non renunciatur,licet partes in aliquem vt bonum virum conſenſerint.§.oppo.quod infra.

4 *Procurator debet mitti ad appellationem proſequendam,non nuncius.*

CAP XLV.

Conſtitutus. Licet appellantes in negotio electionis intra tps legitimum appellationem nō fuerint proſecuti,nihilominus iudex de impedimento electionis cognoſcit.h.d.In prima ponitur facti narratio,in ſecunda iuris intellecto,Papæ motiuum & Iudicum datio.Caſus.Vacante decanatu Claramontenſi,quidam ex canonicis tranſtulerunt poteſtatem eligendi decanum in epm,hoc acto ꝙ eps non procederet ad electionem ſine alijs.Quidam autem noluerunt transferre,ſed retinuerunt voces apud ſe, vndecim canonici appellauerunt,ne eligeretur in decanum aliquis præter conſenſum oīum .ſ.requiſitum,quia omnes ſunt vocandi.Eps præfatus cum vndecim canonicis contulit decanatū Archid. Eccleſia per hoc erat in magno ſcandalo.vnde Cardinalis Aplicæ ſedis legatus tranſiens per partes illas,non tanq̄ cognitor,ſed tanq̄ informator cō miſit duob.cauſam,vt informarentur,& ſcriberent Papæ,tandē partes fuerunt coram Papa cum informatione Cardinalis, qui ſcripſit Papæ ſub qua forma fuit appellatum, & ꝙ appellantes intra annum appellationem non fuerunt ꝓſecuti, nec inueniebant cauſam,propter quam eſſet biennium indulgen.licet miſerint bis nuncium ad ſedem Apoſtolicam,cum non miſerint procuratorem,appellantes dicebant, ꝙ electus renunciauerat facto epiſcopi,& ꝙ eps proceſſit contra formam mandati,ſeu tranſla-

tionis

BIU Cujas

tionis poteſtatis. Papa mãdat, ꝙ ſi hoc eſt uerum, electo ab eꝓo, ut præfertur, ſilentium imponatur, alioquin imponatur, ſilentium aduerſariis. No. primo, quod valet appellatione ꝓcedatur ad electionem ſcrutandorum vocibus prætermiſſis. Item no. de transla. uocum, iſta translatio non poteſt hodie fieri in electionibus, in quibus eſt data forma per capl'm, quia pp, niſi in caſu, ſed in alijs actibus bñ poteſt fieri translatio uocum, ut hic,
1 quod eſt no. dignum. † Pone, datum eſt arbitrium prioribus, & camerarijs, nunquid camerarij poſſunt transferre eorum poteſtates in priores? & videtur hoc caſu, ꝙ ſic, quod tene menti. ad idem. ff. quod cuiuſq; uniuer. l. item eorum, §. ſi decuriones. No. quod in translatione uocum poteſt apponi certa forma, qua non ſeruata, non tenet, quod agitur, & etiam iſtud notabiliter
2 ponderandum. † Tertio no. quod legatus Cardinalis procedit pendente ap interiecta ad papam non tanꝙ cognitor, ſed tanꝙ informator. Quarto no. ꝙ licet ſit deſerta app. tamen non procedit ad confirmationem, ſi electio non tenet, & ſic cognoſcitur de exceptionibus peremptorijs appellatione deſerta, non ui appellationis, ſed officio ſuperioris, & eſt ſpeciale in cauſa electionis, & poſtulationis. Opp. quod appellatio fuerit nulla, quia non requirunt omnes, ſed ſufficit maior pars. ſol. omnes ſunt uocandi, tñ illud præualeret, quod fecit maior pars. † Opp. corpus uni-
3 uerſitatis eſt apud intrinſecos, & pñtes, ergo non oportet uocari abſentes & extrinſecos. C. de decu. l. obſeruare. Sol. illud fallit in electionibus, in quibus, oportet uocari omnes, qui commode poſſunt vocari, ut no. Archi. 2. q. 6. nominationes, ubi videas. Oppo. quod legatus non potuit ſe intromittere. Sol. uerum eſt, niſi de conſenſu partiũ, ut no. Car. infra de elec. in 6. c. cupientes, in prin. & tamen per hoc non renunciatur appellationi, ſicut nec ꝑ compromiſſum, ut in c. quamdiu, de appel. in cle. non. n. partes conſentiunt in eum tãquam in iudicem cauſæ, ſed ut in bonum virum. Op. ꝙ appellatione deſerta non ſit de illa cognoſcendum ſed exequendum. Solu. uerum eſt vi appellationis, ſed Papa hic
4 proceſſit ex officio. † No. quod ad appellationem proſequendã non debet mitti nuncius, ſed procurator, de hoc infra eo. c. ſępe, in gl. iſtud no. ibi plene de hoc.

SVMMARIVM.

Appellatio fruſtratoria poſſeſſionẽ electi, & confirmati non impedit, in prin.
1 *Adiuratio, quæ fit in electione, habet vim iuramenti.*
Conſcientia quid, uer. in tex. ibi, Iuxta.
Conſcientia vbi eſt, ibi Deus. ibid. verſi. Item no.
2 *Conſcientia hominum cum ſint diuerſæ etiam circa vnum & idem, meliori & ſaniori conſcientiæ ſtatur.*
3 *Honeſtas facit aliquem idoneum, & debet confirmari.*
In appellationis cauſa poteſt quis exprimere aliam cauſam, quam illam expreſſam in appellando, & id in cauſis electionum, ver. ibi, Aliam.
Eccleſia videtur ſemper abeſſe in controuerſia electorum, ibid. & ideo pro ea ſupplendum.
4 *Votum examinari non debet.*
Patet quod expreſſe, non eſt probare neceſſe, excipitur quidam caſus, verſic. dicit lex.
Examinatio non prętermittenda in quibus, per eam additur forma, vel auctoritas, ver. vnde patet.
5 *Poſſeſſionis effectum debet quis habere poſtquam eſt confirmatus.*
Confirmato opponere quis excipiendo non poteſt, ſecus accuſando, vel agendo ver. tamen non, cum ſeq. & nu. 6. & 9.
Confirmatio vim habet diffinitiuæ, ver. nam cum.
6 *Exceptio contra electum poteſt opponi etiam poſt ſententiam, vel ſaltem officio iudicis eccleſiæ conſuli, & nu. 10.*
7 *Appellatio ſi fiat ante confirmationem, an confirmatio ſit inualida.*
Appellationi etiam a definitiua non deferendum cauſa temerarie expreſſa. §. ſed contra.
8 *Appellationem ab interlocutoria non poſſe iuſtificari, ſi cauſa nõ eſt expreſſa ab appellante, quomodo debet intelligi.*
§. Permittitur l. an prætor. ff. de mino. intell.
9 *Appellari a mera executione an liceat.*
10 *Exceptio an debeat admitti, & nu. 6.*
Exceptionis virtus non eſt amouendi, vel reſcindendi, ver. quod virtus
11 *Epiſcopus antequam habeat poſſeſſionem pacificam epiſcopatus, an teneatur petere confirmationem, vel ordines.*
Confirmatus tantum epiſcopus beneficia prima retinere poteſt, ſi non habuit poſſeſſionem epiſcopatus. §. item dicit.
12 *Scrutinium an poſſit fieri de duobus tantum, vt eligatur vnus ex illis, & alius extra illos non poſſit eligi.*
13 *Adiuratio, quæ fit in electione, an ſit licita.*
14 *Eligi ad prælatum an poſſit ille, qui eſt nimis pauper, vel nullum habet amicum, per quem poſſit eccleſiam defendere.*
Mores boni meliores ſunt armis, vel diuitiis, ver. nam boni.
Cauſam vnam qui allegat duntaxat, videtur tacite confiteri ſe alias cauſas non habere, & quibus cauſæ approbentur. §. nota quod.
15 *Verba generalia & ambigua famam alterius non denigrant.*
16 *Executio non dicitur facta plena, niſi ſit data pacifica poſſeſſio.*
Poſſeſſio pacifica quantolibet tempore fuerit, ſufficit, ver. ſufficit.
17 *Crimen cum infamia an poſſit opponi electo.*
Executio non poteſt impediri per exceptionem habentem longum tractatũ, uerſi. intellige.
Incontinenti, aduerbium, quomodo ſumatur, ver. iſtud autem.

CAP XLVI.

Conſtitutis. Appellatio fruſtratoria poſſeſſionem electi & confirmati non habet impedire. h. d. In prima ꝓceſſus, & facti narratio. in ſecunda ibi, nos aũt. Papæ diffinitio Caſus, Vacante præpoſitura S. Saluatoris, fuerunt duo electi in diſcordia. ſ. Cãtor Metenſis, & Cãcellarius Meten. Cãcellarius fuit electꝰ a maiori & ſaniori parte capituli, & nihil ei obiiciebatur, niſi impotentia. i. ꝙ nõ erat potens defendere poſſeſſiones p̃poſituræ a ſuis æmulis. Eps ꝓfirmauit electionem Cancellarij tanquam factam a maiori & ſaniori parte capituli. & cum vellet domum, & inueſtituram porrigere, vt eſt moris, decanus appellauit adiecta cauſa dictæ impotẽtiæ, inſuper dixit, ꝙ habebat aliam cauſam, quam tunc pro meliori tacebat, exp̃ſu rus eam Papæ, Papa ſpretis iſtis ambagibus decernit dictum Cancellarium in poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ mittendũ, & inueſtiendum, quia confirmationis effectus pro friuola appella tione impediri non debet: habita autem pacifica poſſeſſione, ſi voluerint denunciare, uel accuſare dictum Cancellariũ de ali-
1 quo, eſt in eorum arbitrio. † No. ꝙ adiuratio,[a] quæ fit in electio
a ne, hẽt uim iuri, ut no. Archi. per iſtud c. 2. q. 4. ſi quis presbyter. In tex. ibi, Iuxta conſcientiam, conſcia eſt habitus perfectionis in mente ſyncera, uel conſciẽtia eſt motus pungens exiſtens in mente humana. Item no. ꝙ ubi conſcientia eſt, ibi Deus eſt, dicit Iſa. vltimo. c. quod vermis conſcientię non extinguetur, quia conſcientia eſt paſſio mentis, ſeu cordis, quæ ſemper eſt in actu.
2 † Et no. hic, quod conſcientiæ hominum diuerſæ ſunt, etiam circa unum & idem, ſed ſtatur conſcientiæ meliori. In tex. ibi, & ſubdiaconis quinque omnibus conuocatis, & ſic fuerunt 11.
3 † Ibi, Honeſtate. No. ꝙ honeſtas facit aliquem idoneum, & debet confirmari. Ibi, Aliam, no. quod coram iudice appellationis poteſt qs exprimere aliam cauſam, quam illam, quam in appellando expreſſit, quod locum habet in hmõi appellationibus electionum, Ber. in ſuffragio, quia etiam iudex ſupplet de facto. cum. n. eccleſia eſt in controuerſia electorum ſemper eccleſia
4 vr abeſſe, Et ideo pro ea ſupplen. eſt. C. de ap. l. ampliorem. † Ibi, Conſtaret, ar. uotum examinandum non eſſe. de hoc 47. di. Petro. 24 di. epiſcopus. dicit lex, ꝙ rei demonſtratæ demonſtrationem adiicere fruſtra eſt. ff. de do. præle. l. 1. in fi. unde quod patet expreſsè, non eſt probare neceſſe, niſi examinatio eſſet de forma, vt in examinandis pro licentia doctoratus, quia quando per examinationem additur forma, uel authoritas, prętermitti non
5 poteſt, quia forma dat eſſe rei. † In tex. ibi, Effectum, no. quod poſtquam quis eſt confirmatus, debet habere poſſeſſionis effectum. uide quod no. Ioã. An. infra de elec. c. auaritiæ, lib. 6. no exe cutionem non impediri, quia liquida eſt, tamen non tolitur ius accuſandi, vel denunciandi. & hoc poſtquam quis eſt confirmatus, ſed ſi eſt confirmandus, obiectus terminũ impedit, ut in Authen. quomodo oportet epiſc. §. ſi quis autem talis, dic, quod aut quis eſt conſecutus plenum ius per confirmationem, & non impeditur poſſeſſio per exceptionem. Nam cum confirmatio habeat uim diffinitiuæ, cum ſit in figura iudicij, ſequitur, quod exceptio peremptoria non poteſt poſtea opponi, ut C. ſen. reſcin. nõ poſ. l. peremptorias. ius autem agendi, uel accuſandi, de quo non eſt quęſitum ante ſententiam, bene poteſt opponi poſt ſen tentiam, ut pater hic, & ff. de euic. l. uendicantem. & ſic excluditur quis ab excipiendo, & non excluditur ab agendo. ſic ſupra de iureiuran. c. debitores, ſimile in noui ope. nun. quæ ante factum locum habet, ſed poſt factum non, ff. de noui op. nun. l. 1. Eſt enim quædam defenſio a futuro grauamine, ſed illato iam grauamine, quia eſt ædificatum, oportet tranſire de defenſione ad impugnationem, & oportet agi interdicto, quod ui, aut clã,
6 ut opus demoliatur, ut in l. 1. ff. de remiſ. † Sed contra hoc opp. quia exceptio contra electum poteſt opponi etiam poſt ſenten tiam, vel ſaltem officio iudicis eccleſiæ conſuli, arg. §. de elec. c. cum dilecti, & c. cum nobis. nam plerũque iudicis officium ſupplet id, quod mero iure exceptionis quis conſequi non poteſt. ff. de peti. hære. l. plane, & l. fin. ſecundum Bern. So. hic nihil erat ſupplendum, quia nihil omiſſum, cum electus eſſet idoneus, & omni exceptione maior, alias bene poſſet proſequi cauſam non expreſſam, & maxime proteſtatam, ſecundum Ber. hoc uerum, ſi plene eſſet appellatum, ſecus, ſi a grauamine, ar-
7 ticulo, uel executione. Opponitur hic ante confirmationem

erat

A D D I T I O.

a Vinc. God. Adiuratio. Adde ꝙ iurans poteſt contra ſuum iuramentum, ſi appareat de dicto aduerſarij iuris præſumptione, venire. Ruin. conſilio 95. numero 12. lib. 5.

BIU Cujas

a erat appellatum,ergo non tenuit confirmatio. [a] ſo. imo epiſcopus ſtatim confirmauit antequam appellaretur, & cum poſtea vellet domum tradere,& inueſtituram porrigere, vt eſt moris, tunc fuit appellatum,ne domus traderetur,& inueſtitura fieret, inſerta cauſa minus iuſta,& ideo non ventilanda. Sed cõtra hoc immediate opponitur,iſta appellatio videtur facta a diffinitiua, ergo poteſt iuſtificari cauſa non expreſſa, licet ſecus eſſet in interlocutoria,vt ff.de ap.l.ſcio,& in c.appellanti,de app.in cle.ſol. hic appellatio fuit expreſſa temerarie,& ideo nec de iure,nec de facto erat ei deferendum,vnde ſuper ea non poteſt fundari proſecutio aliqua,arg.ff.de bo.aut.iu.poſſ.l.cum vnus,& iſtud eſt bene notandum.† Quod autem dixi,quod appellatio ab interlocu-
8 toria non poteſt iuſtificari,ſi cauſa non eſt expreſſa ab appellante,debet intelligi de cauſa facti.ſed ſi cauſa conſiſtit in iuris diſpoſitione,vt quia minor defendit,vel agit ſine curatore, & ſic per inſpectionem actorum,apparet quod non habet perſonam legitimam,tunc non oportet,quod appellans exprimat cauſam. ſufficit enim dicere, Domine iudex, vos faceretis mihi iniuſtitiam & iniuriam,& ideo appello,ut ff.de mino.l.ait prætor. §. p-mittitur,&nunc intelligis illum §. quia per iura nouiſſima non
9 eſt correctus.Op.hic † non fuit appellatum a cõfirmatione, ſed a mera executione,ideſt ne traderetur poſſeſſio corporalis, & ne fieret inueſtitura incorporea in dignitate,vnde alia ratione videtur,quod appellatio non tenuerit,quia a mera executione nõ appellatur,& ſi appellatur ab executione,non a ſententia, appel. latio non tenet,vt hic per Inno.Sol.dictum Inno. debet intelligi poſtquam tranſiuit in rem. iudica. Sed dum ſumus in poteſtate appellandi,ille,qui appellat ab executione,intelligitur appellare a ſententia,& executione,arg.ff.de do.inter vir.& vxo.l.3.§.ſciẽdum.ff.de acquiren.hæred.l.illud. Et hoc propter connexitatẽm actuum,quia qui intendit remouere effectum, intendit remoue re cauſam,per quam peruenitur ad ipſum,arg.ff.de ſer. vrb.prẽd. l.ſeruites.§.domo.Nam ſi iſtæ regulæ traduntur ad remotionẽ effectuum,ſequitur remotio effectus, & remoto fine principiũ remanet inane & vacuum.vel dic,quod appellatio ab executione tantum non valet propter vitium formæ appellatio.caſus vi-
10 detur.hic. † Oppo.quod exceptio debeat remitti, nam iure cauetur,quod per exceptionem oppoſitam,poſt confirmationem impeditur conſecratio 33.diſtin.illud.infra de accu.ſuper his.dicit Inno.quod aut aliquid ſupereſt agendum,vt conſecratio,vel ordinatio,& illud poteſt impediri,& impeditur per exceptionẽ. Aut non reſtat aliquid agendum, quod ius tribuat ſecundum ſimplicem poſſeſſionem facti, & tunc non poteſt excipi, quia nec intelligitur tunc agi,ſed actum eſſe, quod virtus exceptio-
11 nis non poteſt reſcindere,ſed requiruntur remedia amotiua, ſicut eſt accuſatio,vel denunciatio, ſecundum Innoc. Quærit Innoc,vtrum antequam epiſcopus habeat pacificam poſſeſſionem epiſcopatus,teneatur petere confirmationem,vel ordines? & dicit quod non,licet quidam alij dicant contrarium, quia non tenetur omittere ſpiritualia propter defectum temporalium. Itẽ dicit Innoc.quod confirmatus tantum, ſi non habuit poſſeſſio-
12 nem,prima beneficia retinet,& hoc tenet præciſe. † Modo venio ad quædam alia.& primo quæro,nunquid ſcrutinium poſſit fieri de duobus tantum,vt eligatur vnus ex illis, & alius extra illos non poſſit eligi? quidam dicunt quod non,per cap. quia propter, de elec. Nam ius eligendi non poteſt minui, vt ff.qui & a qui.l.ſi optio.Sol.dicit Inno.quòd per viam ſcrutinij,& per viam compromiſſi poſſet hoc fieri, quia in hoc conſentiunt omnes de capitulo,& eſt quædam forma ſimilis formæ compromiſſi.
13 † Secundo quæro an adiuratio,de qua hic loquitur,ſit licita? reſpondeo ſic,& tamen ſi adiurati facerent contra conſcientiam, valeret electio maioris partis,ex quo eſt ſeruata forma iuris, vnde Papa hic non facit mentionem conſcientiæ,quia ſufficit, ꝙ
14 electus ſit vtilis eccleſiæ.† Tertio quæro,nunquid ille, qui eſt nimis pauper,vel nullum habet amicum,per quem poſſit eccleſiã defendere,poſſit eligi ad prælaturam? reſpondeo, ſi vtilis eſt eccleſiæ in ſpiritualibus,& per ſuam prudentiam poteſt eccleſiam competenter in temporalibus defendere,ſatis eſt,ut ff.de confirmatione tu.l.vtilitatem. Nam boni mores meliores ſunt, quam arma vel diuitiæ,vt ff.de ſuſpe.tu.l.ſuſpectum tutorem. prælatus enim ſimilis eſt tutori,excepto quod nõ dat fideiuſſorem de ratione adminiſtrationis reddenda.dicit Hoſtiẽ.attenden.qualitatem beneficij,& ſitum.& ſi non poſſet defendere iura eccleſiæ de facto,debet prouideri de alio magis idoneo, quia vtilitas eccleſiæ præfertur moribus electi.No.ꝙ qui allegat vnam cauſam duntaxat,videtur tacite confiteri ſe alias cauſas nõ habere. Item
15 no.ꝙ cauſæ non iactationibus,ſed rerum meritis approbantur. † Item no.ꝙ verba generalia & ambigua famam alterius nõ denigrant Nam qui obſcure loquitur,nihil loquitur.ff.de le.j.l. Ti-
16 tię textores.ff.de iu.fiſ.l ita fidei.& no.in l.turpia.ff.de leg. j. † In tex.ibi, Poſt quam pacificam. No.ꝙ non dicitur facta plena executio,niſi ſit data pacifica poſſeſſio,ſufficit tamen, quod quanto libet tempore fuerit pacifica,licet poſtea turbetur per accuſatio-
17 nem,vel denunciationem,vt hic, vel etiam de facto,licet ſit arg. in contrarium.ff.de arbit.l.inter Caſtellianum. ſed ibi alia eſt ratio,quia arbiter non videtur ſenſiſſe de poſſeſſione momẽti, ſed de poſſeſſione continua,vt ff.de ſerui.ven.l.egi,& l.harum.vnde ibi pars non erat functa officio ſuo perpetuæ obligationis, ſed hic iudex erat functus officio executionis, tñ & hic ſi aduerſarij eum de poſſeſſione eijcerent,debẽt officio iudicis poſtea reformari,vt ff.ne vis fi.ei.l.ſi quis miſſum. No.ꝙ vbi nõ eſt poſſeſſio, ibi non eſt effectus.No.hic,quod accuſatio poſſeſſionem nõ impedit, contra quia criminalis præfertur ciuili.C.de ord.iu.l. fina. Solu.ibi erat cognoſcendum.hic autem erat cognitum, & pro-
b nunciatum,& ſic non ob. Oppo. quod poſſit † opponi crimen cum infamia.Sol.fateor quia infamia [b] inducit neceſſitatem ſe purgan.intellige, ſi incontinenti poſſit excipiens hanc qualificatam exceptionem,ſicut formaliter obijcit,probare, ſecus ſi reciperet longum tractatum,cum non debeat impediri executio liquidi propter non liquidum,vt ff.de iureiur.l.nam & poſtea, in princ.vbi bona gloſ.iſtud autem,incontinenri,ſi eſt probandum per teſtes, qui ſunt in eodem foro, intelligitur intra duos menſes.ff.de iure fiſci.l.aufertur.§.qui compenſatur.ſed extra illud forum inteligitur iudicis arbitrio.ff. vt in poſſ.leg.l.is. a quo. Item infamia intelligitur arbitrio iudicis. ff. de effracto. & expi.l.1.§. expilatores.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Confirmatio.Adde ꝙ confirmatio corroborat confirmatum, non autem efficit,vt illud extendatur ad id,quod antea minime comprehẽdebat. Rui.conſi.111.nu.18.lib.5.

b Vinc.God.Infamia.Nota ꝙ infamia ſequitur infamem vbique locorum,ſicut lepra leproſum.Bar.in l.ea.ff.de poſt.

SVMMARIVM.

1 *Ad locum ſi citat iudex, ad quem citatus non poſſit ſecure ire, & mittere præmiſſa proteſtatione de loco non tuto, citatus poterit appellare.*
Locum tutum tenetur iudex aſſignare,etiam ſi non excipiatur, & quando, ver. iudex ex. & aſſignando,quando infringit appellationẽ.§.ſed nunquid.
Locus ſi ſit præciſe impoſſibilis citato,& hoc ſcit iudex,proceſſus etiam ſine appellatione nullus eſt ipſo iure:alias oportet excipi,& appellari,ver.ſi locus,& §. ſed nunquid.
2 *Locus ſi eſt tutus procuratori,ſed non citato,an ipſe citatus poſſit appellare.*
3 *Locus ſi non eſt tutus propter mortalitatem,an teneatur citatus ire.*
Tentare Deum quis non debet,ver.reſpondeo.

CAP. XXIX.

1 Ex parte. † Si iudex citat ad locũ, ad quẽ citatus nõ poſſit ſecure ire,& mittere p̃miſſa,pteſtatione de loco nõ tuto,citatus poterit appellare.Ber.in ſuffragio.Iudex ex officio tenetur aſſignare locũ tutum,etiam ſi non excipiatur.Innocen.dummodo iudici ſit notum, Hoſtien. de re iud. capitulo paſtoralis,in Cle.ff.ad Treb.l.de ætate,& ibi bona gl. & vulgaris. ſi locus eſt præciſe impoſſibilis propter inimicitias alias contractas,& iudex ſcit,quia alias ſunt ortæ ex facto ipſius iudicis proceſſus etiam ſine appellatione eſt nullus ipſo iure, vt d. c. paſtoralis,alias oportet excipi,& appellari. Sed nunquid debet excipere,& cum hoc ſe offerre ad locum tutum, & petere ipſum ſibi aſſignari? dicit Hoſt.quod ſic.Inno.contra,quia non tenetur iudicem inſtituere contra ſeipſum, hæc vera, quia iudicis officiũ eſt ſecundum Innoc.Et not.quòd iſte iudex, qui citauit ad locũ non tutum, poteſt infringere appellationem, aſſignando ei & eius reſponſalibus, & ſocijs locum tutum. Bern.ſcilicet ante quam appellans ſit fatigatus in probando appellationem ſuam, non poſt, argum. C.de aboliti.l.2.de iureiuran.l.eum qui in prin-
2 cip.† Quid ſi locus eſt tutus procuratori, ſed non ſibi? reſpondeo, appellare poteſt, quia beneficium iuris, quod habet,ut per ſe, vel per procuratorem compareat, non poteſt ſibi auferri. ff.
3 de procurat. l. 1. §. vſus. † Quid ſi locus non eſt tutus propter [a]
a mortalitatem? reſpondeo,non tenetur citatus ire, quia non debet tentare Deum,ſed timere, cum ſit terribilis plus quam leo rugiens,& qui non timet Deum in feruore vitæ, in morte plorans dicit,timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ.

ADDITIO.

a Propter.Videomnino allegata per do.Fel.in c.ex tranſmiſſa.extra, de præſcr. in ver.ad illud de peſte.

SVMMARIVM.

Appellatur licite,ſi procurator non habeat proprium ſigillum,vel ſi quis cõuenitur per ſecundas literas non facientes mentionem de primis,in prin.
Actorem leges vocant,quem vocamus capituli procuratorem.§.in texi ibi, Actorem,poſt caſum.
1 *Sigillum incongruum vitiat ſcripturam.*
2 *Signum non conſuetum ſi notarius facit, inſtrumentum ſuum non valet.*
3 *Rochas habentes in cuſtodia,ſi crederent literis generalibus domini,non excuſarentur,ſed punirentur.*
4 *Ad victoriam ſufficit ex duabus exceptionibus, vel rationibus copulatiue propoſitis alteram eſſe veram,cum quodlibet per ſe ſit ſufficiens.*
Qualitas vbicunq; eſt de forma ſubſtantiali excipiendi,ibi oportet qualitatẽ probari

BIU Cujas

probari. ver. vbicunque.
Astringat si se quis cuipiam probando, id est forma, ver. forma.
5 *Capitulum sine authoritate proprii iudicis, an possit facere syndicum, vel actorem.*
Procuratorem constitui non posse sine decreto iudicis, a quibus leges intelligant, ver. in contrarium, & nu. 6.
6 *Capitulum si habeat litigare cum suo episcopo, quis dabit ei curatorem.*
Capitulum dicitur ecclesia, & læsum, ideo habet restitutionem integrum.

CAP. XLVIII.

Significauit. Si procurator non habet proprium sigillum, licite appellatur, vel si aliquis conuenitur per secundas literas non facientes mentionem de primis. hoc dicit. secunda ibi. quo circa. Casus. Procurator capituli Eboracen. agebat contra electum I. magistrum hospitalis, quem episcopus confirmauerat. Nam capitulum Eboracen. dicebat electionem ad se tantum pertinere, & ideo petebat magistrum cassari, iste procurator producebat literas capituli sigillatas, sigillo solito apponi in executorialibus, non tamen procuratoribus. Item magister erat in ius vocatus per alias literas gratiæ, & non poterat conueniri per posteriores non facientes mentionem de primis. & quia hæ exceptiones non fuerunt admissæ, fuit appellatum, Papa mandat, quod etiam, si vna istarum exceptionum sit vera, quod reuocetur in irritum quicquid factum est post appellationem. In tex. ibi, Actorem idest procuratorem capituli Eboracen. quem leges Actorem vocant. † Not. quod sigillum [a] incongruum vitiat scripturam. † Item no. argum. quod si notarius facit signum non consuetum, non valet suum instrumẽtum. C. de assess. l. fi. & Insti. de publ. iu. §. ita lex Cor. de fal. vtendum est si gillis appropriatis, & non sigillis simpliciter. † Et no. pro his qui habent rochas in custodia, quia debent recipere signa eis deputata, & si crederent literis generalibus domini, nõ excusarentur, immo punirentur. †. In tex. ibi, Conuentus. scilicet magister. Ibi, Vel aliquam earum, no. ex duabus exceptionibus, vel rationibus copulatiue propositis sufficere ad victoriam, alteram esse uerã, cum quælibet per se sit sufficiens, alias secus. ff. de re iu. l. diuus. præterea ibi erat vna exceptio tãtum qualificata, & ideo iterum debet probari scilicet, exceptio, & eius qualitas, quod dic, vt Bar. & dixi de probat. capit. licet causam. vbicumque qualitas est de forma substãtiali excipiendi, ibi oportet qualitatem probari, forma est etiam, si quis astringit ad illam probandam, arg. ff. de probat. l. circa. † Quæro, vtrum capitulum possit sine auctoritate proprij iudicis facere syndicum, vel actorem? Ber. dicit, ꝙ non, ad instar minoris, qui indiget curatore, & curator est decernẽdus auctoritate iudicis. In contrarium videtur, quia capitulum potest constituere vnum procuratorem, & in constitutione procuratoris non requiritur iudicis auctoritas, quia constituitur a domino vt ff. de procur. l. filius, §. milites. & leges, quæ dicunt, quod in cõstitutione actoris requiritur decretum iudicis, loquuntur quando actor constituitur per decuriones, vel consiliarios Reipublicæ, non quando ipsimet domini constituunt procuratorem, ad hoc sup. de rescrip. c. edoceri, & hoc quando capitulum habet litigare cum alio, quam cum suo prælato. dicit Ber. quod cum au
6 ctoritate iudicis debet ei dari curator. † Quid ergo, si habeat litigare cum suo episcopo, quis dabit istum curatorem? dicũt Doc. quod non est necessarium aliud decretum, vnde si capitulum alicuius ecclesiæ collegiatæ habeat litigare cum suo præposito nõ indiget auctoritate episcopi, multomin⁹, si habeat litigare cum suo episcopo, quia auctoritas non est exquirenda ab aduersario, licet interdum sit agendum venia petita, vt Inst. de act. §. pœnales, & arg. ff. ad Treb. l. Imperator. Et no. ꝙ Ber. dicit hic, quod capitulum dicitur ecclesia, ergo læsum habet restitu. in integrum. adde quod not. 5. q. 3. c. vltimo.

ADDITIO.

a Vinc. God. Sigillum. Adde ꝙ sigillum falsum in scriptura vera facit procuratorem dici falsarium. Bal. in l. falsus, in fi. ver. dubitari potest. C. de furt.

SVMMARIVM.

Declarari rem in libello petitam, si non auditur quis, appellat licitè, in prin.
Ab ineptitudine libelli potest appellari, ibid. §. & no.
1 *Ecclesia, si dicit fundum ad se reuersum propter canonum nõ solutum, debet declarare, quis fundus sit ille.*
Declarare petita in libello est actoris, & hoc negante reo, nisi in casu, ver. interrogabitur.

CAP. XLIX.

Significantibus. Licite appellat reus, petens declarari rem in libello petitam, si non
1 auditur. No. ꝙ ab ineptitudine libelli põt appellari. † No. quod si ecclesia dicit fundum ad se reuersum propter canonem non solutum, debet declarare quis fundus sit ille, vt ff. de rei vendi. l. si in rem agat aliquis, & in l. idem Pompo. scribit, si frumentum. §. vlt. ff. de censi. l. forma, & ibi not. interrogabitur etiam emphyteuta, an aliquis fundus sit emphyteuticus, & quis: quia, vt dicit tex. in feudis non est bonum, vt veritas negetur. Si autem dicit nihil esse liuellarium, seu feudale, actoris est declarare, nisi petitio sit vniuersalis, vt quia petit iurisdictionem, vel districtum, qa fines iurisd. illius districtus sunt declarandi in libello, de restitut. spol. cap. cum ad sedem.

SVMMARIVM.

1 *Ad appellationis causam finiendam terminum iudex a quo statuere non potest, & quomodo, si statuitur, intelligitur. & §. modo.*
Prosequi appellationem quando quis dicatur, ibi. ver. aut ergo.
Suspectus episcopus redditur propter suum commensalem. §. nota.
2 *Dilatio assignata ad plura, si non potest operari in omnibus, operetur quantum potest operari.*

CAP. L.

1 **Ex insinuatione.** Iudex a † quo appellatum est, non potest statuere terminum ad finiendam causam appellationis, quod si fecerit, intelligitur statuisse terminum ad præsentandum. aut ergo terminus statuitur ad appellationem finiendam, vt hic: aut ad appellationem prosequendam, ut infra eo. c. abbate, & tunc prosequi dicitur, licet nõ producat ad effectum. si tamen semel tantum compareat, & protestetur, quod per se non stat, & ponat aduersarium in contumacia. nam donec illa sint purgata per aduersarium, semper intelligitur prosequi. ff. de vsu. l. mora, per Bar. quod est not. dignum. secunda ibi, quia vero. Casus. Inter priorem & monachos S. Barbaræ ex vna parte, & B. camerariũ ex altera, erat quæstio super quodam prædio coram iudice ordinario, cuius commensalis fuerat aduocatus camerarij in eadem causa. vnde ne procederetur, fuit appellatum, iste iudex præfixit terminum ad festum Purificationis, intra quem vtraq; pars deberet esse reuersa ab appellatione. Papa dicit, ꝙ non potuit iudex a quo imponere legem superiori, & maxime Papæ, cum is, qui est in consistorio Principis, &c. Item quia iste camerarius impetrauit non expectato termino, nõ valet impetratio. Et mandauit Papa, ꝙ si est ita partib. conuocatis &c. No. eꝑm reddi suspectum propter suum commensalẽ. Modo quæro, quis terminus erat iste, qui fuit præuentus? Resp. terminus ad festum Purificationis: sed ꝯ hoc, quia assignatio termini hmõi non tenuit? rñ. verum est, ꝙ nõ tenuit formaliter ſm intentionem assignantis, tamen ex interpretatione istius capituli tenuit ad se prætentan. in termino coram Papa, vel alio iudice ad quem, quod est not. dignum. Ex hoc. n. sequitur, ꝙ si non
2 valet dilatio vt ago, valet vt valere potest. † Et ꝙ dilatio [a] assignata
a ad plura, si non põt operari in omnibus, operetur, quatenus potest operari, tene menti. Ibi, Patrocinari. ff. de pig. ac. l. si quasi.

ADDITIO.

a Vinc. God. Dilatio. Adde quando dilatio datur ad aliquid faciendum, an requiratur sententia, vel denunciatio. Alex. consi. 2. lib. 4.

SVMMARIVM.

Appellatio extraiudicialis ex verisimilibus causis ne molestetur in possessione sua, facto subsecuto, valet, in prin. & nu. 2.
1 *Verbum pertinere, est generale.*
Ius suum exponere aduersario nemo tenetur, seu iudici, si natura causæ deserat, ver. quia nemo.
2 *Appellatio generalis admittitur extra iudicium.*
Abbas acquirit possessionem per monachos. §. in tex. ibi. Mona.
Possessionem si habeo per alium, & ego ingredior possessionem, dicitur vnica possessio. §. in tex. ibi. secundo.
3 *Appellationis geminatio non nocet.*
Patronus ecclesiæ vacantis habet ipsius ecclesiæ naturalem possessionem. §. præterea.
Monachus non dicitur possidere, tamen contrahere, & quæ facere alia possit. §. ibi, eiecerint, ver. & no. & nu. 4.
4 *Monachus non dicitur esse hæres, dicitur tamen adire hæreditatem.*
Monachi dicuntur expelli de possessione. §. no.
5 *Custodia ecclesiarum vacantium non spectat ad laicum, sed ad patonum clericum.*
Pro tempore qui fuerũt, si dicas, eorum nomina oportet specificari. §. in tex. ibi, pro tempore.
Possessionem ingredi quis auctoritate sua potest duobus casibus, & quibus. §. oppo.
6 *Possidens per alium, intelligitur possidere.*
Intelligitur, verbum quando veritatem, & quando fictionem significet, ver. Dicas.
7 *Custodiæ causa in possessione existens, non possidet.*
Possessorium simplex non est, dum quis petit induci in statum pristinum, & quando restitutio fiat sic agendo, ver. non autem.
8 *Restitui petenti in pristinum statum an sufficiat, si appellauerit contra spoliatorem.*
Attentata post appellationem extraiudicialem non reuocantur, & quando, ver. respondeo.
Verisimili iuuatur verum, ver. & sic verisimile.
Probabilis & verisimilis causa quæ, ver. vocat ergo.
9 *Spoliasse videtur, qui non spoliauit, sed spoliatum detinet in spoliatione, & nu. 8. §. opponitur.*
Cap. cum ad sedem, de rest. spol. intellect.
Articulare debemus, quod nobis prodesse intendimus, ver. quod saltem.

CAP.

BIU Cujas

CAP. LI.

Bonæ memoriæ. Qui extra iudiciũ ex veriſimilibus cauſis appellat ad papã ne in poſſeſſione ſua moleſtetur,& poſtea ſpoliatur,reſtituitur in ſtatũ,in quo erat tpe quo appellauit.h.d.Et prima pars ponit allegationẽ appellantis.ſecunda ibi,Procurator, ubi ponit allegationem appellati.In tertia pronunciatio,ibi,præmiſſis igitur. Caſus. Quidã O. qui fuerat perſona eccleſiæ de Fan.deceſſit, quo mortuo quidam Abbas poſſeſſionem dictæ eccleſiæ ad ſe aſſerens pertinere, ingreſſus eſt poſſeſſionem primo per monachos, ſecundo per ſe pacifice.timens tamen ne expelleretur de poſſeſſione appellauit generaliter hoc modo, ne aliquis ſuper ipſa poſſeſſione eum præſumeret moleſtare. tamen quidam laici per vim expulerunt dictum Abbatem,& monachos de dicta eccleſia, quę tãdem peruenit ad Archidiaconum quendam:petebat abbas ſibi eccleſiam reſtitui ea ratione, quia ſpoliatus, & quia poſt appellationem ſpoliatus. Archidiaconus dicebat cuſtodiam illius eccleſiæ ad ſe pertinere de iure communi, & de uſu,& conſuetudine ſemper obſeruatis.Item dicebat,quod dictus O. erat cenſuarius dicti Archidiaconi pro dicta eccleſia, cũ dicto Archidiacono nomine ipſius eccleſiæ præſtaret unam procurationem annuam,& quinque ſolidos.Papa auditis hincinde allegatis prædictos monachos,& Abbatem, qui ex probabilibus & veriſimilibus appellarunt iuſſit reſtituendos in eum ſtatum, &c. ad eccleſiam antedictam cum fructibus,ſalua quęſtione proprietatis.

1 † In tex. ibi, Aſſerit pertinere, [a] verbum, pertinere, generale
a eſt, & verificatur, ſi pertinet ad eum iure patronatus, arg.illius no.l.talem,§.fi.ff.de hęre.inſt. vel quia prædeceſſores eius ſimili iure vſi ſunt.ff.de uſucap.l.Celſus, quorum quaſi poſſeſſio continuatiue tempore uocationum deſcendit ad ipſum Abbatem, & monachos.ff.ex qui.cau.ma.l. cum miles. titulum tamen ſuæ poſſeſſionis non tenetur dicere Abbas Archidiaco.ca. 1. de regul.lib. 6.ff.de rei uen.l.in ſpeciali. quia nemo tenetur ius ſuum exponere aduerſario ſeu iudici, ſi natura cauſę hoc deſiderat, iuxta illam regulam, agat quod cauſa deſiderat.C. de poſt.l.quiſquis.qui tex. deberet ſcribi literis aureis in omni materia iudi-
2 ciorum. † In tex. ibi, Ne quis. nota generalem appellationem extra iudicium admitti,quia per factum ſubſecutum deducitur ad ſpeciem,ff.de cond. inſtitu.uter ex fratribus, nec eſt neceſſe, quod expulſoribus intimetur.In tex.ibi,& monachos.no. quod Abbas acquirit poſſeſſionem per monachos, ſicut dominus, per ſeruum ſuum.In tex.ibi, ſecundo per ipſum. nota,poſſeſſionem p alium habeo,& nihilominus ingrediendo per meipſum poſſideo,& ſic bis poſſideo,dicas, quod tantum una eſt vera poſ
3 ſeſſio, ut l.3. §.per ſeruum. ff. de acqui. poſſe. Ibi,Pluries.† Nota hic expreſſum, quod geminatio appellationis non nocet. Et de hoc no.j.eo.tit.ca. dilecto,quia qui appellat, ſemper improbat factum iudicis,& ſemper perſeuerat in probando,ſicut ille, qui ſæpe & ſæpius petit apoſtolos.Ibi,Super poſſeſſione, no.ſuper poſſeſſorio appellari.Inno.dicit,quod iſtud non erat poſſeſſorium. Sed contra Inn.facit fructuum reſtitutio ad quam condemnatur Archidiaconus,ut ff.de ui & ui ar.l.rectiſſime. Præterea patronus eccleſiæ vacantis,ſ. clericus habet interim naturalem poſſeſſionem ipſius eccleſię,licet habeat eam cuſtodię cauſa. Ibi, Eiecerunt, & ideo probatur ſibi poſſeſſionem reſtitui cum fructibus. Ibi, Archidiaconi,ad quem deuenit dicta eccleſia poſtquam Abbas fuit ſpoliatus per dictos monachos. Et nota quod monachus non dicitur poſſidere,tamen dicitur contra
4 here, puta emere,& vendere.† Item non dicitur hæres eſſe nullo momento,& tamen dicitur adire hæreditatem, ut ff.de leg. 1.l.cum filio.iſta verba gl.ſunt tibi ſcripta.ff.de vſuca.l.ſequitur. §.ſeruus,vnde monachus,qui nõ poſſidet,non præſcribit,& eius conſcientia attenditur.No. quod monachi dicuntur expelli de poſ.C.ſi per vim vel alio modo,l. 1. Ibi,Cuſtodiæ,eccleſiarum va
5 cantium cuſtodia non † ſpectat ad laicum,ſed ad patronum clericũ ſic,ut no.hiç per Inn.& Hoſt.& per Arch.94.diſt.c.dictum, & infra,vt eccl.benefi.c.1. per Inno.& de officio Archi.c.vnico, per Hoſt.In tex.ibi,pro tpe,no.ꝙ oportet ſpecificari eorum nomina,q fuerũt ꝓ tpe.Ibi,Hoc iure.ſ.cuſtodiæ.Ibi, Semper.id eſt tempore,cuius memoria non exiſtit.Ibi,Annis ſingulis,per hoc non ꝓbatur poſſeſſio eccleſiæ, ſed quaſi poſſeſſio ipſius cenſus. Ibi, Appellationis, ſuper hoc fundat ſe Papa.Ibi, Vtrilibet diſiũctiua eſt,non copulatiua ſm Hoſ.Ibi, Aſſignandos, & ſic portandos in horreũ expulſi expenſis expulſoris.Opponitur, ꝙ iſte Abbas non potuerit ingredi ſua auctoritate.ſo. forte erat patronus,
6 vel fiebat hoc de cõſuetudine,Ber.† colligit hic notabile, ꝙ qui per aliũ poſſidet ipſe intelligitur poſſidere. dicas,ꝙ hoc verbũ, intelligitur,ſonat veritatem in his quæ iuris ſunt,ſed in his, quæ ſunt facti,refert,aut eſt tale quid,quod per alium plene acquiritur,& idẽ vt l.certe.§.ſi procurator.ff.de ꝓca.aut non plene acqritur,& tunc importat fictionem.Opponitur, ꝙ iſte Archidiaconus non debuit condemnari,qa de iure cõi eſt magis fundata intentio Archidiaconi,quam intẽtio Abbatis.Itẽ qa ille qui eſt in
7 poſſeſſione,† cauſa cuſtodiæ,non poſſidet, vt ff.de acqui.poſ.l.3. §.genera.ff.vti poſ.l.ſi duo,§.creditores,ff.ex qui.cau.in poſ.ea.l. cum legati.& ideo ſi expellitur,non habet interdictum,vnde vi, ſed offim iudicis.ff.de dona. l. Aquilius.ff.ne uis fi. ei. l.ſi qs miſſum,& no.in l.ideo.§.Neratius.ff.de condi.fur.ſol.quod hic officiũ iudicis intentatur, ut reuocentur attentata poſt appellationem,non autem eſt hic propoſitum interdictum, vnde vi,ſecundum Innocen. qui dicit, quod dum quis petit induci in ſtatum in quo erat tempore appellationis,iſtud non eſt ſimplex poſſeſſorium, vt non inquiratur niſi de poſſeſſione facti, quia imo inquiritur de poſſeſſione iuris,& de proprietate. & cum liceat de proprietate,& de poſſeſſione quæri,pſertur probatio ſuper proprietate.dicit Inn.quod per hunc modum agendi.Peto me reſtitui in priſtinum ſtatum,aut de iure poſſeſſio pertinet ad conuentum, & non fit reſtitutio:aut eſt quidem tertius, ad quem nihil
8 de iure pertinet,& tunc fit reſtitutio.† Sed opponitur quod ſufficit appellatum eſſe,nec eſt aliud inquirendum,niſi an ſit innouatum? reſpondeo in appellatione extraiudiciali non reuocãtur poſt agitata,niſi probetur veritas cauſarum,ut in c.1.de his,quæ ſi.a ma. par. ca. & de ma. & obe. dilecti, de ele. cum inter canonicos. So. dicit Inn. aliquando quis appellat extra iudicium ex cauſa rationabili tantum, & tunc procedunt dicta capitula. aliquando ex cauſa ꝓbabili, & veriſimili ex iuris coniectura, & tunc ſatis eſt ꝓbare,quia cauſa allegata non poteſt eſſe vera, ſed veriſimilis,ſicut veriſimilis eſt,quod ſi clericus habet cuſtodiam eccleſiæ,quod ſit patronus,& econtra,& ſic veriſimile iuuat verum, quod eſt no.dignum ſecundum Inn. ff. de in inte. reſti. l. omnes.vocat ergo Inno.cauſam probabilem, quæ poſſit probari,& veriſimilem præſumptam a iure. Opponitur ſecundum Bern.appellatio fuit inrerpoſita contra ſpoliatorem, ſed Archidiaconus non ſpoliauit, ſed ſpoliatum inuenit,reſpondeo, non eſt vis, quia Archidiac.ſucceſſit in uitijs,ut ſupra de iudi.ca. quia
9 V.† No,quod qui non ſpoliauit,ſed ſpoliatum [b] detinet in ſpolia
b tione,ſpoliaſſe videtur. præterea iſti laici geſſerunt negotiũ Archidiaconi contemplatione,& realiter ipſo facto,& Archidiaconus habuit ratum ipſo facto, quia peruenit ad eum poſſeſſio ipſo facto,ar.ff.de ui & ui ar. l. .§.deieciſſe,& §.quoties.nec ob. ſ.de reſt.ſpoliat.c.cum ad ſedem,quia ibi epiſcopus non habuit ratum,nec fuit uſus adminiculo expulſoris,quod ſaltem erat articulatũ per partem aduerſam,& non fuit articulatum, ut ibi patet.vel ibi ideo, quia agens ſe aſtrinxerat ad directam & immediatã ſpoliationem probandam,& hæc eſt ipſa veritas.

ADDITIONES.

a Vinc.God.Pertinere.Adde ꝙ iſtud verbum, pertinere, vt dicit Alex. conſi.42. lib.4.poſitum in libello,importat petitorium,& poſſeſſorium, Feder.de Senis conſi.284.conſilium latum.vide Soc.cõſi.8.viſis.lib.2.& conſi.47. conſult. & conſi.151.conſideratis.co. lib.Corne.conſi.88.quia.litera,g.lib.4.

b Vinc.God.Spoliatum. Adde ꝙ ſpoliatus debet omnino reſtitui, etiam ſi eius poſſeſſio fuiſſet iniuſta, etiam contra titulo poſſidentem. Gozad. conſilio 99. nume.3.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas datur intelligi facto.*
Facto plus eſt facere,quam verbo dicere,ver.no.quod plus.
2 *Arreptio itineris an habeatur pro appellatione, & in prin. & nu.4.*
Appellatio duplex eſt,expreſſa,& tacita,& quæ ſit vtraque.§.ſolu.
In aduerſarii poteſtate non debet eſſe quid habeam ſecum facere,ibid.ver. dicit lex.
3 *Subditus ſi litigat eum epiſcopo tanquam cum aduerſario, ſuſpicans ſe grauari ab ipſo,& de facto arripuit iter ad Archiepiſcopum,an uideatur legitime appellare.*
Per querelam ſimplicem an inferior Principe adiri poſſit,ver.aduerte.
4 *Papam adiens pro appellatione, & alia cauſa,an habeatur pro appellante.*
Papa eſt pater patrũ,& concurrit immediate cum omni prælato etiam in eadem iuriſdictione maiori, & poteſt adiri,non ſeruatis gradibus. §.ſed in hoc.
Imperator non appellatur niſi gradatim,& ratio.§.ſed tamen.
5 *Iter arripuiſſe an dicatur ſubditus litigãs cum epiſcopo exiſtente Venetiis & dum vadit ad Patriarcham ibidem commorantem, interim excommunicatur.*
6 *Pro appellante an habeatur is,quem epiſcopus carceret volentem ire ad ſuperiorem,nondum tamen euntem.*
7 *Archiepiſcopus ſi mandat epiſcopo negligenti cauſam ſubditorum expedire,vt intra certum terminum expediat,non valet hoc mandatum.*
8 *Querela ſimplex an ſuſpendat iudicatum.*
9 *Superior an poſſit adiri per querelam reſtitu.in integrum petita contra ſententiam inferioris iudicis.*

CAP. LII.

Dilecti. Si ꝓ ſuperiorem ſuum quis vadit ad Papã, habeẽ pro appellante, ita,ꝙ excõmunicatio poſtea ĩ eũ lata nõ teneat ipſo iure.hoc dicit.Prima pars ponit querelã ſcda

dat

dat iudicē. ſecunda ibi, cū autē. Caſus. Inter epiſcopum, & quoſdam monachos eidē ſubiectos vertebatur quæſtio ſup quadā capella, duo ex monachis acceſſerunt ad Papam ꝓ iſta cauſa. Archiepūs hoc ſentiens, eos excōicauit. Papa dicit, ꝙ cum plus ſit ad ſedē Apoſtolicā facto appellare, q̄ ſimplici verbo, & ipſis ad Romanā eccleſiam venientibus intelligit ad ſedē Apoſtolicam ꝓuocatum, denunciari debet, dictos monachos excommunica-
1 tionis vinculo non ligatos. † No. ꝙ facto datur voluntas[a] intelli-
a gi. C. de inſti. & ſub. l. reprehēdēda. No. ꝙ ubi facta loquunt̄, nil opus eſt verbis, qa ꝙ apparet expreſsè, nō eſt ꝓbare neceſſe, facta loquunt̄. no. ꝙ plus eſt facto facere, quam verbo dicere. C. de teſta. l. noſtrā, ff. de teſta. milit. codicil. §. veteranus. vbi per cancellationem teſtamenti tollit̄ teſtamentum, & non per ſimplicem
2 pēnitentiam verbalē. aliæ pulchræ ꝓcordātiæ ſunt in gl. † Opponitur, ꝙ itineris arreptio nō habeat̄ ꝓ appellatione, primo ꝓ tex. c. debitus. infra eo. tit. ſecundo per rationem, qa duplex eſt tantū forma appellan. ſcilicet viua uoce, q̄ incontinenti & à diffinitiua, & in ſcriptis, quando ex interuallo, & ab interlocutoria: ſed arreptio itineris non habet in ſe aliquam ex iſtis formis, qa non eſt in ſcriptis, nec ꝓ nuncupationem, ut ita dixerim, ergo nō eſt appellatio. Sol. duplex eſt appellatio, ſcilicet expreſſa uoce, uel ſcriptura, & ita loq̄t̄ tua oppoſitio. & tacita, ſiue interpretatiua ipſo facto, & ita loquat̄ c. noſtrum. Et per hoc reſpondet̄ ad rationem. Sed ad tex. in contrarium reſpondetur, ꝙ hoc eſt ſpeciale, q̄ iter arripit̄ verſus ſedem Apoſtolicam, quia eſſet abſurdum, ꝙ excōmunicatio ualeret. nā ꝓ hoc nuncij excōmunicati
b nō poſſent comparere in auditorio Papæ, qa nō licet excōmunicatis vrbē ingredi, & vrbs[b] eſt, ubicunq̄ eſt auditorum Papæ. Porro abſurdū eſt, ꝙ aliquis poſſit impedire, ne eatur ad Papā, vel dic, ꝙ eſt ſpeciale, quando cā eſt inter prælatum, & ſubditū, & eſt ratio, quia non debet eſſe in poteſtate prælati, ne ſubditus litiget cum eo, arg. ff. de arb. l. ne in ptāte. dicit lex, ꝙ non debet
3 eſſe in ptāte aduerſarij, quid habeam ſecū facere, ut ff. iuriſd. om. iu. l. ſi idem cum eodē, §. 1. † Quæro, ſubditus litigat cū ēpo tanq̄ cū aduerſario, ſuſpicās ſe grauari ab ipſo, de facto iter arripuit ad Archiepūm, vtrum videatur legitimè appellari? & vī ꝙ non, qa iſta eſt quædam fictio, & de Papa lex loquitur, arg. ff. ſol. mat. l. ſi vero, §. de uiro. & hoc tenuit Ioan. tali ratione, qa iſta dicit̄ ſimplex querela, per quam nō ꝓt iuris ordine ꝓtermiſſo adiri, niſi ſolus Papa, ſed iſta ratio non eſt vera ſm Ber. nam ēt inferior poteſt adiri ꝓ ſimplicē querimoniā, Ber. aduerte, aut querela ponitur pro ſupplicatione, & tunc Principi, & nō alijs præfectis eſt ſupplicañ. C. de preci. Imp. offe. auth. quæ ſupplicatio, aut ponit̄ pro alio recurſu, uel remedio ordinato à iure, ut ꝓducendo ſnīam nullam, tūc adiri poteſt, C. de accuſ. l. abſentē. item ordinarius cōtra interlocutoriam delegati pōt adiri contrario imperio implorato, ff. qui ſatiſd. cog. l. arbitro, ſm vnam lec. audiui ſtis opi. Io. & eius motiua. In cōtrariū vī, quia licitū eſt arguere à ſimili ēt in officijs, ff. de off. præſi. l. 1. ff. de neg. geſt. l. ex facto. ff. ad Tertul. l. 2. in fi. & hæc vera. primo quia hęc appło eſt extraiudicialis, cum prælatus in hac cā non ſit iudex, qa propria. vnde iſta nō eſt appło, ſed ꝓuocatio, ſecundo qa eadem ęqtas, tertio qa q̄ iter arripuit, incæpiſſe vī, ut ff. de pollicita. l. 1. §. cœpiſſe, ff. de inoffi. teſta. l. quemamodum, ff. de condic. ob cau. l. ſi pecuniam, ar. ff. de app. l. præſes, & C. q petant tu. l. cum à matribus.
4 † Sed quid ſi quis vadit ad papam ꝓ appellatione, & alia cauſa? rñdeo principalius motiuum inſpicit̄, & ſi ſunt ęquè principalia, non hī pro appellante, quia non vī cauſa appellationis abeſſe qui aliàs erat facturus, ff. quib. ex cauſ. maior. l. non verè. debet ergo cōſtare, quod ibat tanquam ꝓſecuturus tacitam appellationem, aliàs non iturus. Sanè dicta itineris arreptio debet fieri intra tempus appellandi, & cum proteſtatione, quod intendit recurrere ad ſedē Apoſtolicam, uel ad alium iudicem. Sed in hoc eſt dīa, quia alius iudex debet eſſe immediatus, ſed ſedes Apoſtolica poteſt adiri, non ſeruatis gradibus, & eſt ratio, quia Papa eſt pī patrum, & concurrit immediate cū omni prælato etiā in eadem iuriſdictione, ēt maiori, & ꝓpria Papali ꝓ ſe ſtat, quæ nō minuitur per concurſum alterius iuriſdictionis, arg. ff. de cōd, & demō. l. fal. §. 1. & in c. 1. de conceſ. præb. lib. 6. ſicut mare non minuitur, nec augēt per concurſum fluminum, vñ Papa habet iuriſdictionem nō ꝓ viam accumulationis, quia ſic eſſet collega uel hīet parem, nec ꝓ viam gradualitatis, quia hīet priorem prę ſidentem & potiorem ſe, ſed ꝓ viam, qa Papa eſt totū cōtinēs. i. omnia, iuxta illud, omnia Cæſar erat. Sed tamē Imperator magnificus & glorioſus ſicut aquila diſtribuit prædā ſuam, nec curat in oībus epulis opponere muſum ſuum tanq̄ inſatiabilis & famelicus, ſecundū Io. Mo. ſed ſecus ſit in Imperatore, ad quem non dēt appellari niſi gradualiter, non quia Imperator non poſſit ꝓcedere de plenitudine ptātis, ſed qa nō vult, ꝓp cōmodum
5 ſubditorū, ut in Auth. de q̄ſt. §. ſup hoc. † ſed ecce Ēps, & Patriarcha ſunt in Venetijs, ſubditus ꝓtendit cū ēpo, & dū vadit ad curiā Patriarchæ, excōicatur, nūquid iſte dicitur iter arripuiſſe? & vī ꝙ nō, qa non exit ciuitatē, ſicut non dī nauigare ille qui non exiuit portum, argum. de ædil. edic. l. quid ſit fugitiuus. In contrarium videt̄, quia non eſt in ptāte epiſcopi, ne eatur ad Archi-
6 epūm, arg. ff. de eo, ꝓ quem fac. erit, l. 1. † Sed quid ſi ēps carceret volentem ire, nondum tamen euntem, nunquid hī pro appellante? reſpondeo, ſic, quia uim patitur in itinere inchoando, ſicut ſi patereī in proſequēdo ar. illius no. gl. q̄ eſt in l. 1. C. ubi de poſ. agi oportet. & optimè facit ff. de condi. & demon. l. qbus die
7 bus, in prin. † Extra quæro, cauſa eſt inter duos ſubditos ēpi corā eo, ēps eſt negligens, vnde altera pars adit Archiepūm ꝙquerēdo de iſta tarditate, quapp Archiepūs mandat ēpo, ꝙ expediat cauſam intra certum tps, nunqd hoc mandatū valet? rñdeo nō, quia Archiepūs non debet ſe intromittere de aliena iuri ſdictione ꝓ ſimplicem querelam, vnde tex. dicit, ꝙ adeundus eſt ille, qui poteſt omnē defectum ſupplere, vt eſt Princeps, vt in Auth. de quæſto. §. ſuper hoc, C. de temp. appel. l. fi. §. illud. vide Archi
8 diac. 1. q. 1. de perſona. † Sed nunquid ſimplex querela ſuſpēdit
9 iudicatum? reſpondeo, nō, ut dicta auth. quę ſupplicatio. † Sed vtrum ſuperior poteſt adiri ꝓ querelam reſt. in integrum petita contra ſnīam inferioris iudicis? rñdeo, ſic, ſi eſt lata per delegatū ſuum: ſecus, ſi per ordinariū, ff. de mino. l. præſes, quia eſt de appendicijs primæ cauſæ, ut no. ff. de procurato. l. qui proprio, §. item quæritur, ubi gl. ſingularis.

ADDITIONES.

a Voluntas. Adde ꝙ fortiora ſunt facta ad declarādum voluntatem, quam verba, quę ſæpe proferuntur contra intentionem proferentis, ut in c. dilecti, de app. & in c. æſtimant. 11. q. 3. ſecundum Abb. Panor. in conſi. 223. incip. Illud de iure quæritur, utrum iſta remiſ.

Vinc. God. Tu adde ꝙ uoluntas declaratur ex actu nullo etiam. Rui. conſ. 98. nu. 6. lib. 3. Et voluntas non expreſſa propriè, nec impropriè, ſed in mente retenta, nihil operatur. Rui. conſi. 177. nu. 11. lib. 2.

b Vinc. God. Vrbs. Adde ꝙ vrbs per excellentiam intelligitur Roma, Inſti. de iure nat. gen. & ciui. §. ius autem. ſi enim additur ſacra, intelligitur de Hieruſalem, Bal. in l. 2. C. de naut. fęn. uide Alex. in l. 2. de verb. ſig. Et inſuper urbs dicitur ab urbo, & vrbare eſt aratro diſſinire. Goz. conſi. 5. nu. 4.

SVMMARIVM.

Clauſula, appellatione remota, an omnis appellatio prohibeatur, in prin. & poſt caſum, ver. reſpondeo. & nu. 8.

1 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, habet augere.*
2 *Reſcripti verba debent aliquid operari.*
Contractus verba debent aliquid operari, uer. item uerba.
Geminatio verborum habet augere, uer. item geminatio.
3 *Exceptio non poteſt aliqua opponi, ſi ſit omnis exceptio a ſtatuto remota, niſi inueniatur expreſsè permiſſa, & nu. 4. 5. & 6.*
4 *Exceptiones a ſtatuto permiſſæ quæ ſint.*
5 *Inſtrumentum ſi habet ſolennitatem inſtrumenti, ſed non habet ſolennitatem contractus, an mereatur executionem ex forma ſtatuti.*
6 *Exceptio ſolutionis, vel nouationis an poterit opponi.*
7 *Sententiarum executiones omnes ſi per collectorem Papa fieri mandauit, de quibus ſententiis intelligatur.*
Modus eſt, conditio non eſt potens ad obligandum, §. item iſtud, ver. reſpon.
8 *Clauſula, appellatione remota, ſi apponitur expreſsè in appellatione à diffinitiua, an poſſit appellari à ſententia lata in rei uendi.*
Appellatio quæ iure canonico, & quæ ciuili permiſſa quæue prohibita uideatur. §. quia illa, & §. conſidera.
9 *Sententia abſolutoria an trahat ſecum executionem.*
10 *Sententia vltimi ſupplicii an trahat ſecum executionem.*
Executio duplex, & quæ per appellationem reſcindatur, ver. nam duplex.
11 *Snīa excōmunicationis quare nō eſt reuocabilis per appell. & nu. 12. 13.*
12 *Infamia proprie non eſt executio ſententiæ, & quare.*
Appellari poſſe tantū ab ea ſententia, ex qua oritur, vel exceptio, falſa eſt opinio gloſſæ. §. tu aliter, & nu. 13.
13 *Appellari poteſt ab interlocutoria ſuper legitimatione perſonarum, licet non oriatur actio iudicati.*
Res iudicata quæ dicatur. §. porro.
14 *Excōmunicatus an ſit poſt ꝓbabilē appellationē ille, qui eſt excōmunicatus.*
Excommunicationis ſententia qualitercunque lata tenet, niſi in caſu, & quo ver. ſententia.
15 *Excommunicatus admittitur ad actus legitimos, quando dubium eſt de nullitate ſententiæ.*
16 *Excommunicatus ob eandem cauſam iterum excommunicari non poſſet.*
17 *Excommunicatus appellatione pendente non poteſt aggrauari.*
18 *Excommunicatns an iudex poſſit reſeruare fructus.*
Excommunicatus præſumitur in culpa, ver. & no.
19 *Excommunicatus cui merito fructus ſubtrahuntur per iudicē, an ſi iudex non ſubtraxit ei poſſit fructus percipere.*
20 *Excommunicato poſtea abſoluto, an pendente appellatione fructus ſubtracti reſtituantur.*
Officium cui interdicitur, ſtipendium non debetur, ver. Alii dicunt.
Eccleſiæ nomine poſſidere nihil poteſt, qui eſt extra eam, §. deinde.
21 *Excōmunicatus per prælatū eccleſiæ, an poſſit acquirere & ſuis cōtractib.*
22 *Excōicatus in una eccleſia, an ſit excōicatus in alia & ubicunq; locorum.*
Suſpēſus ab officio ubicunq; ſuſpēſus eſt, ſecus ſi beneficio tantū, ver. idē.
Homo uno ſpiritu continetur.
Beneficia, & prædia realiter ſunt diuiſa.
23 *Depoſitus ab officio an debeat habere alimenta.*
24 *Suſpenſo an ſubtrahantur prouentus eccleſiaſtici.*

BIU Cujas

25 *Cum depositio mitius agitur, quàm cum excommunicato.*
Excommunicatus semper est in mora, & rebellione, ver. & ideo.
Alimenta nulli deneganda, quamdiu viuit, ver. item no.
26 *Fructus an debeant subtrahi excommunicato appel. pendente.*
27 *Appellationis quot sunt species.*
28 *Absoluere si vult iudex excommunicatum, an is, qui fecit excommunicari, pendente appellatione, possit in contrarium appellare, vel quid si velit mandare eum denunciandum.*
29 *Suspensus ab officio dicitur à beneficio suspensus.*
Duo vbi propter vnum, vtrobique tantum vnum.
30 *Restitutus ad officium, an intelligatur etiam restitutus ad beneficium.*
Indulgentia est secundum quid. § item quia.
Restitutio est simpliciter, § item quia.

CAP. LIII.

Pastoralis. Per clausulam, Appone remota, omnis appellatio prohibetur, que à iure nō est expresse permissa. h.d. primo. Sed o ibi, verum, dr q si excommunicatus appellat, nihilominus denunciat, & beneficiorū prouentib. spoliatur. Casus. Papa mandat alicui, vt procedat in causa cum appone remota. Quærebatur, utrum per istam clausulam intelligatur inhibita sola appellatio frustratoria? Papa considerans, qđ pp hoc nō est necessaria clausula, dicit q per ista verba est remota oīs prouocatio qua apposita ista cla à iure nō est expresse cessa, tn grauamen p superiorem poterit emendari. Sed o qō talis est, Pone, aliquis est excōicatus, & post appellationem anteq̄ esset denunciatus excommunicatus, & anteq̄ subtraherentur ei fructus beneficij sui appellat, quæritur, utrum post appellationem possit denunciari excommunicatus, & ei fructus subtrahi; & vr q non, quia appellatione pendente nihil dēt innouari. Papa determinat contrarium, & circa denūciationem reddit duas rationes: prima est, quia excommunicatio trahit secum totalem executionem. Sed a est, quia per denūciationem non innouatur aliquid, q fit iuris, cum per denunciationē amplius. i. iterum, vel fortius non ligatur. sed quo ad subtractionem fructuum reddit vnicam rōnem, quia prouentus ecclesiastici meritò subtrahūtur excōicato, quia ecclesiæ cōio denegatur, sed in qua ratione fundatur hæc distinctio. s. aut appellatio est specialr permissa a iure, aut non reperitur spāliter permissa? rn. clausula, Appone remota est cla gnalis, & ideo tollit generalem rām: sed cum sit gnalis, non potest tollere casus specificatos. ff. de pœn. l. sanctio legum, sm Ber. qui ita no. inf. eo. c. ut debitus. ista ratio non vr probabilis, quia species, quæ sumitur ex gnali regula, non est species, sed exemplum generis; & ideo ei contradictorio genere derogatur, quia fundatur in gnali rōne tantum, dic ut dicam in d. c. ut debitus. nec per istam clausulam potest prohiberi appellatio naturatus. nec per istam clausulam potest prohiberi appellatio naturatus. nec per istam clausulam potest prohiberi appellatio naturat

11 & non plena,ſed reuocabilis, & iſta reſcinditur per ap.† Sed tu quæres quare ſnīa excōicationis nō eſt reuocabilis p̄ ap̄ dicunt quidam,quia fertur ab eo,q̄ non habet ſuperiorem.Iſta rō eſt falſa,qñ ſnīa eſt iniuſta, de re iu.c.cū æterni.in 6. Alij dicunt,q̄ oīs ſnīa,q̄ requirit actum ſ̄m,pōt appellatione ſuſpendi,ſecus, ſi nō requirit actum ſ̄m.Sed iſta eſt falſa, qa ſnīa declaratoria non requirit actum ſecundum,& tamen ab ea poteſt appellari, ut ſi re' declaratur non debere.dicit gl.quod in executione nihil eſt,qđ in futuro pendeat,nam de præſenti eſt, ar. ff.de euic.l.ſi ita quis: ſed in aliis ſententijs aliquid pendet de futuro,ut poſſit poſt cōdemnationem ſoluere.Iſta non eſt bona rō,quia infamia contracta ex ſententia non pendet de futuro,ſed ſtatim eſt,& reſcindīt
12 p̄ ap̄.vt.ff.de infa.l.furti. §. 1.† Aduerte,infamia non eſt proprie executio ſnīæ;quia in ſnīa nō fit mētio de infamia, ſed eſt quod dam acceſſorium, quod extinguitur extincto principali. Tu aliter conſidera.nam ab illa ſententia demum appellatur, ex qua oritur actio iudicati,vel exceptio rei iudicatę.Iſta regula ſingula riter traditur per gloſſatorem in l.1.C.de arbi. ſed per ſententias cenſuræ nō oritur exceptio rei iudicatæ,nec actio iudicati, ideo non appellatur;iſtud eſt falſum,quia licet non appelletur,ut ſuſpendatur ſententia, tamen appellabitur,ut cauſa deuoluatur ad
13 ſuperiorem.† Item ex interlocutoria ſuper legitimatione perſonarum non oritur actio iudicati,& tamen poteſt appellari,unde illa gl.eſt falſa.Item ex ſententia arbitri cum pœna appellatur de iure canonico,& tñ non oriī actio,nec exceptio,vt ff.de ar.l.2.de iure ēt ciuili poſſet appellari,ſi in compromiſſio eſt actum,q̄ appellari poſſit.ut.C. de arb.l.ne in arbitris, & ff. de ap.l.ex conſenſu.& tñ,ut dixi,non oritur exceptio rei iudicatæ, nec actio in factum.concludendo tene id,q̄ dicit Io.And.in glo.hæc rō veriſimilis vī, a ſnīa excōicationis non poteſt appellari, quin tranſeat in excōicationem,niſi appelletur anteq̄ tranſeat in rem iudi.ſed nunquam tranſit.ideo ſemper poteſt appellari,nō vt directe reuocetur,ſed ut abſoluatur, ſeruata forma eccleſiæ ſ̄m Archid.q
14 ita no.2.q.6.biduū,& ibi omnino uide.Porro res iudicata dī,qñ eſt in ſuo eſſe ita cōfirmata, q̄ nulla p̄ria uia retractari poſſit, ut no.Arc.2.q.6.c.diffinitiua.adeo,q̄ per compromiſſum retractarī poſſit,Arc.† Modo quærit gl.an ille,qui eſt excōicatus, poſt appellationem p̄babilem ſit excōicatus?rñdeo,aut eſt dubium, an excōicatio teneat ipſo iure, & tunc eſt expectanda ſententia iudicis appellationis:aut eſt certum,q̄ valet ſententia,licet iniuſta, & tunc eſt excōmunicatus, Sententia excommunicationis qualitercunque lata ante appellationem tenet, niſi contineat
15 intolerabilem errorem.11.q.3.eps, per Arc. † Ex hoc infertur, q̄ qñ eſt dubium de nullitate, interim admititur ad actus legitimos.& ſi quidem pronuncietur excomunicationem nō tenuiſſe,confirmatur.Si aūt aliter pronūcietur,infirmatur,ar.C. de pet.
16 hære.l.ſi putas,& ff.de excu.tu.l.diximus. † In tex.ibi non ligēt, ergo a p̄tratrio ſenſu non poſſet iterum ob eandem cauſam excōmunicari,quia inter medias excōicationes appellatio interpoſita non ſuſpendit primam excōicationem, quia non inuenitur ſuſpendēdū,ſi ſuſpendit ſubſtantiā,qa eā p̄cedit,& ſic ſuſpendē-
17 dum.† Item eſt hic ar.a cōtrario ſenſu, quod appłone pendēte nō poteſt excōicatus aggrauari.Non ob.q̄ hic dī de ſubtractione fructuum, quia iſtud non eſt aggrauare, ſed originalis effe-
18 ctus excōmunicationis eſt mera executio. † Sed an iudex poſſit reſeruare fructus excommunicato? & vī q̄ ſic,ſicut deporta to,de quo habes glo.notabilem in l.ſi quis militi.§. 1.ff.ex qui. cau.maio.In contrarium uī, quia qō facti pertinet ad iudicem, non iuris diſpoſitio,ut ff.ad Tur.l.1.§. calūniatoribus,nec debet eſſe iudex clementior lege,ut in Auth.de iudic.§.oportet.Sol.ſi reditus eccleſiæ ſunt tenues, & uix ſufficiunt ad alimenta duorū,ſ.ſacerdotis, & clerici, poſſunt oēs reſeruari,quia ex quo excommunicatus viuit, & titulus beneficij non eſt ſibi ablatus,ergo viuere vult. Item,licet ſit excommunicatus, deſeruit in temporalibus,argumen.ff.commoda.l.in rebus. §. poſſunt, & ff.de
19 ope.lib.l. ſuo nutu, niſi haberet de proprijs bonis, vnde poſſet viuere, quia tunc debet impendere officium ſuum gratis. & nota, quod excommunicatus præſumitur in culpa. ff. loca. l.ſi merces.§.culpæ.† Quæro,an excommunicatus, cui merito fructus ſubtrahuntur per iudicem,ſi iudex ei non ſubtraxit, poſſit fructus percipere?& uī quod ſic, quia licet ſit excōmunicatus, tamen eſt in poſſeſſione. Nam etiam deportatus poſſidet, donec fiſcus auferat,& ſibi acquirit fructus.lex eſt expreſſa.ff.de le. 3.l.ſi deportati ſeruo.Præterea iſta litera vult, quod per iudicem ei fructus ſubtrahantur, hanc opi. tenet Ioan. qui dicit, quod niſi in ſententia exprimat,quod fructus, ſcilicet rerum temporalium ei non ſubtrahantur. Præterea, licet quis ſit indignus tamen facit fructus ſuos, donec hæreditas euincatur ab eo, ut C.de his, qui.ut ind.l. 1. & ff.de pe.hær.l. item veniuut.§.pridie.

a Præterea excōicatus [a] eſt capax rerum temporalium. & licet ſit excommunicatus,tñ non vacant ſua beneficia,nec poſſunt conferri tanquā vacantia, niſi prius auferātur ei p̄ ſnīam.quod ergo iuris eſt in titulo, idem in fructibus, ar.ff.de rei ven.l.ex diuerſo. Sed ego dico,quod cum ſit indignus,licet faciat fructus ſuos;tenetur eos reſtituere,caſus eſt in d.l.1.C.de his quib.ut indi.& argum.ff.de excu.tu.l.Neſennius, & C.de ſacroſan.eccleſ.l.qui ſub
20 prætextu,quæ lex optime facit.†Modo procedo vlterius ad ver. & illi prouentus, & quæro, an pendente appellatione fructus ſubtracti reſtituantur excōmunicato poſtea abſoluto? quidam dicunt quod ſic,quia licet medio tempore eccleſiæ communio denegetur,tamen non ſtetit p̄ eum.unde non dēt perdere ſtipendium,ut C.de legi.l.ab adminiſtratione. Alii dicunt cōtrarium, quia ſtipendium non debetur ei, cui interdicitur officium quinimo nocet ei caſus fortuitus,vt dicit lex no.C.de re mi.l.1.li.10. & quia cui ſubtrahitur antecedens, conſequens denegatur, & quia gratiam p̄dit qui efficīt inimicus teſtatoris, vt no.in l.in teſtō centurio.ff de adim.le.& l. 3. in fi.gl.dicit, q̄ iuſte excōicato fructus non reſtituuntur, ſecus ſi per iniuriam,& iniuſte fuit excōmunicatus,quia per iniquam ſententiam non debet res euinci.ff.de euic.l.ſi per imprudentiam.ff.de ac.& obli. l. ſeruus effectus,& hæc vera,ut no.di.c.p̄tumaces,& 91.di.clericus,& in Spe. de fruc.& intereſſe.§.penul.in fi.& optime facit.C. de hær.auth. idem de Neſtorianis, nam excommunicatus medio tempore habēt p̄ mortuo,vt in titulo,hic finitur lex.c.dño guerram. & licet ſit reſuſcitatus a mortuis, non tñ recuperat emolumenta medij tēporis. Deinde no.gl.quæ dicit,q̄ q extra eccl̄iā eſt,nihil
21 noīe eccleſiæ p̄t poſſidere.† Quæro igitur,nunquid per p̄latum excōicatus,eccl̄iæ poſſit acquirere,& ex ſuis cōtractibus agere?
22 rñ.q̄ ſic,qa dolus ptælati nō dēt eccleſiæ nocere.† Quæro,vtrū excōicatus in una eccleſia,ſit excōicatus in alia,& vbicunque lo
b corum?rñ. [b] ſic.idem,ſi eſt ſuſpenſus ab officio. vñ ei ſubtrahuntur redit⁹ ubicunq; locorū:ſecus,ſi eſt ſuſpēſus a bñficio tm̄, ar. ff.de poſtu.l. ex ea.ff.de iu.om.iud.l.extra territoriū.Et eſt rō differentiæ,quia p̄ſona uno ſpiritu continet, beneficia autem realiter ſunt diſtincta,ut ff.de vſucapio. l. eum qui ædes, & l. rerum mixtura, & quia natura hominis non diuidit ſe, nec diuidi po-
23 teſt, ſed prædia ſunt ipſa rerum natura diuiſa. † Quęro, an depoſitus ab officio debeat habere alimēta? gl.tenet quod ſic,hoc verum,ſi eſt depoſitus non ex cauſa famoſa,ſed propter infirmi-
24 tatem, ar. in c.1.an mutus,vel ſurdus,colla.x.† Deinde tolle remiſſiones,an ſuſpenſo ſubtrahantur prouentus eccleſiaſtici, uide quod nota Abb.ī.de uita & hone.cle.cap.à crapula. Gof. in ſumma. ī. de ſenten. excommu. §. ſed quæritur de ſuſpenſo, & quod no.Archi. Io. Mo. & Ioan.And.infra de ſenten.& re iud. c.cum æterni, lib. 6. vide infra de cle.ex.mi. c.latores, & quod notat Ioan. And. in cle. cupientes. de pœn.in gloſ.no. nouam,
25 & in cap. ſi compromiſſarius, de electio. libro 6. † Deinde no. in fine iſtius gloſſæ, quod mitius agitur cum depoſito, quam cum excommunicato.& eſt ratio, quia excommunicatus poteſt ſe liberare parendo quod depoſitus facere non poteſt. & ideo excommunicatus ſemper eſt in mora, & rebellione continua, ſed depoſitus paret ſententiæ, & iſta depoſitio eſt q̄dam ſatisfactio.ff.de iure patro.l.diuus Veſpaſianus.in fi.ſimile,quod no.ī. de ele.c.1.lib.6.in gl.Item no.quod nulli ſunt deneganda alimenta,quamdiu viuit in humanis.86.diſt.non ſatis,&c.paſce.
26 ff.de cap.dim.l.legatū.ff.de re iu.l. ſi victū.† Vltimo extra opponīt,quod fructus non debeant ſubtrahi, quia pendente appellatione nil debet innouari.rñ.verum eſt,q̄ illa tm̄,quæ contingūt appellationem non ſunt innouanda, ſed effectus appellationis tendit ad hoc,non innouando,alias ſecus,ut hic, & iō appellans interim comedere,& viuere debet,quia hoc non pōt litis pēdē-
27 tiā impedire,ff.de inof.te.l.ſi īſtituta.§.de hoc.ubi de hoc,† Quærit Inno.quot ſunt ſpēs appellationis?& dicit quod tres.ſ fruſtratoria,quæ p̄prie non eſt appellatio, niſi in p̄iudicium appellantis, ut ff.de vſu.l.tutor.in prin. & huic non eſt deferendum. quædam a iure conceſſa, & huic ſemper eſt defereñ. niſi apponat
28 clauſula, Appellatione remota. † Quærit hic Inn. ſi iudex vult abſoluere excommunicatum, an is, qui fecit excommunicari, pendente appellatione,poſſit in contrarium appellare, vel quid ſi uelit mandare eum denunciandum?dicit,quod ſi iſte excommunicatus eſt reus,non intereſt ſua appellare,ut ſupra de iud.intelleximus,& hi demum audiuntur appellantes, quorum intereſt, ut l.prima. C. ſi ſæpius in integrum reſtitu. poſtu. & ff. de appellatio. recip. l. prima. in principio. niſi appellatus ſit pro manifeſta offenſa excōmunicatus,quia ordo iuris eſt,ut primo ſatisfaciat, & ſi non ſeruatur ordo, dicitur quis grauari, ut ff.de
29 ſta.li.l.ſtatu lib.rationem.† Dicit Inn.quod ſuſpenſus ab officio dicitur a beneficio ſuſpenſus,nō econtra,& eſt ratio,quia beneficium

ADDITIONES.

a Vinc.God.Excommunicatus. Adde,q̄ excommunicatus poteſt implorare officium iudicis,ut pronuncietur excommunicationem eſſe inualidam. Bar. in l.de ætate.in q 3.prin.de min.& in l.decem.de verb.obli.

b Reſpondeo. Adde, q̄ excommunicatus in uno loco, eſt excommunicatus per totum mundum,gl.in l.ex ea.ff. de poſtu. probatur in c.ad reprimendam, & ibi,no. Pan.in 2.no.de offi.ord.gl.in c.ſi quis presbyter, 7.q.1.& uide etiā Pan. in c.ex parte,& ibi Mod.de teſtib.

BIU Cujas

ficium datur propter officium,& vbi duo,propter vnum,vtrobique tantum vnum,vt ff.de eui.l.q libertatis.§.ſeruus.& duo vulnera,quæ terminantur ad vnam mortem, intelligũtur eſſe vnũ vulnus mortale,& non plura,vt ff.ad l.Aquil.l.illud. §. fi. & propter coniunctionem actuum duo delicta cẽſentur vnum, & no. ff.de act.& obl.l.pen.& ff.de fur.l.vulgaris,& id, quod per conſequentiam ineſt,pro expreſſo debet haberi,vt ff.ſi cert.pet.l. cum
30 quid.C.de fideiuſ.l.non recte.† Sed quæro,vtrum reſtitutus ad officium intelligatur etiam reſtitutus ad beneficium? & videtur quod ſic,quia connexa in ſeipſis,ſunt connexa in habitu, & priuatione.ff.de lib.& poſt.l.ſi ita ;§. regula. in contrarium videtur. quia cauſæ reſtitutionum ſunt diſpares,ar.ff.de excep.l. ſed ſi ante. Item quia differentia debet eſſe inter reſtitutionem ſecundum quid,& ſimpliciter,vt de ſe patet, indulgentia eſt ſm quid, in inte.reſt.eſt ſimpliciter.C.de ſen.paſ.l.j.& l.fi.vbi dicitur, ꝙ illud quod vno verbo,ſ.deportationis aufertur,vno verbo. ſ. reſtitutionis reparatur,& eſt tex.ſumme notabilis. Sol.ſi beneficium alij interim eſt collatum,non reſtituitur ad ipſum,de reſcri. cap. quamuis,lib.6.ſed ſi adhuc vacat,ſi quidem durat infamis, non reſtituitur ad beneficium dignitatis,C.de dig.l.iudices,li.12. ſed ad ſimplicem præbendam illi officio conceſſam & connexam reſtitutum eſſe puto.ff.de conſti.prin.l.beneficium. ſed ſi illa p̃benda eſſet ex gratia applicata,& non ex natura illius officij, tũc puto eam reſtitutã non videri,ar.ff.de hæ.inſti.l.ſi non lex Aelia Sentia.ff.de ſer.vrba.p̃dio.l.ſi domus,quia ſeparatorum ſeparata dẽt eſſe conceſſio.ff.de mino.l.Papinianus exuli.ff.de calum.l.fi. C.de don.inter virum & vxo.l.ſi maritus,& oĩs forma eſt determinata naturæ l.ſicut verbum ſonat.infra de priui.porro.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus non poteſt cognoſcere de appellatione interpoſita ad papam, nec de aliquibus,quæ contingant dictam appellationem.*

2 *Grauamen epiſcopi illatum litiganti ſi eſt notorium,poteſt archiepiſcopus ex ipſa notorietate declarare excommunicationem epiſcopalem irrationabiliter proceßiſſe.*

3 *Appellans,qui omißo iudice ad quem,vadit ad alium ſuper contingentibus appellationem,ipſi appellationi tacite renunciat,niſi contrarium proteſtetur,& quid ſi proteſtetur nolle recedere.*

4 *Iudex ad quem habet cognoſcere de appellatione,quam dubium eſt eſſe temerariam.*
De innouatis appellatione pendẽte niſi iudex ad quem poteſt cognoſcere.ver. ibi,Reputans.
Connexorum diuiſio non eſt admittenda.§.ibi,dummodo.

5 *Poteſtas ſi in ſyndicatu dicatur,quod per imperitiam iudicauit,procedat coram litigatore libellus in hac forma,peto mihi iuſtitiam fieri.*

6 *Appellatio interpoſita ad papam,an ſit iuſta,vel iniuſta.*
De acceſſorio cognoſcere non poteſt,qui non poteſt de principali,ver.ibi,dignoſcuntur.
Iudicis appellationum officium,§.ibi,corrigere.

7 *Mandatum iudicis ſine cauſa eſt nullum.*
Sententia declaratoria fertur,vbi eſt dubium iuris,vel facti,ver.ibi, declarare.

8 *Allegans contraria & incompatibilia audiri non poteſt.& nu.13. & 14.*

9 *Hæreditatis filiæ,& non hæreditatis paternæ ex pupillari ſubſtitutione capax quis poteſt eſſe.*

10 *Exceſſus ſi ſint plures,quid iuris,ſi ex vno fuit appellatum ad papam, ex alio ad archiepiſcopum.*
Acceßoriũ quoq; ſuſpenditur ſuſpenſo principali,ſed nõ ppetuo,ver.ex hoc.

11 *Iudex poteſt proceſſum ſuum defendere,etiam appellando.*

12 *Iudex a quo,an poßit cognoſcere de ſua iuriſdictione.*
Nec pro iuriſdictione ordinaria ſemper præſumitur,item de delegata,ſi appareat delegatio,ver.& ſubdit.

13 *Contraria allegans an ſit audiendus.& nu.8.& 9.*
Contradictoria ſemper contrariantur,ver.item.§.no.& ſint contradictoria, §. Idem.

14 *Contraria quæ poſſunt aliqua diſtinctione ſaluari,proprie non ſunt contraria, & quæ talia ſint.*

CAP LIIII.

Solicitudinem. Sit excõicatus ab epiſcopo poſtquã appellauit ad Papam, hanc cãm ad Archiepm defert,ſi quidem ſimpliciter,appellationi renunciat, & Archieps cãm audit. Sed ſi contrarium proteſtetur,Archieps non cognoſcet:quod ſi fecerit Epiſcopus appellabit.h.d. Diuiditur in duas partes.in prima ponitur thema.In ſecũda rñſio.Item ſecunda ſubdiuiditur in quatuor.ſecunda ibi,quo caſu,tertia ibi, ſi vero.quarta ibi,cum aũt. Caſus. litigabant qdã cũ epo ſuo,vn' eorum grauatus eſt ab Epo per interlocutoriam,vel p̃ceptũ, vel alio mõ appellauit ad ſedem Apoſtolicam. Eps illum reputans contumacem,excõicauit eundem,& excõicatus de hoc propoſuit q̃relã coram Archiepo,petens ſibi iuſtitiam miniſtrari,& ſe denunciari non ligatũ,p̃teſtans,ꝙ per hoc nõ intendit renuncia re appꝛoni interpoſitæ ad Papã,ſed ꝙ p̃ſequi volebat ipſam. Ex hoc themate inſurgunt plures quæſtiones.Prima, an Archiepiſcopus valeat cognoſcere? Secũda,an valeat innouata corrigere? Tertia,an ſi epiſcopus ſentit ab Archiepo ſe grauari,poſſit appellare? Quarta,ſi grauamen epi illatum litiganti eſt notorium, an Archieps poſſit declarare excõicationem irrationabilem extitiſſe? Quinta,an dictus appellans videatur renũciaſſe appellationi?

1 Sexta,an dicta proteſtatio repellat proteſtantem? † Ad primam & ſecundam quæſtionem rñdetur,ꝙ non põt cognoſcere de appellatione interpoſita ad Papam,nec de aliquibus, quæ contingant dictam appellationẽ,quia ad Papam, ſeu Iudicem, ad quẽ eſt appellatum,pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipſam appellationem nouerit attentata.& non ad alium.Ad tertiam q̃-

2 ſtionem rñdetur,ꝙ eps poterit appellare.† Ad quartam quæſtionem reſpondetur,ꝙ ſi notorium eſt ꝙ mandatum epi fuerit indiſcretum vel iniuſtum,ex quo ſi fuit ſecuta excõicatio,& appellatum ad Archiepm,põt Archiepircopus declarare non vi attentati,ſed ex ipſa notorietate excõicationem epi irrationabiliter ꝓ

a ceſſiſſe.[a] Ego ſubaudio,& epm puniendũ eſſe,non tñ per hoc tã

3 gitur appellatio ad Papam interpoſita ſm Ber. Ad†quintam qõnem rñdetur quod appellans,qui omiſſo iudice,ad quem, vadit ad alium ſuper contingentibus appellationem, ipſi appellationi tacite renunciat,niſi q̃rium proteſtetur.Ad ſextam qõnem rñdetur,ꝙ ſi proteſtatur ſe nolle recedere, non eſt ab Archiepo audiendus tanq̃ petens q̃ria.In tex.ibi,appellaſſet ab aliquo grauа-

b mine[b] vel præcepto.†Ibi,Reputans,quia forte videbatur ſibi ap

4 pellatio temeraria,ſed de iſta temeritate,ſi dubia eſt, non habet cognoſcerę ipſe,ſed iudex,ad quem.Ibi,Reputans,continue reputare eum contumacem,eo quod fruſtratorie prætendebatur appellaſſe ad Papã,non pertinebat ad iudicium epi, vel Archiepiſcopi,ſed ad iudiciũ Papæ,& hinc oritur rõ,quia iſta noua iuriſ-

5 dictio nominatim.†In tex.ibi,Iuſtitiam exhibere,no.formam libelli.vnde & ſi in ſyndicatu poteſtas dicatur,ꝙ per imperitiam iudicauit,procedit coram litigatore libellus in hac forma: Peto mihi iuſtitiam fieri,licet non dicat illa formalia verba, peto condẽnari,in quantum bono viro æquum videtur. Sed quid operãtur hæc verba,cum iudex teneatur ad intereſſe? rñ. quia põt eſſe,ꝙ in vna parte grauauit per imperitiam maiorem,quam in alia,qñ grauauit in apicibus iuris,de quibus non tenetur magiſtratus. ff. quod quiſq; iu.l.2.ſed aſſeſſor ſic.& iõ reſpice, an libellus ſit datus ꝺ poteſtatem,vel contra aſſeſſorem.Sed certe etiam aſſeſſor aliqñ excuſatur ꝓp difficultatem & veritatem opi.quæ glo. vulgaris eſt,tamen alibi non reperitur.In tex.ibi,Ad ſolutum.i.non

6 ligatum. Ibi,Adiiciens.ſ.proteſtando.†Ibi,Appellationi. ſ. interpoſitæ ad Papã.Ibi,de appellatione,utrum ſit iuſta,vel iniuſta,ar. ſ.de maio.& obe.c.cum inferior.Sed contra.ſ.eod.conſtitutus. Sol.vt ibi.Ibi,vel de his,vt de excõicatione in caſu propoſito.Ibi, Dignoſcuntur,no.quod qui non põt cognoſcere de principali, nec de acceſſorio.Ibi,Corrigere,no.officium iudicis appellationum.Ibi,indiſcretum,factum ꝓ epm,a quo pars appellauit.& nõ certum eſt appellationem non tenere,& per conſequens excõicarionem nullam eſſe,quod ex ſola inſpectione ipſius mandati

7 ſciri põt,ut ſup.de offi.deleg.c.cum contingat.† Et no. hic expſſum,ꝙ mandatum iudicis ſine cauſa eſt nullum,de hoc per Cy. C.de fideicõ.l.quoties.Ibi,Iniuſtum,exemplum. ſ.de tranſa. c.2. ad fi.& de tem.ordi.c.cum dilectus.Ibi,Non tenebatur,qa erroneum de exceſ.præla.c.ad quorundam.In tex.ibi,Per conſequẽtiam,ſ.neceſſariam.Ibi,Declarare,no.vbi eſt dubium iuris,vel facti,ferri ſententiam declaratoriam.Ibi,Renunciare,no. quod ex

8 ceptio litis penden.non obſtat,ſi ei renunciatur.†Ibi, Cõtrarius.

c not.allegantem contraria, & incompatibilia audiri c non poſſe. concor.l.1.C.de fur.Non ob.ff.de inoff.te.l.Papi.§.ſed nec impuberis,quia ibi non ſunt vere contraria,cum referantur ad diuerſa ſuppoſita, videlicet vnum ad patrem, aliud ad filium.†Item

9 poteſt eſſe quis capax hæreditatis filiæ, & non hæreditatis paternæ ex pupillari ſubſtitutione. Caſus eſt vnicus in iure. ff. de

10 vulg.& pupill.l. & ſi qui. † Oppon. hic fuerunt plures exceſſus, & ex vno fuit appellatum ad Papam, puta ab interlocutoria lata

---

ADDITIONES.

a Vinc.God.Proceſſiſſe.Adde ꝙ grauamen in iunctum,per quod quis retrahitur a vita contemplatiua quando valeat.Rui,conſi.128,nu.6.lib.3.

b Vin.God. Grauamine.Adde,ꝙ grauamen in dubio referri debet ad caſum,in quo quis diſpoſitiue vocatur,ſicut ad perſonam in diſpoſitione poſitam, Rui. conſi.130.nu.8.lib.2.

c Audiri.Vide Bal.conſi.293.3.lib.

BIU Cujas

ta ſuper exce. ex alio ad Archiepm, quia eps excoicauit iniuſte. Rñ. iſta excoicatio fuit quoddã innouare. nam eps io excoicauit, quia ad Papam innouauit. Ex hoc no. Ber. quod ſuſpenſa iuriſ. in principali eſt ſuſpenſa in acceſſorio, quod eſt verum inter eaſdē perſonas, non inter diuerſas, vt ſin. not. in l. creditor, in princip. ff. man. vbi appellat reus, & non prodeſt mandatori, qui iudicio nō interfuit. Si aũt interfuiſſet iudicio, appellatio rei prodeſſet mandatori, & fideiuſſori, ar. in l. fi. C. de vſu rei iudi. Op. q epi appellatio non procedat, quia ſua non intereſt. Sol. imo intereſt, quia ſi metropolitanus inuenerit epiſcopum in culpa, puniet ipſum, & ideo auditur appellans, tanquam cuius intereſt ſecundum Vin.

11 † Ex hoc no. q iudex põt proceſſum ſuum defendere ēt appellãdo. Opp. ſ. eo. c. qua frõte. Sol. ibi ideo appellat, ne abſoluatur excommunicatus. hic aũt appellat, ne ꝓnuncietur, iniuſte per ſe ex

12 cõicatus † Opponitur, q iudex a quo, poſſit cognoſcere de ſua iuriſdictione. ff. ſi quis in ius voca. non ie. l. ex quacunq;. Sol. hic eſt ſuſpectus, quia ꝑſumitur, q ſemper defenderet ſuam iuriſdictionem. Tu dic, quod ideo non cognouit, qa appellatio abdicauit iuriſdictionem ab eo. C. de appel. l. eos, in prin. ſi. n. repelleretur rõne ſuſpicionis, eligerentur arbitri. Præterea, aut dubitatur de ſuſpicione, aut de iuriſdictione. Primo caſu eliguntur arbitri, ſecundo non. & ſubdit gl. quod ſemper pro iuriſdictione præſumitur, quamdiu in ꝓrium oſtendatur. & hæc eſt rõ, quia cognoſcit de ſua iuriſdictione ordinaria. Item pro delegata, ſi apparet de delegatione ſm Ber. quod bene notabis. vnde ſi in aliqua ſententia reperitur, talis Poteſtas Peruſinus tulit talem ſnīam, præſumitur pro iuriſdõne ſua, licet non appareat electio poteſtatis.

13 † Alia gl. tractat brocardum, utrum allegans ꝓria, ſit audiendus. Et dic, quod interdum quis allegat ꝓria vno contextu, & non auditur, qnq; ſeorſum, & tunc agendo non auditur. fallit, vbi permittitur emendare vel variare, ſed defendēdo auditur. fallit, etiã vbi permittitur pœnitentia, C. de non nu. pec. authen. ꝓ, qui propriam. ſed proceden. ſimul ſuper contrarijs non auditur, vt hic, & vide q no. in regula, nemo, ĵ. de reg iu. in 6. in Mercurialibus vbi non permittitur allegare ꝓria accumulatiue. ſed gradualiter, & diſiunctiuè ſic, niſi electione tollantur, quod hic nõ proſequor, cum plene examinauerim in d. l. 1. C. de fur. & in l. fin. C. de codi-

14 cil † Nota q ꝓria, quæ poſſunt aliqua diſtinctione ſaluari, non

a ſunt proprie ꝓria,[a] vt ſ. de teſti. c. cum filij. Item not. q ꝓdictoria ſemper contrariantur naturaliter, & ſic ab origine, ſed ea, quæ ſunt ex eodem principio poſſibilia, licet in actu ſecundo ſint cõtraria, certe iſta non ſunt contraria in origine, ſed ſunt contraria in electione, & in effectu, ff. commo. l. ſi ſeruus, & l. 1. C. ſi ſerꝰ extero. C. de pac. inter emp. & ven. l. commiſſoriæ. Idem vbicunque cadit electio, inter remedia illa ſunt plura ex eodem fonte, & non ſunt ꝓdictoria, quia applicatione & concluſione ſunt oppoſita, non penes primam potentiam applicandam ad alterutrũ extremorum, licet ergo modus applicandi non patiatur concurſum, tamen prima natura, ſeu materia informans eſt ibi potentia ad quoduis alterum extremorum. ff. de le. 3. l. quæſitum. §. illud. ſed vbi nõ cadit electio, ſed cadit error, vt inter verum & falſum, & talia ſiquidem & origine ſunt oĩno ꝓria. C. de inof. teſta. l. eum qui. accipe ſimilitudinem naturalem. dulce, & amarum ſunt contraria naturaliter, tñ inuicem non ſunt omnino contraria, quia cadunt in eodem ſubiecto complexo, ut no. in proœ. ffo rum. Item quædam in cortice ſunt calida, in medulla frigida. Ex ꝓrijs qualitatibus tamen inſunt eidem, vt pomo, & bene.

A D D I T I Ō.

a Vinc. God. Contraria. Adde q contraria & diuerſa differunt, & qualiter, glo. in l. ſed & ipſis. C. vt leg. no. ca. Dec. in l. fi. C. de eden.

S V M M A R I V M.

Accidentia varie contingunt, in prin.

Iuriſdictio declinari poteſt etiam in notorio delicto, ver. ex iſto c. poſt caſum.

1 *Fama quæ eſt ſimilis quaſi notorio, an probetur per teſtes.*

Famæ malæ, an bonæ ſtandum vtrinque probatæ, ver. & ſi con.

2 *Pendente iudicio retinendæ in quo quilibet dicit ſe poſſeſſorem, ſi vnus turbat alium maiori turbatione, quam prius, an poſſit de hoc interim coram alio iudice ciuiliter, vel criminaliter conueniri.*

Pro ſententia quamuis prima facie præſumatur, tamen ſi poſtea irrationabilis videatur, cauſatur. § in tex. ibi prima.

Domus Dei pro hoſpitali accipitur etiam tempore Io. And. ver. ibi, domus.

3 *Rector hoſpitalis qui furtiue ſubtrahit bona hoſpitalis, poteſt carcerari, & detineri in carcere, donec, ſatisfaciat, & etiam excommunicari.*

In carcere quis detineri poteſt, & excommunicari, donec ſatisfaciat, & dum ibi detinetur, moneri, & contra ipſum procedi poteſt, & citari ad domum ſolitæ habitationis.

4 *Dominus repetere poteſt hominem ſuum ab eo, qui eum detinet carceratum de facto.*

Appellare poſſunt etiam pro aliis, quam pro ſe quidã, vt dominus, poteſtas, magiſtri, & decuriones, & ſimiles, ver. no. quod.

5 *Papa ſubmittit ſe ſuo confeſſori.*

Confeſſores pœnitentiarii quam poteſtatem habeant, ver. & hoc.

Submiſſionis diuerſa genera, & quæ, ver. hoc incidenter.

Prorogatio requirit duo extrema, & quæ, ver. item prorogatio.

Vicarius, & officialis pro eodem accipiuntur, & audire poſſunt appellationes interpoſitas ad Archiepiſcopum ſuum, ver. & no. quod non refert.

6 *Appellatio non debet dare materiam perſeuerandi in crimine.*

Interdictum qui ponit, officium perturbat diuinum, quod interdictum ſuſpendi poteſt, ver. no. quod diuinum.

7 *Appellationi defertur per apoſtolos dimiſſorios non per refutatorios.*

Apoſtoli tales dati intelligantur, quales ex actis colligi poſſunt, ſi qualitas eorum non ſit a iudice declarata, ver. & ſi iudex.

8 *Appellationi potius debent deferre ſubditi, quam parti appellatæ.*

9 *Clericus ī minorib. ſi adminiſtrauit bona cuiuſdã ducis, & multa ſubtraxit, an dux poſſit eum incarcerare negatiuè, ſed fugiens poteſt capi, & n. 15.*

10 *Clericus ſi habeat feudum a laico, an per laicum poſſit poni ad diſtrictam perſonalem.*

Decanus aliquando habet iuriſdictionem. §. opponitur.

11 *Epiſcopus an poſſit aliquo modo ſe accuſare a carcere presbyteri.*

A carceribus relaxari quis debet ex duplici cauſa, & qua.

12 *A carceribus relaxari quis nõ dẽt ſub fideiuſſione, de iudicio ſiſti & quare.*

13 *Varietas non debet admitti.*

Interdictum ab inferiore a Papa ſuſpendi non põt, ſed eius effectus. §. oppo.

14 *Tps, ex quo oritur exceptio dilatoria, nõ eſt modus extinguẽdæ obligationis.*

Interdictum ſuſpenſum per appellationem ſuſpenſione pendente non ſuſpenditur, ver. & ideo.

15 *Dominus laicus non poteſt carcerare clericum, qui furtiuè adminiſtrauit negotia ſua.*

Subditum meum aliquo iure, ſi detineatur ab aliquo vt exhibere ſeruitia debita non poſſit numerus, vel ciuitas eum petere poteſt, ver, idem ait, vſq; ad numeri finem, & nu. 23.

Debitorem meum ab aliquo detentũ ius vendicandi non habeo, ver. ſi autẽ. ſed contra eximentẽ eũ mihi prodita ſunt remedia, & quæ. §. contra. n. 16

16 *Mercatorem fugitiuum ſi quis receptet, nullo iure pro hoc tenetur creditori, niſi forte actione de dolo.*

Epiſcopi appellatio prodeſt & clero & populo, & in quibus, ver. Dicit Inn.

17 *Domini villarum, vel poſſeſſionum, in quibus habitant eorum coloni, an poſſint agere actione de dolo contra illos, qui in iniuriam ipſorum dominorũ tales ſubditos moleſtant, vel ſpoliant.*

18 *Homines meos ſi quis expulit de mea poſſeßione, tenetur interdicto, & actione iniuriarum, quæ mihi non quæritur per colonum meum qui eſt liber homo, & mihi non quærit, ſed per meipſum principaliter & immediate.*

19 *Colono meo exiſtenti in agro meo ſi eſt factum furtum, an poſſim agere.*

Furtum non fit propter iniuriam, ſed propter lucrum.

20 *Colonus ſi expellitur propter odium ſingulare ſubditi, vel coloni, an domino competat actio de dolo, vel iniuriarum.*

Rectorem reipublicæ qui expellunt odio rectoris non incidunt in l. Iul. maieſta. ver. de his.

21 *Subditos meos ſi quis deprædetur, & nolit ſatisfacere, an poſſim contra ipſum indicere bellum.*

22 *Iniurians terram meã, vel ſubditorũ meorũ, ſi habet ſub ſe multos ſubditos, & nõ vult deſiſtere a guerra, vel ab iniuria, an poſſẽ capere ſubditos eius.*

Repreſaliæ quæ licitæ, ver. ex hoc dicunt, & nu. 23.

Ad repreſalias, & ad bellum, ſiue guerram niſi pro vltimo ſubſidio, nunquã veniendum, & nu. 4.

23 *Repreſaliæ, & bellum, quid appellentur, ver. repreſaliæ, & cui aſſimiletur rei bellum. nu. 24.*

24 *In duello ſupponere non licet alium pro ſe.*

25 *Ius in notoriis non tanquam iudex, ſed tanquam non habens poteſtatem faciendi voluntatem ſuam in re ſua, vel in eccleſia ſibi commiſſa quilibet prælatus dicere ſibi poteſt.*

Ceſſatio a diuinis ſi facta ſit in eccleſia, qui ceſſare debeant, ver. idem ait.

26 *Cauſa veriſimilis quæ dicatur.*

27 *Canonici ſi expulerunt epiſcopum de epiſcopatu, & appellauerunt ad Papam, an epiſcopus poßit eos excommunicare.*

C A P. LV.

Dilectis. Ad euidentiã huius capituli dic, q quædã accidunt per viã neceſſitatis, vt in auth. ingreſſi. C. đ ſacroſ. ec. quædam per puncta rõnis, vt ff. de iuriſd. om. iudi l. cui interdicto. Quædam per viã æqtatis. l. ſed addes. §. ſi qs mulierẽ. ff. loc. Quædã ex naturali inhærentia, vt ſegetes pẽdẽtes in agro. l. fi. §. pe. ff. q̃ in frau. cre. Quædam ex naturali augmẽto, vt fructus in horreo reconditi. ff. de rei ven. l. ex diuerſo. vel ex quaſi natura li. i. q. ſuccedit loco fructus naturalis, vt penſiones. ff. de rei vend. l. ſin aũt. vel naturalem fructum. Accipe large & pro eo, q ſimul cum induſtria prouenit, per appellationem ltĩam principale cũ ſuis acceſſorijs ad iudicem applonis refert, ſnĩæ ẽt interdicti vel excõicationis poſtea latæ non tenent. Et diuiditur, qa in prima parte narratio, in ſcda diffinitio, ſecunda ibi, quia vero, quia tria facit. primo diffinit proceſſum decani poſt applonẽ epi. ſecunda ibi, præterea, proceſſum epiſcopi poſt appellationem decani. tertia ibi, Verum, diffinit de canonicis, qui cõicauerunt decano, & eſt capitulum valde notabile. Caſus longus. Eps Altiſidioren. fecit capi presbyterum domus Dei, & eum detinebat in carcere propter furtum quarundam rerum ipſius domus, & quia monitus non ſatisfaciebat, erat ab Epiſcopo excommunicatus,

BIU Cujas

decanus Altiſidioreñ. hoc videns repetebat dictū presbyterum tanq̄ hominem ſuæ iuriſdōnis. tandem eps timens, ne decanus aliqd in ſui præiudicium attentaret, appellauit ad Metropolitanum, ſubijciens ſe, & ſuos, ac ſtatutum eccl'iæ Altiſidioreñ. ac ciuitatis eius protectioni, poſtea decanus contra epm poſuit inter dictum, mandans, q̄ ipſo præſente in ciuitate ceſſaretur a diuinis in eccl'ia Altiſidioreñ. demū Eps excōicauit dictū decanū p eo, quia impediebat officia diuina pōnēdo dictū interdictum in eccl'ia p̄dicta. Poſt iſta cōparuerūt partes corā vicario Archiepi, vbi procurator epi dicebat, q̄ decan⁹ ñ detulerat appl'oni interpoſitę ad Archiepm, & iō interdictū dicebat irritū pnunciari, decanus aūt dicebat, q̄ nō debebat detuliſſe, q̄a eps non ceſſauerat a grauamine, cū in uinculis adhūc eum detineret. & appellauit eps ad ſedē apl'icam. hac appl'one ſpreta vicarius Archiepi pnūciauit dictū interdictū irritū & inane, & p cōſequens non ſeruādum tanq̄ factum pendente appl'one ad archiepm interiecta. Ex iſtis ſi quidem nō oriebatur qō de p̄sbytero, ſed de interdicto decani, de excōicatione epi, & de ſnīa vicarij, q̄ iudicauit interdictum nō valere, & determinatur, q̄ interdictum nō tenuit quia pēdebat appl'o ad Archiepm, ſed decanus dicebat quaſi uariādo, q̄ interdictū ſuum nō poſuerat poſt appellationem, ſed ante, licet interim ſuſpēſum, ſed iſte decan⁹ ſe ꝓperā excuſabat, ꝯ facti veritatem, tñ vicarius Archiepi non potuit ſup hoc interloq̄ ſeu iudicare, q̄a pendebat appl'o ad Papam, cui appl'oni detulerat, apoſtolos concedendo. Item determinatur, q̄ excōicatio epi fuit nulla, q̄a facta pendente appellatione ad Papam. Poſtea in §. verum; Papa determinat aliam qōnem, quæ erat, quia canonici Seneñ. non vitauerunt dictum decanum excōicatum ab epo, & denūciatum excōicationis vinculo innodatum. & iō uitādum p Archiepm. Papa dicit quod non debuerunt vitare, q̄a ſano cōſilio ducti detulerūt magis appl'oni factæ ad Papam, q̄ excommunicationi, & denunciationi epiſcopi, q̄ pendente appl'one ad Papam, temeraria & nulla extiterat ipſo iure. h. d. Ex iſto c. ſumuntur multa bona notabilia, etiam ſi delictum ſit notoriū, pōt iuriſdō declinari, & reus debet relaxari captus a non ſuo iudice, cōſtito de iudicis incompetentia, & ſic cum cauſæ cognitione debet relaxari. Sed † occurrit dubitatio de fama, quæ eſt ſil'is quaſi notorio. & dic, q̄ fama pbatur p teſtes tā bona, quam mala, exceptis his teſtibus, q̄ fuerant auctores & frabricatores famæ. ff. de adul. l. miles. §. mulier. & ſi cōtraria fama vr̄ pbari, q̄dam dñt, q̄ ſtatur bonæ famæ, quia conſonat naturæ rōnabili. Alij, q̄ malæ, q̄a magis creditur probantibus delictū, q̄ negantibus. Arch. dicit, q̄ plus creditur pluribus & melioribus teſtibus, ut eleganter no. 2. q. 4. omnibus, ſed Bar. dicit ſupplēdo prædicta, quod præfertur fama, quæ iuſtioribus adminiculis & rōnibus redditis a teſtibus eſt munita. ff. de queſtio. l. de minore. §. fin. per Bar. † In tex. ibi, Non ſolum principale negotiū, ſed acceſſoria, no. quod deuoluto principali deuoluūtur acceſſoria. Pone, pendente iudicio retinendæ, in quo quilibet dicit poſſeſſorem. unus turbat aliū maiori turbatione, q̄ prius, nunquid poterit de hoc interim corā alio iudice ciuiliter, vel criminaliter conueniri? rñ. non, quia pendet cā poſſeſſionis, q̄ eſt principalis, ergo & turbationis, ut hic. In tex. ibi, Prima facie. no. q̄ pro ſnīa quæ prima facie eſt rōnabilis præſumit;[a] tñ, ſi poſtea aliud apparet, caſſatur. In tex. ibi, Denunciauerit, q̄uis ergo credēdū ſit ordinario denūciādo aliq̄ excōicatū. 11. q. 3, curæ, &c, debent. ſi tñ ſcias p certo denunciandū ante excōica. appellaſſe, ſecure potes cōicare illi, ut hic. Nam & ipſe excōicatus pōt ſe ingerere cōioni fideliū, & diuinis, vt ſ. e. c, ad noſtrā. ſm Goff. In tex. ibi, Procuratore, p̄ decanum. Ibi. Domus Dei, forte hoſpitale q̄ ſic vocabatur iuxta uulgare laicorum, Io. An, † Ibi, Plenariam, ſ. de iure cōmuni. 16. q. 7. c. omne, de reli. do. c de xenodochijs. Ibi, detineri, no. qđ rector hoſpitalis, q̄ furtiue ſubtrahit bona hoſpitalis p̄t carcerari, & detineri in carcere, donec ſatisfaciat. & etiā excommunicari & ſic ſimul & pro eodē delicto excommunicatur, & detinetur in carcere. q̄a licet quis ſit in carcere, nō tamen ſoluit debitum, & licet ſit in carcere, moneri tamen poteſt, & contra ipſum procedi, tex. eſt hic, & no. C. quibus ex cau. maio. l. 3. quod ille, qui eſt in carcere, poteſt citari ad domum familiæ, ſcilicet ſolitæ habitationis, & eſt gl. ſingn. No. hic, q̄ carcer non ſoluit debitum, ſed burſa. Ibi, propter q̄ ſcilicet quia monitus non ſatisfaciebat. Ibi, Monuiſet,[b] i. requiſiuiſſet. ſufficit. n. ſemel. ff. de vſur. l. mora. Ibi, Reſtitueret, no. hic, quod † dominus repetere poteſt hominem ſuū ab eo, qui eum detinet carceratum de facto. Ibi, Aſſerebat, ex ſpeciali iure, conſuetudine, uel priuilegio, Ioan. And. Ibi, Se, & ſuos, no. qnod dominus appellat pro ſuis, & pro ſtatu ciuitatis, & q̄ epiſcopus poteſt appellare non ſolū p ſe, ſed etiam pro clero, & populo ſuo, quatenus pertinet ad curam epi puta ne populus in ſpiritualibus patiatur detrimentum, quod tene menti, & vide in Spe. de ap. §. 1. in fi. Ptās ēt ciuitatis p̄t appellare pro ciuitate. ff. de acqui. re. do. l. ſtatuas. Item magiſtri, ſeu decuriones. ff. de pac. l. item magiſtri. Et forte ius appellandi p ſtatu ciuitatis eſt populare in appellando, non dico in proſequendo, ar. ff. de le. 1. l. ciuitatibus. dic ut in l. nulli. ff. quod cuiuſ. vni. no. † Ibi, Supponens, ēt Papa q̄nq; ſe ſubmittit. ff. de iur. om. iud. l. eſt receptū. &. Papa ſubmittit ſe ſuo confeſſori, q̄a ſi ſentit ſe dubitare eum de papatu, p̄t mandare, quod cedat papatui, ſi non p̄t aliter ſaluare ſuam conſcientiam. Et hoc facit in virtute, & ptāte clauium q̄ maior eſt, q̄ ptās Papæ, c q̄n eſt in diuerſo ſubiecto, q̄a Papa, q̄ facit peccatum, ſeruus eſt peccati. C. de ſen. paſ. l. fi. ſed in eodem ſubiecto. i. in ipſo Papa, dum tñ ſit ſacerdos, una & eadē eſt ptās Papæ & clauiū. hoc incidenter dico, q̄a in ſchiſmate moderno multū facere pñt cōfeſſores eorū, licet lr̄a noſtra de alia ſubmiſſione loquat. ſ. de ſubmiſſione, q̄ pregit ſupponentē, ſed ſubmiſſio q̄ facit Papa ſuo ſacerdoti, eſt ſubmiſſio, quæ purificat, & abſtergit ſe, & ēt ſubmiſſio neceſſaria, abſolutio animę: quædā eſt ſubmiſſio neceſſaria, ſine qua anima eſſet peritura, quædam cātiua, ſine qua lis eſt nocitura. quædā voluntaria, ut qñ progat iuriſd. ff. de iu. l. 1. quædam ſubmiſſio eſt ſubiectio libertatis, uel quaſi, vt qñ quis facit ſe ppetuum fidelē alterius in caſu licito. Item progatio requirit duo extrema. ſ. iuriſdōnem primordialē pexiſtentē, & iuriſdōnem accreſcētem. & ſi ſit facta cum pacto q̄ non habeat locum pnīa, uocatur ſubmiſſio. Item poteſt fieri ad vniuerſitatem cārum, & nominatim, ſeu ſpāliter, Ibi Appellauit, ſ. ne aliquid contra Epm innouaretur. Ibi Officiali. i. vicario, & no. quod non refert, utrum ordinarius dicat, Facimus te uicarium nr̄um, an dicat, facimus te officialem noſtrum. ſ. ad cās, quia exponitur, vicarium. i. officialem, ut hic. Item no. q̄ q̄ appellat ad Archiepm, pōt proſequi appl'onem cōram eius vicario. Ibi, Senē. Archieps Seneñ. erat Metropolitanus epi prælibati. Ibi, Adhuc in vinculis detinebatur, qui ſemper grauatur, quotidie querelam proponere p̄t, & ſemper ſumus in prin. reſpectu futuri tpis. & tñ pēdente ap. nō dimittitur reus accuſare, ut hic patet, qđ no.† Et no. q̄ appellatio non dēt dare materiam perſeuerādi in crimine, Ibi, pturbare, no. q̄ diuinum offiñ perturbat, q̄ponit interdictum. dic ut in c. ſi canonici, & c. quamuis, de offi. or. lib. 6 Ibi, ſuſpē. no. interdictum ad tps ſuſpēdi poſſe, ut hic innuit, ſecus in excōicatione, quia mortuus non uiuit, ſed moriēs adhuc uiuit. ff. de manu. te. l. qui duos. ff. de ope. li. l. qui libertinus. §. poſthumus.† In tex. ibi, Apoſtolos. ſ. dimiſſorios per quos videt appellationi delatum, per refutatorios enim non defertur appellationi. c. cordi, & c. cum appellationibus, li. 6. per Io. An. & ſi reuerentiales ſunt, præſumuntur reuerentiales, & non refutatorij, ut hic colligitur in verbo, Apoſtolos concedēdo, quod eſt no. Et ſi iudex, a quo nō vult declarare, quales apoſtolos det, ſed dicit, do tibi p apoſtolis acta cauſæ, tales intel'r dediſſe quales ex actis colligi poſſunt. † In tex. Ibi, Inculpabiles, no. formam ſnīæ, declaro te non eſſe culpabilem. Item no. q̄ ſubditi potius dñt deferre appl'oni, q̄ parti appellatæ, q̄a in dubio præſumitur, q̄ appellatio de iure pcedat. donec declaret contrarium no. qđ dixi in ſummario. Opponitur, q̄ eps carcerando clericum ſit excōicatus ipſo facto. Sol. iuriſdō eum tuetur ſaltem, licet talis clericus ſit exemptus. c. ſi clericus, de ſen. excō. lib. 6.† Sed pone, clericus in minoribus adminiſtrauit bona cuiusdam ducis, & multa ſubtraxit, nunquid dux p̄t eum carcerare? rñ. non, quia laicus eſt. Sed quid ſi clericus fugit cum re alterius? reſpondeo capi p̄t, ſed ſtatim debet epo deſignari. de ſen. exc. c. ut famæ, per Inn. †Quid ſi clericus habeat feudum a laico? rñ. non poteſt poni ad diſtrictam perſonalem per laicum, ſed feudum ei aufertur per ipſum, ſi committitur fellonia, vt in c. ſi clericus, de c. Corra. Opponitur, q̄ ad decanum non pertineat iuriſdō, quia tota iuriſdictio eſt in capite. i. in epiſcopo, vt in c. quæſiuit. ī. de his, q̄ fi. a ma. parte c. Sol. ut in gl. ibi. n. eſt ius cōe, hic ſingulare. Opp. eps pmanebat in crimine capturæ, ſed dum quis eſt in crimine, non appellat. ſ. eo. cum ſit. Sol. ibi de crimine conſtabat, hic de eo ſub iudice lis erat, q̄a eps habebat p ſuo ſcuto ius cōe. Op. quia officialis bene iudicauerat, quia Papa idem determinat, Sol. non habebat iurisdictionem, & ideo non potuit bene iudicare. C. de teſta. l. cōſulta diualia, in fine.† Quæro, ſuppoſita iuriſdictione decani, an epiſcopus poſſit, aliquo mō ſe excuſare a carcere presbyteri? dic q̄ ſic, offerēdo ſe paratū relaxare, vbi oſtēderet ſe iniuſte carceratū, vel ſatisdare idonee. ff. de cuſt. reorum. l. ſi cōfeſſus.† No. bonam practicam, & caueant ſibi officiales, ne relaxent carceratos cū fideiuſſore de iudicio ſiſti, quia illi liberarent p ſentētiam p̄demnatoriam. ff. de fideiuſs. l. Græce, §. ſed poſt litē. Sed debent recipere fideiuſſores debitum ſolui. Et quidam poteſtas, q̄ hoc ignorabat, pro incauta relaxatione cuiusdam carcerati fuit condem-

ADDITIONES.

a Præſumitur. Circa iſtud no. vide Ori. in c. quoniam, cum. tribus ſeq. de proba. Ale. conſi. 139. in 2. vol. vide etiam Fel. in c. quoniam contra. de proba. Barb. conſi. 18. vol. 1. & conſ. 47. in fi. vol. 1. Ro. conſi. 334. in fi.

b Vinc. God. Monuiſet. Adde q̄ monitio vbi eſt de ſubſtantia actus, ſola ſcientia non ſufficit. Bal. in c. ad hæc. col. 7. de pa. iur. fir. vide Ale. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, in addi. de ope. no. nun.

c Vinc. God. Papæ. Adde quando verbis papæ adhibeatur fides, Ruin. conſi. 116. nume. 6. lib. 5.

BIU Cujas

13 condemnatus in ſyndicatu,& deſolatus †No.veritatem non admitti.C.de re.cre.l.ſi quis ius.ff.de proc.l.in cauſæ.dicit lex,q̃ eſt erubeſcenda veritas.C de mo.mulct.l.eos,vt eccleſia.benefic.ca. vnico.Oppo.quod interdictum non poſſit ſuſpendi per inferiorem a Papa,ſicut nec excommunicatio.Sol.non ſuſpenditur ipſum,ſed eius effectus.ff.de donatio.inter vi.& vxo.l. cum hic ſtatus.§.ſiue autem,Ber. & Inno. vnde elapſo tempore ſuſpenſiuo non eſt neceſſe,q̃ iterum renouetur.Ber.hic non firmat pedes,
14 dic vt §.eo.c.ad hæc quoniam.†Item ſcias, q̃ tp̃s non eſt mod⁹ extinguendæ obligationis,ita q̃ poſſit extingui ipſo iure, & maxime tempus,ex quo oritur exceptio dilatoria,nō peremptoria, vt ff.de ac.& obli.obligationum fere.§.placet.& ſi partes velint,
a quod interim tollatur ipſo iure,[a] vt ff.de leg.j.l.nemo pōt,& iſtā rationem non ponderat Hoſt.Porro ſi eſſet neceſſe renouare interdictum,eſſent duo interdicta non vnum,vt ff.de pact. l. iuriſgentium.§.adeo.ff.de contrahen.emp.l.pacta conuēta.§.Paulus, quod eſt falſum.& ideo pendente ſuſpenſione ſi appellatur, nō ſuſpenditur interdictum,ſed coniungūtur eius extrema medio prætermiſſo,ſic actio perpetua per dilationem poſtea datam differtur quo ad actum exercitij,ſed non eradicatur quo ad ſubſtātiam articuli.ſed Hoſtien.dicit quod interim non viget interdictum,& ſi interim ſatisfieret, non eſſet neceſſaria alia relaxatio interdicti,ſecus in excommunicatione.Alia glo.dicit,quod magis ſtatur appellationi,dum pendet,quam ſententiæ. dic q̃ quo ad procedendum præſumitur pro appellante,ſed quo ad decidē dum præſumitur pro ſententia,vt ff.de regu.iur l.non videtur. §. qui iuſſu.†Concluſiones Innocen. Prima,quod dominus laicus
15 non poteſt carcerare clericum,qui furtiue adminiſtrauit negotia ſua.Idem ait,quod ſi ſubditus detinetur ab aliquo, ita quod non poſſet domino ſuo exhibere ſeruitia, q̃ poteſt eum petere. item poteſtas ciuem ſuum,ſi ita detineatur q̃ munera perſonalia præſtare non poſſit, vel ei nequeant in ſuis iuriſdictionalibus obedire,ſiſr ciuitas vaſallum.Item de iure feudorum,dummodo ſic detineatur q̃ ſua ſeruitia impendere nō poſſit.& eſt rō, quia dominus habet in eo quoddam ius realitatis. Si autem debitor meus,qui tenetur mihi actione perſonali,detineatur ab aliquo, licet forte ſi non detinetur ex ſuis laboribus poſſet acquirere pecuniam,vt mihi ſolueret,tamen ius vendican.eum tanquam debitorem meum nō habeo,quia nullum ius reale habet creditor in perſona debitoris,vt C.de act.& obl.l.ab eo.Contra eximentē debitorem meum ſunt prodita quædam remedia in cauſis ſpecialibus,vt C.de ope.lib.l.fi.& ff.ne quis. eum, qui in ius voc. eſt vi exi.l.3.C.de exacto.tribu.ſed ibi inferebatur dolus in poſ. non in perſonali obligatione.Eodem mō rn̄detur ad l.fi.C. de ope.li. & ad l.eleganter.§.ſi compeditum.ff.de dolo. Nam & ibi dolus inferebatur circa poſſeſſiones.ſimiliter ad l.fi.C.de ope lib.rn̄detur q̃ patronus eſt in quaſi poſ.iuris patronatus, & ſic dolus cōmittebatur circa quaſi poſſeſſio.& purgatur dolus per ſingularē condōnem inductam ex illa lege.Præterea nos habemus actionem ſerui,& filij corrupti ad fugam,vel ad aliud maleuolum ꝓpoſitum,ſed nō habemus actionem aliquam debitoris ingenui corrupti ad fugam,niſi dicam⁹, q̃ quia illud eſt p̃ bonos mores, & ēt in perniciē alterius,competat ſubſidiaria ac.de dolo, vel in factum,vel ſit conſultum extraordinario officio iudicis ad intereſſe,ne ex delicto ſuo q̃s glorietur; quod magnam habet in ſe æquitatem,& naturalem rōnem. nā dolus tertij p̃ ipſum tertiū debet purgari,vt ff.de dolo.l.eleganter,in prin. ſed ibi fuit commiſſus dolus p̃hendo,hic in fugiendo.pōt dici,q̃ aut alias erat fugam accepturus debitor;& tunc iſte tertius nō punitur alias ſic, vt Inſti.de obli.ex delicto.§.ope.& ff.de ver.ſig.l.ſæpe,nam ex p̃ſilio,ex quo non augetur effectus, non ſurgit obligatio, & ſi p̃rium cōſuluiſſet,nihilominus idem fugitiuus effeciſſet. vnde ex iſto conſilio non fuit grauatus creditor in aliquo, & ſic ceſſat in
16 tereſſe.†Et hoc dictum Inn.facit,quod licet quis receptet mercatorē fallitum,& fugitiuū,nullo iure pro hoc tenetur creditori, niſi forte actione de dolo,arg.ff.de dolo.l.cum quis.Dicit Inn.q̃ ep̃s hic appellauit non tanquam a iudice,ſed tanq̃ ab eo,qui poterat aliquid iniuſte facere de facto,& extra iudicium, licet ſub velamento officij.Dicit Inno.quod appellatio ep̃i prodeſt clero, & populo in his,in quibus ep̃o commiſſa eſt cura cleri,& popu-
17 li,puta ſub interdicto,vel ceſſatione a diuinis.†Quæro,nunquid dn̄i villarum,vel poſſeſſionum,in quib.habitant eorum coloni, poſſint agere actione de dolo p̃ illos,qui in iniuriam ipſorū dominorum tales ſubditos moleſtant,vel ſpoliant? & dic q̃ datur actio de dolo.idem ait,q̃ ſi quis ſuadēdo fecit,q̃ colonus dimittat poſſeſſionem meam,tenetur mihi actione de dolo,quia poſ-
18 ſeſſio mea remanſit inculta.†Item ait,ſi quis homines meos expulit de mea poſſeſſione,tenetur interdicto,& actione iniuriarū quæ mihi non quæritur per colonum meū,qui eſt liber homo, & mihi non quærit,ſed per me ipſum principaliter & immedia te,quia ego ſum offenſus & damnificatus in poſſeſſione mea.ff.
19 de iniu.l.iniuriarū.§.fi.†Sed q̃d ſi colono meo exiſtenti in agro meo eſt factum furtum,nunquid ego poſſum agere? dicit Inno. q̃ non,quia furtum non fit p̃ iniuriam,ſed p̃ lucrum.ff.de fur.
20 l.itaq;fullo,in gl.vlt.†Sed q̃d ſi p̃ ſingulare odiū ſubditi,vel coloni expellitur colonus,nunquid dn̄o competit actio de dolo, vel iniuriarum? ſentit Inn.q̃ ſic ad intereſſe, ſimile dubium mouet Bar.ff.de capti.l.hoſtes.De his,qui expellunt rectorem non odio reipublicæ,ſed odio rectoris,vtrum incidant in l. Iul. maieſtatis?& dicit Inn.quod non,facit ff.de iniu.l.eum qui.§.ſi nupta. Idem ſubdit,q̃ p̃ paupertatem collatorum non agit dn̄s, quia
21 hoc eſt intereſſe extra rem.†Quærit Inn.ſi quis deprædatur ſubditos meos,& non vult ſatisfacere,vtrum ego p̃ ipſum poſſum indicere bellum? & dic q̃ ſic.Inn.q̃ verum eſt, ſi aliter nō poteſt
22 eſſe conſultum,vt no.C.de iud.l.nullus,per Accu.† Quærit Inn. ſi iniuriās terram meam,vel ſubditorum meorum, habet ſub ſe ſubditos multos,& nō vult deſiſtere a guerra,vel ab iniuria.vtrū poſſem capere ſubditos eius? & dicit, q̃ ſic,vſquequo condigne ſatisfiat.nam cum liceat mihi indicere bellū, & in bello deſtruūtur res ſingulorū,ergo & perſonæ appræhendi poterunt,& ad ſatisfactionem cogi,ex hoc dicunt q̃dā,q̃ poſſunt cōcedi repreſa-
b liæ,[b] quod eſt verum p̃ exceſſum rectoris,& vniuerſorum,non p̃ exceſſum vnius p̃ſonæ ſing.C.ne fi.pro pat.auth.ſed oīno, & ibi plene dixi,& c.ſi pignorationes, de iniur. & dā.da.lib. 6.quia non debet p̃ delictum vnius perſonæ puniri tota contrata. vel vniuerſitas,vt dicit glo.vulga.no.tamen in Authen.ut nulli iu.in
23 prin.† Porro ad repræſalias,& ad guerram nunquam debet veniri,niſi pro vltimo ſubſidio,vt in c.1.§.fi.de mili.vaſ.qui cō. eſt. Repræſaliæ aūt vocantur pignorationes,quæ extenuant ſortem, & non debent res deteriorari,ſicut nec pignora. Sed bella appellantur deprædationes,& raro fiunt ſine maximis damnis,& iniuria vnius partis,& non extenuant quicq̃ debiti,ſed lucra fiunt p̄dantibus iuſtitia mediante,vocantur.n.ſpolia hoſtium,ff.de don. l.ſi quis p̃ redemptione,per Cy.qui tractat, qualiter diuidantur.
24 †Eſt etiam duellum,in quo non eſt licitum alium ſupponere p̃ ſe,quia eſt de corpore ad corpus,& ideo ſi ſtatutum p̃mittit offenſo facere competentem vindictam,q̃a iſtud eſt duellum, nō eſt licitum ſubijcere cōplicē.ff.de vi & vi ar.l.cum fundum, per Ioan.de iniur.l.nō ſolum,per Bar.vbi videas.Dicit Ariſt. in ſecre
c tis,Fac,q̃ bellum ſit vltimum opus tuū, & guerra c eſt ſimilis veræ q̃ vi parit, & ſemper cū multo gemitu hinc & inde anteq̃
25 pariat.†Dicit Inn.q̃ in notorijs q̃libet p̃latus pōt ſibi ius dicere non tanq̃ iudex,ſed tanq̃ non habens ptātem faciendi voluntatē ſuam in re ſua,vel in eccleſia ſibi commiſſa.Idem ait, q̃ ſi ceſſatio a diuinis in aliqua eccleſia ſibi commiſſa eſt facta, canonici illius eccleſiæ debent ceſſare,ſed non alij,qui ſunt corpus eccleſiæ,quia eccleſia non eſt interdicta. Nam aliud eſt interdictum,
26 aliud ceſſatio a diuinis ſm Inno.† Idem dicit,q̃ cauſa veriſimilis dr̄ illa,quæ fundatur in iure cōi. cā aūt p̃babilis dr̄ illa,quæ verificatur per probationes, vnde appel atio extraiudicialis ex cauſa veriſimili comprobatur ipſo facto, ſed ex cā p̃babili oportet q̃ iuſtificetur per p̃bationes,iſta ſunt verba magiſtralia. vel dic q̃ cā veriſimilis eſt,quæ de facili pōt probari ſm communem curſum cauſarum,ſed p̃babilis dr̄ illa,quæ eſt poſſibilis probari, tn̄ cū difficultate:ſiſ ia verba ponit gl.C.de p̃b.l.actor. vnde not. q̃d qui defert Papæ,ſanius habet conſilium. Ibi,Saniori conſilio,dicit Inn.q̃ p̃ appellationem interpoſitam a Vicario, ēt ſi non innotuerit ordinario,ligata eſt poteſtas ordinarij. vñ poſtq̃ appellatum erat a Vicario,Archiepiſcopus non potuit exequendo ali-
27 quid mandare,Inno.quod eſt bene no.† Pone, canonici expulerunt epiſcopum de epiſcopatu,& appellauerunt ad Papam, an epiſcopus poſſit eos excommunicare? & videtur quod non, q̃a pendente appellatione ſunt ſecuri & exempti. dic p̃ quia delictum eorū eſt notorium,ergo non appellant.Item delictum eſt actu permanens,& appellatio dēt eſſe remedium, non venenū.

ADDITIONES.

a Iure.Qualiter intelligatur hæc regula,vide omnino Dec.in d.l. nemo poteſt. ff.de leg.1.qui optime declarat,

b Vinc.God.Repreſaliæ.Adde q̃ repreſaliæ concedi non poſſunt ei, vel ad eius commodum,qui licet ciuis ſit,municeps tamen non ſit,& econuerſo,non poſſunt concedi contra eum.Rui.conſi.120.nu.7.lib.4.

c Vinc.God.Guerra.Adde quomodo probetur guerram præceſſiſſe,Bart.in l.leges,ff.de adimen.lega.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam poſtquam Papa ad ſe reuocat, non valet proceſſus per inferiorem factus, ſicut nec valet, ſi prius ab eo fuiſſet legitime appellatum, & nu. 2.ver.item no.*

2 *Notario ſi adimitur ſigillum, quo vtitur in chartis, non poteſt deinceps vti officio tabellionatus.*
Signum cui auferetur, auferetur & ſignatum, cum exemplis.

3 *Traditio non poteſt prohiberi, quin ſi fiat, facta ſit.*
Futura prohibentur, facta reſcinduntur.§.in textu ibi.

4 *An pendente appellatione debeat archiepiſcopus ceſſare a traditione ſigilli, ſi ille, pro quo Papa ſcripſit, appellaſſet.*

5 *Reuocare ad ſe negotium Papa, cum ſemper mandat coram ſe compareri, an videatur.*

BIU Cujas

CAP LVI.

1 **Vt noſtrum.** Poſtquam † Papa cauſam ad ſe reuocat, non valet proceſſus per inferiorem factus, ſicut nec valet, ſi prius ab eo fuiſſet legitime appellatum. h. d. Et primo ponit dictum. ſecundo rationem dicti. ſecunda ibi, cum plus. Præmitte ad euidentiam, ꝙ in eccleſia Mediolanenſi eſt quoddam officium, quod appellatur officium Cancellariæ, in quo exercẽdo eſt neceſſarium ſigillum officij. dic ergo ſic caſum. Hæc Cancellaria vacauit vltra annum, & ſic ptãs conferendi Cancellariam deuoluta fuerat ad Papam, Papa mandauit Archiepiſcopo Mediolanenſi, ꝙ ipſam conferret cuidam, & ſi poſt receptionem mandati in contrarium faceret, illud caſſauit, Archiepꝰ excuſauit ſe Papæ per binas literas. Et primo, ꝙa ꝓꝓ grauamina debitorum reſeruauerat ſibi fructus, ſecundo, quia contulerat, vt dixit, cuidam B. intra ſex menſes. Papa mandauit Archiepiſcopo, quod mitteret ꝓcuratorem idoneum, qui oſtẽderet de collatione facta ꝓſonæ idoneæ, & tpe cõpetenti. Inſuper eũ monuit, pro quo ipſe Papa ſcripſerat, quatenꝰ veniret, ſi vellet ad defendendum ius ſuum, procurator Archiepiſcopi produxit duos teſtes in præſentia papæ, qui iurati dixerunt, ꝙ Archiepꝰ contulerat Cancellariam, reſeruatis ſibi prouentibus, Papa concepit cõtra Archiepiſcopum ſimoniam propter reſeruationem fructuũ, & dolum propter vacillationem reſponſi, & culpam propter collationem clandeſtinam, & ideo totius negotij cognitionem reuocauit ad ſe, hoc totũ habetur infra vt eccleſia. benefi. ca. vnico. hoc non ob. Archiepꝰ tradidit ſigillum Cancellariæ ei, cui conceſſerat Cancellariam: Papa decernit & mandat hanc traditionẽ irritam & inanem, quia ſi pendente appellatione nil nouari debet, multo fortius ſi Papa ad ſe negotium reuocauit, inhiben. ẽt
2 ipſi H. ne ſigillo vti præſumeret prælibato. h. d. † Not. quod dixi in ſummario. In tex. ibi, Inhibentes, no. arg. ꝙ ſi notario adimitur
a ſigillum, [a] quo vtitur in chartis, non poteſt deinceps uti officio tabellionatus. Idem, ſi militi Sancti Ioan. aufertur de pectore ſignum crucis, vel militiæ, enſis, vel calcaria, quia cui aufertur ſignum, aufertur ſignatum. certe hoc non dr̃ hic, quia hic nõ fuit ſigillum diffinitiue ablatum, ſed tanquam attentatum, tuum autem notabile procederet in ſententia diffinitiua, vt ff. de infa. l. 2. §. ignominiæ. Et no. quod vſus ſigni poteſt auferri ſignato. Item no. quod quoties princeps reuocat ad ſe cauſam, nullus inferior
3 debet eſſe audax aliquid attentare, ꝙ tene menti. † Opponit Inn. quod traditio eſt facti, ergo non poteſt prohiberi, quin ſi fiat, facta ſit. ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. ſi uir vxori. Sol. aut loqueris quo ad factum, & procedit appellatio, aut quo ad iuris effectũ, & ſic loquitur ſm Inno. Tu dic, quod quãtum ad ius vere nihil eſt actũ, ſed quo ad factum vere eſt factum, ſed fingitur non factum. In tex. ibi, Cum ſigillo, ibi, vti, iſtud non erat in facto eſſe, ſed in fieri ideo Papa poteſt prohibere, quia futura prohibentur, ſed facta
4 reſcinduntur. † Quæro, quid ſi ille, pro quo Papa ſcripſit, appellaſſet ab Archiepo, vtrum archiepꝰ appellatione pendente debet ceſſare a traditione ſigilli? reſpon. Archiepꝰ erat vt pars in ꝓprio facto, i. in collatione, quam fecerat. ideo. n. non erat iudex, quia tẽpore appellationis nõ erat de hoc quæſtio inter aliquos, & ideo non obſtante appellatione licuiſſet Archiepiſcopo mandare effectui ſuam collationem, niſi Papa ſibi reſeruaſſet, ſm Hoſt. Sed ſi appellatum fuiſſet ante collationem, tunc epiſcopus non poſ-
5 ſet exequi, vt ſup. eo. c. dilectis. † Sed nunquid ſemper cum Papa mandat coram ſe compareri, videatur negotium ad ſe reuocare? rñ. non. nam iſtud mandatum intelligitur ſm naturam cauſę & non ſm plenitudinem poteſtatis. v. g. ſi citat ſuper appellatione, intelligitur ſecundum naturam appellationis, & non ſecundum naturam reuocationis negotij ad ſe. oportet ergo, ꝙ appareat de intẽtione Papæ, ꝙ velit negotium ad ſe reuocare. Et hoc ſi bene conſideres, vult hic Inno. Conſtat. n. quod Papa ſuper appellatione citat, & tamen appellatus poteſt vti iure proprio, quo non poſſet vti, ſi Papa reuocaret totum negotium ad ſe de plenitudine poteſtatis ſecundum Inn. quod tene menti.

ADDITIO.

a Vin. God. Sigillum. Adde quid operetur ſigilli fractio, vel deuaſtatio, tex. in l. ad teſtium. §. ſi ſigna. ff. de teſt. vbi Bar. & in l. in fraudem. §. ſicut. de teſta. mil. Deci. conſi. 146. col. 6. in fi.

SVMMARIVM.

Terminum ad appellationem proſequendam ſtatutum, quem pars appellata poßit præuenire, in prin. & nu. 1. & 2.

1 *Terminus iuris an valeat præueniri, & prorogari.*

2 *Impetrare ante terminum iuris, & non ante terminum hominis quare permittitur.*

3 *Præcurrere nimium quis dicatur.*
Claudicantem debet expectare curſor. §. *Ibi de veſti.*

4 *Iudex ad quem, poteſt terminum proſecutionis arctare, niſi partes in hoc diſſentiant.*
Legem ſibi ipſe iudex imponere non poteſt ſuæ iuriſdictionis arctiuam, nec extenſiuam, ver. ſed ſibi.

5 *Partes an poßint prorogare inſtantiam appellationis ad multos annos.*

CAP LVII.

a **Oblatæ.** [a] Si terminum ap. proſequendæ ab homine ſtatutum altera pars præuenit, eo tacito literas impetrando non valent literæ, ſed terminum iuris appellatus præuenire poteſt, dummodo nimium non præcurrat. ſecunda ibi, licet igitur, quæ diſtinguit, & ſecundum membrum diſtinctum proſequitur. Ibi, Si vero, inſtruit iudicem. Ibi, Superior, concludit ad propoſitum, ibi, ex his. Caſus. Inter duas eccleſias quæſtio vertebatur, fuit appellatum a ſententia ad ſedem Apoſtolicam, demum vtraque pars impetrauit diuerſos iudices, dubitabatur, an impetratio valeret, & coram quibus debeat fieri proſecutio. Papa dicit, appellanti indulgetur annus a lege, & ex iuſta cauſa biẽnium, tamen iſte terminus iuris poteſt reſtringi non ſolum ab appellante, cuius fauore conceditur iſte terminus a iure, ſe etiã a iudice a quo, nam iſte terminus non eſt ſtatutus, vt abbreuiari non poſſit, ſed ne valeat protelari. Et hoc præmiſſo dicit papa, ꝙ aut terminus eſt ſtatutus ab appellatione, vel a iudice ad proſequendum, & literæ impetratæ ante ſunt ſubreptitiæ, niſi faciant mentionem de termino ſtatuto ab homine, vel a iudice, ſi uero terminus eſt ſtatutus a lege, ſcilicet anni, vel biennij, poteſt præueniri, dummodo pars appellata præcipiti feſtinatione appellantem in commiſſione cauſæ impetranda nõ ſupplantet. Oportet igitur appellantem, ſi appellatus prius impetrauit, ſub eo litigare, niſi poſſet eum recuſare tanquam ſuſpectum: ſi vero appellatus noluit agere ſub iudice, ſic per aduerſarium impetrato, poteſt appellatus cauſam proſequi, maxime ſi ex dilatione damnum, ſeu periculum rei familiaris ſentiat imminere. Si vero neuter proſequitur, & iudex ſentit periculum imminete, poteſt vtrã que partem compellere ad proſecutionis terminum moderare, & reſtringere cum moderamine, & pone exemplum. quando pẽdet appellatio ſuper electione prælati, & redditur ratio ne gregi Dominico diu deſit cura paſtoralis. Demum concludit ex prę-
b miſſis quoniam in appellatione, de qua quærebatur, non fuit aſſignatus terminus ab homine, ſtatur literis primo impetratis, vnde per eas ad confirmandum, vel ad infirmandum ſententiam, ratione, quia procedatur. In tex. ibi, proſequendã, iſte terminus [b] iuris aſſignatus ad proſequendum, & finiẽdum. In tex. ibi, Cum ſit ideo, no. conſiderandum, ꝙ † aut terminus ſtatuitur, ne valeat præueniri, aut ne valeat prorogari, primo caſu non poteſt præueniri, ſecundo caſu nõ poteſt prorogari. Ex iſtis verbis Ia. de Aret. fundauit ſe in l. 1. ff. de iure deli. Ibi, Iſta, & ſic priuatum. Ibi, Grauamen. i. periculum, vel damnum. Ibi, Superior, de damno particulari, hic de publico, quia publicum ius conſiſtit in ſacris, & ſacerdotibus, & eccleſijs, vt ff. de iuſt. & iu. l. 1. §. publicum ius. & ideo vtraque parte inuita iudex poteſt ſupplere ex mero officio vt hic, quod eſt not. dignum. Ibi, Legitime id eſt facta mentione de appellatione Ber. Inno. dicit, quod hic non eſt neceſſe. de hoc
2 s̃. de ma. & obe. c. dilecti, & infra de his, quæ fi. a ma. parte capituli. c. 1. † Sed quæro, quare permittitur impetrare ante terminum iuris, & non ante terminum hominis? rñ. imo permittitur, ſi fiat mentio de termino. ſed in hoc erit differentia, quia de termino legali non oportet facere mentionem, quia eſt certus & vniformis, text. eſt no. in l. 2. C. de tem. ap. ſed terminus hominis eſt difformis & incertus, & ideo oportet de eo fieri mentionem ab impetrante. in termino legali intelligitur facta mentio eo ipſo, qđ notus eſt. Quæro etiam pro intellectu literæ, quis dicatur nimiũ præcurrere? reſpondeo quando non dato ſpatio alteri parti ad veniendum commode ad papam, velociter currit, nam nimia velocitas vocatur ſupplantatio: vnde Iac. ſupplantauit Eſau. facit ff. de verb. obl. l. continuus. quod arbitrio boni viri committitur. ff. de neg. geſt. l. diuortio, ibi, e veſtigio, & ſup. de of. dele. cap. conſuluit. vnde curſor debet expectare claudicantem quia merita
4 cauſarum. &c. vt l. fi. C. ſi per vim vel alio mo. † Not. ꝙ iudex ad quem, poteſt terminum proſecutionis arctare, niſi partes diſſentiant in hoc, ar. ff. de re iu. l. ſi conuenerit, niſi hoc ex mero officio ei permittatur etiam contradicentibus partibus vt hic, ſed ſibi ipſi non poteſt legem imponere ſuæ iuriſdictionis arctiuam, ſicut
4 nec extenſiuam. ff. loc. l. ſed in l. in prin. vbi text. no. † Sed an partes poſſint prorogare inſtantiam appellationis ad multos annos. dic ꝙ ſic, ſi non intereſt reipublicæ, ſed partium tantum, ar. ff. de appel. l. ex conſenſu. vel dic, quod vltra terminum non poteſt inſtantia prorogari. C. de iudicijs. l. properandum. Sed illud non obtinet de iure canonico. ideo dico de iure canonico poſſe non obſtante hac litera, quæ dicit, non valeat prorogari, quia intelligitur non per iudicem, ſed per partem ſic, arg. ff. de ædil. edic. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quid ita, ff. de ver. obl. l. qui Romę. §. Callimachus. & ad omne

ADDITIONES.

a Oblatæ. Vide omnino ad materiam iſtius decre. d. Ale. in conſi. ſuo 19. Pe. Ab. in 1. vol. vbi plene declarat.

b Vinc. God. Terminus. Adde qualiter terminus alicui aſſignatus ſit intelligendus, Rui. conſi. 128. nu. 7. lib. 5.

BIU Cujas

omne dubiũ tollendũ, facias opponi solẽne pactũ de obseruando. Item est consilium, quod partes interim compromittant, ꝙ etiam in ipsum iudicem causæ facere possunt de iure canonico, non ciuili, vt not. ff. de iud. l. 1. & in c. cum tempore, s̃. de arbit.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis iudex diffinit etiam negocium principale, si post litem contestatam fuerit appellatum, altera parte contumaciter absente, in princ.*
Diffinitiua an possit ferri lite non contestata.

CAP. LVIII.

Per tuas. Altera parte contumaciter absente, iudex appellationis diffinit etiam negotiũ principale, si post litem contestatam fuerit appellatum. h.d. secũda ibi, nos autem. Casus. Appellatum fuit à sentẽtia, vel ab interlocutoria, hęc causa fuit delegata iudicibus, vna partium non vult comparere, vtrũ ea absente possit ferri diffinitiua, liquidato negotio respondetur quod sic, tamen opportet, quod super principali coram iudice, a quo fuerit lis contestata, alioquin super principali non posset ferri diffinitiua, nisi litis contestatio fieret coram iudice appellationis: quod ergo dicitur C. de temp. ap. l. fi. §. illud, speciale priuilegium est iudicis appellationis, vt possit ferre diffinitiuam, lite non conte. coram iudice a quo, unde per istud cap. solẽniter glo
1 statur d. §. illud. † Quæro, an diffinitiua possit ferri lit. non contesta. respon. aut loquimur in iudice primæ causæ, aut in causa appellationis. Primo casu distingue, aut abest actor, aut abest reus: si reus, & non potest ferri diffinitiua fallit, si non est aliud remedium proditum, ut si petit renunciari se cancellan. de banno, ut not. Iaco. Bu. in d. l. consentaneum, & auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Aut abest actor, & tunc potest ferri diffiniti ua, seruato ordine dictæ auth. Aut loquimur in causa appellatio nis, & tunc refert, aut utraque pars est prẽsens tempore litis contestandæ, & debet lis contestari: aut altera pars est absens, & tunc aut actor abest, & tunc non est necessaria litis contestatio: aut abest reus, & tunc aut fuit lis contestata in principali causa, & potest ferri diffinitiua: aut non, & tunc non, vt hic, & facit ĩ. de test. cap. Raynaldus. & no. hanc distinctionem. sed si est appellatum ab interlocutoria, potest pronunciari super ipsa lite nullate-
a nus contestata, quia non est diffinitiua [b] negotij, licet sit diffinitiua processus, vt not. C. de rebus cred. l. generaliter, in princip. & l. si quis iusiuran.

ADDITIO.

a Vinc. God. Diffinitiua. Adde ꝙ illa sententia dicitur diffinitiua, quæ imponit silentium. Bald. in addit. Spec. de sent. ver. impositio. Fel. in rubr. de senten. & re iudic. col. pen.

SVMMARIVM.

Appellans ante sententiam definitiuam quæ debeat obseruare, in princ.
1 *Iudex vbi non est competens, non est necesse appellare.*
Sententiæ verbum simpliciter prolatum intelligitur de definitiua, & propterea sententia in possessorio lata est definitiua, §. ibi, Ad.
Rescriptum non afficit litem ante præsentationem, §. ibi, Prius.
Causa probabilis dicitur legitima, ibid. ver. ibi, Legitima.
2 *Citatio facta à iudice incompetenti non interrumpit præscriptionem.*
3 *Appellari quando possit, si sit appellatio remota, §. Quæro, & num. 4. ver. pone, & nu. 5. 8. 9. 10. & 11.*
Appellationem remouere quam & qui possint, ibid.
4 *Clausula, appellatione remota, quid operatur.*
5 *Appellari interueniente scriptura de consensu partium, an non possit.*
In iudice requirũtur innocẽtia consilii, & æquitas causę, ver. in iudice enim.
Fortuita & influentia stellarum ex animo nostro non operantur, & ideo in his non peccatur, ver. Nec ob.
Constellationes, quædam fortunatæ, & quędam infortunatæ hominibus, ver. vnde non est.
6 *Reductio ad arbitrium boni viri, an possit peti de quolibet grauamine.*
7 *Probatio aliquãdo incũbit appellanti, quãdo appellatur à diffinitiua, aliquando appellato; an idem sit distinguendum in appellatione ab interlocutoria.*
8 *Clausula, appellatione remota quod sit præcisa, quare vult Imperator.*
9 *Causa appellationis si venit examinanda in appellatione principali, & non potest seorsum examinari à principali, an intelligatur remota appel. ab interlocutoria per dictam clausulam.*
Papa non tenetur sequi ius ciuile necessario, cum sit supra ius, ver. et hoc no.
10 *Confessus an possit appellare.*
§. Iussus, l. creditor, ff. de appell. intell.
In confessione quasi contrahitur, & quando, ver. nam in.
11 *Remotio appellationis quid operetur.*
12 *Appellare non oportet à p̃cepto iudicis si speratur super eo ferri diffinitiua.*
13 *Iurisdictio an præueniatur per citationem.*
Delegatus omnis est delegatus ad vniuersitatem causarum, articulorum, & actuum earũ causarum, & iurisdictionem habet indiuiduam, ver. Porro.
14 *Iurisdictio vna delegata, an præualeat alteri delegatæ per præuentionem.*
15 *Iudex appellationis si pnunciat appellationẽ tenere, an sit functus officio suo.*
16 *Appellatio ut teneat, quando appellatur ante diffinitiuã, decem requirũtur.*
Iurisdictio non firmatur per actum non legitimum, & quem, ver. per actum.
Recusanti non oportet arbitros petere, nec causam exprimere suspicionis notoriam, secus occultam, §. recusanti, nec appellare, ibid.

17 *Succumbens in causa appellationis quandoque tenetur in expensis, etiam si primam sententiam habuerit pro se.*
Tempus appellationis prosequendæ est vtile in totum, ver. tempus.

CAP. LIX.

Vt debitus. Qui appellat ante sententiam, causam probabilem exprimat coram iudice, à quo appellat, nec est probabilis exceptio de nuncio misso, vel literis impetratis, quæ impetratæ non sunt præsentatæ. Et si falsa erat appellationis causa, remittitur appellans ad iudicem à quo, & condẽnatur in expensis. Si verò uera, iudex appellationis procedit in causa. h.d. Et diuidit in duas partes, in prima motiuũ constõnis, in scda statutum, ibi, statuimus. Item scda subdiuiditur, vt patet in litera, & totum c. loquitur qñ appellatur à grauamine, non qñ appellatur à diffinitiua. Casus. Statuit concilium, quod appellans ab interlocutoria, vel grauamine, exprimat talem causam, quæ si vera esset deberet legitima reputari. Item statuit, quod eam probet, quam si non probat, remittitur iudici à quo, & condemnatur in expensis. Item statuit, ꝙ si eam probat, rescissa interlocutoria, iudex ad quem, procedat in negotio principali. h.d. In tex. ibi,
1 Honor. no. ꝙ iudices sunt honorandi. † Ibi, Idoneo, no. à contrario sensu, ꝙ vbi iudex non est competens, non est necesse appe l-
a lare. Ibi, Ad sententiam. s. diffinitiuam, quia verbum sentẽtię sim pliciter prolatum, intelligitur de diffinitiua, [a] vt l. 1. §. quod in sen tentijs. ff. quando appell. sit. Olim dicebant quidam, ꝙ sententia lata in possessorio retinendę, est interlocutoria, sed falsum est, qa lex semper eam vocat sentẽtiam. Ibi, Rationabili, vide quod no. ff. de his, quib. vt indig. l. minoribus. Ibi, nuncium. scilicet ad allegañ. casus absentiæ. ff. de neg. gest. l. liberto, §. fi. vel ad allegãdum causas causæ, sed si in propria persona iret ad superiorem, deberet ab eo protegi, secundum Inno. Ibi, Prius, no. ꝙ rescriptũ ante præsentationem non afficit litem. Ibi, Eo iudice, s. à quo. Adde, quod dixi s̃. eo. c. peruenit. Ibi, Legitima, no. ꝙ hic exponitur, quę dicatur causa probabilis. Ibi, constiterit. eo ipso, quod non probat causam, vt in c. appellanti, ĩ. eo. in Cle. In tex. ibi, inferiorem, id est ad iudicem à quo, sic ff. de min. l. intra tempus, secus si est
2 appellatum à diffinitiua, vt C. de appel. l. eos, in princ. † Ista decretalis inducitur in argumentum, ꝙ citatio facta à iudice incompetenti non interrumpit præscriptionem. sed certè potest allegari in contrarium, quia certa est appellatio, ita, ꝙ sine appellatione bene esset facta interruptio, nisi esset ipso iure non iudex. C. ne de sta. l. si pater. sed si est appellatum, & rescissa citatio, dico ꝙ etiam interruptio est abolita, arg. ff. de iud. l. & post edictum,
3 §. circumducto. Quæro, † dicitur hic, ꝙ rationabilis causa debet exprimi, sed quid si causa cõmissa sit appellatione remota, quæ clausula ponitur in iurisdictione delegata? fallit in quibusdam supremis iudicibus, qui possunt apponere istam clausulã. Appellatione remota, ab interlocutoria, non à diffinitiua, vt C. de sent. & interlo. cum solitum, tene ergo regulã hanc, ꝙ sine causa non potest appellari à diffinitiua, ab interlocutoria verò à quocun-
4 que iudice ordinario, vel subdelegato lata. † Modo quæro, quid
b operetur ista clausula, Appellatione remota. ꝰ vr̃, ꝙ duo opereť, s. quod non sit defereñ. appellationi & ꝙ appellatio non teneat. Alij dicunt, ꝙ vnum tantum, s. ꝙ non debeat deferri. Tertij dicũt ꝙ aut appellatur ex causa legitima, & deferri debet: aut sine causa, & nõ debet defetri. Quarti dñt, ꝙ nihil operetur, qa ista clausula magis ponitur ad excitationem iudicum, q̃ ad ius alicui auferen. præsertim vbi tractatur de magno, vel maximo præiudicio, quia non est verisimile, ꝙ Princeps velit maximè in arduis causis tollere ius appellandi, argum. in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. substit. nisi constaret de præcisa Principis intentione, forte propter scandalum uitandum, arg. ff. de iniusto test. l. si quis exhę redato, circa med. Pone, ꝙ partes impetrauerunt de cõi concordia, ꝙ causa committeretur appellatione remota, nũquid ex causa poterit appellari à diffinitiua, vel ab expresso & euidenti grauamine? & videtur ꝙ ab omni etiam tacito grauamine, quia per generalia verba non perditur iuris beneficium, vt ff. si quis caut. l. sed & si quis, §. quæsitum. Præterea non potest delegans expresse facere, ꝙ iniquæ sententiæ stetur, arg. C. vnde vi, l. meminerint, ibi, ne inde iniuriarum occasio nascatur, vnde debet iustitia prouenire. Præterea conclusio rescripti semper est, quod auditis partibus hinc & inde, quod iustum est, decernatur, & om nia rescripta Principum ad iustitiam ordinantur. ergo non debet recedi ab eo iure, quod semper æquum & iustum est. Præterea iudex, qui trãsgreditur legem, facit litem suam vt ff. de act. & obl. l. ex maleficijs, §. si iudex. nec excusatur propter arbitrium sibi datum, quia videtur concessum ad vteñ. non ad abuteñ. vnde eleganter dicit tex. plenè quidem, sed ex nde. ff. manda. l. cre-
5 ditor, §. Lucius. † In contrarium videtur expressum, ꝙ interueniente

ADDITIONES.

a Diffinitiuá. Vide plenè alle. per D. Fel. in rubr. de re iud.
b Vinc. God. Remota. Adde ꝙ huiusmodi clausula, appellatione remota, quid operetur. Fel. in c. causam quæ, col. fin. de rescrip. & Dec. consi. 198.

BIU Cujas

niente scriptura de consensu parrium non possit appellari.ut C. de temp.appel.l.fi.§.fi.& dicit ibi tex.q̄ appłones sunt de rigore iuris introductæ,sed consensus partium est de æquitate naturali.Præterea p̄t dari potestas arbitro, ut inique ꝓnūciet, ff. de arbi.l.diem.§.stari,ergo & iudici.Sed ista ratio non valet,quia nec arbitro posset hoc concedi exp̄sè, ut ff.de pac.do. l.conuenire. Item non est bonum argumentum,de sententia arbitri, quia in ꝓmissis magis seruat̄ ęquitas,q̄ rigor verborū,sed in iudicijs seruat̄ æquitas boni & Innocētis viri.in iudice.n.requiritur innocētia consilij,ut ff.fam.ercis.l.certe.& æquitas causæ,ut.ff.depo.l. bona fides.ff.de ver.ob.l.seruum.§.sequitur.l.continuus, in prin. & §.& illud.Sol.si dolo malo iudex pronunciat,non videtur appellatio remota,ut de arb.l.nō distinguemus.§. cum quidam,& l.ita demum.Item si per latam culpam & contra discretionem naturalem,quæ debet inesse homini ex generali natura, ut ff.de ver.sign.l.latæ culpæ. quæ dolo comparatur p̄sertim in reb. alienis in quibus culpa magis culpatur.ff.so.ma.l.etiam.§.licet.ff.de po.l.q̄ Nerua.Si aūt abest dolus a lata culpa appellari non pōt, sed æquanimiter tolerari oportet,ar.in l.1.§.1.ff.si mensf.fal.mo. dix.Nec ob.dictus §.quæsitum,quia ibi loquitur in casib. fortuitorum.in quib. non est peccatum, sicut nec in influentia stellarum, & motu syderum,quia non ex animo operatur fortuita,& infortuita,sed ex motu naturali, sicut si nascitur homo monstruosus, nullum est sibi remedium. vnde non est dubium, q̄ quædam constellationes sunt infortunatę quæ nocent, & quædam fortunatæ, quæ prosunt nobis etiam nihil cooperantibus, ex dispositione aeris ingenia hominum fiunt meliora & deteriora.vnde in grosso aere rude ingenium, q̄ non nascitur, sicut
6 sensu experimur. Modo † quæro, quia de æquitate canonica a quolibet grauamine potest appellari, quia nullum grauamen debet tolerari,in iure naturali, nunquid sit idem in arbitratore, quod de quolibet grauamine possit peti reductio ad arbitrium boni uiri?respondeo,non,quia cum coram arbitratore uersetur transactio, non debet recedi propter modicam lęsionem, vt l. Lucius.§.fi.ff.ad Treb.Item de singulis disputare non est utile litiganti, cum in finali conclusione tantum possit emendare, & iustum sit expectare finem,sicut dicimus, quando quis est vulnerat⁹,debemus expectare donec certū sit an ex vulnere sit mortuus, vel ne. Item sententia diffinitiua oīa iuste claudit. & om-
7 nia reuoluuntur in ipsa, ut ff. iud. sol.l.cum quærebatur.† Quæ-
a ro,quando appellatur a diffinitiua, aliquando probatio[a] incumbit appellanti,aliquando appellato,nunquid idem sit distinguēdum in appellatione ab interlocutoria. respondeo, non, quia semper appellās ab interlocutoria debet probare. & est ratio, qa sua appellatio est præter ius cómmune, quia non est secundum regulas iuris ciuilis.Non obst.ff.de minorib.l. ait prætor. §. permittitur.quia ibi appellatio est prohibita per iuris dispositionē,
8 nec indigemus extrinseco teste,ut ibi patet.† Quæro, quare Imperator vult, quod clausula, Appellatione remota, sit præcisa? rñd.quia Imperator non apponit hanc clausulam nisi ex magna causa,quæ desiderat celeritatem,vel pietatem,uel publicam utilitatem, sed papa apponit hanc clausulam ex quodam stylo curiæ absq; consideratione alicuius specialis æquitatis,& ideo non tollit appellationem iure ciuili, vel canonico spāliter approbatā, vt dixi.s.eo.c.pastoralis. Notabiles,autem effectus huius cl'æ cognoscunt̄ p̄ ꝓrium, & p notabiles defectus sñiæ, nihil operat̄ hæc clausula, quin possit appellari,quorū discussio ptinet ad iudicem appellationis, qui lucem veritatis habet perfecte examinare,ut ei dici possit,tu magis scire potes,quibus causis lux veti
9 tatis assistat,vt C.de tem.appe.l.per hanc,ibi dum notabiliter dicit, Pleniori subueniatur veritatis lumine.† Sed an si causa appellationis venit examinanda in appellatione principali.i.diffinitiua, & non potest seorsum examinari a principali, intelligatur remota app.ab interlocutoria per dictam clausulam?quidam dicunt, quod sic, ne sæpius eadem appło recenseatur. Sed potest dici totum contrariū,quia talis articulus est præiudicialis,& quodam modo diffiniēs secundum quid,non simpliciter, vnde idē iuris in isto articulo,quod in diffinitiua,dicit illa l.sæpissime allegata.ff.de mino.l.intra vtile. vnde conclude, aut dicta clausula, Appellatione remota est apposita a iure ciuili,aut a principe sęculari, aut a principe ecclesiastico. primo casu distingue inter interlocutorias, ut l.intra vtile.secundo casu indistincte non appellatur, dummodo sit processum rite & recte, quia propter iniuriam in processibus posset appellari a diffinitiua. tertio casu posset forte dici,quod per clausulam prędictam possit appellari incidenter ab interlocutoria,nisi in casib. iure ciuili, uel canonico expresè permissis, quasi Papa uelit per dictam clausulam seruari rigorem iuris ciuilis, cum suis tamen modificationibus, & hoc no propter iuris ciuilis auctoritatem, quia Papa non tenetur, sequi ius ciuile de necessitate,cum sit supra ius, & uide quod no. in Spe. de appel.§.quibus, ver.sed nunquid potest ab
10 interlocutoria appellari. † Sed quæro,vtrū consensus possit appellare? respondeo,ab ista confessione nō potest appellare,quia non est grauatus ab aliquo nisi a seipso, ut d.§. permittitur. a sententia autem ex ipsa confessione secuta, dic, quod aut non est seruatus ordo, & aut perseuerauit in confessione vsque ad sententiam inclusiue,& non potest appłare,vt in c. Romana.§. finautem,de ap.lib.6.nisi alleget iustam causam in appellatione, vt metum,vel errorem,q̄ caderet in prudentem virum. Ita intelligitur,quod no.ff.de app.l.creditor.§.iussus. nam in cōfessione sponte,& ex certa scientia facta quasi contrahitur, ut dicit l. illa no.ff.de pecu.l.depositi.§.j.& hoc ī causis ciuilibus, quę possunt deduci in cōtractū. sed in causis capitalib. quæ non possunt deduci in contractum,bñ procedit appellatio tñ non potest verificari,nec debet per iudicem,a quo,ei deferri,nisi cōfessus velit ꝓ
b bare innocētiam [b] suā,& hoc se offert probaturum,vt ff.de quæstion.l.1. §.fi quis vltro.in criminalibus nihil operatur clausula, Appellatione remota,quia vergit contra ius naturale,vt in c.pastoralis.de re iu.cle.nisi.quia iudex a quo non tenetur appellationi. Et ideo non punitur si non defertur appellationi etiam interpositæ ad principem, quia fretus est per formam mandati, nec habet vlterius se intromittere nisi in dandis apostolis refutatorijs, quos non tenetur dare, si executionem facit incontinenti,
11 vt C.de ap.l.addictos.ff.de app.l.non tantū.verum,† quia de remotione appellationis facta est mentio,idcirco quid operetur, uideamus opi.per ordinem recitatas in Spe. de ap. §. in quibus, ver.verum,ego dico,quod remotio appellationis nihil operatur añ sententiam, quo minus partes possint appellare ex causa legitima expressa in iure, vel non expressa, de hoc quo ad uim appellationis,sed quo ad iudicem a quo, bene operatur. Nā ubi apposita est,iudex non tenetur deferre appellationi,nec retardare reliquum processum etiam executionis,nisi appło sit expresè approbata a iure, intelligo approbatam quo ad formam, quia in principio appellationis non distinguitur quantum debeatur, sed. quid petatur,quia dubius euentus probationum, ut ff.de iu.om.iu.l.cum quædam puella.§.fi.& ff.de pec.l.qđ debe-
12 tur,& facit C.đ ap.Lampliorē.§.fi.† Vltimo scias,q̄ Odof. dixit, quod a p̄cepto iudicis non appellatur, si speratur super eo ferri diffinitiua,aliàs sic,ut no.in Spe.d.§.quib. ver. sed nunquid. hæc
13 tria ibi videas, & adde c.vl. de ap. in cle. † Tanguntur hic alia puncta per Ber.videlicet utrum per citationem præueniatur iu-
c risdō.& dic quod sic,si post citationem [c] citans non negligat ꝓcedere,q̄ est no.dignum,ar.s̄.de iu.c.cæterum. Porro omnis delegatus est delegatus ad vniuersitatem causarum, articulorum, & actuum earum causarum, & iō qui unum articulum tangit totum tetigisse videtur de iure canonico,quia ostium iudicij est citatio,ut Inst.de pœna te.lit.præsertim quoad iudicem qui ha-
14 bet indiuiduam iurisdōnem.†Quæro,una iurisdō delegata prævalet alteri delegatæ per præuentionem, sed nunquid prævalet ordinariæ per præuentionem, & non ante?dicit Ber. f̄m Io. q̄ p̄ solū rescriptum impetratum præuenitur ordinaria iurisdō,licet rescriptum nondum sit præsentatum, quod est valde no. & est ratio,quia generi. i.iuri cōi,quod cōsistit in generali iurisdōne.i.
15 ordinaria derogatur per spem f̄m Ioā. q̄ est valde no.† Quærit vlterius glo.si iudex appellationis pronunciat appellationem tenere,vtrum sit functus officio suo? Respondeo non.quia ista ꝓnunciato respicit inordinationem causæ appellationis, non eius diffinitionem. i. causæ ingressum, non egressum. Et si appellatur ab interlocutoria,& iudex intendit pronunciare etiam bene appellatum,procedit ad reliqua principalis causæ secundū Ber.
16 plura hic non dico.† Sed no.quod quando appellatur añ diffinitiuam,requiruntur decem,ut teneat appło, vt 2.q.6.non ita.per Arch.per actum non legitimum,non firmatur iurisdō per Arc. ibidem. quoniam est vitium intrinsecum, secus, si esset extrinsecum,vt feriarum,messium,& similium.Recusanti iudices nō oportet petere arbitros, ibidem Arch. immo si causa suspicionis est notoria, non oportet eam exprimi in appellatione, ibidem Arch.imo nec oportet appellare, secus, si esset occulta. 2.
17 q.6.quoties,Arch.† Quod succūbens in cā appellationis tenetur in expen. etiam si primam tententiam habuerit pro se.2.q.5.c.p Arch.quod est verum,si succumbit ex facto proprio,secus si alie no.nisi succūbat per imperitiam iudicis,quia tunc indistincte tenetur Tps appellationis prosequendæ est utile in totum. 2. q. 6. anteriorum.per Arch.immo mixtum est ex utili & continuo,ut C.de tem.ap.l.2.§.fi.

ADDITIONES.

a Vinc.God. Probatio.Adde q̄ probare vnusquisque habet illud, quod est fundamentum suæ intentionis,Bar.Soc.consi.65.visis.versi.2.hæc cōclusio.circa medium.lib.2.

b Inocentiam.Vide Io.de Ana.in consi.lix.relatum per d.Alex.in l.j.§.& parui, in apostil.adde Barto.ibi, ff.quod vi,aut clam, vbi etiam dicit,quod innocentia non potest tolli per statutum.

c Vinc.God.Citationem.Adde q̄ citatio est de iure naturali,& non potest tolli per statutum, Rui.consi.62.nu.4. lib. 5.& nihilominus potest peruerti ordo, nouusque modus potest induci.ibi.nu.5.

SVM-

BIU Cujas

SVMMARIVM.

Interlocutoria omnis, & grauamen omne potest imperio contrario re integra reuocari. fallit id tamen plurifariam, in prin. & a quo, nu. 1.

1 *Reuocare iudex a quo, an & quando possit interlocutoriam a se latam, vel grauamen illatum si sit appellatum, & nu. 8. 9. 10. 11.*
Erraße non videtur, qui bene emendat. §. no. primo.

2 *Appellari non potest ab omni terrore verborum, sed a verisimili.*
Terrent plura, quam quæ nocent.

3 *Tabellio potest corrigere errorem suum prudenter, & sine aliquo vitio notabili, vt non reddatur scriptura suspecta, nec rasa, nec cancellata in locis substantialibus.*

4 *Causa ceßante an cesset effectus, & quotuplex sit causa.*
Lex loquitur semper de futuro. §. porro.

5 *Appellari quando poßit a comminatione.*
Comminatio aggrauat citationem, & facit de simplici peremptoriam, necnon culpam, ver. dicit gl.
A metu potest appellari, ver. & ideo.

6 *Appellare non licet a statuto legis, si tamen sit iniquum appellatur a sententia lata uigore statuti connumerando decem dies non a tempore latæ legis, sed a tempore sententiæ per iudicem promulgatæ.*

7 *Appellari an poßit a dißensatione.*
Indulgere, vel in integrum restituere post latam diffinitiuam nemo potest nisi princeps, ver. post latam.
Restituere formæ est quoddam miraculum, ver. quia restituere.
Dißensationis species multæ, & a quibus faciendæ, vers. quædam.

8 *Grauamen potest reuocari, seu remoueri, & si est verbale, reuocatur verbis, si autem in facto consistit, facto reuocatur.*

9 *Iudex a quo, an poßit interposita appellatione reuocare suam interlocutoriã.*
Emendare non dicitur, qui non refundit expensas, ver. nam non.

10 *Interlocutoria, an possit sine causę cognitione reuocari.*

11 *Interlocutoria, an possit appellatione pendente reuocari.*

12 *Consilium, an quis possit mutare in alterius detrimentum.*
Sententia interlocutoria non transit in rem iudicatam, vel non concludit iudici, sed parti, vers. solutio.

13 *Interlocutoria si sit reuocata, & appellans non prosequitur appellationem, an non prosequendo intelligatur renunciare appellationi.*

14 *Interlocutoriæ corrector quibus verbis vtatur.*

15 *Actio extincta an reuiuiscat contra legem.*

CAP. LX.

Cum cessante. Prẽmitte ad euidẽtiam, ꝙ omnis interlocutoria, & omne grauamen potest re integra ꝛrio imperio reuocari. ff. de re iud. l. quod iussit, & no. C. senten. rescin. non pos. l. 1. fallit, si talis est interlocutoria, per quam expiret iurisdictio, vt s̃. de off. deleg. c. significantib. vel per quam expiret instãtia, vt C. de iud. l. properandum. vel expiret lis, & causa, vt cum pronunciatur app. desertam, vt C. qũo & qñ iud. l. si vt proponis, præses. à ꝛrio sensu. Item fallit, quando ex interlocutoria nata est actio in factum, vt no. C. de bon. quæ lib. l. fi. §. necessitate. Item fallit, qñ ex interlocutoria est translatum, vel adiudicatum dñium, vel quasi, vt per secundũ decr. vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. si post. licet posset breuior doctrina tradi, ꝙ ubicũque post interlocutoriam debet sequi diffinitiuam per eundem iudicem ferenda possit contrario imperio reuocari. Si autẽ non speratur, non possit, vt no. per Inn. in c. sæpe contingit. s̃. e. tit. qui dicit, ꝙ ex interlocutoria expensarum potest ante diffinitiuam ꝛrio imperio reuocari, & quicquid potest reuocari ꝛrio imperio iudicis à quo, potest reuocari ꝛrio imperio iudicis ad quẽ, etiam seorsum à principali, quia tota potestas est trãsfusa, quod est not.
1 dignum. † Modo posset dubitari, an per appellationem à grauamine, vel interlocutoria, esset sic transfusa iurisdictio, ꝙ iudex à quo non possit reuocare simplicem interlocutoriam, vel grauamen. Et determinatur hic, ꝙ imò potest reuocare, ita ꝙ ex vi solius appellationis nõ est suspẽsa iurisdictio iudicis à quo, quin possit reuocare grauamen ꝛrio imperio, adeo ꝙ reuocato eo cũ effectu, de principali negotio cognoscet idem iudex à quo, & est istud cap. in hoc multum solenne & notabile. Et h. d. in summa istud c. Iudex in principali causa procedit, si reuocat grauamen, ꝓꝓ quod ab eo fuerit appellatum, & principium, & finis ponit duplicẽ constitutionis causam, medium verò ꝓstitutionẽ, ibi, sano vsus. Casus. Iudex ordinarius, vel delegatus cõminando, vel interloquendo incẽpit grauare, vel grauauit partẽ, vnde pars appellauit inserta causa in appellatione, quæ si vera esset, debet legitima reputari, vt s̃. cap. vt debitus, §. cum autem. hac appellatione pendente iudex a quo, sano ductus consilio reuocauit grauamen, quæritur, vtrum possit procedere in negotio principali, necne? rñdetur, ꝙ possit procedere, quia cessante causa appellationis cessat appellatio, sed hic cessat causa, quia sublatũ est grauamen, nec põt dici suspectus, nisi ex alia causa sit suspectus, &
2 hoc statuit ꝯciliũ, ne processus negotij friuolis occasionib. & ambagib. retardaretur. h. d. No. primo, ꝙ cessante causa & materia suspicionis, cessat suspicio. † No. secundo, ꝙ qui bene emendat, non errasse vr̃. No. in gl. ꝙ nõ ab omni terrore verborum potest appellari, sed à verisimili; quia, vt ait Seneca, plura sunt, quę ter-
3 rent, q̃ quæ nocent. † Tertio no. arg. ꝙ tabellio [a] potest corrige-
a re errorem suum, prudenter tamen, & sine aliquo vitio notabili, vt non reddatur scriptura suspecta, nec rasa, nec cancellata, in locis substantialibus, & sic restituit instrumentũ in publica forma, cum iam non habet vltra quid faciat, ex quo redigit instrumentum in mundum, vt C. de fide instr. l. contractus. caueat tamen, ne sua authoritate aliquid addat, vel detrahat, sed faciat authoritate iudicis ordinarij causa cognita, argum. ff. de fide instr. c. cum tabellio, & not. per Cyn. in l. Imperator, ff. de sta. hom. in sua lect. post Guil. de Cu. & ibi plenè scripsi in lec. mea, & ibi practicatur. vide super isto c. quod not. Archid. 2. q. 6. ad Romanam, & c. de
4 cætero. † Quarto no. ꝙ cessante causa cessat effectus, circa quod dic, quod quædam est causa essentialis, quædam causa artificialis, vt ratio legis, vel statuti: primo casu aut causa & effectus sunt in diuersis subiectis, vt pater, & filius; & licet cesset pater, tamen non cessat filius, siue natus, siue posthumus, vt ff. de lib. & posth. l. Gallus. aut causa & effectus sunt in eodem subiecto, & tunc aut remanent reliquiæ ipsius causæ, vt quando cõtrahens matrimonium, postea factus est furiosus, nam remanent reliquię consensus, & tunc cessante causa non cessat effectus: vnde licet furiosus non habeat consensum, tamen retinet matrimonium, vt ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. patre furioso. aut non remanent reliquiæ, & tunc cessante causa cessat effectus. verbi gratia, cessante agnatione, cessat legitima tutela, vt ff. de capi. dimi. l. tutelę. & hoc de causa naturali. Si autẽ est causa artificialis, tunc refert, aut antequam cesset ratio, est aliquid productum in esse, aut non: si sic, aut superuenit causa illud remouens, & cessat effectus. verbi gratia, grauamen erat causa appellationis, & eam produxerat in esse, tamen reuocato grauamine expirat appellatio, vt hic. si autem superuenit causa retro contraria, tunc non cessat effectus. verbi gratia, si corrigitur lex antiqua, & ratio legis, tamen nõ corriguntur ea, quæ ſm veterem legem sunt actitata, vt in Auth. vt cum de app. cog. in princ. quia de futuris est lex ponenda, non de præteritis, & ante factis danda est forma fiendi, sed post factum habet formam essendi, adeo, quod statuta terrarũ, quæ se in præteritum referunt, in dubio præsumũtur calumniosa. sic enim dicit tex. non præteritas calumnias excitare. C. de decu. l. pe. lib. 10. Porro non dr̃ lex semel loqui pro omni tempore, sed semper loqui pro futuro, vnde præterita, sunt præterita, & futura, vt C. de
5 hær. l. Arriani, in verbo, viridi obseruantia. † Quinto no. ꝙ à comminatione potest appellari. circa quod dic, aut est comminatio rationabilis & de iure, & ab ista non appellatur, quia non grauat, quia vigore iustitiæ non potest dici iniuria, quia positio potest
b ad melius reformari. Dicit gl. ꝙ comminatio [b] aggrauat citationem, & facit de citatione simplici peremptoriam, vt eleganter no. C. de cohartal. l. fi apparitor, lib. 12. Alia lex dicit, quod comminatio aggrauat culpam, vt ff. de admin. tut. l. ita autem, §. si depositi. Aut est comminatio iniuriosa, & tunc aut requirit post se interlocutoriam, & non potest appellari, nisi interlocutoria proferatur, & appelletur ab ea. & est ratio, quia talis cõminatio non facit præiudicium, vt C. commi. vel epis. l. interlocutio. aut non requirit post se actum verbi, sed immediatè sequitur factum, & tunc potest appellari, quasi ab apparatu grauaminis, vt C. de appellat. l. si quis prouocatione. Iustus enim est metus generalis, qui post factum reparari non potest, vt metus torturæ. Et ideo iustissimum est, ꝙ ab ipso metu possit appellari, vt l. ante, ff. de
6 app. rec. & arg. in l. fin. C. quando li. vni se sine iud. vindicare. † Extra, & vj. no. ꝙ à statuto legis non appellatur. & tamen si sit iniquum appellatur à sententia lata vigore statuti connumerando decem dies, non à tempore latæ legis, sed à tempore sententię ꝑ iudicem promulgatæ, vt s̃. de iureiu. c. venientes, qđ tene menti. ff. de appel. rec. l. fi. quamquam talia statuta possint per iudicem cassari quocunque de populo petente, vt ff. de decr. ab ordi. fac.
7 l. ambitiosa. vel dic, vt sing. no. in l. 1. §. 1. ff. quod quisque iur. † Septimo extra quæritur, vtrum à dispensatione possit appellari? re-
c spond. quædam est dispensatio [c] licita & gratuita, & ab ista non potest appellari, quia consistit in mera gratia, & in libero arbitrio, ac si quis rem suam donaret. C. de precib. Imper. offer. l. rescripta. Quædam, quæ fit per recompensationem alterius pœnæ, & ab ista bene potest appellari, quia fit per exaggerationem pœnæ, & per diffinitiuam, & causa cognita, & aliquando fit detrahendo seueritati ex iustissima causa, vt ff. de infa. l. quid ergo, §. pœna grauior, & C. eod. & si seuerior. & ab ista, si indiscretam indulgentiam continet, similiter potest appellari, quia sententia

ADDITIONES.

a Vinc. God. Tabellio. Adde ꝙ in his, quæ pertinent ad officiũ suum, creditur, sicut & officiali. Ruin. cons. 159. nu. 16. lib. 3. ideo potest corrigere errorẽ suum.

b Vinc. God. Comminatio. Adde ꝙ comminatio inducit præparationem querelæ, l. quemadmodum, de inoff. testa. Bart. in l. posthumus, §. fin. eod. tit.

c Vinc. God. Dispensatio. Adde ꝙ dispensatio contra ius non extenditur de casu ad casum. Ruin. cons. 215. nu. 21. lib. 1. & nihil operatur quo ad spiritualia, cons. 75. num. 2. lib. 3.

BIU Cujas

tia est, & in ipsa sententia debet fieri, post latam enim diffinitiuam, quæ transiuit in rem iud. nemo potest indulgere, vel in integrum restituere, nisi princeps. ff. de pœn. l. fratres, & §. c. cū te, de re iud. quia restituere famæ est quoddam miraculum, præsertim si infamia sit contracta, uel maior effecta ex genere pœnæ, quæ in facto, non in uerbo consistit, ut l. ictus fustium. ff. de infa. Quædam est dispensatio causaria, quæ, ut dixi, ante sententiam formatam & sententialiter promulgatam fieri potest, & nō sem per, quia non in pœnis capitalibus, sed medijs, uel minoribus, vt §. de iudi. c. at si clerici, & ab ista ut iam dixi, potest appellari, sicut ab officio ius dicentis, quia non est detrahen. publicæ disciplinę, & legum seueritati nisi ex causa, ut in Auth. de iud. §. oportet, l. 1. §. calumniatorib. ff. ad Turp. ff. de pœ. l. hodie. Porro si alicui non est ablata dignitas, sed est interdictum exercitium digni taris, quia sapit interlocutoriam, cum non sit terminus pœnæ, videtur, quod etiam episcopus possit in integrum restituere, ut no. 50. dist. dño sancto, arg. ff. de pac. l. si unus. §. pactus, in fi. qa nō
8 est funditus nullus ille, qui retinet radicem dignitatis. † Octauo no. q grauamen potest reuocari, seu remoueri. & si est verbale, reuocatur verbis, si autem in facto consistit, facto reuocatur, de hoc no. in Spec. de excep. §. viso, ver. sed si iudex videt se male interlocutum, & hoc uerum, si status causæ & tempora patiūtur, secus, si non patiuntur. verbi gratia, iudex ab ordinatione iudicij interlocutus est aliquem esse procuratorem, demum lis est con testata. Nam post lit. cont. non poterit hanc interlocutoriā reuocare, nisi de consensu partium, vt egregiè legitur & no. in l. 1. in fi. ff. de præt. stip. Item pone exēplum, in medio litis iudex interloquendo publicauit dicta testiū, & data est copia attestationum vtrique parti. non enim poterit reuocare, quia didicita sunt testi ficata, & factæ causæ pro infectis haberi non possunt. ff. de capt.
a l. in bello, §. factæ. [a] † Sed hic dubitatur, & vr̄, q interposita appel-
9 latione iudex à quo, non possit reuocare suam interlocutoriam. & arguitur sic, q postq̄ desiit esse iudex, non potest reuocare eā, vt ff. de arbit. l. qualem, §. fin. sed per app. iudex à quo, desinit esse iudex, quia transfertur iurisdictio in superiorem, vt ff. iudic. sol. l. pen. sol. allegatio tua procederet in diffinitiua, vel interlocutoria habēte vim diffinitiuæ: sed in simplici interlocutoria, vel grauamine non desinit incommutabiliter esse iudex. Nam potest reassumere iurisdictionem authoritate huius canonis. fallit, si est delatum appellationi tacitè, vel expressè, quia tunc non resumit eam, vt j. eo. c. cum appellationibus, lib. 6. Item fallit, si lis est contestata, vel quasi super appellatione, quia tunc est translata, vel confirmata plena iurisdictio in iudicem ad quem, quia de qua re, &c. vt ff. de iud. l. de qua re. Item fallit, si iudex à quo, non reuo cat perfectè grauamen illatum malitia appellantis, & tunc opor tet, q appellanti restituantur expensæ factæ in causa appell. fm Bern. nam non dicitur emendare, qui expensas non refundit, vt
10 not. in l. edita, C. de eden. † Nono opp. interlocutoria fuit lata cum causæ cognitione, ergo non potest sine causæ cognitione reuocari, vt ff. de minorib. l. in causæ, §. causa cognita. Sol. talis reuocatio non est contra ius legis, & si est contra ius partis, debet à reuocatione appellare, vel dic, quod non potest appellari, quia
11 est quid arbitrarium, vt no. in c. 1. §. de fer. † Decimo opponitur, quod appellatione pendente nil debet innouari, ergo nō potest reuo. sol. illud uerum stante appellatione, sed hæc appellatio est circumducta per reuocationem grauaminis, & sic non pendet. vnde ista non est innouatio, sed est terminus appellationis, vnde
12 non obstat contrarium. † Vndecimo opponitur, quod non potest quis mutare consilium in alterius detrimentum. Solu. consilium minus bonum potest pro bono consilio permutari, text. est hic not. & hoc verum est, nisi per primum consilium expirauerit authoritas consulentis, vt ff. de verbo. signifi. l. boues, §. hoc sermone, & ideo consultor assumptus in causa, quando reddidit consilium, & repræsentauit apud acta, illud emendare non potest, nisi primum consilium esset ipso iure nullum, vt ff. de cōditio. & demonstr. l. hæc conditio. Nam qui consulit, similis est diffinitori, non interlocutori. Duodecimo opponitur, nam post decem dies non potest appellari, quia sententia transiuit in rem iudic. ergo nec contrario imperio potest reuocari, quia quoties vnum remedium remouetur, intelligitur remotum eius simile, vt ff. de aleat. l. 1. §. quod autem. sol. interlocutoria concludit parti, vt non possit contradicere post diem dies prosequendo causam principalem, sed non concludit iudici, quo minus ex sua iurisdictione possit pœnitere, & non facere litem suam, quia ei rescindit grauamen, vt probat istud notabile capitulum. Ex quo infertur, quod dixi, non intelligitur feciſſe litem suam, nisi for-
13 te in damnum expensarum. † Tertiodecimo quæro, reuocata est interlocutoria, vnde appellans non prosequitur appellationem, quia prosequeretur appellationem frustra, nunquid non prosequendo intelligatur renunciare appellationi? Bernar. videtur sentire quod sic. sed hoc non est verum, quia cum appellatio sit extincta, non potest ei renunciari, quia renunciatio nihil operatur. Item ille intelligitur renunciare, qui sponte non prosequitur, non ille, qui prosequi nō potest, vt l. 1. §. accusationem,
b ff. ad Turp. [b] † Modo quærit gl. qbus uerbis debet uti corrector
14 interlocutoriæ. dicit glos. quod non debet dicere, Corrigo errorem meum, quia sic deferret appellationi. Ista ratio non est vera, quia error corrigitur, non vt deferatur appellationi, sed vt auferatur appellatio, & dispositum ad vnum effectum non debet contrarium operari, vt ff. de leg. 1. l. legata inutiliter, vt ff. de hęre. instit. l. ex facto. Dat etiam Ber. aliam formam, videlicet, q dicat, Non erraui, sed si erraui, corrigo. Ista forma non est bona, quia non est pura, nec certa, sed incerta. Item non est bona forma, si dicit, Corrigo, licet non errauerim, quia iniquè corrigeretur, sed debet dicere, interlocutoriam reuoco, ne lis differatur, & hoc pa
15 tet ex secunda ratione istius literæ. † Vltimo dicit glo. q hic potest sumi argumentum, q actio extincta reuiuiscit, quia iurisdictio resuscitatur contra legem, l. qui res, §. aream, ff. de sol. Sol. dicit Ber. quod hoc cōtingit ex legis dispositione, quia licitum est corrigere, quod minus ritè factum est, vt l. 1. §. pen. ff. si mu. ven. no. & no. ff. de minor. l. minor, in prin. Item non erat funditus extincta, cum adhuc duraret in spe, vt l. pecuniam, ff. si cert. pet.

ADDITIONES.

a §. Factæ. An & quando sententia interlocutoria possit per iudicem reuocari vi de plenè per do. Præpo. hic, & quid in diffinitiua, vide an, & quando possit reuocari. Et adde limitationem ad istam materiam reuocationis interlocutoriæ, scilicet quod iudex non potest reuocare sententiam interlocutoriam geminatam secundum glos. singularem in Clem. quod a repulsione, de appell. quam sequitur Barb. in consi. 17. in 2. vol. & idem D. Alex. in l. cum scimus, C. de agri. & censi. lib. 11.

b Vinc. God. Turp. Adde, quod correctio in vno casu non extenditur ad alium, licet sit eadem æquitatis ratio, & magis si est diuersa, Signo. de Hom. cons. 169. & 240. & licet correctio leg. sit euitanda, l. sancimus, C. de testam. & l. præcipimus, C. de appellat. tamen correcta ratione leg. dicitur lex correcta, Ruin. consi. 40. nu. 14. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Suspectum iudicem allegans assignet coram eodē causam iustæ suspicionis, & arbitros eligat, & cū quo, & quis sit reliquus vsque in finem processus.*

2 *Excessus appellantis si sit notorius per facti euidentiā, vel confessionē ipsius, non defertur appellationi: si autem est dubium, & appelletur ad impedien dum processum, debet coram iudice à quo, appellationis causa exprimi.*
Appellanti terminus ad prosequendum statuitur consideratis circunstantiis, & quibus, & si defecerit in probatione, remittitur ad iudicem à quo, §. si verò, ver. & statuit. & nu. 5. §. ibi, secundum.
In inquisitorio processu habet locum, quod fit in ordinario, §. & istud.

3 *Inquisitio est processus extraordinarius, & si appareat accusator, non debet inquiri.*
Suspectus qui est allegatus, an possit recusatus causam delegare, remiss. ver. in textu.
Suspectus si vnus ex pluribus iudicibus sit allegatus, quid iuris, §. sed quid, remissiuè.

4 *Iudex, qui procedit per inquisitionem, non dicitur aduersarius.*
De arbitro tertio eligendo ab arbitris electis, & de eius potestate, ver. nota, quod. & nu. 9.

5 *Confessus non appellat, quando contra confessionem nihil obiicitur.*
Temporis qualitas in quibus consistat, §. ibi, temporis.
Appellasse malitiosè præsumitur, qui non probat, §. ibi, malitiosè.

6 *Suspicionis iusta causa quæ sit.*
A simili causa expressa in iure proceditur, ver. item illa.
Similia quæ dicantur, ver. item similia.

7 *Ad inquirendum quæ sunt radices.*
Inquisitor datus an possit vt suspectus recusari, ver. secundo.

8 *Arbitri cum potestate eligendi tertium arbitrum incertū si lex statuit, quod eligantur, an hoc possit deduci in pactum.*
§. Sed si in duos, l. item si vnus, ff. de arb. & c. innotuit, eo. tit. intellectus.

9 *Arbitri duo an possint eligere tertium.*

10 *Arbitrum dare statutum legis non potest litigantibus.*
De arbitris & de tutore quod loquitur statutum, & de tertio adiuncto, & curatore ad. unctō loqui intelligitur.

11 *Iudex an poterit mulctare arbitros negligentes, quibus lex pœnam non impo nit, & quibus modis.*
Arbitri si non pronuncient intra terminum à iudice præfixum, iurisdictio reuertitur ad iudicem recusatum, vers. donec.
Terminum partibus non posset iudex recusatus præfigere ad totam litem finiendam, ver. partibus autem.

12 *Suspicio si non fuerit probata coram arbitris, iudex recusatus extunc procedat, probata ea quod officium iudicis.*

13 *Arbitri declarantes iudicem suspectum, non habent vltra quid faciant nisi referre, non autem possunt pronunciare de causa principali.*
In arbitrorum iuris negotio differt ciuile ius à canonico, ver. solutio. & ius canonicum in suo foro, & ciuile in suo seruandum, §. item non, ver. porro.

14 *Suspicione allegata statim & ipso iure, an debeat conquiescere iurisdictio recusati, an verò valeat processus, sed oporteat appellari.*
Forma non seruata, non semper vitiat, & quando, §. sol. ver. dicet aliquis.
Grauamen omne processus debet releuari per appellationem, §. restat, versi. & datur.

15 *Causa si debeat inseri in recusatione, & una die recusat, alia die inserat causa,*

BIU Cujas

ſa, cum quodlibet horum ſit in ſe imperfectum, an ſimul complexa faciãt vnum perfectum.

16 *Cauſa quæ non eſt ſpecificata in libello, poteſt ſpecificari in proceſſu, & videtur ineſſe ipſi libello.*

17 *Recuſari an poterit ſuperior, ſi negotium ſit remiſſum ad ſuperiorem, ſi eſt ſuſpectus.*

18 *Confeſſus maleficium, licet ante litem conteſtatã ſit confeſſus, non appellat.*

19 *Appellare an poſſit ille, qui non põt ſe purgare, quia eſt ab omnibus infamatus, ſi etiã conuictus eſt per teſtes, ſed in negando tempore perſeuerauerit.*

20 *Appellare an poſſit quis contra confeßionem ſuam.*
Appellationis forma contra confeſſionem, ver. caueat tamen.
Confeßio inducit notorium, ver. nam confeſſ.

21 *Inquiſitor an ſit citandus in cauſa appellationis.*
Litem ſuam feciſſe iudex aliter, quàm per ſententiam conuincendus, verſ. ſed oportet.
Iudex non eſt citandus niſi pro intereſſe ſuo, ver. item non.

22 *Ordinati ab intruſo, an ſint citandi.*

CAP LXI.

Cum ſpeciali. Prouidet cõcilium ꝯ fruſtratorias recuſationes per appell. ſubditorũ, quas à prælatis moniti interponunt ut correctionẽ claudant. ſecunda ibi, porrò. Caſus. In prima parte dr̃ ꝙ iam eſt prouiſum ꝯ iudicis ſententiã fulminantis, & eſt ſtatutum, ꝙ nullus in aliquẽ ſententiam excõicationis proferat, niſi congrua monitione prẽmiſſa, ſupple, cui non ſit obtemperatum. modo ſicut freni temperies eſt iniecta iudicib. ita oportebat cum ipſi litigatores moniti ſtatim iudicem recuſarẽt ut ſuſpectum, vel forſitan appellarent, ne iudicis declinarẽt examen, ideo datur certa forma per conciliũ.

1 † Et primo ſuper recuſatione vſque ibi, porro. ſecundo ſup appellatione vſque in finem capituli. ſtatuit ergo concilium primo ſuper recuſatione, vt allegans iudicẽ ſuſpectum, coram eodẽ cauſam iuſtę ſuſpicionis aſſignet. & hoc primo. Secũdo, ꝙ idẽ cum ſuo aduerſario arbitros cõiter eligat de concordia, alioquin ipſe eligat unam, & alter alterum, hoc ſcd̃o. Tertio dicit, ꝙ ſi non habet propriè aduerſarium, vt quia proceditur per inquiſitionem ex mero officio, tunc ſimiliter arbitri eligantur de concordia, ꝑ inquiſitorem & inquiſitum, & ſi non ſunt in concordia, eligat vnuſquiſque ſuum, ceſſante omni malitia, qui arbitri cognoſcãt de cauſa ſuſpicionis. Quarto dicit, ꝙ ſi iſti arbitri non concordãt

a inter ſe, debent eligere tertium, & ꝙ duo [a] ex ipſis tribus decreuerint, obtinet firmitatem, mandans ipſis arbitris, ꝙ fideliter in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione diuini iudicij pareant huic præcepto Papali. Quinto dicit, ꝙ ſi cauſa ſuſpicionis non probetur intra terminum competentem, iudex recuſatus debet uti ſua iuriſdictione. Sexto dicit, ꝙ ſi cauſa recuſationis ſit probata legitima, tunc iudex recuſatus, de recuſatoris aſſenſu committat negotiũ perſonæ idoneę, vel tranſmittat ad ſuperiorem, vt ipſe ſuperior in ipſo negotio principali procedat, prout

2 fuerit procedendũ. † Modo ſequitur §. porro, & materia iſtius §. eſt omnino ſeparata à ſuperiori. nã ſupra tractatur de recuſatione tm̃, hic tractatur de appellatione tantum. Et ideo ſi quæratur, quid iuris ſit de app. ſtatuit concilium, ꝙ aut exceſſus appellantis eſt notorius per facti euidentiam, vel confeſſionem ipſius, vel eſt manifeſtum per alium legitimum modum probationis, non defertur appellationi, quia appellationis remedium eſt inductũ ad innocentiam protegendam, non ad iniquitatem fouendam. Si verò exceſſus eſt dubius, & appelletur ad impediendum proceſſum ne appellationis iniuſtæ defenſione impediat proceſsũ, debet coram iudice à quo, appellationis cauſa exprimi talis, videlicet de qua ſi conſtaret deberet legitima reputari, & ſtatuit, ꝙ ipſi appellanti præfigatur terminus per iudicem à quo, ſub triplici conſideratione, ſcilicet diſtantiæ locorum, temporis qualitatis, & naturæ negotij, intra quem terminum appellãs cauſam appellationis proſequatur, quam ſi proſequi non curauerit, extunc ipſe iudex à quo, appellationis interpoſitæ prætextu non obſtante procedat in cauſa, & hoc cum appellans habeat aduerſarium. Si autem non habeat propriè aduerſarium, quia iudex ex officio procedit, cauſa appellationis coram ſuperiore probata, ſuperior ſuæ iuriſdictionis ex mero officio officium exequatur, ſ. ſuper principali. Sed ſi appellans in probatione defecerit, remittatur ad eum, à quo malitioſè appellauit, ſubdens, ꝙ prædicta ſtatuta non vult locum habere in regularibus contra ſuas obſeruantias. h. d. plenè & planè, & no. iſtud capitulum. In textu ibi, Prohibitione, ideo dicitur, quia pœna apponitur, nõ quia excõmunicatio eſſet nulla ipſo iure. In tex. ibi, Competẽti, dicit gl. in trina, id eſt competentibus interuallis, vt j̃. de ſent. excõ. c. conſtitutionem, lib. 6. Et iſtud cap. loquitur, cum proceditur ſiue ordinariè, ſiue extraordinariè, per inquiſitionem, apparet ꝙ numerus & ſolennitas citationis ita debet ſeruari per inquiſitorem, ſi-

3 cut per eum, qui procedit uia ordinaria. † Item no. ex gloſ. Bern. quod inquiſitio eſt proceſſus extraordinarius. ergo ſi appareat accuſator, non debet inquiri, ſi tamen fuit accuſator, & mõ non eſt, iudex poteſt proſequi Item inchoata ex mero officio, vt C. de aboli. l. 2. & C. de adul. l. quamuis indubitati, quia ſufficit, ꝙ ſemel intrauit iudiciũ ſecretum, arg. C. de teſta. l. nullũ, & hoc caſu erit inquiſitio proceſſus ſubſidiarius ad coadiuuandũ accuſationem accuſatoris, ex quo concludit ꝙ poſſibile eſt, ꝙ unus & idẽ proceſſus ſit pro parte ordinarius, & pro parte extraordinarius, & ſubſidiarius. In tex. ibi, ſi quis allegauerit, an poſſit poſtmodũ recuſatus cauſam delegare, dic, vt j̃. de off. dele. c. iudex, lib. 6. Ibi, Coram eodẽ, ergo non corã vicinis, vel amicis. Sed quid ſi ſunt plures, & vnus recuſet ſuſpectus? dic, vt in c. ſi ꝯ vnum, j̃. de offi.

4 deleg. lib. 6. † Ibi, Aduerſariũ non habeat, no. ꝙ iudex, qui procedit per inquiſitionem, non dr̃ aduerſarius. Ibi, concordare ſentẽtiam, ſuper cauſa ſuſpicionis. Ibi, Aduocẽt. i. eligant tertium. No. ꝙ duo arbitri faciunt tertiũ arbitrum, & ꝙ ille tertius arbiter eſt propriè arbiter datus, ſed non compromiſſarius, & ꝙ non ualet eius ſolius laudum. Sed gloſ. ordinaria dicit, ꝙ poſſunt cogi alij duo ad conſentiendũ in dictum tertij & electi pro tertio ꝑ diſcordiã aliorum duorum. ff. de arb. l. item ſi vnus, §. principaliter. ſed illa gl. non eſt vera. ſ. ꝙ valeat dictũ iſtius tertij tm̃, ſed debet ſecũ cõcordare unus ex duob. tex. eſt hic, de hoc no. Iac. de Are.

5 ff. de ſol. l. qd̃ ſi forte, §. ſunt quidam. † In §. porro, ibi, cõfeſſione. no. ꝙ confeſſus non appellat, ꝙ eſt verum, qñ ꝯ confeſſionem nihil obijcitur: ſecus, ſi aliquid rationabile obiiciatur ut error, vel metus, vel veritas ꝯria, ſi cauſa ſit capitalis, quia certa ſciẽtia, non incerta nocet in cauſa capitali, ſi de innocentia conſtat, vt ff. de quæſt. l. 1. §. ſi quis ultro. Ibi, ſm̃ locorum diſtantiã. ff. ſi quis caut. l. 1. Ibi, Tẽporis qualitatem, nam in hyeme nõ poſſunt fieri magnæ diętæ, vel forte tp̃s guerrarum, vel tempeſtas in mari. Ibi, & natura negocij, & breuior dilatio aſſignatur, ſi res eſt tp̃e peritura, vel tractat de alimentis. In tex. ibi, Non curauerit, ergo deſeruit. Ibi, Suæ iuriſdictionis, no. per appellationem, officium inquiſitoris transferri ad ſuperiorem. Ibi, Malitioſè, no. appellantẽ,

6 qui non probat præſumi malitioſè appellaſſe. † Quæro vnà cum

b Bern. quæ ſit iuſta [b] cauſa ſuſpicionis? rñ. illa, quæ eſt expreſſa in iure. Item illa, quæ eſt ſimilis expreſſæ, quam aſſimilationem debet facere iudex ex officio ſuo, & ei creditur, ꝙ caſus ſit ſimilis. tex. eſt no. ff. de legi. l. non pñt, & l. ideoque. Item ſimilia ſunt, inter quæ non poteſt reddi diuerſitatis ratio, vt ff. ſi quadr. pau. fec. dic. l. fi. C. de furt. l. ſi quis ſeruo, ff. ad l. Aquil. l. illud, C. de reuo. donat. l. his ſolis, vbi eſt tex. ſing. qui ſit in iure, ꝙ ſimile in legib. & ſtatutis hr̃ pro expreſſo. dico. n. ꝙ creditur iudicem motũ ſimilitudine æquitatis. tñ dicit Inno. ꝙ ſi iudex ſe debet mouere æquitate ſui capitis (ſupple, non eſt æquitas conformis rationi) poteſt appellari, vnde ab aſſimilatione ius dicentis poteſt appellari, ſm̃ Inn. Et no. ad ſtatuta terrarũ. Itẽ vr̃ ſiſe, in quo ſimilitudo ꝑualet diſſimilitudini. ff. de ſta. hom. l. qr̃it hermaphroditũ. ff. de leg. l. de

7 qbus. Guil. de Cu. & Cy. † Quærit Ber. quæ ſint radices ad inquiren. & dicit ꝙ duæ; fama ſcilicet, & clamor. vel dic, ꝙ eſt unum & idem. i. clamoſa fama. Secundo quærit, an inquiſitor poſſit recuſari tãquam ſuſpectus? & determinat ꝙ ſic, ſed quid ſi per formam ſtatuti arctatur iudex ad inquirendum? videtur ꝙ non poſſit allegari ſuſpectus, quia non facit motu proprio, ſed motu legis. Ex hoc ſequeretur, ꝙ ſi princeps mãdat ptãti, ꝙ inquirat de omnib. maleficijs nocturnis, ꝙ non poſſit poteſtas recuſari tanq̃ ſuſpectus, ꝙ falſum eſt de iure ciuili, quia in hoc eſt iudex delegatus, ſed ſi princeps daret certum & ſpeciale mandatum, tunc

8 credo, ꝙ non poſſet recuſari, vt ſ̃. eo. c. nouit. † Quærit Bern. ecce lex ſtatuit, ꝙ eligantur duo arbitri cum poteſtate eligendi tertiũ arbitrum incertum, nunquid poteſt hoc deduci in pactum? Dicit Bern. ꝙ non. Tu dic, ꝙ immo, in caſu, in quo idem diſponit

c pactum, & lex, quia legitima conuentio eſt, quæ lege [c] adiuuatur, vt ff. de pact. l. legitima. Sed ſi ex ſuo capite uellent compromittentes dare hanc poteſtatem incertam, non ualeret compromiſſum arbitris diſcordantibus, ſed eis concordantib. putarem ꝙ ualeret, quia inutilis cautela non uitiat, ita intelligo l. item ſi vnus, §. ſed ſi in duos, ff. de arb. & ſ̃. de arb. c. innotuit. alij dicunt, quod hic eſt defectus formę, & ideo utile per inutile uitiatur, ff. de arb. l. Pędius, §. 1. Contra hanc opin. eſt diſtinctio naturalis, ſed ciuilis ratio eſt pro ipſa, ideo enim non ualet, ne ſit in poteſtate arbitrorum facere, ꝙ compromiſſum ualeat concordãdo, vel ꝙ ſit irritum diſcordando. Item interim non eſſent arbitri certi

9 de valore compromiſſi, & no. hanc conſiderationem. † Opp. ꝙ duo arbitri non poſſunt eligere tertium, quia hoc non habent in mandatis, nec eſt recedendum à forma compromiſſi, vt ff. de arbit. l. non diſtinguemus, §. de officio. Nam omne, quod formale

ADDITIONES.

a Vinc. God. Duo. Adde quod duo arbitri poſſunt laudare tertio abſente, ſi tamẽ dixerint voluntatem ſuam, & tertius receſſit de loco, in quo conuenerunt ad iudicandum. ita Bald. in Margar. Arbiter. ver, item tertio. Bar. in l. item ſi vnus, §. Celſus, ff. de arbit.

b Vinc. God. Iuſta. Adde ꝙ iuſta cauſa ad ualidandum actum, probatur ex aſſertione generali eius, qui poteſt actum facere, Ruin. conſi. 29. nu. 8. lib. 1.

c Lege. Vide D. Iaſ. in l. filius familiàs, §. diui, ff. de leg. 1.

BIU Cujas

male eſt, ſtricti iuris eſt, vt ff. ad munic. l. conſtitutionibus. ſol. iſtud eſt de ꝓſecutiuis formę, immo de conſecutiuis materię, & de acceſſorijs tacitis, de iuriſd. om. iu. l. 2. vel verius eſt ex conſti-
10 tutione canonis. † Et ſic no. quod ſtatutum legis non poteſt liti gantibus dare arbitrum, & ſtatutum, quod loquitur de arbitris, intelligitur loqui etiam de iſto tertio adiuncto, ſicut ſtatutum quod loquitur de tutore, intelligitur loqui etiam de adiuncto
11 ei curatore. † Quærit Ber. lex non imponit pœnam arbitris negligentib. nunquid iudex poterit eos mulctare? dicit gl. quod ſic ſupple, & etiam uiribus præturæ cogere eos præciſe ad pronunciandum denegando eis cibum, donec ſe concordent, uel tertium eligant, vt ff. de arb. l. 3. & ſic pœna, quæ non imponitur a ſtatuto, poteſt imponi per religionem iudicantis, donec uides, quod iudex, qui recuſatur, præfigit terminum arbitris, intra quem pronuncient, quo elapſo, reuertitur iuriſdō ad iudicē recuſatum, partib. aūt non poſſet iudex recuſatus prefigere terminum complexiuum ad totam litem finiendam, quia hoc pertinet ad arbitros, per ſingulas dilationes emergentes dietim,
12 vt ſ. de offi. dele. ca. ſuſpicionis. † Venio ad ver. at ipſa probata, & quæro, qualiter dēt hic poni caſus? reſpōdeo, ſm Io. de Deo in ſuo ſuffragio hoc modo, videlicet dictū eſt in p̄cedenti rñſo, ꝙ ſi ſuſpicio probata nō fuerit coram arbitris, ꝙ ipſe iudex recuſatus ex tunc ꝓcedat, hic dr̄, ꝙ ſi eſt ꝓbata ſuſpicio ſupple, ſi eſt ordinarius, iſte recuſatus cōmittit cām idoneis iudicib. ſ. de fo. compet. c. ſi quis. Sed ſi fuerit delegatus, cauſa ad ſuperiorem. i. ad delegantem deferatur. Intelligo, ꝙ iſta ſit relatio ad informādum ſuperiorem, quia ad eum ſpectat prouidere, qualiter deinceps prouidendum ſit vel per ſe, uel p alium delegatū. dicit Io.
13 de Deo. Caue ne recedas ab hoc caſu. † Ex his apparet, ꝙ arbitri declarantes iudicem ſuſpectum, non habēt vltra quid faciant niſi referre, non autem poſſunt pronunciare de cauſa principali, quia non eſt eis hoc commiſſum. Sed contra hoc opponitur de l. cum ſpecialis. C. de iudi. vbi dicitur, ꝙ ſuſpicione allegata arbitri debent eligi ad decidēn: cauſam principalē, & funguntur officio delegatorum a lege. Sol. ius ciuile in iſta materia diſcrepat a iure canonico, & in multis. diſcrepat. n. primo in poſſe, qa de iure ciuili iudex ordinarius non recuſatur, quia iuriſdō ſua eſt radicalis, & coh̄eret territorio, ꝙ a ſua iuriſdōne abſorberi non p̄t, ut C. vbi & apud quos. l. fi. prouidet tñ ꝙ aſſocietur eps, quia lex confidit, ꝙ eps ſit tantæ ſanctitatis, ꝙ nihil patiatur iniuſtum fieri præſente ſe, vt in Auth. vt diffe. iu. §. 1. olim uero, quando oēs epi erant ſancti, credebat̄ ſimpliciorum aſſertioni. hodie ſecus, quia oīa mala procedunt a ſacerdotibus. dicit Arch. 2. q. 5. c. ſi qs presbiter. ſed de iure canonico poteſt recuſari, nec adiungitur ei alius, quia modicum fermēti totam maſſam corrumpit, ut ſ. de iu. c. 1. Et abſurdum eēt, ꝙ ſi Archidiaconus eſt ſuſpectus, ꝙ adiungeretur ſibi alius eps alterius diœceſis, quia non decet, quod hēat iuriſdōnem de pari, cum litigantes non ſint eius ſubditi. ff. de manumi. l. apud eum. Sed quid dicemus, cum hodie non adiungatur eps de conſuetudine? reſpondeo, appellabitur, ex quo non poteſt eſſe conſultū per recuſationem., & procedit appellatio tanquam tacita cōminatione inimicitiarū, ar. C. de ap. l. ſi qs ꝓuocatione. Et hæc eſt vera differentia iuris ciuilis, & canonici in iudice ordinario, ſed in iudice delegato eſt alia differentia. Nā de iure ciuili ſufficit dicere, allego hunc ſuſpectū eſſe, nec oportet dicere propter quam cauſam ſit ſuſpectus, ſicut de iure canonico, & per conſequens nec probare, vt C. de iud. l. apertiſſimi. Et eſt ratio, quia ſuperior ſtatim poteſt alij cōmittere, & ſi non committit, debent eligi boni viri, qui decident cauſam principalem. Dicet aliquis, nonne in compromittendo partes lædun. tur, ſeu lædi poſſunt, ut ff. de minor. l. ſi minor. §. minores. reſpon. non, quia iſtud arbitrium eſt de iure tantum, & poteſt appellari,
a ut d. l. cū ſpecialis, in fi. Itē non eſt veriſi'e, ꝙ recuſator[a] uelit odium captare, & nihil ex hoc reportare: & ideo ius ciuile, quia neutrius partis intereſt, voluit ſtare in hoc ſimplici verbo recuſationis. Sed ius canonicum conſiderans, ꝙ iſtæ delegationes vt plurimum procedunt a Papa, noluit, quod illuderetur Papæ, & ideo requiritur, quod cauſa ſuſpicionis exprimatur, & probet̄, & quod in hoc arbitri eligant̄ ſuper hoc articulo, & non ſup negotio principali. Porro ius canonicum ſeruabitur in loco pa-
14 pæ, & ius ciuile in foro Iuſtiniani. † Modo quæro, nunquid allegata ſuſpicione, ſtatim & ipſo iure debeat conquieſcere iuriſdictio recuſati, an vero valeat proceſſus, ſed oportet appellare? Quod debeat appellari, videtur per tex. in ver. declinare, quia nulla declinatoria reddit proceſſum ipſo iure nullum, ut infra eo. c. ex parte. In contrarium videtur, quia ipſo iure eſt interim ablata iuriſdō, ut l. 1. C. ſi qua pręd. po. Inn. uariauit. Nam in lectura dicit vnum. ſ. quod oportet appellare, quia non meminit ſe legiſſe, quod ſit nullum, niſi iuriſdō in hoc articulo ſit tranſlata ad arbitros, ꝙ non eſt antequam arbitri certi ſint electi, ſecundum Inn. In diſputando dixit contrarium, quod ipſo iure non ualet proceſſus, niſi primū dirimatur articulus ſuſpicionis, & hoc tenet Hoſt. porro de natura iſtius articuli eſt inficere, quicquid fit a ſuſpecto. Si vis tenere, quod proceſſus valet, habes ſimile, ſi tutor excuſat ſe, & iudex nihilominus decreuit eum tutorem, neceſſaria eſt appellatio, ut l. ſcire oportet, in prin. ff. de excu tu. Si vero vis tenere, quod ipſo iure non valet, habes argumētum, quod iſte interim debet dubitare de ſua iuriſdictione, de qua oīs iudex debet eſſe certus per prius, ut l. quęro. ff. de eo, qui pro tu. & l. hoc autem, ff. ex quib. cau. in poſ. ea. Sol. in hoc articulo poteſt diſtingui, aut propoſita recuſatione ſtatim diſcedit non expectato aliquo reſponſo, & tunc valet proceſſus, nec poteſt appellari. infra eo. c. dilecto. Aut iudex nil uoluit rñdere, niſi quia dixit, faciamus iuſtitiam, & tunc aut cauſa ſuſpicionis eſt notoria, & non valet proceſſus: aut eſt dubium, & tunc refert: aut res non eſt integra, quia poſtea ſunt electi arbitri, & idem, quia non poteſt derogari proceſſui arbitrorum electorum, translatus eſt. n. aut res eſt integra, quia non ſunt electi arbitri, & tunc tenet ꝓ ceſſus iudicis recuſati, ſed poteſt appellari, & iuſtificatur appło eo ipſo, quia proceſſum eſt contra formam ordinis huius decretalis, ar. ff. de min. l. ait prætor. §. permittitur. & C. de app. l. j. Dicet aliquis, ſi eſt contra formam, ergo ipſo iure non valet. ut C. de ſen. & interloc. l. prolatam? reſpondeo, quandoque forma cadit inter duo, quorum aliquod eſt in ſua ſpē pfectū, & tunc oportet appellari, quandoque cadit inter ea quę requirūtur ad cōſtōnem ipſius eſſe, & tunc ſi non ſeruat̄, ipſo iure non valet. Reſtat rñdere ad illam l. ſi qua prædi. pote. per quam tenuit Ber. indiſtīcte non valere. Sed rñ. tripliciter, videlicet, ꝙ ibi erat notorium facti. & conſtitutionis, vel ꝙ ibi lex vltra procedit prohibendo, vel ibi de iure ciuili, ubi allegatio ſuſpicionis trahit ſecum ſuam exe cutionem, quia non oportet probari de ſuſpicione, ſecus de iure canonico. & dat̄ regula, ꝙ omne grauamen proceſſus debet ſub
15 leuari ꝓ appellationem, & non ipſo iure. † Ex his infero ad quæſtionē, ecce in recuſatione debet inſeri cauſa, pone ergo ꝙ una die recuſat̄, alia die inferitur cauſa, quodlibet iſtorū in ſe eſt imperfectum, nūquid ſimul complexa faciant unum perfectum? reſpōdeo, quędam ſunt ſtatuta pro forma ſe tenēte ad unam determinationem, & oportet quod interueniat actus continuus, ut interrogatio, & reſponſio in ſtipulatione, vt ff. de ver. ob. l. continuus, in prin. non loquor in formis præambulis, ſicut eſt tractatus ad alienationem, quia licet primus actus ſit directiuus ad alium, non tamen ſunt eiuſdem conſiderationis, nec ſpecici, ut in c. dudum, de reb eccl. non alie. lib. 6. quędam ſunt deputata pro cauſa, & iſta debent pręcedere, infra e. dilecto. quædam ꝓ modo intriſeco, vel effectu conſequēdo, & iſta ſequuntur. C. de preci. Imp. off. l. uniuerſa. quædam ſunt, quę ſunt introducta pro confirmatione actus, & iſta poſſunt interuenire ex interuallo, vt electio, & eius ꝓfirmatio. Itē negotiū geſtū, & eius ratificatio, vt in ca. cura, de iure patro. quædam ſunt, quæ habent ſe per modum vnius ſupplentis alterum, & iſta ſuppletio, ſicut emendatio poteſt fieri etiam altera die, ſi tempora ſuffragantur, vt C. de appe. l. ſi quis libellos. Et ita eſt in queſtione propoſita.
16 † Vnde in libellorū ꝓceptione dicimus, ꝙ cā, q̄ nō eſt ſpecificata in libello, p̄t ſpecificari ī ꝓceſſu, & vī ineſſe ipſi libello, qa pars eius eſt, immo, dic non valere, quia appło nulla eſt, quia non habet ſua eſſentialia, quæ debent complexiue uno contextu interuenire. Et ſecus eſt in libello conuentionali, vnde, ſi appellatio
b fuiſſet ſolennis & cum cauſa, & libellus[b] iudicialis, qui poſtea ſequitur, non exprimeret cauſam, & tunc bene poſſet cauſa libelli deduci in proceſſu, quoniam libellus tenet, ſed in formis appellatio nulla eſſet, & quod nullum eſt, nullum recipit fomen
17 tum, vel vitam. † Quæro, ecce remiſſum eſt negotium ad ſuperiorem, nunquid iſte ſuperior poterit recuſari, ſi eſt ſuſpectus? reſpondeo ſic, quia alia eſt ſuſpicio hæc a prima ſuſpicione. nam cum nihil de ſecunda ſuſpicione ſit per ius cognitum, ergo eſt cognoſcendum, niſi ſit facta remiſſio de partium uolun-
18 tate, † Modo venio ad §. porro. & no. ꝙ totum iſtud c. loquitur ante li. cont. ſm Inn. Ex hoc conclude, quod cōfeſſus maleficiū,
19 licet ante li. conteſta ſit confeſſus, non appellat, ſm Inn. † Quæro, utrum ille, qui non poteſt ſe purgare, quia eſt ab omnibus infamatus, poſſit appellarē, ſi etiam conuictus eſt per teſtes, ſed in negādo ſemper perſeuerauerit? rñdeo ſic, quia nulla lex prohibet, & quia fama eſt mutabilis, & plurimum mendax. dicit
20 Arc. 11. q. 3. non ſunt audiendi. † Quæro, vtrum contra confeſſionem ſuam quis poſſit appellare? Et videt̄ quod non, quia nemo poteſt appellare contra factum proprium. vt C. de re. cre. l. gñaliter, poſt prin. In contrarium videtur ff. de app. l. creditor, §. fi. ff. de confeſ. l. cum fideicōmiſſum. Dicit Ber. ꝙ in crimina-

li po.

ADDITIONES.

a Vin. God. Recuſator. Adde ꝙ recuſans ex parte ſua tranſactionem adimplere, ipſo iure omni commodo ex ea proueniente eſt priuatus. Ruin. conſi. 142. nu. 7. lib. 4.

b Vinc. God. Libellus. Adde ꝙ libellus incertus ſuper petitis per quandam conſequentiam, & incidenter procedit, non tamen ſententia. Ruin. conſi. 35. nu. 5. lib. 4.

BIU Cujas

li potest appellari, dum tamen assumat in se onus pbandi rem aliter se habere, non dico probandi errorem, sed in ciuili non auditur, supple nisi in se assumat onus probandi duo, s. aliter se habere rem, & se errasse, nam si ex certa scientia esset confessus, imputet sibi, vt ff. de inter. ac. l. fi. & l. si filius. caueat tamen quo appellat. Nam non debet dicere, appello à confessione mea, vel appello ab errore meo, sed appello à iudicis sententia, non obstan. confessione mea, quia fui confessus per errorem, vel per metum, quem intendo probare coram iudice appellationis. Si autem non adiceret causam, non audiretur appellans, quia notorium confessionis intelligitur esse notorium veritatis, vt inf. eo. c. Romana, lib. 5. Nam confessio inducit notorium in ipsa confessione perseuerans, non actu transiens, quia confessio per
21 petua, & ideo non appellatur, vide Arch. 11. q. 3. nemo. † Quærit Ber. nunquid inquisitor sit citandus in causa appellationis? respondeo, sic, quia eius interest defendere processum suum, vt infra, de sen. excom. c. sacro. si tamen non citatur, nihilominus facit litem suam, quia malè iudicauit, sed oportet hoc probari aliter, quam per sententiam, in qua est iudicatum eum malè iudicasse, cum ad illam non fuerit citatus, ut ff. de insa. l. Lucius, & sic citatio iudicis ꝓiudicat iudici, sed si non citetur, non præiudicatur ei. item non est citandus, nisi pro iure. i. interesse suo,
22 vt no. per Arch. 2. q. 6. hoc etiam cõtendat, secundum Inn.† Extra quæro, utrum ordinati ab intruso sunt citandi? respondeo, non, quia nõ habet causam à possessore. secus, si non esset intrusus, sed haberet canonicum titulum, quo ad possidendum, vt eleganter dicit Inn. in c. quamuis, de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Confessionem si iudex aduocati eadem die reuocatam nult habere pro litis contestatione, potest appellari.*
A ratificatione facta coram subdelegato per delegatum facta potest appellari, si grauet, ver. idem si.
2 *Aduocatus an possit confiteri, & de eius officio & potestate.*
Aduocati errorem & confessionem quando dominus possit reuocare, versi. si autem. 1. & 2. §. Secundo, ver. certè etiam, cum §. sequenti.
Ratificare dominus factum aduocati sui quando videatur, eisdem locis proximè citatis.
3 *Litem contestari testes qui producit an videatur.*
Litem contestari quis intelligitur exceptionem proponendo peremptoriam, & vltra procedendo.
4 *Factum subdelegati ratificari non potest à subdelegato.*
Subdelegatio subdelegationis non ualet, & nu. 6.
5 *Causa alia, quam expressa in appellatione, probari potest in appellationis causa à definitiua, secus ab interlocutoria.*
Stylus curiæ quis in committendis causis appellationum ab interlocutoriis, ver. Item de.
6 *Litis cõte. an faciat, quod subdelegatus delegati principis possit subdelegare.*
Substituere quis loco sui procuratorem potest post litem contestatam, ver. tamen verum.

CAP. LXII.

1 **Cum causam.** Si iudex † confessionem aduocati eadem die reuocatam vult habere pro litis contestatione, potest appellari. Item si delegans factum coram subdelegato delegati sui ratificet, & exinde grauamen aliquod procedat, potest appellari. h. d. & in prima ponitur narratio appellationis. In secunda indicis datio. secunda ibi, mandamus. Casus. Vertebatur quæstio inter quẽdam abbatem, & conuentum eius ex una parte, & priorem & canonicos de Nouo loco ex altera, super quadam ecclesia, quam Abbas & fratres dicebant ad se pertinere, & conuenichant dictos priorem & canonicos, iudices ad hoc dati subdelegauerunt causam quibusdam iudicibus, aduocatus prioris & canonicorum confessus fuerat priorem & canonicos possedisse dictam ecclesiam, per quadraginta annos, & amplius: sed post hæc eorum procurator, quia erant rei, petiit dilationem ad opponẽdum exceptiones dilatorias. Dicebatur, quòd dilatio ad proponendum exceptiones dilatorias non erat danda, vt dicebatur, quia confitendo suos clientes possidere, intelligebatur lis cõtestata. At procurator canonicorum dicebat, quod illa confessio fuerat reuocata tanquam præmaturè facta per errorem iuris, iudices huic allegationi innitentes, credentes quod hæc allegatio fundaretur in iure, dilationem denegauerunt, licet uno & eodem die dominus, & procurator reuocauerint responsum ipsius aduocati, Papa dicit, quod iudices iniquè processerunt, & potuit appellari, eo quod tale respõsum aduocati non nocet dominis, cum fuerit eadem die legitimè reuocatum. Modo alius casus sic ponitur. Isti iudices subdelegati delegauerunt alijs, quorundam testium examinationem, quam factam habuerunt ratam. Dicit Papa, quod delegati non potuerunt subdelegare, nec ratum habere, quod factum est à subdelegatis subdelegatorum, quia cum solus delegatus à principe possit subdelegare, ergo subdelegati non possunt subdelegare, cum ipsi non sint à principe delegati, sed à delegato subdelegati, subdit tamen, quod in appellatione, licet fundetur in iure, oportet causam exprimi. h. d.

2 †Quæro pro intellectu literę, vtrum aduocatus possit confiteri? respondeo, non, nisi domino præsente & saltem tacente, quia
a aduocatus [a] non habet ius procedendi in causa, sed patrocinandi, & nunquam fit dominus li. vt no. in l. 1. §. 1. ff. de postul. Si autem dominus est ei assistens, potest interrogare & respõdere, vt ff. de interr. actio. l. defensor. & si quidem habet consensum domini expressum, perinde est ac si dominus responderet. Si autem tacitum, potest dominus, & procurator ipsius incontinenti eadem die, quinimò etiam vsque ad triduum reuocare respõ-
b sum aduocati, etiam non probato errore, [b] vt C. de erro. aduocatorum, lege iij. errore autem probato potest in prẽparatorijs reuocari vsq; ad lit. cont. in decisorijs autem non usq; ad sniam. ff. de interr. act. l. de ætate, §. fi. C. de iu. & fac. igno. l. error. Secundo quæro, quod fuerat motiuum iudicum? respon. quia reus confitendo se possidere, quæ uendicantur, fundat iudicium ex parte
c sua passiua, vt C. de alie. iud. mu. l. 1. ergo videtur lis contestata [c] quo ad ipsum reum. Sed certè hoc est falsum, quia hoc pertinet ad li. præparationem, non ad lit. const. vt in Auth. de trien. & semis. §. studium, ff. de interro. act. l. qui seruum, §. in iure. Ista igitur non fuit ratio dubitandi, quia fuisset nimis friuola; sed ratio dubitandi fuit, quia verba aduocati sapiebant exceptionem præscriptionis peremptoriæ, & qui exceptionem peremptoriam opponit, videtur tacitè litem contestari. sed hæc ratio est falsa, quia ille, qui excipit de prescri. non videtur litem contestari, sed magis protestari, vt C. de probat. l. exceptionem, vt C. de præscrip. lon. temp. l. emptor. Item quia nec lis posset contestari ex parte rei tantum, ita ꝙ non actoris, quia non potest diuidi, sicut nec sententia. ff. famil. ercis. l. in hoc iudicio, est. n. quedam res integralis, quæ non patitur separationem continui. Et ideo dic tertio, quod ratio dubitãdi erat, quia qui accedit ad peremptorias exceptiones, videtur ex ordine renunciasse declinatorijs, ar. ff. de iu. l. sed si susceperit, in prin. & ideo perperam videbatur peti dilatio ad dilatorias proponendas. Sed ad hoc respondebatur, quia aduocatus errauerat, quia nesciebat dilatorias competere domino suo, qui error erat probabilis in facto alieno, certè etiam ex certa scientia aduocatus non potest renunciare, quia officium aduocati est facere, quod causa desi-
d derat, & nõ excedere suos terminos, vt C. de postu. [d] l. q squis. Quæro quid si dominus istud responsum ratificasset. dicit glo. ꝙ non posset reprobare. Item dicit, quod ratificare videtur post, faciendo aliquid quod tantum post lit. contest. fieri potest, vt est producere testes in causa. Innuit hæc gloss. quod qui producit testes
3 videatur litem contestari. † Sed istud non est verum, nisi testes sint producti iuridicè, facit quod not. in c. 1. de elec. lib. 6. & C. de proc. l. nihil arbitramur, per Cyn. vel collige ex ista gloss. quod proponens exceptionem peremptoriam, & ultra non procedẽs non intelligitur tacitè, seu indirectè lit. contestari, secus si vltra procedit differendo se probaturum, vel testes producendo. qđ
4 est no. dignum, & non reperitur alibi. † Vlterius no. ꝙ non valet subdelegatio subdelegationis, & qđ notabilius est, non potest ratificari factum subdelegati à subdelegato. Et per hoc determina-
5 tur qõ, quę format in l. instar. C. de iu. fis. lib. 10. † Quærit Ber. nũquid in causa appellationis interpositæ cũ causa, & sic formiter possit probari alia causa ad coadiuuan. appellationem, & dicit, ꝙ sic, si appellatur à diffinitiua, secus, si à grauamine, & ista est veritas. Item de stylo curiæ si plures exprimantur causæ in appellatione ab interlocutoria, super una tantum fit commissio, quę iustior & verisimilior uidetur spretis alijs causis. Et est bona consideratio, ne lites sint immortales, vt C. de iu. l. apertissimi. & ibi redditur ratio, quæ non redditur alibi, in tex. quia in medio litis
6 de iure ciuili appellatio non procedit. † Quæro, nunquid litis contestatio faciat, quod subdelegatus delegati principis possit subdelegare? quidam dicunt ꝙ sic, quia facit cum quasi dominum iurisdictionis, sicut facit procuratorem dominum litis. Ista opi. falsa est, vt ff. de iudi. l. iudicium soluitur. tamen unum volo, quod tu notes, quod substitutus procurator post lit. contest. potest alium substituere, quia litis dominus est effectus, vt ff. de app. l. ab executore, §. fin.

ADDITIONES.

a Vin. God. Aduocatus. Adde ꝙ aduocatus si fouet iustã causam, potest decipere aduersarium, glo. in c. dominus noster, in ver. ex insidiis, 23. q. 2. De pœna autem malorum aduocatorum habetur per Barb. in c. inhærentes, num. 18. de iura. calum.

b Errore. Vide D. And. Barb. in cons. 6. inci. Scriptũ est præclarè. primo Regum, in 1. volum.

c Vin. God. Contestata. Adde, ꝙ lis contestari debet in præsentia iudicis, Ruin. consi. 149. num. 11. lib. 5.

d C. de postu. Vide per Fel. in c. peruenit, el 1. de testib. cog.

SVMMARIVM.

Appellanti non sufficit dicere, legitimam se exceptionem opposuisse, nisi propter eam non admissam se doceat appellasse, in prin.
Appellatio non conualescit ex grauamine sequenti. §. no. quod. post casum.
1 *Appellatur ab executoribus gratiarum, si præcedat grauamen, & quando etiam si non præcedat.*
Executores gratiarũ possunt quolibet ordine iudicario prætermisso, ueloque leuato

BIU Cujas

leuato procedere. §. sed contra.
Ad appellationis validitatem in ea adducta inspicitur, non quid extrinsecũ. §. sed hic. & nu. 3. ver. & est ratio.
2 *Appellatio non denoluit nullitates, nisi in libello sit dictum sententiam nullam vel saltem iniquam.*
3 *De nullitate quis debeat pronunciare.*
Prosecutio appellationis, an sit dicere sententiam nullam.
Contrariorum vnum cum discutitur, & alterum discuti necesse est, versic. item quia.
5 *Appellatus an possit petere confirmari processum ante sententiam irritum.*
6 *Appellaui ab interlocutoria, deinde lata diffinitiua contra me appellaui a diffinitiua, an videar renunciasse appellationi primæ.*
Qualitas reprobari potest, factum vero probari, ver. prætextu.
7 *Laudum si peto corrigi, & apparet, quod arbiter non fuit arbiter, an iudex possit pronunciare ex tali nullitate arbitrium nullum.*

CAP. LXIII.

Dilecto. Non sufficit appellanti dicere, quod legitimam exceptionẽ opposuit, & appellauit, nisi propter eam non admissam se doceat appellasse, hoc dicit, prima pars ponit factum coram auditore narratum. secunda committit causam, & præmittit, quare ibi, quia tamen. Casus. Quidam impetrauit literas, quòd reciperetur in canonicum in ecclesia Salamantia, nulla tamẽ facta mentione, q̃ in ipsa ecclesia esset certus numerus canonicorum taxatus, ac iuramento firmatus. Executores volebant procedere ad executionem, exceptum fuit de numero canonicorum iuramento firmato, de quo non fiebat mentio in literis impetratis, & appellatum fuit, ne aliter, ideſt cõtra hanc exceptionem executores facerent, & statim non expectata responsione executoris discessit appellans secundum Inn. & constabat per confessionem impetrantis quod ibi erat certus numerus iuramento firmatus, executores de exceptione & appellatione non curarunt, ex quo eorum responsio non erat expectata secundum Innoc. & in executione processerunt. Dicit Papa, quod excipere non fuit sufficiens ad appell. quia executores non grauauerant, & quia non processerant, debuerunt ergo appellantes expectare, quod eorum except. non admitterentur, & sic grauarentur, quod quia factum non fuit, appellatio non tenuit, quæ tenuisset, si propter exceptionem nõ admissam fuisset appellatum, & quia processus executorum reuocaretur in irritum, & est no. casus. No. q̃ qui nondum grauatur, nondum appellat, nec conualescit appellatio, licet postea grauetur, quia est
1 præpostera, & quia sine causa. † Nota ab executoribus gratiarũ appellari, dum tamen præcedat grauamen. Sed contra hoc opponitur, quod etiam si non grauat, statim quod citat, potest appellari. & est ratio, quia citando tacitè comminatur se executurum, cum ad executionem possit procedere velo leuato, & quolibet iudiciario ordine prætermisso, si ei non videtur iudicialiter procedendum, vt no. in capit. 1. de offic. de legat. in clemen. præterea, quando appellatur ab executore, appellatur extra iudicium, & ideo non est necesse, q̃ præcedat grauamen, vt sup. eo. tit. c. dilectis filiis, per Innoc. nam ista dicitur potius prouocatio
a ad causam, quam appellatio, [a] vel est quædam mixta querimonia initiata per citationem, tamen non prosecuta vlterius. Sol, ista appellatio est vera, si exceptio non esset opposita, sed exceptione opposita habent procedere tanquam iudices, & non tãquam simplices executores, & tunc oportet excipientem expectare interlocutoriam, aliàs non potest appellare. Casus est no. huius c. Sed hic opponitur, per confessionem constabat, q̃ literæ erant subreptitiæ & nullæ, & quod appellatio erat fundata super nullitate literarum, ergo debet pronunciari literas nullas, & quicquid inde secutum est, & præsertim quia nullitas apparet p
b confessionem aduersarii. & q̃ hoc sit verum [b] probatur, quia vbi euidens est nullitas, ibi iudex debet ex officio supplere, vt singulariter no. C. de transac. l. vbi pactum. Qua enim cõscientia possunt executores exequi id, quod nullum est? respõdeo, secundũ Innoc. quod appellantes fundabant se ex vi appellationis, non
2 ex vi nullitatis. † Et appellatio non denoluit nullitatem, nisi in libello sit dictum sententiam nullam, vel saltem iniquam, vt C. quando prouo. non est necesse. l. 1. ff. fam. ercis. l. quædam mulier, de iure patron. l. Carmelia Pia. Sed ista responsio videtur falsa, quia causa nullitatis venit incidenter, etiam si de nullitate non sit facta mentio in libello, vt ff. de appel. l. si constat, & tunc iudex appellationis debet pronunciare app. non fuisse necessariam, qa
3 sententia erat nulla, vt ibi patet. † Dicet aliquis, de nullitate debet pronunciare primus iudex superior; sed istud videtur falsũ, quia immo est superior, ex quo est appellatum: quinimmo etiã si non sit appellatum, potest adiri superior super nullitate, vt C. de accusationibus. l. absentem. & no. Bart. de re iudic. l. cum quærebatur, & ff. de appellatio. l. si expressim. solu. secundum Innoc. aut agitur de nullitate citra interpositionem appellationis, & verum est, quod potest adiri superior, aut cum interpositione appellationis, & tunc aut appellatur a diffinitiua, & idem: aut ab interlocutoria, & tunc iudex, ad quem, non potest cognoscere de nullitate, etiam si iudex a quo, esset excommunicatus, vel processisset contra solennem ordinem, & contra tenorem ordinis iudiciarii: & est ratio, quia nullitas non est inter causas appellandi ab interlocutoria, & iudex appellationis ab ipso non habet de aliis causis se intromittere secundum Innoc. aut etiã non appellatur nec ab interlocutoria, nec a diffinitiua, sed ante omne grauamen illatum, & tunc pro appellante nihil potest pronũciari, & ideo nec de nullitate est possibile iudicari, & iste est ca-
4 sus nostri c. † Quæro, nunquid dicere sententiam nullam sit prosecutio appellationis? dicit Innoc. q̃ non. Tu dic, q̃ est prosecutio cuiusdam incidentiæ ipsius appellationis, non principaliter, vt no. in dicta l. 1. C. quando prou. non est nece. vbi est glo. solennis. Sed ecce propono officium iudicis, & dico sententiam nullam, nunquid alia pars potest petere eam confirmari tanquam validam? Respon. sic, secundum Innoc. & ratio est, quia conuentus põt reconuenire. Item qa cum vnum contrariorum discuti
5 tur, & aliud discuti necesse est. † Or modo quæro, nunquid appellatus potest petere confirmari processum ante sententiam irritum? dicit Innoc. q̃ non, quia ista confirmatio nihil operaret, cum interlocutoria possit reuocari contrario imperio, nec per istam confirmationem redderetur validior, arg. C. de testam. l.
6 omnium. † Quærit Innoc. appellaui ab interlocutoria, deinde lata diffinitiua contra me appellaui a diffinitiua, nunquid videar renunciasse appellationi primæ? dicit Innoc. quod non, quia nemo geminando, vel multiplicando appellationes videtur ratificare factum iudicis, a quo appellat, vel appellationi renunciare, immo potius suum ius augmentare: totum enim hoc faciet, vt ab eius iurisdictione recedatur, idem no. Arch. 12. q. 6. biduum, vbi omnino vide Bart. ff. de no. oper. nun. l. cum procurator. vbi etiam videas. Non obst. ff. rem ratã haberi. l. cum minoris. §. falsus, quia ibi non plus operatur appellatio domini quam sui procuratoris, si princ. habuisset mandatum. immo est casus, quod appellatio factum iudicis nõ confirmat, alioquin ibi non tenet appellatio. Præterea potest approbari factũ, sed non eius qualitas, vt ff. de neg. gest. l. Pompo. scribit. Ber. colligit hic in sua glos.
7 plura, quæ sunt plana & iam expedita. † Extra quæro, si peto laudum corrigi, [c] & apparet, quod arbiter non fuit arbiter, vtrum
c iudex possit pronunciare ex tali nullitate arbitrium nullum? dicit Archid. quod sic, & est no. dignissimum, vt ipse no. 2. q. 6. iudicibus, Archidiac.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Appellatio. Adde q̃ appellatione deserta, & non intimata, nõ est necessaria pronunciatio, non est necessaria inquam pronunciatio suæ desertionis, & potest fieri executio. Soz. consi. 35. nu. 26.
b Verum. Vide Lud. Ro. consi. 22. Barb. consi. 62. vol. 1. Fel. in c. cum super. de re iudic. Rom. consi. 214. Card. Flo. consi. 29. Imo. consi. 127.
c Vinc. God. Corrigi. Adde, q̃ laudum etiam nullum per approbationem tacitam, vel expressam confirmatur, impeditque soluti repetitionem, Rui. consi. 14. nume. 14. lib. 2.

SVMMARIVM.

Appellans, qui terminum sibi præfixit ad appellationem prosequendã, quẽ procuratorem mittere debeat, & nisi mittat, quid incurrat, in princ. & nu. 1. 2. 4. & 5.
1 *Comparere nolle, & minus legitimè comparere, paria sunt. ver. itè no. quod.*
2 *Procuratorium an sit sufficiens ad impetrandum, & contradicendum, & nume. 4. & 5.*
3 *Procuratorium sufficiens, quid iuris si neutra pars misit.*
4 *Appellatio quando non admittitur, nec probatur, sufficit tunc mittere procuratorem ad impetrandum, & quid in contrario, & aliis casibus.*
5 *Appellatum si sit a diffinitiua, quod mandatum requiritur, & quid, quãdo ab interlocutoria, & quid quando a diffinitiua.*
6 *Procuratorem si constitui ad sententiam audiendam, an appellare possit.*
7 *Negotiorum gestor an possit appellare sine mandato.*
Procuratur ad litem contestandam, nunquid poterit appellare, ver. pone.

CAP. LXIIII.

Nicolao. Appellans, qui terminum sibi præfixit ad appellationem prosequendam, debet mittere procuratorem sufficienter instructũ ad totam causam, non ad impetran. & contradic. duntaxat: alioquin contumax reputatur, & expẽsas resarcire tenet. secunda ibi, Mãdamus. Casus. Inter militẽ & monachos erat qõ: monachi appellauerunt ad Papam, & statuerunt sibi ipsis terminum ad appellationem prosequendã, in quo termino miles cõparuit personaliter: sed ipsi monachi miserũt quendã monachum ipsius monasterij cũ mandato impetrandi & contradicendi, miles accusabat corũ cõtumaciã, & petebat expensas factas a tempore appellationis. Papa mandat expensas refici ipsi militi. h. d. In tex. ibi, Auditorem, s. in causa appellationis. Ibi, Ad impetrandum. s. iudices. Ibi, Ad contradicẽ-
1 dum, s. impetrationi alterius partis. Ibi, Contumaces, no. q̃ † qui non mittit sufficientem procuratorem, contumax est. Ibi, Personaliter, item per sufficientem procuratorẽ. No. q̃ procurator debet esse sufficiens, & quod dñs qui mittit procuratorem minus sufficientem, eo ipso est verus contumax. Item no. monachos ex contumacia dãnari in expen. Itẽ no. q̃ paria sunt nolle
2 comparere, & minus legitimè comparere. † Opp. immo q̃ dictũ

procu-

BIU Cujas

procuratorium ad impetrandum, & ꝺdicendum ſit ſufficiens, vt ꝺ.eo.tit.c.interpoſita,§.1. Sol.hæc ſm illã, qa aut appꝛoni fuit delatũ a iudice,uel fuit approbata a parte diuerſa,& tũc loquitur
3 hic;aut non,& tunc loquit ibi.† Sed qd ſi neutra pars miſit ſufficiens procuratorium? rñdeo, paria delicta mutua compenſatione tolluntur,ut ff.ne qs eũ q in ius uo.eſt ui.exi.l.nam cum utercꝙ.Opp.cꝙ dicta ſol.ſit diuinatio,qa hic in tex. non dr̃,cꝙ fuit appꝛo admiſſã,uel approbata. rñdet gl.cꝙ hoc continebatur in anti qua decretali in parte deciſa,per quã iſta decr.dẽt ſuppleri,cꝙ eſt notandum, qa nouũ ſtatutum ſuppletur ex ueteri. Et hoc iõ,qa in decretali ſemper ponitur dictio, & ꝺ.alꝫ nouꝯ legi non licet ali
4 quid addere,ut l.1.C.de emen.Iuſt.Co.Et no.quatuor caſus ſm Hoſt.primus eſt,qñ appꝛo nõ admittitur, & ſufficit tunc mittere procuratorem ad impetrandũ,ut in c.interpoſita.Secundus,qñ
a admittitur, uel approbatur, ſed appellatus[a] nihil petit, & tunc ſufficit mittere talẽ,pcuratorẽ,ſed neceſſe eſt, cꝙ mittatur inſtructus quo ad proſecutionẽ cauſæ appꝛonis,nõ dico cauſæ principalis,ubi appellatur ab interlocutoria, dummodo appellans appꝛoni ſuæ terminum pfixerit,ſic loquitur hic. Tertius,ubi non prefixit terminum,& tunc ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum, ut hic a contrario ſenſu. Quartus, ubi admittitur uel probatur appꝛo, & appellatus petit, cꝙ appellator ueniat uel mittat ſufficienter ẽt quantum ad principale negotium, & tunc non ſufficit procurator tanꝙ ad impetrandum, uel app.,pſequendum ſolum, immo neceſſe eſt, cꝙ quo ad principale cẽt mittatur inſtructus, ut infra eo.c.cordi,lib.6.de hac materia uide cꝙ no.in Spec.de appel.§.qualiter,uer.ſunt quoque & aliæ cautelæ,uſque
5 ad finem. † Sed quid ſi eſt appellatum à diffinitiua? rñ.ubicunq; requiritur plenum mandatum,qñ ab interlocutoria, requiritur plenum,& totale,qñ a diffinitiua: ubi aũt non, tunc ſufficit ad impetran.& cõtradicen.hæc uera, ſaluo cꝙ in cauſis bñficialibus in quibus ſtandum eſt decretali.s.de ele.c.1.& c.cupientes, lib.6.
6 † Extra quæro, quid ſi conſtitui procuratorem ad ſiñam audiẽdam,nunquid appellare põt. dicit Archid. cꝙ non.2.q.6.non ſo-
7 lent.† Sed nunquid negotiorum geſtor poſſit appellare ſine mãdato? dic cꝙ ſic.ff.de neg.geſt.l.liberto. §.fi.dum tamen dominus ratum habeat infra tempus app.l.2.in princ. ff.de app.reci.& no. Archid.2.q.6.non ſolent. Pone, conſtitui procuratore ad litem conteſtandam, nunquid poterit appellare? reſpon. ſic per illam ſingularem legem.ff.de procur.l. qui procuratorem dat.

A D D I T I O.

a Vinc.God.Appellatus, Adde cꝙ appellans & appellatus, ſi acquieuerunt reſcripto in quo dantur maiores dilationes, non conuenientes ſtatutis, ſibi præiudicant.Goz.conſ.191.nume.14.

S V M M A R I V M.

A ſententia, & perſona eadem, ter appellare non licet, in princ.
1 *Sententia lata ſuper articulo iuris eſt interlocutoria.*
Sententia quod appellari de iure non poſſit, eſt interlocutoria.§.Item no.
2 *Appellatum tertio ſi ſit, & lata ſententia pro tertia appellatione, an tertia ſententia ualeat, an ſit ipſo iure nulla.*
3 *Appellationem indulgere tertiam princeps quando poſſit.*
Nullitatem intentaſſe uidetur, qui iniuſtam pronunciari ſententiam petiit, uel male iudicatum, & iudex ſuper ea pronunciare poſſit. §.dictum eſt.
Appellare tertio qui non poteſt, inhærere poteſt aduerſarii appellationi, ver. Item nota.
4 *Iterum dictio, quid hic ſignificet.*
Compromiſſum prorogare poſſit ne arbiter, qui habet ſemel & iterum prorogandi poteſtatem. § ſed nunquid.

C A P. LXV.

Sua nobis. Ab eadem ſententia & perſonali appellare non licet. Caſus.Inter duos tutores diuerſorum pupillorum quæſtio vertebatur, & ab his fuit appellatum; & euidenter iudicatum,demum fuit iterum appellatum,vel ſupplicatum,fuit obiectum, cꝙ non potuerit vlterius appellari,auditor datus per Papam interloquendo pronunciauit tertio appellari non potuiſſe de iure. Et ideo Papa mandat in negotio appellationis vlterius non procedi.iſte caſus ſumptus eſt ex regula generali. C. vt non liceat in vna, eademq; cauſa tertio prouoca. Scias aũt,cꝙ quælibet pars poteſt intetponere duas appellationes.
1 † No. cꝙ ſententia lata ſuper articulo iuris eſt interlocutoria. Itẽ no.ſententiam latam ſuper hac forma,appellari non poſſe de iure,eſſe interlocutoriam. & tamen dirimi totam cauſam appellationis, quod alibi nec notatum nec ſcriptum inueni, & facit ff. cꝙ met,cauſa, l.metum, §.& licet, in verbo, interlocutus,& tene-
2 menti.† Quæro,ſi eſt tertio appellatum,& lata ſententia[a] proter-
a tia appellatione, vtrũ tertia ſentẽtia valeat, an ſit ipſo iure nulla? & videtur quod ipſo iure ſit nulla,cum tertia appellatio non teneat,ergo non valet ſententia contra ſententiam. Sol.aut eſt exceptum,& probatum,de duabus ſententijs, & tunc ipſo iure nõ ualet,aut non eſt exceptum,vel eſt exceptum,& non probatum,
3 & tunc valet,caſus eſt hic,& non reperitur alibi.† No.quod princeps tertiam appellationem indulgere non poteſt per viam reſcripti, ſed bene poſſet per uiam priuilegij, ex certa ſcientia, & tunc forte literæ debent eſſe ſignatæ bulla priuilegij, niſi eſſet clauſula, Non obſtante: quia talia reſcripta præſumuntur elicita per importunitatem, & fraudem. tene menti. Dictum eſt in c.dilecto, vtrum iudex appellationis teneatur, vel poſſit iudicare de nullitate pronunciationis, tamen nullum eſt dubium, cꝙ poteſt pronunciare de nullitate appellationis, caſus eſt hic not. & ſic non pronunciat,benè & malè appellatum, ſed nulliter appellatum,certè cꝙ nulliter fit, malè fit, vnde teſtm nullum dr̃ iniuſtum,& ſimiliter ſentẽtia nulla dr̃ iniuſta, vt l.1. ff.de iniu.rup. teſta.vnde,qui dicit ſñiam iniuſtam, ẽt nullitatem intentare vr̃, ſed veritas non conſonat huic intentioni, & interpretationi ſm Oldr.Item no.diligenter,cꝙ qui non põt tertio appellare,põt inhærere appellationi aduerſarij,vt C.de app.l.ampliorem,in prin.
4 † Opponit,quod decretum dicit,cꝙ iterum appellari põt.Sol.dictio,iterum,exponit.i.bis,vt infinitas cuitet,vt ff.de leg.3.l.fideicommiſſa.§.ſi quis ita.Et per hoc dicebant, quod ſi eſt data potestas arbitro prorogandi compromiſſum ſemel & iterum, non intelligit in infinitum,ſed pro duab.vicib. Sed nunquid arbiter per hãc poteſtatem poteſt prorogare terminum donec vixerit, vel ad longum tempus? conſului cꝙ non,quia non videbatur de hoc cogitatum,facit ff.de damno infec.l.ſi finita.

A D D I T I O.

a Vin.God. Sententia. Adde cꝙ ſententia tertia quæ ſuper eadem re fertur, quãdo nulla reputetur.Ruin.conſ.114.nu.17.lib.5. & ibi nu.12. quando dicatur lata ſententia ab obſeruatione iudicii.

S V M M A R I V M.

Appellari non poteſt ad inferiorem a papa niſi gradatim, in prin. & ratio. nume.1.
1 *Appellare litigans quare non poteſt omiſſo medio.*
Iuriſdictionis gradum cuiq; lex canonica, ciuilisque conſeruat.§.nota quod.
Appellatio non gradatim interpoſita, ſi nihil ex aduerſo opponitur, valet, & exinde proceſſus, ex conſuetudine, non ſecus. ver. contra opponitur. cum §.ſeq.
2 *Conſuetudo, quod appelletur ab vno vicario ad alium vicarium eiuſdem epiſcopi, an ſit valida, & de vi conſuetudinis, & nu.3.*
Ratio non eſt de ſubſtantia conſuetudinis, vel legis, ver.nam ratio.
De ſimilibus ad ſimilia lex protenditur, ſi habet rationem, ibid.
3 *Officia repugnantia bene cadunt ſucceſſiue in eandem perſonã, ſed nõ ſimul.*
4 *Epiſcopus an dicatur immediatus ſuperior ſui vicarii.*
5 *Appellari a quibus, & ad quos oporteat.*
6 *Appellatio an teneat, ſi appellẽ diſiunctiuè, vt ad legatum, vel ad papã reſeruans in optionem eorum, coram quo malim proſequi appellationem.*
Appellans, nullo iudice expreſſo, intelligitur appellaſſe ad immediatum ſuperiorem, ver.adde, & nu.7.
Iudices ſunt iuſtitiæ debitores, eique comparantur, ver.ita cum.
7 *Appellans ſi dixerit, appello, & non dixerit ad quem, an teneat appellatio.*
Ordinarius delegando reſeruat ſibi ordinariam poteſtatem, ac maiorem delegata §.& conſidera.
Ad ordinarium ab eius vicario recurſus habetur per viam nullitatis, ac reſtitutionis, & cauſa emẽdandi interlocutoriam imperio contrario, & in contrariis vicariorum ſententiis, vt vtri malit adhæreat. §.epiſcopus.
8 *Iuriſdictio vicaria maior eſt, quam iuriſdictio delegata.*
Appellatio ſubdelegati a delegato a principe, uel ſenatu qualiter fiat, necnon delegati ad vniuerſitatem cauſarum, & vel unius cauſæ, ver. ſi autem.
9 *Dominus ſciens ſi non appellauerit, procurator autem appellauit, vel econtra, quid iuris.*
10 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis dicatur.*
Vniuerſale capitur tribus modis, ver.tribus.
11 *Appellari an poſſit ad delegatum medio prætermiſſo.*

C A P. LXVI.

Dilecti. Ad inferiorem a Papa nõ põt appellari, niſi gradatim.h.d.Caſus.quidam litigabant corã Archidiacono ſuo,a quo vnus omiſſo ẽpo appellauit ad Archiepm: fuit excipiendo propoſitum,cꝙ non tenebat appellatio, quia omiſſo medio,officialis Archiepi nihilominus procedebat in cã; Papa iubet totũ proceſſum eius caſſari. Sed quæ eſt rõ, quare nõ põt appellare omiſſo medio? rñ.qa ipſe habet immediatam iuriſdõnem,& nõ ſuperior.Item qa fieret iniuria inferiori,ſi cõtemneretur.Item quia nihil inordinatum placet iuri. No. cꝙ lex ciuilis & canonica gradum ſuæ iuriſdõnis vnicuique conſeruat. l.1.C. de offic.præf.vrb. quia non debet iuriſdõnum gradus perturbari: vnde maior non poteſt perturbare iuriſdõnem ſui inferioris, ſicut non vult ſuam iuriſdictionem turbari ſibi; vt not.Archidiaco.11.qõ.1.de perſona. Contra opponitur tribus modis.Sol. uc,cꝙ aut excipitur contra appellantem non gradatim, & reijcit appꝛo,aut non excipitur,& tenet proceſſus. imputet.n.ſibi,q nõ contradicit,qa litem conteſtando in cã appꝛonis vr̃ iuriſdõnem mediati ſuperioris prorogaſſe. Iſta rõ non eſt vera in clericis, q non pũt prorogare ſine conſenſu ſui proximi ſuperioris. Itẽ nõ eſt vera in laicis,quia omnis cã appꝛonis eſt mixti Imperij, & in ea non habet locum prorogatio. Item qa priuatorum conſenſus iuris ordinem mutare non põt. Item aut iſta exceptio oriꝯtur in cã appꝛonis tanquam emergens,& hoc falſum, quia primo,cꝙ veniat ad iudicem ad quem,appellatio non tenet. emer-

BIU Cujas

gens autem non põt oriri añ litem motam, quia præpoſterum eſſet añ iudiciũ naſci. aut dices, ꝙ iſta excep. dẽt pemptoria app. & tũc ſequeretur, ꝙ appło eſſet aliqua ipſo iure. ꝙ falſum eſt, qa ipſo iure eſt nulla, ſicut è contra, ſi appelletur ad iudicem incõpetentẽ rõne minoris iuriſdictionis, vt l. 1. §. 1. ff. de app. Et iõ gl. tranſit ad aliã ſol. uidelicet, ꝙ in cõtrarijs erat introductũ de cõſuetudine, q̃ põt dare iuriſdõnẽ funditus nõ habenti, & eodem mõ habenti iuriſdictionem mediatam, vel omnino ſeparatam põt dare iuriſdõnem immediatam, arg. ff. de teſt. l. 3. §. fi. & tunc ſtatim ſequitur, ꝙ ordine ſeruato appellat, quia ad immediatũ ſupiorem prouocatur. Ex his apparet, ꝙ conſuetudo iuriſdictio
2 nes ſubalternat, & de loco ad locũ prorogat. † Sed nunquid valet conſuetudo, & appellatur ab vno vicario ad alium vicarium eiuſdem ep̃i? & vr̃ ꝙ ſic, licet nõ ſit rationabilis. Nam ratio nõ eſt
a de ſubſtantia conſuetudinis[a] vel legis. l. nõ omnium, ff. de leg. & l. qđ nõ ratione, licet tũc non habeat virtutem attractiuam de ſimilib. ad ſimilia extendendo, quia ius nõ patitur. Prẽterea conſuetudo põt creare quandam iuriſdictionem anomalam, ſicut põt creare tutelã anomalã, vel ꝙ amita, vel matertera ſit tutrix nepotis, præterea ſtatutum, ꝙ de aſſeſſore appellat̃ ad poteſtatẽ, qui eum præfecit, valet. ff. quando appel. ſit. l. 1. ſolent. præterea quando appellatur ad parem per errorem, cognoſcit ſuperior. ff. de appel. l. 1. ergo non eſt appellatio nulla, ſed trãsfunditur. præterea eo ipſo, ꝙ conſuetudo ſic diſponit, fingitur una perſona loco duarum perſonarum ff. de adop. l. ſi conſul. ſed certè hæc officia eſſent repugnantia, & inuicem ſibi aduerſatiua, & ideo nõ
3 cadunt ſimul in eadem perſona, vt C. de app. l. cos. † Sed dices, verum eſt, ꝙ non cadunt ſimul, ſed ſucceſſiuè bene cadunt, vt ſi iudex primæ cauſæ factus ſit iudex appellationis, ff. de inoff. teſt. l. filius, §. 1. ff. de excep. rei iud. l. 1. §. 1. ſolonẽ habes ⁊. de conſuet. c. 2. li. 6. vbi talis conſuetudo reprobatur tanq̃ iuri, & æquitati ⁊ria, quia impediret iuriſdõnem ſuperioris. Non ob. l. j. §. ſolent. quia intelligẽdo præſes ibi non iudicat, nec ſedet pro tribunali, ſed ſolum in cauſa appellationis, hic eſſet vtrobique iudicans, cum teneret duas imagines, vt ita dixerim, quod eſt contra naturam. in ea autem debent naturalibus conuenire, aliàs haberetur contradictorię voluntatis. ff. de interr. act. l. confeſſionem.
4 † Quæro, nunquid ep̃s dicatur immediatus ſuperior ſui vicarij? rñ. quantum ad tribunal eſt vnum & idem, & ideo non põt appellari à vicario ep̃i ad ep̃m, quia aſcenſus debet eſſe in appellatione de tribunali, ad tribunal. Et ſi dicis, uicarius ſubalternatur
b ep̃o, [b] ꝛcedo, ut ff. de iud. l. iudiciũ ſoluit̃, ſed tribunal non ſubal-
5 ternat̃. † Mõ q̃ro a qb. & ad quos appellatur? ſol. aut loqueris in ordinarijs, & appellat̃ graduat̃r, vt hic, ſed ſi nõ appellat̃ graduat̃r, vt hic, ſed cumulatiuè, vt appło ab ep̃o ad archiep̃m, ad legatum,
6 ad Papã. † Itẽ qd ſi diſiunctiuè, vt appello ad legatũ, vel ad Papã reſeruans in optionẽ corũ, coram quo malim proſequi appellationem? Io. And. tenet appellationem tãquam incertam non valere, quia cum acquirat̃ iuriſdõ, incertum eſt, ar. optimum. ff. de ſtip. ſeruo. l. proinde, vt ipſe infra de offi. dele. c. ſi is cui, lib. 6. & hoc etiã no. in Spe. §. nunc tractemus, verſi. & ſeq. & pleniſſimè no. 2. q. 6. ſi quis, per Archi. ubi oĩno uide, & facit ff. de arbi. l. itẽ ſi vnus, §. ſi in duos. adde, dicit Archi. ꝙ ille, qui appellat nullo iudice expreſſo, intelligitur appellaſſe ad immediatum ſuperiorem. 2. q. 6. anteriorum, per Archid. conſidera, quia appellatio ad iudicẽ ĩ gñe, aſſimilatur appłoni alternatiuę, verbi gratia, appello ad A. vel B. ut ff. de condi. inde. l. cum his, §. qui hominem. & in alternatiua ꝓmiſſionis dicemur, ꝙ uterq; eſt in obligatione, unus aũt in electione, & ſolutione. ff. de verb. obliga. l. ſi duo rei, ita' dico in alternatiua app. quod uterq; eſt in appel. ſed vnus in electione, & ſic incertum reducitur ad certum ex neceſſitate electionis. Nec obſt. ff. de ſtipu. ſeruo. l. proinde, quia in alternatiua creditorum non cadit electio, & ideo ſtipulatio non poteſt certificari, ſecus in alternatiua debitorum, vt ꝓmittis mihi decem, tu Petre, aut tu Martine? quia eligere, à quo petam, poſſum. Ita cum appello alternatiuè, poſſum eligere, à quo eorum iuſtitiam mihi fieri petam, quia iudices ſunt debitores iuſtitiæ exhibendæ. & ad hoc optimè facit C. de conſtit. pec. auth. ſi qñ,
7 & ff. de lega. 3. l. ille aut ille. † Sed quid ſi dixerit appello, & non dixit ad quem? nam & hæc generalitas obſcuritatem parit, & tamen dicit glo. ordi. ꝙ tenet appellatio. C. de bo. auth. iudi. poſ. l. cum proponas. Sed gloſſ. loquitur de iure ciuili, vbi iudex, ad quem, eſt certus, quia non poteſt appellari niſi gradatim etiam ad Imperatorem. Ego dico ꝙ etiam de iure canonico valet, quia aut proſequitur gradatim, & non eſt dubium, aut coram Papa, & tunc Papa mittat ad immediatum iudicem: at ſi cognoſcat, nemini iniuriam facit, quia hoc eſt de plenitudine poteſtatis, ſed interdum appellatur à delegato, & tunc delegatus eſt ordinarius, & appellatur ad delegantem, quia delegans eſt ſuperior, & aſcendentem habet iuriſdictionem, delegatus eſt inferior, & deſcendentem hẽt iuriſdictionem. Et conſidera, ꝙ eſt ſuperior, i. habet maiorem iuriſdictionem, & non eandem cum delegato ſuo, quia iuriſdictio delegata diſtinguitur ab ordinaria per oppoſitũ diffinitionis eius, ſicut vſusfructus formalis & proprietas, & ordinarius delegando ſemper reſeruat ſibi ordinariam ptãtem, quæ eſt naturalis & inſeparabilis à territorio, & ideo ita inhæret delegãti, ꝙ non poteſt ab eo diuelli: ſed eſt & quædam iuriſdictio maior, & etiam eadem ut in vicario ep̃i, & epiſcopo. Epiſcopus. n. habet maiorem iuriſdictionem, dignitatis, ptãtis, & adminiſtrationis, item habet eandẽ iuriſdictionem, quia concurrit in ea cum ſuo vicario, & ꝓp hanc identitatem, gradualis appellatio non eſt de vicario ad epiſcopum, ſed bene eſſet recurſus per viam nullitatis. Item per viam reſtitutionis in integrum. Item in cã emendandi interlocutoriam contrario imperio. Itẽ ſi duo eſſent vicarij, & quilibet inſolidum, & ſimul ferunt con-
c trarias ſnĩas, ep̃s habet adhæſionem, cui vult adhærere. [c] ff. de
8 re iudica. l. duos iudices. † Ex his apparet, ꝙ Vicaria iuriſdictio maior eſt, quàm iuriſdictio delegata, & ꝙ iudex delegatus non præſidet eidem tribunali, vt ff. de iudi. l. 1. ſi autem appellatur à ſubdelegato delegati à principe, vel ſenatu, diſtingue, an fuerit ſubdelegatus in totum, an non, quod dic, ut ⁊. de off. deleg. c. ſup qõnum. ſed an in iſta materia delegatus ad vniuerſitatem cãrum diſcrepet à delegato ad unam cãm? & vr̃ ꝙ ſic, quia delegatus ad uniuerſitatem cãrum retinet ſibi iuriſdictionem, licet delegat unam cãm. Nam retinet eam in aliis, ſed certè ſpecies derogat generi, & iõ in ſpecie illa, ſi nihil reſeruat, nihil ſibi obtinet, dic ut ĩ l. i. ff. quis & à quo ap. & hic per Ber. † Quæro, qd
9 ſi dominus ſciens non appellauit, procurator autem appellauit, uel è contra? reſpon. apppellatio præualet, facit quod no. in l. 1.
10 C. quando prouo. non eſt neceſ. in quadam qõne ibi formata
d per glo. ſatis no. † Quæro, quis dr̃ delegatus [d] ad uniuerſitatem cauſarum? rñ. tribus modis dicitur uniuerſale. primo modo dr̃ ius uniuerſale, ut hæreditas, & ordinaria iuriſdictio, & territorium, & hoc modo delegatus ad uniuerſitatem cauſarum. Secũdo modo dicitur uł̃e, quod uniuerſas ꝑſonas cõplexiue includit, ut hoc nomen populus, & tunc licet iter populum, & aduerſarium eius delegetur aliqua cauſa, iſte eſt delegatus uniuerſitatis & populi, ſed non ad uniuerſitatem. Sed ſi eſſet delegatus inter omnes perſonas populi, iſta eſſet delegatio uniuerſalis. Tertio modo dicitur uniuerſale, quod de plurib. prædicatur diſcretiuè, & nõ collectiuè, ut ſi delegatur cauſa. uerbi gratia, pluribus hominibus demonſtratis delego cauſas iſtorũ, & iſte delegatus
11 nõ dr̃ ad uniuerſitatem, ut plenè dixi poſt Guil. C. de iud. l. a iudice, ubi uideas. † Quæro, nunquid ad legatum poſſit appellari medio prætermiſſo? rñ. ſic, ut c. 1. ⁊. de offi. deleg. ſic & no. Archi. 2. q. 6. ſi quis pulſatus, non tñ poſſet ex ui legationis de appellatione interpoſita ad Papam, uel ad ſedem Apoſtolicam cognoſcere, ſed requiretur mandatum hoc dictans, ut ⁊. eo. c. conſtitutus, & no. in d. c. ſi quis, per Archi.

ADDITIONES.

a Conſuetudinis. Vide tñ no. ẽt in l. 1 ff. de poſtul. & Bal. conſi. 445. 1. col. lib. 5.
b Vinc. God. Epiſcopo. Adde ꝙ epiſcopus cogi poteſt tenere, & conſtituere vicariam, Ruin. conſi. 148. nu. 4. lib. 4.
c Adhærere. Vide do. Mathef. not. ſuo 119.
d Vinc. God. Delegatus. Adde quis delegatus ſubdelegare poſſit, & quis non, Ruin. conſi. 138. num. 11. lib. 5.

SVMMARIVM.

Tutor qui eſſe deſiit, & inuitus conuenitur, appellare poteſt, in princ.
1 *Mater an poßit eſſe datiua tutrix.*
Tutore Attiliano quando opus eſt, ver. nam ad confirma.
2 *Mulier an non poſſit eſſe tutrix, etiam ſi maritus ei adminiſtrationem cõceſſit, & ut mulier poſſit eße tutrix, quæ requirantur.*
Mater quando deſinat eſſe tutrix, uer. ſecundo no.
3 *Mater an poßit tranſire ad ſecunda vota, vel petere aliũ tutorem dari, quia velit tranſire ad ſecunda vota.*
4 *Tutor petitus à matre an præferatur tutori legitimo, ſuppoſito quod petitus ſit idoneus.*
5 *Tutorẽ pater ſi dedit in codicillis impuberi, ſi mater eſt in medio, & vult eſſe tutrix, an iſte datus in minus ſolẽni volũtate, debeat confirmari, necne.*
6 *Mulier, quæ tranſiuit ad ſcda uota, an remaneãt reliquiæ aliquæ ſuæ tutelæ.*
7 *Auia an excludatur ſi mater tutrix tranſiuit ad ſecunda uota non petito tutore, item nec auia petiit, decedit impubes, & mater excluditur.*
8 *Mater an repellatur ab obliqua ſucceſſione.*
9 *Mater, quę non petiit tutorem ſi fiat monialis, an monaſterium ſuccedat.*
Ordo tertius Sancti Franciſci cenſetur eccleſiaſticus, uer. & item.
10 *Filius, quando eſt ſub tutela matris, eſt in eius poteſtate.*
11 *Iudex, licet nihil loquatur uerbo, ſi compellit de facto, poteſt appellari.*
12 *Iudex, qui non pronunciat expreßè procedendum in cauſa contra uim exceptionis, pronunciat tacitè.*
13 *Coniuncta perſona non cogetur defendere coniunctam, & poteſt ſe excuſare dicens, non habeo mandatum, vel mandatum meum non durat.*
14 *Matri, quę defendit ut tutrix, quid iuris, ſi obiicitur, quod non poteſt eſſe tutrix, quia minor.*
15 *Reliquiæ quæ dicantur.*
16 *Mater, quæ excuſatur propter minorem ætatem, dum eſſet minor, an propter hoc excuſetur poſt perfectam ætatem.*
17 *Mater an habeat annum ad petendum tutorem.*
18 *Annus, quem mater cum primum põt, debet petere, an erit utilis per totũ.*

Creditores

BIU Cujas

19 *Creditores si fecerunt citare pupillum & matrem, matre autem nō comparente fecernnt tutorem dari, postea superuenit mater, & susceptit tutelā, & vult defendere filium tanquam tutrix, an possit.*

20 *Mater si transiuit ad secundas nuptias, an de facto perdat tutelam. Facta quædam de facto nocent, & quandoq; prosunt. §. in contrarium.*

21 *Mater an puniatur in hoc, ꝙ perdat successionem, si filius moritur in ætate adulta.*

22 *Mater, quæ per ignorantiam peccauit, quia credebat ius suum durare post transitum ad secunda vota, an possit, si erat minor, petere restitutionem in integrum.*

23 *Tutor confirmatus an sit testamentarius, an datiuus, an mixtus. Confirmatum an denominetur a confirmato, an a confirmāte, ver. dicit Iac.*

24 *Tutor testamentarius si remouetur facto iudicis, succedit datiuus: si facto legis, succedit legitimus; si facto naturæ, succedit sequens legitimus.*

25 *Mater, & quilibet tutor si dicit, promitto pupillum defendere in persona, & rebus, & vtilia facere, & inutilia prætermittere, saluo quod semper vti valeam veritate, an verba ista sunt de substantia instrumenti tutelæ, & nu. 25. 26. & 28. Specialia verba sunt clariora, & non requirunt expositionem, ver. quia verba.*

26 *Verba ista, vtilia facere, & inutilia prætermittere, an significent confuse, debeatque dici omnia vtilia facere, & omnia inutilia prætermittere, & num. 28. Indefinita an æquipolleant vniuersali. §. porro, & nu. 27. & 28. §. ista.*

27 *Aduerbium, quandocunque, quando dicimus, quandocunque decesserit, distribuit pro omni tempore simplici.*

28 *Tutor, eo ipso, quod est tutor, obligatus est sine aliqua promissione ad omnia vtilia facienda. Mens non est alligata verbo, & est supra omnem dialecticam artē, & quā. do §. ista. ver. & acumina.*

29 *Mater Berta si habuit tres maritos, & ex tertio suscepit filium, cuius tutelam petiit, an possit esse tutrix. Renunciari suo iuri quis nunquam præsumitur, & renunciatio specialis nō requiritur, vbi pro eadem persona præcessit generalis, ver. pone ergo. Tutricē testamentariam pater videtur filio matrem relinquere, si relinquat eum in potestate matris. ver. vltimo.*

CAP. LXVII.

Ex parte M. Si is, qui desijt esse tutor, nomine pupilli conuenit inuitus poterit appellare. Et in prima parte appellantis querela. in secūda dat iudices, ibi, mandamus. Casus. Quædam mater conueniebat nomine filiorum, quorū fuerat tutrix, coram iudicib. delegatis. ipsa dicebat se non teneri respondere, quia desierat esse tutrix per trāsitū ad secunda vota. hoc nō obstāte iudices cōpellebant eam; appellauit: Papa considerans, quod appellatio est iniusta, mandat in irritū reuocari, quidqd post appellationem fuit attentatū, & ꝙ interuenientib. legitimis defensoribus pupilli, procedat per iudices in

1 causa principali. h. d. † No. ꝙ mater potest esse tutrix [a] filij pupilli,

a sed an possit esse datiua, vī ꝙ non, cum sit legitima, ergo non datiua, quia legitima anomala excludit datiuā simpliciter. Dic qđ immo pōt, si fortè detur in locū tutoris testamētarij recusati. ff. de testa. tut. l. si quis sub cōdōne. alias tutor testamentarius nondum erat ætatis legitimæ. ff. de excusat. tut. l. non solū. §. si libertus. vel si pī instituto pupillo, & extraneo, qui nondū hæreditatē adiuit, tutorem in testamento dedit. nam ad confirmationē tutelæ opus est Attiliano tutore, cuius auctoritate pupillus adeat hæreditatem, vt Instit. de Attil. tuto. nam mater poterit dari tutrix Attiliana, cuius auctoritate pupillus adeat hæreditatem paternam, qua adita finit sua tutela Attiliana, & incipit tutela testamētaria. Et no. ꝙ ideo pono de cohærede extraneo, qa si pupillus solus esset hæres institutus, non haberet locū tutor Attilianus, qa existentia sui hæredis confirmaret testm̄, vt Instit. de hær. ab inte. §. sui. licet glo. dicat, ꝙ sit necessarius tutor Attilianus, & vt oīs cessēt dubitatio, ꝙ idem, qui est testamentarius, sit datus Attilianus, qa aut erit tutor p existentiam sui hæredis, aut datiuus. † Sed immediatè opponit ꝙ mulier non possit esse tutrix, & si maritus ei administrationem concessit, vt ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. quamq̄, & ff. de sol. l. filiæ. sol. illud de iure veteri, sed de mero iure Codicis plura requrunt ad hoc, vt possit esse tutrix, vt C. qñ mul. tut. offi. fun. po. l. fi. sed de iure nouissimo solū tria requrunt, s. vt pupillus nō habeat testamētariū, & mater sit legitimæ ætatis; & facit duas renūciationes verbo tm̄, quia renūciet secūdis nuptijs, & beneficio Velleiani, vt in auth. hoc sacramētū. Secūdo no. ꝙ mater transiens ad secūda vota, pdit tutelā ipso iure, nec distinguit, vtrū esset testamentaria, vel anomala, vt hic, licet Io. dixerit testamētariam tutelam durare, vt C. ad Tertul. l. oēm. quæ opi. est falsa, nisi testator hoc mulieri concessisset expresse, ꝙ tutela soluta posset accedere ad scda vota; tex. est no. in Auth.

3 de nup. §. disponat. † Sed an mater possit trāsire ad secūda vota, vel ante petere aliū tutorem dari, qa velit transire ad secūda vota. rñdeo, casus est, ꝙ sic, in Auth. de nupt. §. si aūt tutelā. Sufficit enim ꝙ dicat se trāsiturā ad secunda vota, vt alius detur, vt sin-

4 gulariter no, Insti. de cur. §. interdum. † Sed nunqd petitus à matre, præfert tutori legitimo, supposito ꝙ petitus sit idoneus? quidam dixerūt, ꝙ non, qa legitimus præferrē datiuo. Alij dicunt ꝙ sic, quia subrogat loco matris, quæ excludit legitimū; hoc tenet Bar. nam mater ex necessitate officij sui, & ne perdat hrēditatē, si filius impubes morereī, pōt & debet hūc tutorem petere, & cū dari oportet. nec tex. dicti §. si aūt tutelam, distinguit, vtrū supersint legitimi, necne. ergo. nec nos distinguem⁹ fm Bar. Alij aūt, qui tenent contrarium, allegāt pro se, ꝙ ius matris est speciale in matre, & auia; & ideo talem prærogatiuā nullus alius habet, qa psonale est priuilegiū, arg. ff. de leg. 2. l. cum patronus. Non obst. §. si aūt tutelam, quia intelligit, qñ non extabat tutor legitimus, q habet excusare matrem non petentē tutorē, vt ff. ad Tert. l. 2. §. si mī, & ibi no. ad cōtex. tñ ista qō tractat in d. auth. matri, & auię, per Cy. & Iac. Butr. & per Bar. in d. l. si qs sub cōditione. Teneas, ꝙ petitus à matre anteferatur legitimis, si mater erat tutrix testamentaria, quia testator tacitè excluſit eos, arg. C. de ꝓc. l. marit⁹. Sed si non erat testamentaria, putarem legitimos anteferri, si essent idonei, qa mī, quæ obstabat legitimis, de medio est sublata, & sic legitimi non habent obicem, sed si legitimi nollent suscipere tutelam, tunc valeret datio eorū, q petiti sunt a matre, sed pone ꝙ mater petijt Titiū dari loco sui, iudex aūt ex suo capite dedit Seium. resp. non valet datio, vt C. si ꝯ ma. vo. tu. da. sit. l. 1. q̄

5 est ad hoc valde no. † Modo quæro, pater in codicillis dedit tutorem impuberi, iste deberet confirmari si mater non esset in medio, sed quid si mater est in medio, & vult esse tutrix, an iste dat⁹ in minus solēni volūtate debeat confirmari nec ne. dicūt quidā ꝙ excludit matrem, qa est quasi testamētarius tutor & de necessitate confirmandus. alij dicunt ꝯ, quia cū confirmatio det ipsi tutelæ essentiam, & confirmatio est datiua, ergo tutela est datiua, puto matrem præferendam, & idem in auia, per l. statim allegatam, secus in alijs legitimis, qa iste ꝯfirmatus habet mixtum esse ex duab. qualitatibus, scilicet ex testamento & decreto, & qa qualitas testamenti est dignior, ideo trahit ad se minus dignum, de hoc no. in l. 1. C. de test. tu. & in l. 2. de cōfir. tut. & hoc

6 tenuit Mar. Sill. in publica disputatio. † Modo quæro, vtrū mulieri, quæ transiuit ad secūda vota, remancāt reliquiæ aliquę suæ tutelæ? respon. sic, si petijt alium dari loco ipsius. Nam in istis reliquijs fundatur prærogatiua petiti a matre, sed si mater neminem petijt dari, nullæ remanent reliquiæ, quia quotiescunque ipso iure tutela finitur, nihil remanet. ff. de capit. dimin. l. tutelas. Sed quando per sententiam iudicis remanent reliquiæ, vt d. l. si quis sub conditione. nam factum iudicis non potest tollere testamentum, nisi ope excep. arg. de condi. indeb. l. Iulianus. & l. si non sortē. §. hæredi. & quod ibi no. eo. tit. Et potius ponit administrationem quam radicem tutelę, vt subtiliter no. ff. de auth. tut.

7 l. & si pluribus. † Ex his procedo ad aliam quæstionem mater tutrix transiuit ad secūda vota non petito tutore. Item nec auia petijt, decedit impubes, mater excluditur, quid de auia. dicit Bart. ꝙ idem, quia est negligens, nec tutelam suscipiendo, nec etiā tutorem petendo, quia dicunt, ꝙ ratione non petiti tutoris nunquam excluditur a successione, nisi ille cui incumbat onus petendi. Nam per exclusionem vnius non peruenitur ad exclusionem alterius, immo ad inclusionem, hoc no. C. qui da. tut. po. l. nepotibus. Item in auia non est tanta negligentia, quia nō

8 ita sperat successionem, sicut mater existens in medio. † Sed hic occurrit dubium, nunquid ista mater faciebat substitutio. obliquari. Nam ab obliqua successione mater non repellit, qa p eā succedit marito non filio. Sol. si erat tutrix testamentaria repelli tur a directa, & obliqua, vt l. sciant, C. de legi. hæred. Si autem nō erat testamentaria, non repellitur a fideicommisso mariti, vt l. credeñ. C. qui pe. tut. & ideo substitutio pupillaris obliquatur, C. de impuber. & alijs substit. l. precibus. sed in contrarium facit, quia est indigna hoc fauore. arg. ff. ad Sillan. l. propter venenum, §. neptis. & ff. de legatis 1. l. si seruus plurium. §. si quis autem.

9 † Sed quid si mater, quæ non petijt tutorem fiat monialis? videtur ꝙ omnis culpa purgetur, & sic monasterium succedat, vt in Auth. de mon. in prin. Nam tempus quo hæreditas defertur, videtur inspici, & eo tempore iuris non est sub lege ciuili. respō deo inhabilitas perdurat, vnde monasterium debet vti eisdem pœnis, quibus monialis tanquam vitiorum successor, & culpę. ff. de regu. iur. l. in his. §. non debet. & sic noxa caput sequitur, vt in cap. 1. sup. de obli. ad ratio. sed si ante lapsum anni quis datur matri ad peten. tutorem, vt Instit. ad Orfic. §. fin. vel ante notabilem moram infra annum mater intrasset monasterium, quia tunc erat integri status, succederet monasterium impuberi ex eius persona, qa monasterium non tenet petere tutorē, vt C. de epis. & cle. l. Deo nobis. vnde in monialib. non hēt locū pena iu. ciui. si nō erat ꝯcta ante monachatū. & idē dico si mī est de tertio ordine S. Francisci, qa dictus ordo censet ecclesiasticus. tene

10 mēti. † Item no. tertio, ꝙ filius, q̄diu est sub tutela matris, est in

eius

ADDITIO.

a Vin. God. Tutrix. Adde ꝙ mī transiens ad secunda vota desinit esse tutrix ipso iure. Rui. co. cii. 87. nu. 2. lib. 5. Et no. ꝙ mater tutrix a testatore dari non potest conferendo dationem post transitum ad secundas nuptias. ibid. nu. 3.

BIU Cujas

eius potestate; non intelligas patria: quia non posset habere tutorem, sed administratoriam & loquebatur ista nobilis mulier
a iuxta vulgare, immo iuxta Apostolum. [a] Deinde vides hic q̃ il-
11 le, qui desijt esse tutor nō cogitur litem prosequi. † Vlterius no. & semper allegatur, q̃ licet iudex nihil loquatur verbo, si compellit de facto, potest appeliari. & sic nō semper est expectan. verbum iudicis, quia nō minus est facere, quam dicere, vt ff. de leg.
12 de quibus. §. fin. † Item no. q̃ iudex qui non pronunciat expressè proceden. in causa contra vim exceptionis, pronunciat tacitè, & ad hoc semper allegatur. Et si hoc est verum, multæ glo. iuris ciuilis sunt falsæ, vt ff. qui satisf. cog. l. arbitro. C. de dila. l. a proce-
b dente. vel dic, q̃ illæ gl. sunt veræ, si sit petitum [b] pronunciari super exceptionibus, secus, si non est petitū, ut hic; & hoc teneas,
13 & est nota. dignum. † Vltimo no. q̃ coniuncta persona non cogitur defendere coniunctam; & potest se excusare dicens, non habeo mandatum, vel mandatum meum non durat. Sed pone,
14 † matri, quæ defendit vt tutrix, obijcitur, quod non potest esse tutrix, quia minor, C. de leg. tu. l. fi. ipsa replicat dicens, aut sum tutrix; & admittor ut tutrix; aut non sum tutrix; & admittor saltem ut mater, C. de procura. l. exigendi. Respon. mater, inquantum mater, non admittitur pro filio minore, vt no. ff. de procurator. l. fœminis, & quia debemus inspicere, quali ratione quis
15 compareat, vt eleganter no. ff. qui satisd. cogan. l. filius. † Quæro, quæ dicantur reliquiæ? respondeo, quando ex præcedenti materia remanet aliqua dispositio in subiacenti substantia, sicut quando ex ægritudine remanent reliquiæ ipsius morbi, vt quod dam impedimentum ad operandum naturaliter, vt ff. locati. l. maritus. & reliquiæ patris dicuntur filij, & reliquiæ Sanctorum dicuntur ossa, sicut reliquiæ tutelæ testamentariæ dicuntur quædam obstantia ad tutelam legitimam. simile est, si filius abstineat se ab hæreditate paterna, remanent reliquiæ sui patris, quæ ab ossibus suis non separantur: quia nomine rema-
16 net hæres, vt ff. de fideicommiss. lib. l. eum qui, §. fin. † Extra quæro, mater excusatur propter minorem ætatem, dum esset minor, vt C. si aduer. delictum. l. 2. sed nunquid propter hoc excusetur post perfectam ætatem? & uidetur q̃ sic: quia beneficium legis debet esse perpetuum, vt no. in l. 1. C. in qui. ca. in integrum restitutio non est necessaria. In contrarium videtur, quia illa regula non habet locum in beneficio ætatis, vt ff. de legat. 2. l. Titia. §. vsuras, quia ætas minor deficit, & maior, quæ est ei contraria, superuenit, ita, quòd cessat priuilegium, & superuenit ei[a] contrarium. Sol. si res non est integra, quia datus sit alius tutor, interim mater se excusat. sed si res est integra, quia pupillus non habet tutorem, mater tenetur petere, & incipit sibi annus petendi in primo momento maioris ætatis: quia lex dicit, q̃ debet petere, cum primum potest, sed tunc primum potest, vt ff. ad Tertul. l. 2. §. si mater. Item ætas non habet perpetuam excusationis causam; & ideo quod ad tempus indulgetur, post
17 tempus non indulgetur, argum. ff. de pact. l. epistola. §. fina. † Modo quæro, vtrū mater habeat annum ad petendum tutorem? videtur quod sic, vt C. de legi. hæred. l. sciant. dicit Bart. quod omnes alij legitimi successores habent annum præter matrem, & auiam, quæ debent petere infra annum, cum primum possunt, vt dicto §. si mater. annus enim est statutus, vt vltra non progrediatur, argum. sup. eod. cap. oblatæ. Sol. aut loqueris de iure veteri, & tenebat petere, cum primum poterat, & non dico solum petere, sed etiam deliberare de idoneo peten. quia in præcipiti festinatione nullum esset consilium, vnde tempus istud erat arbitrarium, cū non esset diffinitum alege. Aut loqueris de iure nouo, & lex figit pedem in anno, vt Instit. ad Orfi. §. fina. tamen iste annus, seu dilatio legalis posset per iudicem ex causa moderari ad petitionem creditorum, argumē. ff. de hæredi. instit. l. si
18 quis instituatur. † Sed nunquid iste annus erit vtilis per totum? & videtur quod sic, arg. ff. de calum. l. annis, sicut tempus petendæ bonorum possessionis, & sic tempus prosequendæ appellationis, vt no. Archid. 2. qō. 6. & tamen computantur dies feriati in honorem Dei, quia in tutelis non sunt feriæ, vt C. de fer. l. actus, & ff. de ferijs. l. 2. Præterea illa verba, cum primum potest, significant videlicet tempus vtile, vt ff. de verborum significat. l. nepos Proculo. ad hoc facit. C. qui pe. tu. l. cum matribus, & C. de app. l. præses. & sic non sufficit probare, quod mater non petijt intra annum continuum, vt priuetur successione, qa est an-
19 nus dierū vtiliū, & iste passus à nemine est animaduersus. † Vlterius quæritur, pone, creditores fecerunt citare pupillum, & matrem, matre non comparente, fecerunt tutorem dari, postea superuenit mater, & suscepit tutelam, & vult defendere filium tanquam tutrix, quæritur, an possit? respon. aut mater fuit monita, quod assumeret tutelam, vel tutorem peteret, & fuit negligens & tunc a iure tutelæ se fecit extraneam, arg. ff. de fideic. libe. l. si alieno. §. a duob. aut non fuit negligens, nec monita, & tunc ad eam pertinet tutela, quæ præcedit datiuū, qui videtur datus tacita veritate, & per errorē facti, ff. de tut. & cur. da. ab his, l. tutor si petitus. Nam bonus vir non dedisset, quia proprie propriū est iudicium nolle præiudicare tertiæ personæ ius habenti, & si vellent contrarium, non possunt illo non citato.
20 † Quæro, si mater transiuit ad secundas nuptias de facto, vtrum perdat tutelam? & videtur, q̃ non dicitur matrimonium, nisi teneat de iure, vt l. hæc conditio, in princ. In contrarium videtur, quia de facto pœna committitur, vt C. de adul. l. cū, qui duas, & quia luxuria non debet habere plus castitate, vt in Auth. de resti. & ea quæ par. §. fin. quod verū est, si interuenit carnalis copula, secus si non interuenit, vt quia maritus erat pupillus, vel ita senex, quod non poterat carnaliter commisceri. Et adde, quod quædam facta de facto nocent, & econtra, quandoq; quædam facta de facto prosunt, vt quando fiunt pro forma sine obseruantia
21 contractus, vt ff. de verb. oblig. l. quidam cū filiū. † Quæro filius moritur in ætate adulta; an mater puniat in hoc, quod perdat successionem? respondeo, non, vt C. ad Tertul. l. matres, pœnas autem, quas patit propter transitū ad secūda vota, non distincto in qua ætate decedat filius. no. C. de secundis nupt. l. fœminæ, §.
22 fin. † Quæro, an mater, quæ per ignorantiam peccauit, quia credebat ius suum durare post transitum ad secūda vota, possit, si erat minor, petere restitutionem in integrum? & videtur q̃ sic, vt ff. de minor. l. si ex causa, §. nunc videndum. dic contra, qa peccauit in iure quasi naturali, C. de in ius vocan. l. venia, & qa non potest in pristinū statum reuerti, arg. ff. de minor. l. si ex causa. §. Papinianus, sicut aduersus capitis diminutionem minimā non restituitur minor. verbi gratia, contra adoptionem, vel emancipationem, vel ingressum religionis. dicet aliquis, q̃ immo ipso iure minor seruatur illæsa, vt d. l. 2. C. si aduer. deli. sol. ibi cessatio, hic factum. simile ff. ad Silla. l. 1. §. impubes, & quod ibi per
23 Dyn. † Deinde, vt plenius intelligas de tutore confirmato, vtrū sit testamentarius, an datiuus, an mixtus. dicit Iacob. But. quod
c omne, q̃ confirmatur ex necessitate, denominatur [c] a confirmato, ff. de pact. l. legitima. ff. de verbor. significat. l. obuenire hæreditatem. aut non cōfirmatur de necessitate, & denominatur a confirmante, vt ff. ad Treb. l. si quis priore. ecce simile, si confirmatur postulatio, confirmatus non dicitur electus, sed creatus, qa postulato non acquiritur ius ex ipsa postulatione, nisi quoddā ius supplicandi, sed si electus confirmatur, non dicit electus tūc creari, quia ex electione erat quæsitum ius, ita quod cōfirmatio fiebat de necessitate. Præterea aut confirmans procedit inueniendo materiam, & forma denominatur ab ipso, aut formam non materiam, & denominatur a materia. Aut nec materiam, nec formam, sed quandam executionem, & tunc denominatur a confirmato. Ratio istorum verborum colligitur ex eo, quod subtiliter not. ff. de iustit. & iure. l. ius ciuile. Aut ergo confirmans dat esse, & præcedit esse, sed confirmans dat executionem esse, & denominatur a confirmato, aut præcedit esse in materia, sed non in forma, & tunc forma trahit ad potentiā materiæ, qa accedit eius quidditati, arg. ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. illud. & hæc collige extra glos. dictæ l. ius ciuile. Item est exemplū, quando Imperator per priuilegium concessit spurio, quod possit succedere patri, quæ concessio appellatur confirmatio status filiorum. Ista siquidem successio non dicitur naturalis, sed artificialis, siue ciuilis. sed si Imperator concederet hoc filio naturali, tūc ista successio diceretur naturalis, qa naturæ accedit gratia principis, & sic inspicimus naturam, arg. ff. de liber. & posthum. l. filio, quem pater, & sic fundamentum trahit ad se augmentum. Et reuertendo ad propositum de tutore confirmato, dico, quod aut confirmans inuenit confirmabile, quia confirmatus erat de iure naturali confirmabilis, vt datus in testamento non solenni, & tunc censetur testamentarius, quia de iure gen. testamentum erat aliquod, aut confirmatum non inuenit confirmabile, vt quia nulliter datus etiam iure gen. inspecto, verbi gratia, erat datus filio impuberi adoptato non iure. tamen princeps ex certa scientia confirmauit. tunc iste nunquā diceretur testamentarius, quia nullam quidditatem trahit a te-
24 stamento, vt C. de fideicommiss. l. eam, quam. † Deinde ad supplerionem eorum, quæ dixi de reliquijs, scias q̃ Ber. non curat reliquijs, quæ in solo nomine consistūt, non in effectu, sed dicit q̃ aut tutor testamentarius remouetur facto iudicis, & tūc succedit datiu[s], & non legitimus, qa idcirco iudex remouit, vt aliū daret: aut facto legis, vt qa mater, q̃ erat tutrix testamētaria transiuit ad secūda vota, & tunc succedit legitimus, quia sicut per legem tutela cassatur, ita per legem subrogatur. aut facto naturæ,

ADDITIONES.

a Vinc. God. Apostolum. Ad Timot. 2. c. 1. ibi, quæ & habitauit primū in auia tua Loide, & matre tua Eunica.

b Petitum. Confirmo hoc ex regula, quam ponit Pau. de Cast. in l. vniuersa, per illum tex. coniuncta gl. ibi, in verbo, si petatur, C. de preci. Imper. offer. & ibi excellens d. Ias. multa notabilia in simili allegat ad hoc.

c Denominatur. Vide allegata plenè per Doct. Mod. in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. & per Pau. de Cast. consi. 159. d. Alex. consi. 122. vol. 4. Vinc. God. Vide multa quæ posui ad consil. ipsum Alexan. post nu. 4. nempe Rui. consi. 41. nu. 35. lib. 2. & consi. 12. nu. 16. lib. 3. Et insuper cum confirmatur de nouo actus, qui non poterat subsistere, tunc dicitur de nouo dare. Rui. consi. 175. nu. 11. lib. 1.

BIU Cujas

turæ,ut ꝙ mortẽ, & ſuccedit ſequẽs legitimus iure quodã deſcẽ dẽtis naturę,quẽadmodum & hæreditas vadit,vt ff.de leg.tut.l. legitimos. Sed interdum deficit teſtamentaria tutela per priuationẽ ante nuptias,puta mater uolens tranſire ad ſecunda uota, anteq̃ tranſeat,petit tutorem loco ſui ſubſtitui. Nam cum idcirco diſcedat a tutela, vt alius detur, & hoc fiat facto iudicis,'permittente lege & cooperante,præfertur iſte ſuffectus matri legitimo tutori, tranſeunte eadem qualitate tutelæ maternæ in ipſum,ſecũdum Bart.Et hæc ſunt ſubtilia & notatu digna.Adhuc reſtat in intellectu meo quędam quæſtio utilis & neceſſaria. ecce mater,& quilibet tutor tenetur promittere,defenſionem pupilli ſuſcipere ſine vlla concertatione,ut C.de admi.tu.l.fi.§.defenſionem. Et tñ iſta verba formalia communiter nõ inueniũ-
25 tur in inſtrumentis tutelæ, ergo iſta inſtrã carent uiribus.† Bar. dicebat,ꝙ iſta uerba ſunt de ſubſtantia,qa verba ſpecialia clariora ſunt ſimplicibus & ignaris hominibus, quam gñalia,ut in 10. colla.de no.for.fidel.c.1. & melius aduertitur quicquid diſtrictiuè & ſpecialiter dicitur, ut ff.de iniur. l.item apud Labeonem, §. hoc dictum. verba. n. ſpecialia non requirunt interpretationem,ſeu expoſitionem, ſed verba generalia ſic. ff. de pact. l. emptor, §. Lucius, ff. de tranſa. l. cum Aquilia. Sed contra iſtam ſuam opi.facit ꝙ formulæ uerborum ſunt ſublatæ, dummodo retineamus effectũ,ut C.de teſta.l.quoniam indignum.& C.de formu.l.1. & Inſti.de leg.in prin. ergo ſufficit dicere, ꝙ tantundem importat. uerbi gratia, dicit tutor, promitto pupillum defendere bona fide in perſona, & rebus, & vtilia facerẽ,& inutilia prętermittere, ſaluo quod ſemper uti ualeam ueritate, ꝙ ſignificat,& ſalua conſcientia,& conſuetudo, quę eſt optima le-
26 gum interpres,etiam hoc ſeruat.† Sed dialecticus diceret ꝙ iſta verba,utilia facere,& inutilia prætermittere, ſignificant confuſè.ſed debet dicere oĩa utilia facere, & oĩa inutilia ꝓtermittere. nã ubi non apponitur ſignum vniuerſale,illa indefinita,utilia facere,uerificaretur in duobus vtilibus, & hæc promiſſio duo vtilia facere,non eſſet ſufficiens:ſed ſignum vniuerſale,omnia,durare uidetur,ac ſi diſtributiuè & nominatim de omnibus loqueretur,ut C.de præſcri.trig.ann. l. omnes. Porro indefinita æquipollet vniuerſali non ex neceſſaria ſignificatione, ſed magis ex interpretatione prudentum etiam ſi profertur à lege, quia lex fundatur in ratione vti, & æquipollet vniuerſali.l.1. ff. de regu. iur.Si autem profertur ab homine,aut profertur diſpoſitiuè,& idem,de uerb.obl.l.quicquid aſtringẽdæ,C.quę res pig.ob.poſſ. l.fi.Si aũt profertur enunciatiuè, tunc in emergenti mã ꝓtingẽter ponitur,ut cum dico,hõ currit,ſiue oĩs hõ currit, ſiue unus homo tantum. Sed in materia naturali & neceſſaria indefinita æquipollet uniuerſali, vt cum dico, homo eſt animal, id eſt omnis homo eſt animal, quia diffinitio à nullo diffinito ſeparari poteſt. indefinita tenet medium inter ſingularem, & uniuerſalem, nunc adaptatur uniuerſali, nunc ſingulari, ſeu particulari, prout melius & rationabilius de iure & de facto adaptari poteſt, ut patet in illa indefinita, ſi deceſſerit ſine liberis, non dicit in qua ætate: nam confuſa & non diſtributiua, eſt locutio,& omni tempore uniformis cenſetur,ut no. C. de impu.
27 & alijs ſubſt.l.precibus.† Sed ſi diceret, Quandocunque deceſſerit, iſtud aduerbium vniuerſale, Quandocunq;, diſtribueret pro omni ſubſtitutione ſecundum Iacob. de Are. qui eſt hic dialecticus; ſed communiter dicimus, ꝙ diſtribuit pro omni tempore ſimplici,non pro omni qualitate temporũ, nec pro ſpeciebus ſubſtitutionum, quia tunc deberet dicere, Qualitercunque deceſſerit, non quandocunq;, ut plenè not. diximus
28 in l.precibus, in lectura.† Reuertendo ad propoſitum dico, ꝙ eſt ſtandum practicæ, & conſuetudini, præſertim in hac materia. Nam tutor eſt obligatus eo ipſo, quod eſt tutor ſine aliqua promiſſione ad omnia utilia facienda. C.de admi.tut.l. pro officio. unde ſi non exprimit in promittendo uerbum, omnia; tñ hoc intelr ex neceſitate ipſius officij. Iſta igitur indefinita hic profertur in materia neceſſaria,& ſic æquipollet uniuerſali, & ſufficit,quod æqpollenter fit, ut ff.ad Treb.l.mulier,in princ. ff.de uerborum obligatio.l.cum ſeruus, & acumina uerborum pertinacibus relinquuntur,ſpiritus autem ſapientibus, ut nota. in l.1.C.de conſtitu.pecu.l.certum, ff.ſi certum peta.in uerſicu. tantundem præſtẽt. & C.de lib.pret.l.3.non enim eſt mens alligata uerbo, ſed uerba menti, ſi tamen conſtat de mente, ut ff. de ſupel.lega.l.Labeo,§.neq; mirum, ff.de uſufru.leg.l. ſi alij, ff. ad Trebel. l.hæredes mei, §. cum ita. Nam interpretatio indefinitæ ſubtrahitur ex mente loquentis, & uarietate. Nam ſupra omnem dialecticam artem eſt mens contrahentis, uel teſtatoris. Debet etiam tutrix expreſsè renunciare ſecundis nuptiis, & tamen tacitè hoc intelligitur. Item expreſsè obligare omnia bona ſua, & tamen tacitè intelligitur: quare ergo requiritur expreſſio? rñdeo,quia quando lex ſupplet, iſtud fit officio legis, non ſolicitudine & officio tutoris,& ideo quia tutor nõ ſeruat id, quod ſtatutum eſt ſibi pro forma in ingreſſu officij, nõdum adminiſtrare poteſt: unde non eſt dubitandum, quod illa clauſula. Quod renunciet ſecundis nuptiis ſit de forma, & quod aliàs non poſſet decerni adminiſtratio matri, quia ſic ſe habet ſtatutum legis, quod renunciare aggrauat culpam ſecundo nubentis quaſi quædam comminatio, & auiſatio futuræ pœnæ.
29 † Sed pone, Berta habuit tres maritos, & ex tertio ſuſcepit filium,cuius tutelam petiit,oppo.quod nõ poteſt eſſe tutrix,quia nedum tranſiuit ad ſecunda vota,ſed ad tertia.rñ.iſta tertia uota prima vota ſunt quo ad pupillũ, & ideo põt eſſe tutrix,& idem in auia. requiritur etiam, quod mulier renunciet Velleiano ſenatuſconſulto,& quòd ſit certiorata de beneficio,aliàs non ualeret renunciatio,nec preſumitur certiorata,niſi apparet per inſtrumentum,vt not.ff.de verbo.oblig.l.ſcieñ.Et generale eſt, qđ nunquam quis preſumitur iuri ſuo renunciare,ut ſ.de renũ. c. ſuper hoc. Pone ergo, quod mater poſt iſtam renunciationem interceſſit pro filio apud creditores filij, vel emit filio caſtrum, & fidem ſuam aſtrinxit ad pretium,& in illo contractu non renunciauit Velleiano? reſpondeo, non eſt neceſſaria alia renunciatio ſpecialis,quia ſufficit renunciatio,quam prius fecit apud acta,vt not.gl.in dicta authent.matri,& auiæ. & hoc forte nunquam audiuiſti, & ideo adhuc cogita. Vltimo collige ex noſtro c.quod ſi pater dicit,relinquo filium meum in poteſtate matris
a ſuæ, ꝙ per hoc eam relinquit tutricem teſtamentariam, [a] licet de iure Digeſtorum eſſet ſecus,vt in d.§.quamquam.

ADDITIO.

a Vinc.God.Teſtamentariam.Adde ꝙ tutor à creditore pupilli interpellatus, qualiter ei ſatisfacere debeat. Rui.conſi.119.nu.19. lib.5. & ibi ꝙ tenetur ad intereſſe pupillo,ſi neglexerit repetitionem petere.

SVMMARIVM.

Relatio non valet,cuius exemplum non fuit litigatoribus editum,in prin.

1 *Articulus,ſuper quo debet fundari conſilium,ſi eſt editus & pars non contradicit, videtur confiteri, quod articulus ſit verus & bene formatus.*

Relationes an poſſint, vel debeant de iure fieri, ver. vtrum.

2 *Iudex ſi non expectato conſilio,ſeu relatione conſilii tulit ſententiam,an valeat ſententia.*

3 *In conſulendo qualis eſſe debeat Iuriſconſultus.*

4 *Relationi an credatur.*

Relatio quomodo et quando facienda, & habet vim concluſionis in cauſa, ver.& iſta.

Conſilium non valet conſultoris, niſi ſeruet formam commiſſionis, ver.idem dico.

Mandatum debet omnis ſequi,qui ab alio habet auctoritatem,et non à ſeipſo, uer.omnis enim.

5 *Iudices ſi habeant in mandatis, quod diffiniant cauſam intra annum, alioquin remittant, an poſſint intra annum remittere.*

CAP. LXVIII.

Intimaſti. Non valet relatio, cuius exemplum non fuit litigatorib. editum. ſecunda pars ibi,cum iuſta.Caſus.Hoſpitalarij habebant cauſam cum quibuſdam,iudices quoſdam retulerunt articulos dño Papæ, & non fecerunt copiam Hoſpitalarijs, vnde Hoſpitalarij appellauerunt, Papa dicit, ꝙ relatio non tenuit. Et idem dicas, quando cauſa committitur conſilio ſapientis:nam articulus,ſuper quo debet fundari conſilium, debet edi partibus, aliàs non tenet conſultatio.
1 † No. tñ ꝙ ſi eſt editus, & pars non contradicit, videtur confiteri, ꝙ articulus ſit verus, & bene formatus, vt C. de rela. l.j. Et ideo non poſſet appellare à formatione puncti,quia videt confeſſus, prout in articulo continetur, iſte eſt tex.ſingul. in l. fi. ff. quando ap.ſit. Vtrum autem relationes poſſint,vel debeant de iure fieri.dic,ꝙ non ad exonerationem. Sed ſi requirant principis conſultationem,vel interpretationem, bene põt fieri, vt C. de le.l.fi.ff.de re iu. l.Neratius,ff.de iu. l.cum quem temerè. §.1.
2 & dic ut ibi no.& per Bar.& per Cy.in d.l.1. C. de rela. † Et no. ꝙ ſi commiſſo conſilio iudex non expectato conſilio, ſeu relatione conſilij tulit ſententiam,an valet ſententia? rñdeo,ſi de voluntate partium fuit aſſignatus terminus conſultori, ſi quidem & conſultor non reddidit conſilium, valet ſnĩa. Si expectauit, & conſultor non reddidit conſilium,valet ſnĩa,etiam ſi conſultor ſciuiſſet. nam dilatio non pendet, licet noua eſſet danda.nihil.n.poteſt innouari pendente dilatione data,ſecus ſi non eſſet data,ſed danda, ĩ.eo.c.interpoſita.Si aũt iudex non per interpoſitam ſibi neceſſitatem à ſtatuto municipali, vel litigatore, ſed ex proprio motu cõmitteret cauſam conſultandam, tunc non tenetur expectare rñſum conſultoris.ff.de appel. l.ad Imperatorem,per Bar. † Et no.ꝙ Iuriſconſultus debet eſſe cautus, fidelis,
3 & iuſtus, vt not arg.10.q.3.non licet,& ex malo cõſilio obligatur,Archi.† Quærit Inno.vtrum credatur relationi? dic,ꝙ ſic,ſi
4 partes conſenſerunt tacitè, vel expreſsè. aliàs non creditur ſoli referendario,ſed actis cauſę,vt C.de app.l.iudicibus, etiã ſi ſunt plures iudices delegati,nõ creditur relationi eorum,niſi coram ipſo ſuperiore ſolenniter teſtificentur. nam coram ſemetipſis teſtificari non poſſunt,vt not. Arch.2.q.7.c.ſtatuendũ.& iſta relatio debet fieri poſt omnẽ diſcuſſionẽ cauſæ, quia habet vim concluſionis in cauſa,vt C.de dila.l.cum à nobis,niſi referentes aliud habeant in forma mãdati, puta ꝙ remittant intra certum tps cauſam inſtructã,vel non inſtructã,ſm Inn.qui dicit,ꝙ non

BIU Cujas

valet relatio, nisi fiat ꝑm formam commissionis. idem dico in consilio consultoris, quia nō valet nisi seruet formam commissionis. ff.de acq.hær.l.eum qui de duobus. §.filius. omnis enim, qui ab alio habet authoritatē,& non à seipso, debet sequi mandatum.ff.de acq. hær.l.si quis mihi bona.§.coram. ff.de exerci.l. 1.§.si plures.de verb.obl.l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de admi. tut.l.Titium & Mæuium.in prin. Quid ergo, si iudices habeant in mandatis,ꝙ diffiniāt causam intra annū,alioquin remittant, nunquid possunt infra annum remittere? respond.non,argu.de vsur.l.in fideicommissi.§.cum Pollidius.

SVMMARIVM.

Ab innouatis à iudice in negocio principali ante litis contestationem diem quem assignatum præueniendo,appellatur licite, in prin.

1 *Carnes debent vendi in locis determinatis a consuetudine, & non alibi.*
Ius negatiuum,quod non possit quid aliquo in loco fieri,prescribi pōt,versi. Item quod hoc.
Stationes vendendi interest habere ibid.
2 *Lite non contest.officium iudicis delegati locum habet.*
Litis contestatio quando requiratur in officio iudicis.§ contra.
3 *Pendente dilatione data de consensu partium, iudicis officium conquiescit, vt nihil interim facere possit sine consensu partium,& nu.4.*
4 *Reum crimen confitentem,& renunciantē dilationi ad se defendendum datæ,qui tamen se non potest defendere,an pendente dilatione iudex condēnare possit,& ad furcas mittere.*
Innocentiæ vitæ renunciari non potest,cum sit iuris naturalis.eod.§.
Exceptioni dilatoriæ,non peremptoriæ,potest in criminali renunciari. §.nec obstat,ver.item aliud.
5 *Renunciari an possit statuto dandi dilationem.*
Verbis statutorum,& edicti debemus inhærere,ver.& hæc pars. & § oīs.
Iudex & assessor edicti,statutorumque verbis seruire debent in dubio,ibid.
6 *Pendente dilatione si interim aliquid fit,appellare oportet,quasi nō sit nullum ipso iure.*
7 *Procurator,qui excedit fines mandati,non præiudicat domino.*
8 *Episcopus an possit facere,quod carnifices vendant carnes in stallis episcopi,contradicentibus decano, & capitulo.*
Innouare non dicitur,qui vtitur possessione sua,ver. solutio. & nu.11.
9 *Negatoria,quis,an officio iudicis fundetur in iuribus vindicantibus.*
10 *Possessio quasi negatiua qualiter acquiratur.*
11 *Lite pendente an uerum sit,quod nemini debet interdici possessio.*
12 *Iudicis officium an ualeat implorari etiam ante litem contest.*
13 *Procurator an & quando non possit excedere fines mandati.§.fi.l.1.ff.quā do appel.sit,intellectus.*
14 *Plura quando proponuntur coniunctim, super quolibet recipiuntur probationes,tamen si alterum per se sufficit,satis est illud probari.*
Coniunctim proposita quando sufficiat probare diuisim,ver.dic ergo.
Accidentia sine suo subiecto probari nequeunt,secus cōtra,& quid prosit, ver.verbi gratia,& §.alii.
Fama,est accidens & concomitantia,eaque sola probata, nisi probetur factum,non sufficit.§.alii.ver.hinc colli.
15 *Dilatio alia quando expectatur post dilationem,non intelligitur deserta appellatio ex cursu primæ dilationis.*
Tempus appellandi prorogari non potest,sed prosequendi,ver.loquitur.

C A P. LXIX.

Significante. Vbi ante litē contest. circa id quod principaliter agitur, delegatus aliquid innouat,vel diem præuenit assignatum,licitè appellatur.h.d.Diuiditur in duas partes.In prima thema. in secunda prouisio. secunda ibi,ideoque.Casus.Inter episcopum Aurelianū,& decanum & capitulū Magūtinum erat quæstio, quia decanus dicebat carnifices carnes vendere non posse, seu non debere nisi in stallis suis.Episcopus contradicebat dicendo, ꝙ immo poterant vendere in stallis episcopi.super hac causa dati sunt iudices, coram quibus de consensu partium erat assignata certa dies ad litigandum super dicto negotio.Eps iam citatus faciebat vendi carnes in stallis suis,decanus & capitulum implorabant officium iudicis petendo reuocari,quod eps fecerat.Episcopus dicebat, quod non erat lis contestata adhuc,& ideo non procedebat petitio super reuocatione attentatorum. Item dicebat, ꝙ pendebat dilatio data de partium consensu, has exceptiones iudices delegati non admittebant,fuit appellatum, Papa dicit, ꝙ si de prædictis exceptionibus,vel altera earum constat,reuocatur in irritū, ꝙquid post dictam appellationem constiterit attentatum, nō obstante quod a rescripto, quod procurator episcopi impetrauerat,circumuentus fuerit. †No. ꝙ carnes[a] debent vendi in locis determinatis a consuetudine,& non alibi. Item ꝙ hoc ius negatiuum,ꝙ non possit alibi vendi, pōt præscribi. & interest valde talia loca habere,quia tales stationes,siue stalli sunt insignis valoris.eodē modo pōt præscribi ius negatiuum,ꝙ ciues non pñt ire ad molendinum,nisi in molendino meo,vel ꝙ solus ego habeā molendinum, & non possit aliud construi in meum præiudicium,cum alias bene possit quilibet in suo molendinū cōstruere,saluo iure publico,& saluo nauigio, vt no. ff.de flu.l.quominus. †Secundo no. ꝙ lite non contesta. officium iudicis delegati locum habet.Cōtra hoc opponit, nam pro talibus cōpetit officiū iudicis,vt hic est text.no.& fortè melior, qui reperiatur in iure. Sed in officio iudicis non requiritur litis contestatio. hanc enim doctrinam tradit illa glo.not.sed vulgaris,ff.de interroga. in rub.Solu.illa glo.intelligitur,qñ imploratur officiū iudicis circa ordinationem iudicij,sic qñ circa decisionem litis. †Vlterius no.quod pendente dilatione data de consensu partium, iudicis officium conquiescit,vt nihil interim facere possit sine consensu partium.ergo a contrario sensu partium potest interim iudicis officium excitari ad actum suum. Et per hoc glossatur illa l. C.dila.l.siue pars. †Et per hoc determinatur quæstio.pone,latro, qui nullam potest habere defensionem, vel adulter,vel homicida,qui non potest se defendere,nisi fecerit causa se defendendi, si confiteatur maleficium, & iudex volens seruare ordinem iuris,dat ei dilationem ad omnem suam defensionem faciendā, puto octo dierum,vt ff.de re mili.l.3.§.si ad diem, statim die sequenti facit eum renunciare dilationi, & eum condēnat & mittit ad furcas.Quæritur,vtrum licite possit? & videtur quod non, quia dilatio octo dierum non est finita. In contrarium videtur,quia de consensu eius,cui est data dilatio, potest procedi ea pendente. Casus est hic.Solu.dicas, quòd de iure naturali nulla dilatio datur delinquenti, vt ff.de adult.l.in crimine,quia, vt dicit decretum,cito turpem sequitur lepra mercedem. Cum igitur ista dilatio sit de iure positiuo, potest ei renunciari, vt hic. Nec ob.quod no.ff.de pact.l.pactum inter hæredem,quia illa gl. loquitur de innocente, non de eo, quem constat esse culpabilem.sola enim innocentia est vita de iure naturali, cui non potest renunciari. Cæteræ autem exceptiones legibus vel moribus sunt.& ideo potest eis renunciari, præsertim quia ille, qui confitetur maleficium,videtur cōfiteri cum effectu. Item aliud est renūciare exceptioni dilatoriæ,puta octo dierum,[b] aliud peremptoriæ exceptioni,cui forte in criminali non potest renūciari,& ita videmus seruari de consuetudine.Porro,qui ante diem certum soluit,nihil indebitè soluere videtur,cum certus sit,an & quando,vt no.ff.de condi.indeb.l.nam & si cū moriar. † Sed quid si statutū daret istā dilationem,nunquid possit ei renunciari? potest allegari pro & contra.l.vlt.§.fin. C. de tempo.appellat. vbi videtur dicere tex. quod de rigore iuris non tenet renunciatio, sed de æquitate sic. Porro in statutis debemus inhærere verbis statutorum municipalium,nec aliter interpretari,quam statuta loquantur,vt ff.qui & a quib.l.prospexit, & hæc pars est tutior, quia lex municipalis assignat dilationem per seipsam, & non per iudicis ministerium, vnde iudex est taxatus in officio suo,vt no.Dyn. in c.indultum, de reg.iur.lib.6. ad hoc facit qđ no.supra eod.intimasti. †Omnis assessor debet habere præ oculis illam l.quæ dicit, in dubio melius est verbis edicti seruire. ff. de exerci.l.1.§.si is qui nauem, & semper allegatur. & aduerte, quia hic videtur velle, quod si aliquid interim fit pendente dilatione,ꝙ oportet appellare,quasi non sit nullum ipso iure. Sed Dyn.dicit,quod ipso iure non tenet, quia lex imponit iudici silentium. †Vlterius no.ꝙ procurator, qui excedit fines mandati,non præiudicat domino & factum per procuratorem contra inhibitionem domini tacitam, vel expressam, non valet. Item procurator iste præsumitur circumuentus errore, non malitia, quia erat honesta persona. Or modo opponitur, episcopus iste lite pendente nil debuit innouare. Sol. ista non erat innouatio, sed solita inquietatio, & quia episcopus erat in possessione vendendi carnes in stallis suis, lite pendente potuit ipsa possessione vti, non solum, quia erat in possessione proprij stalli,sed quia etiam erat in possessione libertatis possendi facere vendere carnes, vbi vellet. Item hæc est quædam libertas,pro qua prę sumitur, nisi contrarium probetur, quia seruitutes non præsumuntur, sed omnes res, rationes & facultates præsumuntur liberæ, vt ff.de noui operis nunciat.l. si prius. Præterea illa l. ꝙ nihil debet innouari,facit pro episcopo, quia nihil debet innouari, scilicet putatiuè, sed continuatiuè potest innouare, quia propriè non est innouare. Ego non curo vtrum episcopus esset in possessione stallorum, vel non, quia fortè conduxerat ea.sufficit enim, quòd esset in quasi possessione facultatis, sed quia per partem aduersam hoc non negabatur, quia decanus, & capitulum dicebant ita se esse in quasi possessione, quod ali' non habeat facultatem turbandi possessionem eorum,vnde vtriusque partis petitio veniebat dirimenda in principali negotio, non incidenter ante litem contestat. quia eadem sententia deberet terminari. †Sed oppo.vtrum istæ petitiones fundentur in officio iudicis,an in negatoria,qa vtraq; prætēdit libertatem. Quidam dicunt, ꝙ hic habet locum utilis negatoria, sed certè

ADDITIONES.

a Vinc.God. Carnes. Adde ꝙ carnes licet comedere in festo Natalis Domini, etiam in sexta feria,c.1.de obser.ieiu.& appellatione carnis non venit lardū, glo.no.33.q.2.admonere. & 82.dist.c.presbyter.vbi glo.

b Dierum.Vide copiosè per Feli.in c.cum dilecta,in 8.charta,de reseri. Iaſ.in l. non solum.in pen.col.ff.sol.mat.Barb.consi.44.col.3.vol.1.& limita etiam tu hic,ut per Bal.consi.351.pen.col.lib.5.

BIU Cujas

te negatoria habet locum, quando agitur de iure residentiæ in aliquo corpore, puta in fundo, sed quando agitur de iure publico, siue de mera facultate, vt eundi per uiam publicam, non habet locum confessoria, sed officium iudicis, vt not. ff. de cōd. & demon. l. quibus diebus, in prin. & ideo si inter duos barones est
a quæstio de pedagio, non competeret confessoria [a] vel negatoria, sed iudicis officium. In quæstione passagij duo sunt extrema, s. soluens, & hoc respectu videtur quædam seruitus, & recipiēs, & hoc respectu videtur quædam libertas, & locus circumscribens hos actus, puta pons, vbi soluitur pedagium, sed melius est dicere, vt dixi, quod nullo modo sit seruitus, nec libertas, sed quædam iurisdictio, & potestas, de hoc tamen vide quod not.
10 in Spe. de resti. spo. † Quæro, qualiter negatiua quasi possessio acquiratur? respondeo, per prohibitionem, & obedientiā, verbi gratia, hic prohibitorius actus est prohibitio fidei episcopi, ne impedias me solum, & insolidum ad vendendum carnes in stallis meis. obedientia autem est idem quod acquiescere nisi præcedat prohibitio, quasi possessio negatiua nunquam acquiritur, tex. est not. in l. 2. C. de serui. & aqua, & ita dicebat Bar. & facit
11 ff. de vsuc. l. sequitur, §. si viam. † Secunda gl. huius c. dicit, ꝙ lite pendente nemini debet interdici possessio, de hoc infra de app. lib. 6. c. non solum, in nouella. quod est verum, siue possessio sit certa, siue dubia, quia dubium debet decidi per sententiam diffinitiuam. Casus est no. istius c. Tertia gl. dicit, ꝙ est no. ꝙ iudex data dilatione nihil facere potest ante terminum finitum, altera parte inuita. Quarta gl. declarat, quid isti iudices volebāt facere, & dicit quod duo volebant facere, primo inhibere eꝑo, ne carnes in suis stallis uenderentur lite pendente. Secundo, quia pendente dilatione volebant procedere, & in vtraque faciebat iniu
12 stitiam. † Opponitur, quod etiam ante lit. conte. iudicis officiū valeat implorari, vt s. de offi. iud. c. 2. Sol. ibi in iudice ordinario, hic in delegato, hæc sol. vr̄ textualiter probari, ff. de procur. l. si reus paratus, uel dic, prout dicit gl. quod hic loquitur de officio iudicis, ꝙ examinatur seorsum, & non potest decidi sine principali negotio, in quo expectatur diffinitiua, ibi in alio officio iu-
13 dicis, ꝙ examinatur seorsum à principali, & hæc vera. † Deinde uides, ꝙ procurator non potest excedere fines mandati. Opponit, ff. de mino. l. ex mandato. Sol. ante lit. contest. non pōt excedere fines mandati, vt hic, sed post litē cont. refert, aut fines sunt in ipso ꝓcuratorio declarati, & idē: aut non sunt declarati, & tūc imputet sibi dñs. Aliqñ tamen dño succurritur per rest. in inte. vel quia procurator non est soluendo. gl. hic requirit vtrūq;, & sic l. 1. §. fi. ff. qñ app. sit, vbi dicit domino non ꝓiudicari, debet intelligi petita & concessa restitutione in integrum, non ipso iu-
14 re, & no. istum intellectum. † Vlterius no. ꝙ qñ plura proponūtur coniunctim, super quolibet recipiūtur probationes, tamen si alterum per se sufficit, satis est illud ꝓbari, vt s. de reseri. ex parte. Ber. & s. de iud. c. exhibita. dic ergo, ꝙ aut copula cadit inter coniuncta copulata, quorum neutrum per se sufficit, & tunc requiritur vtrunque: aut vnum per se sufficit, sed alterum per se non sufficit, & tunc ad consequendum effectum vtriusque, requiritur vtrunque, sed ad consequendum effectum, qui sumitur ex aliquo, & non ex vniuerso, sufficit illud in sensu diuiso, non in sensu composito. Verbi gratia dico, ꝙ me vulneraſti de nocte. nam istud adiectiuū, de nocte, habet uim coniunctionis, quia accidens coniungitur & copulatur subiecto tanquam forma accidentalis, sed destructa forma accidentali, tñ remanet forma substantialis istius delicti, qua probata debet fieri condēnatio de simplici uulnere. Alij contradicunt, quia non est probatus mensis delicti. Nam non est uerum, quod de aliqua nocte illius mensis sit probatum, ergo mensis non est probatus, de hoc ꝙ Cyn. C. de probat. l. probationes, C. de adulter. l. denunciasse. §. quis tñ. per Bar. illud cōstat, quia impossibile est probare, qđ de nocte, nisi probetur maleficium. Nam accidentia non pñt probari, nisi probetur subiectum, ut eleganter probatur ff. de ꝓbā. l. si arbiter, in fi. magnæ gl. & istud est, ꝙ alterum per se sufficit, & alterum non sufficit. hinc colligitur, quod non sufficit ꝓbare famam, nisi probetur factum, quia fama est accidens, & concomitantia maleficij, quæ per se stans non fundat intentio-
15 nem. † Reuertor ad c. nostrum, & dico, ꝙ quantum ad nostrū c. quod est necessaria in integrum restō, quia dñs nō fuerat negligens, cum constituisset procuratorem ritè & rectè, licet procurator circumuentus, non fuerit executus mandatum, sicut si procurator fuisset impeditus casu fortuito, ut C. de appel. l. præses. illa autem l. j. ff. qñ appel. sit, loquitur in tempore ad appellañ. quod non potest ꝓrogari, sed tempus ad prosequen. potest ꝓrogari, & quando post dilationem expectatur alia dilatio, non intelligitur deserta appellatio ex cursu primæ dilationis, ut hic, & C. de tempo. appell. auth. ei qui. ex prædictis habes super isto c. plura bona & utilia.

ADDITIO.

a Vinc. God. Confessoria. De huiusmodi actionibus, confessoria, & negatoria, uide Specul. de offic. omn. iudic. §. 1. vers. imploratur, ubi plenè tam de directa, quam de utili.

SVMMARIVM.

1 *Offerre se paratum probare multum prodest, & operatur.*
Exceptio vera non præsumitur, ver. si autem.
2 *Appellationem iustificare aliud est, quā iustificare causam principalem.*
3 *Appellans ad Papam quando non teneatur in curia prosequi appellationē, appellato petente, & appellātis procuratore existēte in curia, & nu. 7.*
4 *Appellās ab interlocutoria vult recedere ab appellatione, & iudex primus procedit in causa principali, quid iuris, si appellatus contradicit.*
In pœnitente semper præsumitur temeritas, & ideo condemnatur in expensis, ver. nota hic.
5 *Lite non contestata iudex ad sententiam procedere potest in causa appellationis ab interlocutoria, parte citata non cōparente, & ratio, & nu. 10.*
6 *Exceptionem dilatoriam qui proponit, offerat se paratum probare.*
7 *Appellans qui contradicit appellationi, & dicit eam recipi non debere, non potest cogere aduersarium ad litigandum in curia.*
8 *Clausula, Gratum & ratum habiturum, quicquid fuerit per istum procuratorem factum, quid iuris, si apponitur post mandatum.*
9 *Appellans si renunciat appellationi, non potest ei inhærere appellatus, si res est integra.*
Fauori suo principaliter quilibet renunciare potest, etiam si in consequentiam prosit aduersario, uer. item no.
10 *Perplexitas in iudiciis uitanda est.*
Grauamen processibus potius concernit iniquitatem iudicis, quam aduersarii, ver. no. quod. & nu. 5.
11 *Iudex si in uno capitulo grauauit, & in alio fecit iustitiā, an oīa reuocētur.*
Totum quando rescindatur, casus quidam, ver. Archidia. & nu. 12.
12 *Laudum arbitratoris propter enormitatem potest in totum cassari, & non modificari.*
De re iudicata quare non potest compromitti. §. sed gl. ver. hinc.

CAP LXX.

Interposita. Quatuor sunt dicta istius capituli. & pone casum per ordinem, proposita fuit legitima exceptio, iudex processit ad vlteriora, fuit appellatum, dicit Papa, quod appellatio non præsumitur iusta, nisi probetur uera. Et ideo in causa istius cap. appellans debet probare coram iudice appellationis, quod causa ex qua appellauit, est vera, quia non præsumitur grauatus, nisi probetur. Sed pone, quod excipiens obtulerit se paratum probare, iudex nihilominus in contrarium exceptionis processit, & fuit appellatum, nunquid est necesse verificare exceptionem? respondetur, quod non, quia constat de grauamine eo ipso, quod iudex noluit probationem
1 recipere. † No. ergo, ꝙ multum prodest & operatur offerre se paratum probare. Et intelligitur, qñ obtulit realiter, non verbaliter tantum. verbi gratia, nominauit testes iudici, & petijt eos citari ſm Io. An. sed Pau. de Lia. dicit, ꝙ sufficit, si verbaliter, & ita practicatur. Ad hoc ff. ut in poss. leg. l. si is à quo, in prin. C. de distra. pign. l. si residuū, ff. ad Treb. ille, à quo, §. si de testamento, ff. de dam. infec. l. prętor, §. si quis paratus, & uide ibi Bar. Si autē non obtulit se paratum, non præsumitur iudex grauasse, nisi ꝓbetur iustitia & veritas exceptionis indiscussæ. ff. de in integ. re-
2 stitu. l. omnes, quia non præsumitur, quod exceptio sit uera. † Et no. quod aliud est iustificare appellationem, aliud est iustificare causam principalem. præfata ergo oblatio valet quo ad iustificandum appellationem, ut pronuncietur bene appellatum à processu, sed non ut probetur, quod exceptio sit vera, ut not.
3 Ioan. And. s. de testib. ex parte. † Adde sequitur versi. idem quoque, ubi est talis casus. Quidam appellauit solenniter ad Papam, tamen nec iudex, vel aduersarius detulit appellationi. iste infra tempus appellationis misit procuratorem ad curiam cum mandato ad impetrandum, & contradicendum, & non ad totam causam, qui impetrauit iudices appellationis, appellatus petijt, quod causa ventiletur in curia. respondetur, quod valet impetratio, nec potest cogi ad prosequen. in curia, licet altera pars sit curia, & velit ibi procedere, secus esset, si iudex à quo,
4 uel appellatus detulisset appellationi, ut suprà eo. c. oblatę. † Sequitur versic. denique. Casus, Appellans ab interlocutoria vult recedere ab appellatione, & iudex primus procedit in causa principali, appellatus contradicit, quæritur, quid iuris? respondetur, quod si nondum est alia cognitio delegata, debet fieri remissio refusis expensis. No. quod appellans non potest recedere ab appellatione in damnum aduersarij, nisi refusis impensis, & re integra, appellatione non commissa. de hoc no. Arch. 2. q. 6. si quis libellos. Nota hic quod in pœnitente semper præsumitur temeritas, & ideo condemnatur in expensis. Et per hoc glossatur l. postquam liti. C. de pact. & ff. de iudi. l. destitisse, & l.
6 eum, quē temerè. † Sequit̄ versi. sanè. Casus. Aliquis appellauit à grauamine sniæ interlocutoriæ, pars aduersa citata nō vult ꝑparere, quærit̄, utrum lite non contestata iudex possit præcedere snīam, respon. ꝙ sic. & ratio est, quia appellatio super ꝓcessibus magis tangit factum iudicis, q̄ factum aduersārij. item si contrarium diceremus, esset perplexitas, quia nec primus iudex posset
7 procedere, nec secūdus, & est tex. huius c. valde notabilis. † No. primo consilium, quod ille, qui proponit exceptionem dilato-

riam

BIU Cujas

a riam, [a] offerat se paratum probare. caueat tamen sibi, quia per hoc astringit se ad breuem terminum, infra quem si non proba-
7 ret, perpetuo repellitur, vt d.l.si is à quo. † Secundo no. qđ appellatus, qui contradicit appellationi, & dicit eam recipi non debere, non potest cogere aduersarium ad litigandum in curia, quia hoc petendo est contrarius sibiipsi, & ideo sufficit appellāti mit-
8 tere procuratorem ad impetrandum, & contradicen. † Quæro, quid si post istud mandatum apponitur clausula, Gratum & ratum habiturum, quicquid fuerit per istum procuratorem factū? respondeo, per hanc clausulam non habet mandatū, nisi in premissis, vt not. Bart. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ, §. Callimachus. Ista. n. clausula apponitur ad confirmandum, non ad ampliandum, vt not. Arch. 2. q. 4. cap. quæ de causa. † No. ꝙ si appellans,
9 renunciat appellationi, appellatus non potest ei inhærere, si res est integra, sed hic loquitur in appellatione ab interlocutoria, vbi non interest appellati procedi in causa appellationis, etiam si allegaret iudicem à quo suspectum, quia non potest dici suspectus, cum renunciauerit pro ipso secundum Ber. Item no. qđ quilibet potest renūciare fauori suo principaliter, licet per quandam consequentiam prosit aduersario, vt ff. de minor. l. si iudex
b circumuento. In contrarium [b] facit C. de tempo. in integ. restit. l. petendæ. dic vt ibi per Cyn. Porro in c. nostro, vtriq; parti expedit litem abbreuiari, omissis ambagibus appellationis dilatoriæ, & id intelligitur esse iudicium, quod vtrique parti expedit, vt dicit illa l. not. cum Stichus, ff. de sol. No. quod in iudicijs per-
10 plexitas est vitanda. † Item no. qđ in causa appellationis ab interlocutoria non est iis contestanda si abest appellatus per contumaciam: ergo secus, si est præsens secundum Bern. Eadem quæstio fit, quando appellatur à diffinitiua, vt not. Bern. infra qui fil. sint legit. c. per venerabilem. No. qđ grauamen in processibus potius concernit iniquitatem iudicis, quam aduersarij, quia ex of-
11 ficio iudicis pendet. † Quæro iudex in vno capitulo grauauit, in alio fecit iustitiam, vtrum omnia reuocentur? respondeo, non. C. de reb. cred. l. generaliter. §. 1. Arch. dicit vnū mirabile verbū, qđ vbi læsio est enormis, totum rescinditur, non autem modificatur, sed non loquitur in sententia, sed in priuilegio, & est not.
12 dignum, vt ipse not. 11. q. 3. priuilegium, vbi vide. † Ex hoc sume
c argumentum, quod propter enormitatem laudum [c] arbitratoris potest in totum cassari, & non modificari, reducendo tamen vtranque partem in pristinum statum. Sed glo. quæ est ff. de vsuris, in l. placuit, dicit, quod quando non peccat in totum, sed in tanto, factum vltra modum reducit ad modum. Credo, quod hoc sit arbitrarium vel reducere ad modum, vel reducere partes in pristinum statum, argum. ff. de contrahen. empt. l. demum. quia arbitramentum magis accedit contractui, quam sententię. nam sententia deberet modificari, non in totum aboleri, quia sententia non potest reseruari corrigenda in posterum, vt C. quando prouoc. non est necesse. l. penul. vnde non possunt partes reponi in pristinum statum, vt C. de transa. l. diuersa. hinc est ꝙ de re iudicata non potest compromitti, vt no. Arch. 2. quæstio 6. diffinitiua, nisi compromitteretur appellatione pendente, vt in c. quamdiu, de app. in Clem.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Dilatoriam. Adde ꝙ excep. dilatoria post conclusum in causa opponi non potest, peremptoria verò potest, Ruin. consi. 71. num. 3. lib. 5.
b In contrarium. Vide Imolam consi. 8.
c Vinc. God. Laudum. Adde ꝙ laudum merito potest nullum reputari, in quo vires compromissi ab arbitratore exceduntur. Ruin. consi. 129. num. 14. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in medio posita non refertur nisi ad præcedentia, & quando, & numero 2. 3. 4. & 5.*
2 *Clausula, quæ apponitur ad essentiam actus, potest referri ad præcedentia, & ad sequen.*
3 *Determinationes respiciunt determinabilia præcedentia, non sequentia.*
4 *Clausula ponitur aut absolutè, aut respectiuè, aut dubitatiuè.*
5 *Regula, vel doctrina refertur ad omnia, & quid de proœmio.*
Paragraphus est idem, quod separatio, ver. quia paragra.
6 *Clausula est quædam pars posita inter orationes.*
In vno dicta quando videantur in alio repetita. §. quandoque, & ne superioribus, & inferiori nume. 7.
7 *Coniunctio copulatiua plenam inducit repetitionem, licet concernat plura disposita.*
8 *Verba indefinita non referuntur ad futura nondum disposita.*
Personalis obligatio, vel concessio quando videatur, & nume. 9.
9 *Obligans se ad pacem seruandam pro se & filiis, non intelligitur de posthumis, & si pro adhærentibus, intelligitur de præsentibus, nume. 6.*

CAP. LXXI.

Inquisitioni. Clausula, appellatione remota, in literis apostolicis inter plura inserta, respicit capitula præcedentia, non sequentia, nisi reiteretur in fine. hoc dicit. Cassus. Papa cōmisit diuersa capitula, & post primū apposuit clausulam, Appellatione remota, post secundū capitulum non apposuit clausulam, quæritur, vtrum ista clausula referatur ad
1 omnia? respondetur, quod nō, sed ad precedentia tantum. † No. ꝙ cła in medio posita non refertur nisi ad præcedentia, & hoc verum quando est præcedentibus annexa, immo etiam quādo dubitatur de mente rescribentis. Et est ratio, quia ista clausula apponitur contra ius; & ideo restringenda. Sed opponitur supra cod. capit. 2. requiris. Solutio. ibi capitula erant connexa, & ideo
2 refertur ad omnia. hic autem erant omnino separata. † Opponitur, lex dicit, quod exhæredatio facta inter gradus, licèt sit odiosa, & contra debitū naturale naturæ descendentis, vt quando exhæredatur filius, refertur ad omnem gradum tam præcedentem, quam sequentem, vt ff. de liberis & posthumis, l. sed & si pepercerit, §. filius inter medias. Solut. illa clausula ibi apponitur ad essentiam actus, quia gradus, a quo filius esset perpetuo præteritus, esset nullus ipso iure. vnde, ne testamentum vitietur, refertur ad omnia, quia non est ratio, quare magis refertur ad vnum gradum, quam ad reliquum: vnde notab. dicit tex. C. de liber. præter. vel exhered. l. i. hæc autem clausula, Appellatione remota, non apponitur ad essentiam actus, sed per modum cu-
3 iusdam determinationis, vel designationis. † Ex hoc nota quod determinationes respiciunt determinabilia præcedentia, non sequentia. Non obstat ff. de legat. 1. l. si seruus plurium, §. fina. quia ibi clausula veniebat [a] ad declarationem, non ad determi-
4 nationem. † Oppos. ff. de legat. 1. l. talis scriptura. Solutio. illa l. declarat in aliquo passu istam materiam: nam aut clausula ponitur absolutè, aut respectiuè, & aut dubitatiuè. primo casu refertur ad omnia, secundo casu generalis determinatio, non refert ad ea, quæ propriam determinationem habent. tertio casu si capitula sunt connexa, refertur ad omnia, si autem sunt separata, aut repetitio facit actum valere, & intelligitur facta repetitio, aut tēdit ad alium effectum, & tunc aut profertur contra iuris ciuilis regulas, & restringitur ad præcedentia, quia est irregularis, ideo restringenda. Si autem talis clausula compatitur se cum iure communi, tunc ad omnia debet referri, quia dicta in præcedentibus videntur in sequentibus repetita, si iuris ratio non im-
5 pedit, vt ff. de legat. 1. l. licèt Imperator. † Et nota, quòd quandoque loquimur de regula, vel doctrina, & illa refertur ad omnia, vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. fina. quandoque loquimur de proœmio, vel euidentali, & idem, dummodo ratio proœmij vniformiter adaptetur, aliàs secus. ff. de hære. insti. l. fi. quandoq; loquimur de capit. vel paragrapho, & tunc non refertur ad omnia, quia paragraphus idem est, quod separatio, ut no. ff. de procu. l. non cogendum, §. Sabinus. quandoq; loquimur de clausula, quod est idem quod interpositio, & tunc aut preiudicatur, & refertur ad omnia, aut in fine subijcitur, & idem, nisi sit apposita determinato modo. Aut interponitur inter plura capitula, &
6 tunc distingue, vt supra dixi. † Clausula autem est quædam pars posita inter orationes, sed quandoque non est clausula, sed quidam actus continuus, vt stipulatio, vel compositus, & tunc talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, vt ff. de verb. obl. l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de interro. actio. l. si defensor. Quandoque est principale, & accessorium, & dicta in principali videntur repetita in accessorio, vt ff. si cer. pet. l. lecta. qnq; sunt plura, quorum quodlibet habet pro se separatam iuris, vel hominis dispositionem, & tunc dicta in vno, non videntur repetita in alio. ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, versic. sequens stipulatio. quandoque loquimur de conditione, & tunc quādo conditio respicit determinabilia differmiter, non fit repetitio. ff. de legat. 2. l. fin. §. Scio, ff. de conditio. & demostrat. l. mulieri, & Titio. Sed si concernit ea vniformiter, fit repetitio. probatur ibi
7 vtrunque membrum, de vulg. & pupill. substitut. l. iam hoc. † Et scias, ꝙ coniunctio copulatiua plenam inducit repetitionem, licet concernat plura disposita. ff. de fide instrumentor. l. Scio. §. Caio, vbi text. nota. tamen quæ in eodem tempore non conueniunt, non intelliguntur copulari, sed quodlibet distribui & adaptari suo tempore, vt dicit illa l. not. C. de sententijs, & interlocuto. omni. iudic. l. cum solitum. quandoque loquimur de demonstratione, vel declaratione, vt d. l. si seruus plurium. Quandoque loquimur de causa. pone duæ stipulationes factæ sunt simul, & in vna est expressa causa mutui, & in alia non, vtrū causa mutui intelligatur repetita, an verò intelligatur ex causa donationis. ff. de verbo. oblig. l. si diuortio. Ista materia non potest de facili terminari, quia longa & subtilis est, & facit quod no. ff. de verb. oblig. triticum, & ff. de iurisd. omn. iudic. l. si idem cum eo. §. fi. & in Spe. de instru. edi. §. nunc autem restat, versi. item excipe, quod talis clausula, & hic per Host. & inf. de don. c. cum dilecti, & per Ber. sup. de rescrip. c. cautsam quæ. & c. olim. & per Bart. ff. de legat. 3. l. in repetendis, vbi vide, & facit ff. de eden. l. si quis ex arg. §. si initium tabularum, & ff. soluto matrim. l. pen. §. vxor.
8 ff. de appel. l. item quia. † Item no. hic, qđ verba indefinita non referūtur ad futura nondum disposita. C. de vsu. l. p retentionem. Pone, aliquis facit pacem pro se, & adhærentibus suis, pro quibus se obligauit, certè intelligitur de adhærentibus, non de illis, q

postea

ADDITIO.

a Veniebat. Vide per do. Fel. in c. in nomine, el 1. de testi.

BIU Cujas

poſtea fecerunt adhærentiam. facit optimè, ꝙ no. Arch. 11. q. 3. excellentiſſimus, & ff. de verb. ob. l. ſi à colono, & ſ. de iureiu. c. 9 clericus. † Item ſi quis obligauit ſe ad pacem ſeruandam pro ſe, & filijs, non intelligitur de poſthumis, ut ff. de teſta. tute. l. ſi quis ita. ſecus, ſi eſſet in actu fauorabili, vt ſi recepi emphyteuſim pro me & filijs, intelligitur tam de natis q̃ de naſcituris, ſed illud pp illius rei. i. emphyteuſis naturã, vt ff. de mino. l. ēt, in gl. ualde notabili, ſi'e, ff. de ver. ob. l. ita ſtipulatus eſt forte. Et idem eſt in indulgentia conceſſa alicui pro ſe & filijs, & quia vr̃ eſſe de oĩbus cogitatũ, vt ff. de lib. & poſth. l. placuit, & l. cum qdam, quia quatenus perſonæ patiuntur, pſumitur conceſſio eſſe realis, C. de ſi deicomm. l. uoluntas deſeruit, l. pater. & quod no. in l. forma, ff. de cenſi. ſuprà de inſti. c. cum veniſſet.

SVMMARIVM.

Appellatio & reſtitutio vnius conſortis litis, an proſit aliis, in princ. & nu. 1. 2. & ſequentibus.

1 *Reſtitutionis in integrũ beneficium eſt ſingulare, & ideo non hẽt conſortẽ, & ſi vterque conſors eſſet minor, an reſtitutio unius prodeſſet alteri.*

2 *Appellatio vnius an proſit alteri, & nu. 4. ver. requiritur.*

3 *Appellatio an ſicut prodeſt, ita noceat deſertio.*
Renunciare nemo poteſt iuri alterius, uer. quia nemo, & nu. 4.

4 *Ius alterius corrumpi non debet corruptione, vel inertia alterius.*

5 *Appellatio vnius, ut alteri proſit, an oporteat, quod ipſi iuuentur iure communi, & quid ſi iuuentur iure municipali.*
Ius commune dicitur etiam ius municipale ciuibus municipii, & conſtitutio epiſcopalis generalis, ver. ſed ius, et §. conſtitutio.
Loquentis perſona, an contineatur in generali locutione. §. conſtitutio.

6 *Supplicatio vnius an proſit alteri.*

7 *Condemnati ſi ſint duo, qui erant uerè contumaces, & unus appellauit, & errore iudicis obtinuit, an proſit alteri.*

8 *Excommunicatus ſi quis ſit à duobus iudicibus delegatis, an iſte dicatur innodatus duabus ſententiis excommunicationis.*

9 *Conſortes duo eiuſdem litis ſi ſint excommunicati, ſi unus eorum appellat, an proſit alteri.*

10 *Procurator an poſſit interuenire, quãdo appellatur ab excommunicatione.*

CAP. LXXII.

Vna ſententia. Si ſunt plures conſortes cuiuſdam litis, appo unius prodeſt alijs, ſi eſt eadem cauſa defenſionis: ſecus in reſt. in integ. vnde ſi minor, & maior ſunt condemnati, vel eccleſia, & maior. (Nam eccleſiæ non incumbit probare minorem ætatem, qa ſemper eſt minor, ſed ſolũ læſionem) & ſi eccleſia reſtituitur ad appellandum, vel ad totam cauſam, non prodeſt hoc conſortibus, niſi res ſit indiuidua, vt eſt ſeruitus, quę dr̃ indiuidua, quia pars ſeruitutis non eſt ſeruitus. vnde medietas viæ non eſt via, quia nulla pars viæ ſignificat ſeparata, ideo non diuiditur, vt ff. de ſerui. ruſt. prędi. l. vna eſt via. ideo pars ſeruitutis non eſt in commercio, ut ff. ad l. Fal. l. 1. §. ſi vſufr. & hoc eſt ſtatutum auctoritate ueteri pp utilitatem contrahentium, & prædiorum, & pp ipſam aptitudinem 1 naturalem, quæ indiuiſibilis eſt. † Et no. ꝙ beneficium reſtõnis in integrum eſt ſingulare, ideo nõ habet conſortem, ſed quid ſi uterque conſors eſſet minor, nunquid reſtõ unius prodeſſet alteri? a reſpondeo non, quia non poteſt peti ſine ſpeciali mandato, 2 ut ff. de mino. l. illud, §. fi. & l. ſeq. & l. pater pro filio. † Opponitur, & vr̃ ꝙ appo unius non proſit alteri. nam ex hoc ſequeretur, quod ſnĩa lata cum uno, noceret alteri, & proceſſus. Item iudicium pendens cum uno, diceretur pendere cum alio. ſed b vtrumque b eſt falſum, ut ff. de iud. l. non idcirco, ff. de exceptio. rei iud. l. ſi quis cum totum, §. & generaliter, ff. de inoff. teſt. l. circa. Sol. ibi in cã principali, hic in cauſa appellationis. Nam hoc operatur coniunctio primi proceſſus, cum proceſſu appellatorio. Appellatio enim cum cauſa principali uno articulo comprobatur. vnde determinat, & determinatum retinet qualitatem primitiui, quia inde habet originem, ff. de appel. ſi quis ſeparatim, §. 1. ff. de exce. rei iud. l. ſi mater, §. 1. eandem cauſam facit origo petitionis, quod dixi in cauſa principali, eſt uerum, niſi cauſa ſit indiuidua, quia tunc cuilibet inſolidum competit, ut ff. de nego. geſt. l. qui alieno, §. uno defendente, & arg. ff. de verb. obli. l. eadem, §. Cato, & quod not. eod. titu. l. ſtipulationum, §. ſi ſortem. Item ꝙ dixi in cauſa appellationis, prodeſſe intelligitur pluribus concurrentibus, quorum ſi quod deficit, non ꝓderit, primo ꝙ ſint omnes condemnati vna ſententia, & uno ꝓceſſu, hoc eſt, quod dicit tex. ſi plures una ſnĩa, in rubro & nigro. Secundo quod omnium ſit eadẽ cauſa, & ratio defenſionis, ut d. l. ſi quis ſeparatim. §. quod eſt reſcriptum. Sed quid ſi ſunt tres, & eſt eadem cauſa defenſionis in duobus, non in tertio? reſpõd. illis duobus ꝓdeſt pp cauſæ coniunctionem, ſed tertio nõ pro- 3 deſt pp cãæ diſiũctionem Sed † an ſicut ꝓdeſt appo, ita noceat deſertio? & ſi qdẽ renunciet appellationi, ille, cui prodeſt appo ex coniuncto non præiudicat appellanti, qa nemo põt iuri alterius renũciare, ut ff. de cõtratab. l. ſi poſt mortem, §. fin. & ff. de bo. auth. iud. poſ. l. cum unus, & ar. in l. fi. ff. de pac. Si uerò renunciat ille, qui expreſsè appellauit, põt dubitari, quia vr̃ non appellaſſe, ergo alteri non ꝓdeſt, probatur per l. furti, §. fi. ff. de infa. In 4 contrariũ videtur, ꝙ ſi colluderet, ius alterius corrũperet. † Porro non debet alterius corruptione, vel in tertia, alterius ius corrodi, vt ff. de lib. cau. l. ſi pariter, & ar. C. de temp. in inte. reſt. l. petendæ. Nam nec venditor poſſet renũciare appellationi in preiudicium emptoris, ar. ff. de pig. l. ſi ſuperatus. & ſi duo ſunt rei debendi, vel duo fideiuſſores & vnus renunciat legis beneficio, nõ nocet alteri. facit quod no. ff. de fideiuſ. l. ſi ſtipu. §. ſi ex duobus, & ff. de conſt. pe. l. vnde falſam, & C. de non nu. pe. l. tam mãdatori, & C. loc. l. ſi cum Hermes. & C. ad Velleia. l. iubemus. Requiritur & tertium, vt appellatio unius proſit alteri, ſcilicet ꝙ 5 omnes iuuentur iure communi. † Quid ergo ſi iuuantur iure municipali? reſpondeo, idem, quia omne quod eſt ius omniũ ciuium, reputatur eſſe ius commune, ſed ius municipale eſt ius commune omnium ciuium illius ciuitatis & territorij ſine differentia & acceptione perſonarum, ergo ius commune, vt ff. de iuſt. & iu. l. omnes populi. Item conſtitutio epiſcopi generalis dicitur ius commune, quia quod omnib. loquitur, & ipſi ſtatuenti, & eius ſucceſſori, quia ius commune hoc operatur, quia confirmat eam. Secundo ratione ſtatuti, non ſub differentia ſtatuẽtis, vt eleganter no. Arch. 11. q. 3. ſi is. ſed Ioan. And. dicit, ꝙ in p̃cepto, vel prohibitione nunquam contineretur perſona loquẽtis, vel eius ſucceſſoris, ut ff. de arbi. l. pe. licet in contractibus & obligationibus ſit ſecus, ut ff. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta, habere licere. Item ſi ſtatutum eſt traditiuũ alicuius formæ, bene includeretur perſona loquẽtis ex natura regulæ generalis, de hoc no. in c. 2. de conſt. lib. 6. in nouella. tamen ego ſum locutus ſub- 6 tilius. † Sed quæro, quid in ſupplicatione, c vtrum idem ſit, ꝙ c in appellatione, an verò idem, quod eſt in reſtitutione in integrum? & videtur quod idem, quod eſt in appellatione, vt C. de preci. Impe. offe. l. ſi libellum. quod eſt uerum, ſi cõmuniter fuit ſupplicatum, licet ad unum tantum ſit reſponſum, ſecus ſi per vnum per ſe tantum ſit ſupplicatum, quia tunc alteri non pro- 7 deſt per eandem no. legem. † Quæro, duo ſunt condemnati, & erat verè contumaces, vnus appellauit, & errore iudicis obtinuit, quia verus contumax non appellat, nunquid prodeſt alteri? & videtur ꝙ non, quia ei non erat apertum ius appellan. arg. 8 ff. ad Treb. l. debitor, §. fi. † Quæro, aliquis eſt excommunicatus à duobus iudicibus delegatis, nũquid iſte dicitur innodatus duabus ſententijs excommunicationis? & uidetur ꝙ ſic, quia apud excõicantes quilibet habet iuriſdõnem inſolidum. Dic contra, quia ſequeretur, ꝙ non eſſet excommunicatus ab aliquo, ſi eſſet bis excommunicatus, quia in executione quilibet iudex eſſet ſingularis, & certum eſt, quod unius ſolius ſententia non ua- 9 leret. † Quæro, duo conſortes eiuſdem litis ſunt excõicati, unus eorum appellat an proſit alteri? Et vr̃ ꝙ nõ, quia à ſententia excommunicationis non appellatur, ſed eſt quædam ſupplicatio, Tu dic prodeſſe, quia talis ſupplicatio accedit ad naturam appellationis, & uocatur appellatio, ut ſupra eodem, cap. præterea requiſiſti. Item ſequeretur, ſi ſocius meus remaneret excõmunicatus, ꝙ ego, qui uici, remanerem interdictus, qa ſi ſocius meus eſt excommunicatus, ſtatim debeo eũ uitare, ut no. Archi. 11. q. 3. quoniam, unde quodammodo negotiũ eſt indiuiduũ, quia non poteſt mihi conſuli, ſi non conſulitur meo ſocio, arg. ff. de 10 liber. leg. l. ſi is q duos, quę l. eſt no. ad hoc. † Sed nunquid, qñ appellatur ab excommunicatione, interuenire poteſt procurator? & uideẽ ꝙ non, quia abſens non poteſt abſolui. dic, ꝙ non poteſt recõciliari per manus impoſitionem, ſed per ſentẽtiam poteſt pronunciari cum iniuſtè excommunicatum, ut no. Archi. 11. q. 3. cum aliquis. ergo eodem modo & per ſocium, l. 2. C. de conſor. eiuſ. litis.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Alteri. Adde ꝙ ſi beneficium vni concedatur, non obſtante collatione alteri facta, intelligitur de inualida. Goz. conſi. 26. nu. 43.

b Vtrumque. Vide per do. Fel. c. cum inter. de re iud.

c Vinc. God. Supplicatione. Adde ꝙ ſupplicatio oblata executionem non impedit. & in hoc differt ab appellatione, Rui. conſi. 34. nu. 5. & 11. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio pro appellatione habetur, vbi propter iuſtum metum non appellatur.*

2 *Proteſtatio requirit cauſam, & an alia requirat, & nu. 3. 4. 5. 6. & 7.*
In noui operis nunciatione requiritur expreſsio cauſæ, uerſi. & ſimile.

3 *Iudex ſi non eſt in palatio cauſarum, ſed in villa, an teneatur proteſtans accedere ad villam.*

4 *Proteſtatio an poſſit fieri de nocte, & an in præſentia alterius, quã iudicis.*
Metus iuſtus accipitur pro probabili, etiam ſi proteſtãs, uel appellans cauſa ſibi metus fuit. §. Quæro.

5 *Proteſtari ſi quis timet, quid iuris, & nu. 9.*

6 *Cauſa non ſufficit, niſi in proteſtatione deducatur.*

7 *Apoſtolos an iſte, qui proteſtatur, debeat petere.*

8 *Proteſtatio an deuoluat ad ſuperiorem cauſam nullitatis, ſicut appellatio.*

9 *Proteſtari ratione metus eſt licitum.*

10 *Metus quid ſit, & pro quibus quis metuit, & ex qua cauſa, & nu. 13.*
Romani quales, ver. quia hodie.

11 *Teſtimoniũ pro me an ſit ualidum, eorum, quibus uolentibus aliter deponere*

BIU Cujas

re dedi decem perterritus timore litis.
Pro testimonio vero, & sententia vera dare testibus, & iudici pecuniam publicè licet, ver. dicit Arch.
Testes informare publicè licet de testimonio verè dicendo, ver. & multo.
12 *Recedere ab appellatione an videatur ille, qui appellauit, & metuit, ne iudex amputari sibi manum faceret, ad quam erat condemnatus, si mille non solueret, & soluit illa mille.*
13 *Confessum dicens se metu tormentorum qualiter hoc probabit.*
Metus quomodo incutiatur. ver respondeo.

CAP. LXXIII.

1 Si iustus. Protestatio † pro appellatione hr̃, vbi pp iustũ
2 metum non appellatur. † No. tamen q̃ ista protestatio requirit causam, nam informis protestatio non valet. & simile dicimus in nunciatione noui operis, q̃ ille, q̃ nunciat, debet exprimere causam, vt no. ff. de no. ope. nun. l. non solum, §. si cũ iure. sed ōrium no. co. tit. l. 1. in prin. q̃ non requirit causa in nũciatione noui operis, sed in prosequendo ipsam nunciatio nem in iudicio. Ego dico, q̃ requiritur causę expressio, quando causa est de substantia protestationis, sicut est hic metus. Item sicut est causa in appellatione ab interlocutoria, ga est præsumptio iuris contra eum, qui non exprimit causam, cum pro iudice præsumatur, inquantum ad officium suum spectat. No. tamẽ q̃ ista protestatio requirit tempus, s. quod fiat intra tps appellandi, & est rō, quia subrogatur loco appellationis, & ideo infra tps appellā. debet fieri, alioquin deserto tempore appellandi, nulla posset esset subrogatio, vt l. bonorũ, ff. rem rat. ha. l. fi. co. tit. item requiritur, q̃ ista protestatio fiat coram iudice à quo, si eius co-
3 pia potest haberi. † Sed nunquid si iudex non est in palatio causarum, sed in villa, nunquid tenetur protestās accedere ad villam? dic q̃ non, sed debet accedere ad locum causarum, & ibi iudicis presentiam requirere, tex. est no. ff. quando ap. sit. l. 1. §. ap-
4 pellandi. † Sed nunquid ista protestatio possit fieri de nocte? Rn̄d. sic, si habetur præsentia iudicis, aliàs secus, quia non intelligitur iudex suam præsentiam non facere, sed facere non debere, ut d. l. 1. §. dies, ver. quid igitur, si conditio horæ, vbi est tex. singularis. Item si non potest haberi præsentia iudicis, debet fieri in præsentia bonorum virorum, clericorum, vel laicorum, non curo. ff. de iu. dot. l. promittendo, in prin. Item sufficiunt duo boni uiri, vt ff. de test. l. vbi numerus. Item requiritur, q̃ ista protestatio fiat in scriptis, nisi forte fiat illico, sicut appellatio, vt C. de appe. l. litigatoribus. Quæro, qd est dictum iustus? Respondeo. i. proba
bilis, vt non consideretur qualitas grauati, sed æquitas iudicantis, vt supra de excep. cum inter. & sic non sit vera opin. dicentis per istud c. quod si iste aliqd commisit, propter quod oporteat eum timere, non habeat hoc remedium ſm Ioan. arg. ff. de mi-
5 no. l. Papinianus exuli, & de re iudi. c. pastoralis, in Cle. † Quæro, quid si qs timet protestari, sicut appellare? respondeo, non oportet, q̃ protestetur in facie iudicis, sed sufficit, q̃ coram amicis & publicè protestetur, vt ff. de no. oper. nunc. l. de pupillo, §. si quis,
6 in fi. & l. 3. C. de his, qui per me. iudi. non appel. No. hic, q̃ non sufficit causa, nisi in protestatione deducatur, sic. C. de an. excep.
7 l. vt perfectius. † Quæro, nunquid iste, qui protestatur, debeat pe
a tere apostolos? & videtur quod sic, quia protestatio[a] succedit loco appellationis, & eodem modo currunt fatalia, ut hic in verbo, intra tempus, & d. l. 1. C. de his qui per met. iudic. Non puto, q̃ sit necesse petere apostolos, quia illud non est iure cautum,
8 nisi in appellatione propriè sumpta. † Sed nunquid ista protestatio deuoluit ad superiorem causam nullitatis, sicut appellatio? puto q̃ sic, & eodem modo coram superiore formabitur libel-
9 lus, ar. l. 1. §. 1. si qs test. lib. e. iuf. fuc. quia eadẽ æquitas est. † No.
b q̃ ratione metus[b] licitum est protestari, ff. de acqui. hær. l. qui in aliena, §. Celsus, & q̃ qui non protestatur, ius suum negligere videtur, si tamen non audet protestari, habet pro protestante, vt no. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. qua. re. ac. non datur. Porrò scias, q̃ metus est mentis concussio, siue trepidatio proueniens ex aliquo accidenti terribili, siue in proprio corpore, siue in coniunctis personis usque ad septimum gradum, pro quib. potest quis sentire defensionem armorũ, vt not. ff. de iusti. & iure. l. vt uim. Nam naturalis affectio hoc facit, quia q̃ vnũ de agnatione tangit, totam agnationem tangere videtur, vt dicit illa l. no. C. si qua prædi. potestate, l. 1. Sanè quandoque qs timet de homine, & tormentis eius, vt hic, & C. de transa. l. interpositas, & C. de appella. l. cum quidam. qñque timet vim fortunæ, vel vim diuinam, vt ff. de dam. infec. l. fluminum, §. Seruius, & de ista non loquitur
10 hic. † Sed quid, si quis timet vim populi, quẽ aduersarius concitauit, & non iustè, ad tribunal accedere timet? respond. iustus est metus, maximè in Roma, vbi de facili populus concitatur ad rumorem. nam Roma dicitur esse caput auaritię & fluctuationũ, quia hodie Romani pessimam conscientiam possident, vt no. ff. de vsucapio. l. sequitur. & in ipsa ciuitate pueri efficiuntur citius doli capaces, ſm glo. quæ ita diffamat vrbanos in d. l.
11 sequitur, §. pupillus, sed illa fuit gl. Io. Ful. Cremonensis. † Iuxta prædicta quæro, ego habebam iustitiam in quadam causa, testes dicebant mihi, non deponemus veritatem, nisi des decem, hoc timore perterritus dedi eis decem. tãdem deposuerunt pro me, q̃ritur, vtrum valet testimonium? & eadem quæstio fit, si dedi iudici, vtrum valet snīa? & videtur q̃ non, ut l. venales, C. quãdo prouo. non est necess. Dicit Archi. q̃ licitum est dare pecuniam iudici, & testi pro vera sententia, & pro uero testimonio, dũmodo detur publicè, non secreto, nec ista dī corruptela, sed cautela, & redimere vexationẽ suam ſm Arc. q̃ ita no. 11. q. 3. q̃ rectè. Et iō si iudex non vult facere tibi iustitiam sine simonia, ex parte tua sis cautus, si potes, q̃ ei des pecuniam corã duob. testibus, & tabellione, alioqn omnino abstineas. Et mul-
12 to fortius est licitum informare testes non in secreto, nec in camera, sed palàm, qualiter reddant verum testimonium, vt eleganter no. Rofr. in tit. de Senatusc̃ōsulto Liboniano. Quid † de co, qa appellauit, & metuit, ne iudex amputari sibi faceret manum, ad quam erat condemnatus? si mille non solueret, soluit illa mille, utrum ab appellatione recedere uideatur? respondeo non, immo potest eam prosequi, & si vincit, pecunia debet ei restitui, ff. de appella. l. cum ex cã. qui casus non est alibi. Et ibi est expressum, quod qui non propria voluntate facit contra
13 ap. sed compulsus, non videtur appellationi renunciare. † Vltimo quæro, quidam dicit se confessum metu tormentorũ, qualiter hoc probabit, cum metus sit intrinseca mentis qualitas? respondeo per approximationem terribilem, puta per approximationem armorum, vel curli, siue berlinę, vt l. 1. C. vnde ui. Item per consuetudinem illius prætoris, vt not. Barto. in d. §. si quis ipsi prætori. Item per præcedentem tormentationem, uel terribilem comminationem, vt C. de appel. si quis prouocatus, & l. nouissimè, §. 1. ff. quod fal. tut. auth. vbi est tex. no. q̃ paria sunt, timere torturam futuram, & præsentem, metus etiam carceris, nisi carcer adhibeatur secundum ordinem iuris, metus torturę est, ut supra eo. c. dilectis, & ff. quod metus causa, l. qui in carcere. si quis tamen verisimiliter non erat aliàs facturus, vt ff. de testa. l. qui à latronibus.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Protestatio. Adde q̃ protestatio non tenet, nisi protestans impleat quod a se complendum est. Rain. cons. 64. nu. 11. lib. 4.
b Vinc. God. Metus. Adde quomodo probetur metus. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi, de ope. no. nun. Et dicitur metus, quasi mentem tenens. Card. in Clemen. causam, §. uerum, de elect.

De clericis peregrinantibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinatio multiplex est.*
Contra piratas procedi potest, ver. nam contra.
Sine mercatura viuere non potest mundus, ver. quia mundus.
Mercatoribus immunitates aliquando conceduntur, & à quibus, ibid.
2 *Clericis non est licitum peregrinari absq; licentia superioris sui, nisi ex causa appellationis.*
Sub protectione Papæ recepti non liberãtur ab ordinariis suis, ver. recepti.

1 PEregrinatio † alia mala, vt exilij, vel causæ piraticæ, & ista non prodest. Nã contra istos possunt fieri processus, vt not. in l. ad cognitionem, ff. qui. ex cau. in pos. ca. ubi optima gl. Alia bona, cum pro lucro captan. vt causa mercantiæ, vt faciunt Genuenses, & ista est amica populis, quia mundus non potest sine mercatoribus viuere, tamen non est priuilegiata aliquo priuilegio redacto in corpore iuris, licet gratiosè à principibus sæpe multas habeant immunitates, & exemptiones, quæ eis benignè & sine cauillatione custodien. sunt. Municipia aũt non possunt has immunitates concedere, vt singulariter no. C. de decur. l. vacuatis, lib. 10. Alia melior pro virtute quęrenda, causa studiorum, & ista est in aliquibus priuilegiata, C. ne fil. pro pa. auth. habita. Alia optima pro salute animæ, vt quando visitantur limina Apostolorum. 34. q. 3. si quis Romipetas. Alia impetuosa ex ui diuina. ff. de pub. l. Cæsar. ff. de dam. infec. l. fluminum, §. Seruius. Alia necessaria, sed non præcisa in causa appellationis. Alia necessaria & præcisa, vt si Papa vocat prælatos ad
2 concilium, supra de appel. cum parati. Et † no. quod clericis nō est licitum peregrinari absque licentia superioris sui, nisi ex causa appellationis, ſm Inn. recepti sub protectione Papę sunt fauoribus prosequendi, sed non propterea liberati ab ordinarijs suis, de priuilegijs. si Papa, lib. 6. & hoc not. per Archid. 25. q. 2. cap. de ecclesiasticis.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinãtes ad Papã cum rebus suis sub Apostolica protectione cõsistũt, & idẽ in peregrinantibus ad Sanctũ Iacobum, & Beatum Antonium.*
Peregrinantium nomine quis possit agere, §. quæro.
2 *Peregrini an retineant possessionem naturalem.*
Peregrini restituuntur ad sua attentatorum exemplo, §. in contrarium.

Peregrini

Peregrini capi non poßunt per repreſali is,ibidem, verſi.ſed quæro.
Peregrinantes qui offendunt,excommunicantur ter in anno Romæ,§.et no.
Sub protectione eccleſiæ recepti habent priuilegium clericorum, & eccleſiaſticarum perſonarum.

CAP. PRIMVM.

1 COnquerente. Peregrinantes †ad papam cũ rebus ſuis ſub apoſtolica protectione conſiſtunt. Idem in peregrinãtibus ad ſanctum Iacobum, vel Beatũ Antonium, vt C.de ſucceſ.authen.omnes peregrini, & aduenæ. Caſus patet. Quidam presbyter,dum vellet ad curiam accedere, nõ ſuppoſuit expreſsè res eccleſiæ, & ſuas ſub protectione ſedis Apoſtolicę, vnde immediate aduerſarij ſui occupauerunt poſſeſſionẽ, Papa mandat,q̃ omnia occupata,& ſubtracta reſtituantur, quia ipſo iure ſunt ſub protectione eccleſiæ. Quæro,quis eorum nomine poſſit agere? reſpond.omnes perſonæ,quæ continentur in l.1. C.ſi
2 per vim,vel alio modo,quæ eſt lex not. † Quæro, vtrum iſti pe-
a regrini[a] retineant interim poſſeſſionem naturalem? de ciuili enim non eſt dubium, quia eam retinent animo. & videtur q̃d non, vt ff.de acquir. poſſ.l.clàm poſſidere,§.qui ad nundinas. In contrarium videtur,q̃ legis poteſtate, & protectione retineant vtramque poſſeſſionem,ſcilicet naturalem, & ciuilem,vt protectio aliquid operetur.Sed certè dicitur hic,q̃ iudices etiam ex officio tenentur iſtud reſtituere, nunquid ſicut attentata pendente appellatione reſtituuntur velo leuato, ita erit hic? & puto q̃ fic.vnde ſufficit quęcunque querela expoſita iudici licet non in modum libelli,& hoc per illam not.gloſ.quæ eſt.1.q.4.quia prę ſulatus. Sed quęro, nunquid iſti poterunt capi per repræſalias? reſpondeo non,quia ſunt ſub protectione eccleſiæ,caſus eſt hic. In text.ibi,Iter arreptum, de hac forma tractat Io.And.infrà,de rebus eccleſiæ non alien.c.epiſcopi,in gloſ.ſumitur.Et no.q̃ eccleſia Romana habet ex conſuetudine, vt ter in anno, excommunicet eos qui tales offendunt in eundo,ſtando,& redeundo.
3 †Et ſume hic argumentum, quod recepti ſub protectione eccleſiæ habent priuilegium clericorum,& eccleſiaſticarum perſonarum,& ideo iudicem eccleſiaſticum habent protectorem, quod no.

ADDITIO.

a Vinc.God.Peregrini. Adde q̃ peregrini pro repreſaliis capi non nõ poſſunt, Bar.in auth.omnes,C.commu.de ſucceſ.Alex.in l.2.§.legatis, ff.de re iud.

De confirmatione vtili,vel inutili. Rubrica.

SVMMARIVM.

De confirmata re per Papam ſcienter,iudex inferior non cognoſcit,in princ. & num.3.4.5.& 10.§.idem ait.
1 *Litigioſi vitium impedit principis confirmationem.*
2 *Confirmatio facta in forma communi,quid operetur.*
3 *Papa ſi confirmauit alicui beneficium eccleſiaſticum,an inferior poterit cognoſcere de intentione principis.*
Ius naturale commune magiſtratibus omnibus eſt,ver.quia ius.
4 *Inferior an poſſit cognoſcere de validitate conceſſi.*
Confirmatio generalis nunquam addit robur inualidis,§.ſed de perſona,ver. ſed confirmatio,& num.10.§.idem ait.
5 *Confirmatio quando eſt facta ſine cauſæ cognitione, an vera vel falſa ſit confirmatio, ſolus papa cognoſcit.*
6 *Contractum ſi confirmat princeps, an iſta confirmatio aliquid operetur.*
7 *Confirmator ſententiæ an habeat cognoſcere de proceßibus.*
Executor ſentẽtiæ non habet cognoſcere de ordine proceſſuum, vel iuſtitiæ, verſi. ſed executor.
8 *Succeſſor an teneatur confirmare factum prædeceſſoris.*
Obligatio non extenditur ad ſucceſſorem eius, qui ius ſuum morte finit,ver. nam quoties.
9 *Confirmatio,& priuilegium an inter ſe differant, & nihil addit titulo poſſidendi,niſi in caſu.*
10 *Confirmatio non mutat naturam eius, quod confirmatur.*
Derogare iuri alterius Papa per ſuam non vult confirmationẽ. §.idem ait.
11 *Clauſula,ex certa ſcientia quæ idem operatur, quod derogatoria ſpecialis, non apponitur in forma communi.*
Clauſulam,non obſtante,an ſufficiat apponere generaliter,ver.nec clauſula.
12 *Pater an poſſit petere confirmationem ſtatus filiorum.*
Confirmationem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, petere quis poteſt,& multa ea operatur,ver.an quis.
13 *Teſtamentum ſi confirmauit Imperator, in quo erat clauſula irreuocabilitatis,quid operatur illa clauſula.*
Poſſeſſionem ingredi poteſt hæres, & legatarius, mortuo teſtatore qui ſe conſtituit pro eis poſſidere,ver.Pone.
14 *Decretum an poſſit confirmare contractum ex interuallo.*
Decretum vbi eſt,ibi nulla deceptio præſumitur interuenire,ver.& no.
15 *Teſtamentum papa ſi ex certa ſcientia cõfirmauit vſurarii manifeſti, non præſtita cautione,an teſtamentum ſit nullum, & num.15.*
16 *Donatio cauſa mortis an ſit inualida,niſi ſit præſtita cautio.*

CAP. PRIMVM.

SI quis. Caſus huius capituli, & ſequentis. De rè ſcienter confirmata per papam iudex inferior non cognoſcit,niſi tempore confirmationis res eſſet litigioſa,vel cõfirmatio alias ſubreptitia.Caſus.Aliquis mouit queſtionem contra aliquem ſuper re aliqua,reus lite pendente impetrauit à ſede Apoſtolica cõfirmationem rei litigioſæ,quæſitum fuit,an per hoc iudex ſuper ſedere debeat cognitioni cauſæ? Reſpon.non, ſecus,ſi confirmatio fuit facta antequam res eſſet litigioſa,quia tunc nulli licet co
1 gnoſcere ſine mandato Papæ. † No. q̃ vitium litigioſi impedit principis confirmationem,ſed contra.ff.ſi quis cau.l.qui autem. ſol.ibi loquitur,quando princeps conceſſit ſolenniter,& ex certa ſcientia.præterea ibi conceſſit priuilegium fori, non priuilegium rei litigioſæ, & facit C.vnde vi,l.auctoritate. Quæro,quid
2 †operatur confirmatio facta in forma communi? Rn.nihil operatur quo ad rei conceſſę validitatem, niſi fiat ex certa ſcientia, cum cauſæ cognitione, infrà,c.proximo, & ſup.de offic.delega.
3 c.ſtuduiſti.† Pone,Papa confirmauit alicui beneficium eccleſiaſticum,nunquid inferior poterit cognoſcere de intentione principis? certum eſt,q̃ non cognoſcit de ea,niſi princeps ſit,C.de legib.l.fina.de regulis iur.l.Neratius. niſi intentio principis ſit nota per rationem naturalem,quia ius naturale commune eſt omnibus magiſtratibus.ff.de vulga.ſubſt.l.ex facto,ff.de excuſ.tut.l.
4 ſcire oportet,§.ſi maximè. † Sed nunquid poteſt cognoſcere de validitate conceſſi? Ioan.And.ſup.de iudic.c.cum veniſſet,q̃ inferior nõ poteſt cognoſcere de beneficio,id eſt,an ſit dignus vel capax,necne. C. de cri.ſacr.l.inſtar. ſed bene poteſt cognoſcere de beneficio, puta an valeat, necne. & idem in priuilegio, vt ſi princeps priuilegiauit me de aliquo caſtro,poſſet ordinarius cognoſcere,an eſſet vacans necne.Item an per obreptionem impetrauerit,necne.Sed de perſona mea,an ſim capax,vel ne cognoſcere non poteſt. In confirmatione autem dicas, aut confirmatio eſt facta ſine cauſæ cognitione, & non valet, & inferior poteſt cognoſcere de beneficio, aut cum cauſæ cognitione, & ex certa ſcientia, & tunc dicecęſanus non poteſt cognoſcere, quia omnia merito noſtra facimus, quibus noſtra authoritas impartitur,vt l.1.C.de uet.iu.enucl. & prædicta habent locum in confirmatione ſpeciali. Sed confirmatio generalis nunquam addit robur inualidis,vt notatur in l.1.ff.de his, qui ſunt ſui,vel alieni
5 iuris.& in c.1.de lege Conra.col.10. † Adde dicit,Inno.q̃ quãdo
a eſt facta confirmatio[a] ſine cauſæ cognitione,an vera,vel falſa ſit confirmatio,ſolus Papa cognoſcit:ſed inferior cognoſcit iudex, qui inceœperat cognoſcere de cauſa, puta beneficio, electione, vel dominio,Inno.ſi autem fit cum cauſæ cognitione confirmatio electionis,vel beneficij,facit ius apud omnes,Innocen.no.ff. de adoptio.l.adoptio non iure facta,dum tamen ſit facta citatio
6 generalis per edictum.† Pone,q̃ princeps confirmat contractũ, vtrum iſta cõfirmatio aliquid operetur? & videtur quod veſtiat pactum nudum, vt l.legitima, ff. de pact. & ſuppleat defectum, ſi quis eſt de iure ciuili propter aliquam ſolennitatem intrinſecam vel extrinſecam,vt l.1.ff.de reſt. mino. in contrarium videtur C.de inoffi.teſta.l.ſi quando,in prin. C.de decurio.l.ſi quos,
7 lib.10.† Quæro,an confirmator ſententiæ habeat cognoſcere de proceſſibus? reſpon.ſic,ideſt de ordine proceſſuum, vel iuſtitiæ, ita eleganter dicit hic Inno.& ego dixi ſuprà, de re iudic.c.de cętero.Item no.q̃ in confirmatione ſententiæ ſunt duæ ſententiæ validæ, tamen ſecunda dependet à prima in materia & forma.
8 ff.de lib.leg.l.Aurelius,§.teſtamento, facit ff.de vſufr.l.ſi.† Quæro,nunquid ſucceſſor teneatur confirmare factum prædeceſſoris. reſpon.aut eſt factum bene,& tenetur ratificare, aut male,& tunc ſecus, vt in c.1. qui ſucce.ten. col. 10.& ibi dixi, & not.per Archidiac. 25.quæſtione 2. deceſſor. tamen anteceſſor non põt mittere falcem in tempus ſucceſſoris, vt ſi velit locare reditus in tempus ſucceſſoris,& fructus recipere pro futuris annis, quia ei non plus acquiritur, quam ratio adminiſtrationis permittat.nã quoties tempora diſtributa non cadunt in eodem ſubiecto, ſed in diuerſis perſonis,tot ſunt cõtractus, quot penſiones.ff.de ſtip. ſer.l.ſi ſeruus communis vicini,§.fin.vbi eſt melior tex.qui ſit in iure.Si autem eſt vna obligatio perpetua, continua,& non diſcreta & rationabiliter celebrata, ſucceſſor tenetur confirmare factum prædeceſſoris,& ipſum renouare,vt extra,de ſol.c.1.† Mo-
9 do quæro,an ſit differentia inter confirmationem,& priuilegiũ. reſpond.ſic,& diuerſus eſt ſtylus, vt not.Archid.25.quæſtione 2. §.1. Ibidem ait,quod confirmatio quo ad titulum poſſidẽdi nihil addit,niſi habeat vim collationis de nouo. ff.de mil.teſtam.l.
10 tribu. §.vlt. † Idem ait, quod confirmatio non mutat naturam eius,

ADDITIO.

a Vin.God. Confirmatio. Adde,q̃ confirmatio principis ſemper intelligitur ſine præiudicio alterius,& continet quæ iuſta ſunt. Rui.conſi.60.num.4.lib.1.

BIU Cujas

eius, quod confirmatur, nam codicilli confirmati in teſtamento retinent naturam codicillorum, & non aſſumunt naturam teſtamenti, unde in ipſis non poteſt directo ſubſtitui, vel etiam tutor dari, cuius auctoritate hæreditas adeatur, vt ff. ad Treb. l. Scæuola. Idem ait, ꝙ Papa confirmando, iuri nullius vult derogare, ad hoc ff. de vulg. ſubſti. l. ex facto. Idem ait, ꝙ indirectè pōt inferior cognoſcere de confirmatione Papę, vt ſi obijciatur falſi ſuggeſtio. i. ſurreptio, vt j. eo. c. nam non licet beneficium principis per fraudem interpretari, vt ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac, §. patronum. Idem ait, ꝙ qñ Papa cum cauſæ cognitione ex certa ſcientia ꝓfirmat, talis confirmatio eneruat cognitionem iudicis, vt ſupra, de tranſac. c. 1. Sed ſi cōfirmatio fiat ſimpliciter, nihil operatur, niſi dubium ſuper impetratis de nouo oriatur, qa illud eſt decidendum per Papam ſecundum Arch. qui ita not.
11 eleganter, vbi s. † Adde & dic, ꝙ in forma communi non apponitur clauſula, Ex certa ſcientia, quæ idem operatur, quod derogatoria ſpecialis, nec clauſula, Non obſtante, quæ non debet generaliter proferri, ſed verbis ſpecialib. quib. etiā verba generalia poſſunt ſubiūgi ſecundum Archi. ibidem. Ego puto ꝙ ſicut ſufficit dicere, Ex certa ſcientia in genere, ita ſufficit dicere, Nō obſtante aliqua lege, quia princeps omnium legum habet ſcientiā, de hoc dixi in materia feudorū in c. naturales, ſi de feu. fue. ꝓtr.
12 vbi uideas in lect. mea. † Quæro, an pī poſſit petere ꝓfirmationē ſtatus filiorum? textus eſt in ſuppletione, ff. de ritu nuptia. l. qui in prouincia, §. 1. nec eſt opus citari agnatos, etiam ſi filij ſint inceſtuoſi, textus eſt ibi ſolitarius. An quis poſſit petere confirmationem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam? videtur ꝙ non, quia fruſtra imploratur, quod eſt ipſo iure conceſſum. l. ſi quis ſub conditio. §. fi. ff. de condi. inſtitu. l. 1. C. de theſau. lib. 10. & ideo non procedit petitio, quæ nihil poteſt operari. Sol. dic, ꝙ immo poteſt & multa operatur ſecundum Inno. vt ff. de
13 noui ope. nun. l. de pupillo, §. ſin autem. † Sed ecce Imperator confirmauit teſtamentum, in quo erat clauſula irreuocabilitatis. reſpon. illa clauſula non plus operatur, quam ſi princeps nō confirmaſſet. C. de teſt. l. omnium. Pone, teſtator ad confirmationem illius clauſulæ, conſtituit ſe poſſidere pro hęredib. vel legatarijs. reſpon. non valet vt precarium, qa nemo rem ſuam precario rogare poteſt, tamen hęres, & legatarius poſſunt mortuo teſtatore ingredi poſſeſſionem, quia teſtator poteſt præuenire mortem tradendo, ff. de leg. 3. l. Lucius, & no. hoc dictum
14 quia nouum. † Quæro, vtrū decretum poſſit confirmare contractum ex interuallo? & vī ꝙ non, quia decretum eſt ſolennitas neceſſaria, & ſolennitas debet cohærere actui, cui aliàs debet ineſſe, reſpon. ꝙ confirmat, vt nunc ex repetito conſenſu, non retro. ff. de offi. procon. l. obſeruare, §. fi. tamen non eſt neceſſarius in eccleſiaſticis alienationibus nouus tractatus, ar. in l. 1. in fi. ff. de do. præleg. item etiam requiritur conſenſus vtriuſque partis, ut C. de nup. l. ſi vt proponis, l. fin. C. commu. prædi. vnus tamen tractatus eſt, & ideo non eſt neceſſe, quod iterum contrahetur, ff. de ſecund. tabu. l. qui ex liberis, §. teſtamento. ff. de probationibus, l. cum tacitum, & not. quod vbi eſt decretum, ibi præſumitur, quod nulla deceptio interuenit, tex. eſt
15 no. in l. 1. C. de præd. curi. lib. 10. † Sed quid ſi Papa ex certa ſciētia confirmauit teſtm̄ vſurarij manifeſti, non præſtita cautione? nam iſtud teſtamentum eſt aliquod de iu. gent. & etiam de iure ciuili, vt ff. ſi cer. pet. l. eius, qui in prouincia, in princ. Secus de iure canonico, quod in hoc corrigit ius ciuile, & omnia ſtatuta municipalia, quæ in contrariū loquuntur. nam ſtatuta talia ſunt in præiudicium animæ & eccleſiaſticæ iuriſdictionis: qa
a cauſa vſurarum[a] & pœna eſt de iuriſdictione eccleſiæ, & ideo ſunt nulla ipſo iure, vt in c. quamquam, de vſu. lib. 6. Item ꝙ valeat confirmatio, facit C. de teſt. l. omnium. præſtare cautionem eſt quædam ſolennitas extrinſeca, quod apparet, quia eſt contractus, & vltima voluntas, vnde non eſt qd intrinſecum vltimę voluntatis, ſed quoddam extraneū, quod ſufficit etiam ex in-
16 teruallo interuenire, vt no. in d. c. quamquam. † Porro in donatione cauſa mortis non reperitur l. cautū, ꝙ non valeat, niſi ſit pręſtita cautio. dicas, ꝙ ſi ex tali donatione cōſueuit oriri actio ex teſtamento, & non valeat, aut condictio ex lege, vel actio ex ſtipulatu, & tūc valet, quia vſurarijs manifeſtis non eſt interdictum contrahere, ſed teſtari, inter quæ eſt diſcrepantia, ut ff. de ver. ſigni. l. uerba geſſerunt. Quando autem oritur condictio ex lege, nota. ff. de lega. 2. l. cum pater, §. nemo, quæ dicit, ꝙ condictio ex lege, ſi quis argentum, habet locum in donatione cauſa mortis, quæ gl. non eſt alibi. Sol. puto, ꝙ confirmatio dicti teſtamenti facta per Papam & non per alium etiam Imperatorem, det dicto teſtamento ualiditatem, quia Papa poteſt tollere ſuum ſtatutum, ut ff. de legi. l. non eſt nouum.

ADDITIO.

a Vic. God. Vſuræ. Adde ꝙ vſuræ non debentur ex pacto vendendi ob pretium nondum ſolutum. Tiraquel. in tract. de vtroque retrac. fol. 344. nu. 50.

Baldi Vbaldi de Perusio Commentariorum ſuper ſecundo Decretalium,

FINIS.

BIU Cujas

BALDI VBALDI PERVSINI,
SVPER TERTIO DECRETALIVM,
COMMENTARIA.

De vita, & honestate clericorum. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Vita est triplex.*
De vita cum loquimur, intelligimur loqui secundum naturam, non secundum fictionem.
2 *Vita disciplinæ est duplex.*
3 *Vita particularis quæ sit, & qui ea viuant.*
Viuentes sub eodem tecto dicuntur in communi uiuere, ver. viuentes.
Vita capitur pro coniunctione animæ & corporis, & pro victu, ver. ponit.
Medicinæ an contineantur verbo victus, & alimenti. §. alio modo.
Alimenti nomine non continetur, nisi quod conuertitur in nutrimentũ, ibid.
Vitam si quis in domo legat vxori, quid eo legato contineatur, uer. Vnde si.
4 *Vita dicitur quædam disciplina secundum quam decet viuere omnes, qui in ciuitate sunt.*
Intelligendi, & significandi modus vnus, & idem, & sumitur à proprietate materiæ, ver. quia modus.
Disciplina quid, ver. est autem.
5 *Vitæ tertia species principalis est vita gratiæ.*
Homo subiectus est aiuersis pressuris. §. Porro.
Vita beata est, & non hic, ibid.
6 *Vita diuiditur in actiuam, & contemplatiuam.*
Vita naturalis non præsumitur vltra centum annos in hoc corpore durare, ver. Sanè.
Obligare se quis non potest ad mortẽ, vel ad amissionem membri, ver. illud.
7 *Homo ex corpore, anima, & mente consistit.*
Mens est rationabilitas animæ, & regit animam.
Animæ officium.
8 *Honestas dicitur quasi honoris seruans statũ, & sororizat cum verecũdia.*
Honor non potest nummario pretio æstimari, ver. Sanè augetur per dignitatem, ibid. & per eum quis acquirit vtilitatem, ver. & qui.
9 *Ad honestatem clericorum non solum honestè & parcè viuere, sed à vestibus sordidis abstinere pertinet.*
Vestes sordidæ inducunt pudorem, ver. quia.
10 *Ignis inferni quomodo non consumit in inferno detentos.*
11 *Loca pœnarũ & inferni sedes incognita fuerũt ante resurrectionẽ Lazari.*
12 *Ex conuersatione oritur infamiæ suspicio.*
Impudicæ res infestant oculos, ver. Item debent.

1 TRIPLEX † est uita, s. naturæ, disciplinæ, & gratia; & cum loquimur de vita, intelligimur loqui secundum naturam, non secundum fictionem, quia oĩs rerum proprietas in natura cõsistit. ff. de uerb. obl. l. ex ea parte, §. fin. ff. de iure fis. l. Statius, §. Cornelio. nisi in re qua de agit, repũtetur idem effectus p̃ iuris dispositionem, ſm q̃ dicimus, q̃ deportatus hr̃ pro mortuo. ff. de lib. & posth. l. gñaliter, §. & quid si tantum. † Vita [a] autem disciplinæ est duplex, sci
a licet religiosorum, vt in Auth. de mon. §. cogitan. & aliorum clericorũ collegialiter viuentium, exemplo Apostolorum, ut j. c. c. q̃m, 32. dist. præter hoc, de consec. dist. 5. c. in omnibus, secun-
3 dum Goff. † Vita autem particularis est, quando clerici seculares viuunt quilibet in domo propria, nõ sub eodem tecto: viuentes enim sub eodẽ tecto dicuntur uiuere in cõmuni, sed viuentes seorsum vnus ab altero ducunt vitam particularem, & est simile, ff. ad Sil. l. 1. §. occisorum. Ponitur autẽ vita vno modo pro coniunctione aĩæ, & corporis. Nam quãdiu aĩa est in corpore, etiam si hõ sit ita p̃ximus morti, q̃ nullum habeat officiũ vitæ, tñ adhuc viuere dr̃, & occidens eum, punitur tanq̃ homicida, vt l. in hac, ff. de tritic. & ff. ad leg. Aqui. huic scripturæ. & hoc patet, qa uiuus moritur, mortuus aũt nõ moritur, nec vulneratur, vt no. in l. 1. C. qui accus. nõ pos. & ff. de man. test. l. q duos. & ſm hunc modũ intelligendo, sumitur id quod dicit Philosophus, quod viuere viuẽtibus est esse. Alio modo intelligitur vita pro his, quæ sunt ad vitam. i. p̃ cibo & potu, & alijs necessarijs, quæ cedunt in via nutrimenti, sed de medicinis est dubium, vtrum contineatur verbo victus. & dicendũ est q̃ sic, si sufficit modica impensa, licet non contineatur noĩe alimenti, quia non est alimentum, nisi quod conuertitur in nutrimentum, non id, q̃ vadit in secessum, i. q̃ nullo modo cõuerti potest in nutrimentũ. vnde si testator legat vxori uitam in domo, intelligit etiam de medicinis, ſm quosdam. sed alij dicunt, q̃ istud legatum est benignè & plenè intelligendum ut ff. sol. mat. l. si cũ dotem, §. fin aũt in sæuissimo, & ar. ff. commo. in l. in rebus, §. possunt. vt debeãtur alimenta nõ solum sibi, sed etiã familiæ sibi necessariæ, arg.
4 ff. de iud. l. non alias. † Secundo modo principaliter dr̃ vita, i. quædam disciplina, ſm quam decet viuere omnes, qui in ciuitate sunt, si respicit vniuersum, in vniuerso, vt l. 2. & 3. ff. de leg. sed si respicit vniuersum, non in vniuerso, sed in aliqua parte, puta de disciplina militari, vel scholastica, vel simili, tunc non sumo intellectum uniuersi pro integro vniuersali, sed prout adaptatur illi parti, quia modus intelligẽdi & modus propriè significan. sunt vnum & idem, & sumitur à proprietate materiæ, vt ff. loca. l. si vno, & ff. de vsu. l. si stipulatus. Est autem disciplina idem, q̃ sapiẽtia rectè & moderatè viuendi, iuxta illud Psal. Ap-
5 prehendite disciplinam Domini. † Tertia species principalis vitę est vita gratię, quam mortales non possunt perfectè consequi nisi prius moriatur caro cum suis vitijs. vnde dicit August. non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. nã in ista valle lachrimarum non est aliquod perfectũ bonum, vbi diabolus habet potestatẽ tentandi, licèt non plectendi. Pòrrò homo est subiectus diuersis pressuris, vnde animalia quæcũque minuta possunt interficere hominem, vel saltem molestijs afficere. Sanè certum est aliquã esse vitam beatam, sed non est hic, ergo ad eam habendam oportet hominẽ mori, & dissolui, vnde Apostо. Infęlix tu quod seminas, nõ viuificatur, nisi prius
6 moriatur. † Vlterius dico, quod duplex est vita, scilicet actiua, & contemplatiua, vt in c. nisi, de renuncia. & de regula. c. licèt. uita contemplatiua seipsa contenta est, determinatur ab extra. Sanè hoc naturaliter patet, q̃ vita naturalis in corpore isto non p̃sumitur durare vltra centum annos, illi qui exeesserunt eos, prę sumuntur nõ viuere, vt no. in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemad. test. aper. & C. sol. matr. l. si quidem, ff. de iud. l. proponebatur, C. de sacrosan. eccl. l. fi. & not. Innoc. de uerbo. sign. veniens. Illud etiã est bene notandum, q̃ si quis facit aliquam promissionem, cuius executio tendit ad mortem, vel amissionem alicuius membri, quod me. cau. cum dilecti. qa nemo est dominus membrorum suorum: vnde, qui promisit reuerti ad inimicum, & si reuertatur iugulabit eũ, non obligatur ex fide promissi, q̃ dat materiam delinquẽdi, ff. de fideius. l. si à reo, §. si reo, facit ff. de neg. gest. l. nam & seruus, in prin. & quod no. 23. quæstio. 5. cum homo. Baldus. † Dicit Remigius, quod homo ex corpore, & anima
7 & mente consistit, quæ & rationabilitas animæ dicitur, & cum vnum sit anima, & mens, diuidamus hic animam, quę uiuificat corpus, & mentẽ, quæ regit animam, vnde Apost. dicit vitam significari per animam, & virtutem per mentem, hæc ille super Epistola Pauli ad Rom. Porro anima naturalis perficit naturam suam intelligendo semper uirtute cælesti ministrante. & not.
8 † Sequitur in rubrica, & honestate clericorum. & dicendum est, q̃ honestas, & verecundia sororizant, & vtraque castis moribus perseuerat. dicitur autem honestas [b] quasi honoris seruans statum, vt no. infra eo. titu. in rub. lib. 6. per Ioan. And. & ideo si testator legat mulieri, donec honestè vixerit, intelligitur, donec honorem suum seruauerit. Sanè honor nõ potest pretio nummario æstimari, vt ff. si quis omis. cau. test. l. Iulia. nec potest honor cum malis moribus commiscери, vt C. de secun. nup. l. 1. & ff. ad Trebel. l. facta, §. sub conditione, & ff. de condi. instit. l. filius, ff. de uerborum significationib. l. nepos Proculo. Augetur enim honor per dignitatem, ut ff. de condit & demõ. l. falsa, §. 1. & sacerdotiũ facit quasi nouum hominem. ff. de arbit. l. non distinguemus, §. sacerdotio. & qui acquirit honorem, acquirit vti
9 litatem, ut ff. de iudic. l. si longius, §. fin. † Ad honestatem autem clericorum pertinet non solum honestè & parcè uiuere, sed à uestibus sordidis abstinere, quia uestes sordidæ inducunt pudorem, ut ff. de iniur. l. uestẽ sordidam. & è contra debent abstinere à uestibus nimis pretiosis. Nam licet ipsi sint milites Dei, tamen sunt milites sæculi. debent ergo indui uestibus mediocribus, & pompas uestiũ dimittere, etiam si prius fuissent milites sæculi, quia non debent amodo se conformare militibus sæculi, sed militibus Dei, ut in c. 1. de mili. uasal. qui ar. bel. depos. colla. 10. Et nota quod quidam sunt in uita naturæ, & tamen sunt in morte gratiæ, ut inferi, qui non sunt in gratia gratum
10 faciente, nec in gratia gratis data. † Et si quæris, quomodo ignis inferni non consumit eos. dicunt quidam, quod ille ignis non est naturalis. Sed in uita Beati Nicolai legitur, q̃ est materialis materiæ sensibilis, & non uisibilis, & est quædam species ignis de per se; & hoc refert Magister historiæ scholasticæ

ADDITIONES.

a Vinc. God. Vita. Adde q̃ uita hominum regulariter non excedit centũ annos, l. fi. C. de sacrosan. eccl. quandoq; longior fuit, ut legitur de Abbate Cosma, qui vixit ann. 120. Vide Corn. cons. 341. quod dixit, littera N, lib. 1.

b Vinc. God. Honestas. Adde q̃ honestas publica non patitur fœminam infeudari, ne cætui uirorum immisceatur. Curt. iun. cons. 1. nu. 1.

BIU Cujas

ſticæ ſuper Geneſi in c. de ciectione hominis de paradiſo. Item de tribus ſectis Iudæorum à communi uita, & opinione diſtantibus tractat idem Magiſter in hiſtoriis euãgelicis in c. de tribus ſectis Iudeorum. & eſt pulchrum uidere, & ſcire, quomodo ſe habent ad ſectam catholicam Chriſtianorum. nam multa plus
11 quam moralia ibi inuenies. † Dicit magiſter hiſtorię ſuper Euãgelio in c. de alabaſtro vnguenti, quod loca pœnarum & ſedes inferni fuerũt incognita ante reſurrectionem Lazari. idem ait in c. de lunatico ſanato, & c. lunatici plerunque non ex vitio lunæ patiuntur, ſed dæmones eos vexant illis temporibus, vt per lunam infament creatorem lunæ. idem ait, quod quare Deus fecit hominem, quem damnandum præuiderat, non eſt inquirenda ratio, quia Deus eſt maior omni ratione, & iſta dicitur proui
dentia, non prudentia. illi autem, qui ſunt ſalui, pro prouidentia
12 Dei ſunt, a quo dependet omnis ſalus & bonum. † Ex mala cõ
a uerſatione[a] oritur ſuſpicio infamiæ. & ideo clerici ab ea debẽt totaliter abſtinere. Item debent cauere, ne videant res impudicas, q̃ infeſtant oculos, vt l. cum ſupra virentes. C. de re mi. lib. x.

ADDITIO.

a Vinc. God. Conuerſatione. Adde ꝙ mala conuerſatio facit ſuſpectum præſumi. Bartol. in l. ſi plures, §. quemuis, & §. ſi parens. ff. de admin. tut. c. ad hæc, & ibi Abb. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ſecus localiter exponitur, ideſt, iuxta, & aduerſatiue.*
Orationis vna pars pro alia plerumque ponitur, uer. & plerunque.
2 *Laici, quando diuina celebrantur, ſi ſedeant, uel ſtent inter clericos, ſunt eiiciendi, non puniendi, & in prin.*

CAP. PRIMVM.

VT laici. Statuit concilium, vt laici, quando diuina myſteria celebrantur ſtare, vel ſedere non audeant inter clericos, ſed in parte eccleſiæ, quæ ab eis diſtinguitur per cancellos. orare autem poſſunt in ſancta ſanctorum, & dicitur ſancta ſanctorum latior pars eccleſiæ. no. quod loca debent diſtingui,
1 ne diuina turbentur officia. † In tex. ibi, ſecus, ideſt iuxta, vel immediate, ff. de ſer. vrb. prę. l. quidam Hyberus. ſicut exponitur dictio, ſecundum, prout ponitur localiter. ff. de acquiren. re. do. l. maritus. Sed ut plurimum dictio, ſecus, ponitur aduerſatiue, vt no. eo. tit. l. per ſeruum. §. pe. & hoc eſt generale, ꝙ dictiones reſpectiuæ ſignificant ſecundum ſuos effectus, & plerunque una
0 pars orationis ponitur pro alia, ut no. de condi. & demon. l. eas
2 cauſas. † Quæro, nunquid ſint puniendi laici, qui contrafaciũt ex conſuetudine? dic ꝙ ſunt eiiciendi, non puniendi, ſicut fecit Chriſtus, qui eiecit mercatores de templo, non tamen puniuit eos. uide quod no. C. de ſacroſ. eccl. l. nemo martyres.

SVMMARIVM.

Arma non licet portare clericis, & ſi portant, excommunicandi ſunt, in princ.
Vſurarii non ſunt ipſo facto excommunicati, ſed excommunicandi, ibid.
1 *Gladii a pane an dicantur arma.*
In denominanda re aptitudo, & conſuetudo inſpicitur, uer. & in qualibet.
2 *Clericis an ſit licitum portare loricas de ferro.*
Arma quæ dicantur, ver. item arma.
3 *Prælatis et clericis licitum eſt laicos ad arma prouocare contra inimicos humani generis.*
Ad arma recurritur, ubi iura non ſufficiunt, ver. & vbi.
4 *Clerici ſi poſt trinam commonitionem epiſcopi, ne portent arma, ſunt inobedientes, & capti fuerint cum armis, non ſunt ab eccleſia defendendi.*
Extra protectionem eccleſiæ quinam ſint, ver. & ſunt extra.
Defendere poſſeſſionem ſuam unicuique licet, atque fructus. ver. dicit.
5 *Sociorum iniuriam poteſt quis armis repellere, ſiue loquamur de ſocio ſocietatis rerum, ſiue itineris.*
6 *Clericis, vel prælatis an liceat noua caſtra, uel munitiones facere.*
Clericus potius fugere, ſi poteſt, debet, quam fugientem percutere, uer. ſi clericus, niſi in caſu, & quo.
Fugere laicus non tenetur, ibidem.
7 *Clericis, ſi preſſuram patiantur, licitum eſt ſe defendere, dum tamen ſeruetur modus, & moderatio.*
Moderatio & modus quando dicitur a ſe defendente ſeruari. §. Ecce.
Occidendi animus præſumitur ex armorum qualitate, uerſ. & ex.
Modum excedens quomodo puniendus, uer. utrum autem.
8 *Contendentes de aliqua poſſeſſione ſi ſunt duo, & parant ſe ad bellum, an iudex poſſit poſſeſſ. ſequeſtrare.*
Incontinenti, & ex interuallo dicitur, prout materia requirit, & exempla, uerſ. item ſcias.
9 *Offenſo an ſit licitum facere aduerſarium ſuum aſſaſſinari.*
Mandatarius, & non mandans quando puniatur, uer. præterea.
Vindicta reſpicit facta retro, uer. illud conſtat.
Defenſio futura. ibid.
10 *Vxorem alterius ſi quis adulterauit, & offenſus econtra poſtea adulterauit uxorem illius, an hoc genus uindictæ ſit licitum.*
Raptus uirginis cum raptu non compenſatur, uer. Idem.
11 *Tranſiens per loca periculoſa dicitur tranſire per fortuitos caſus.*
12 *Vſurarius ſi excõicatus ſit pp uſuras, licet ſit abſolutus a uinculo excommunicationis per diœceſanũ ſuũ, tamẽ nõ eſt abſolutus a reſtõne uſurarũ.*
13 *Indebiti condictio non augetur per excommunicationem.*
Vſura prohibita ex utroque teſtamento, & quæ. §. & nota, & ſeq.
Vſura non eſt idem, quod pœna §. Sed ſi. uer. quia aliud.
14 *Fęnerari quod quis ſit ſolitus, an probetur per codices rationum, quas uſurarius conſcripſit ſecrete in camera, nemine mandante, nec ſciente.*
Iudicium non incidit ab edendo. §. ſane.
Vtens, & vſurus inſtrumento quis dicatur, ibid. ver. utens.
Pœna diuerſimode accedit, & quando dicatur uſura, ibid. uer. & dic.
15 *Vſura promiſſa ſub titulo donationis non ualet.*
16 *Iudices ſęculares an poſſint ſe intromittere de reſtitutione uſurarũ certarũ.*

CAP. II.

Clerici. Clerici non debent portare arma, & ſi portãt. debent excommunicari. Item uſurarij ſunt excommunicandi. No. ꝙ uſurarii non ſunt ipſo facto excommunicati, ſed excommunicandi. Item no. ꝙ clerici publice portantes arma non ſunt excommunicati, ſed excõmunicandi, quia por
1 tare arma non eſt eis honeſtum. † Sed nunquid gladii a pane dicantur arma? dic, ꝙ non, quia non ſunt apti ad nocendum, ut no. in Auth. de armis, col. 6. & in qualibet re denominanda inſpicitur aptitudo, & conſuetudo, vt no. in ſimili in l. 2. ſi cer. pet. ergo non dicitur inuentus cum armis, qui portat iſtos cultellinos paruos. †
2 Sed nunquid eſt licitum clericis portare loricas de ferro? dic ꝙ non, quia hic indiſtincte loquitur. Item arma ſunt, quæcunque reddunt hominem audaciorem, & aduerſarium timidiorem. hoc intellige, niſi in caſu neceſſitatis, ut ſi vadit ad loca periculoſa. Nam ob defenſam etiam præſumptam licitum eſt portare arma, ſicut ſi periculũ immineret ad oculũ, ego loquor de ineuitabili neceſſitate. nam ſpõte nemo debet iſtos caſus appetere. ff. lo. l. ſi merces. §. culpæ, & l. itẽ quærit. §. exercitu. pro neceſſitate aũt ſalutis patriæ poſſunt clerici arma ſumere ad defenſam, vt ff. de iuſti. & iu. l. vt vim, & ar. de cap. & poſtl. reuer.
3 l. poſtliminium. §. filius. † Item no. ꝙ prælatis, & clericis licitum eſt laicos ad arma prouocare contra inimicos humani generis, puta piratas, & depopulatores agrorum, & terrarum. 23. q. 8. igitur. nam iſti ſimiles ſunt beſtiis feris, & obſtinatione peccandi conuertuntur in belluas. C. q̃ li. uni. ſine iudi, ſe uin. l. opprimẽdorum. & ubi non ſufficiunt iura, recurritur ad armatum ſubſidium, ut not. C. de iudi. l. nullus. nã arma tuentur leges, & ecõtra, ut in ſecunda conſti. C. & in princi. Inſti. †
4 Si clerici poſt trinam commonitionem epiſcopi, ne portent arma, ſunt inobedientes, ſi capti fuerint cum armis, non ſunt ab eccleſia defendendi, de ſenten. excommunica. in audientia, & c. contingit. & ſunt extra protectionem, & priuilegia clericorum, extra protectionem enim ſunt, quicunque ſtatutis, & priuilegiis non iuuãtur. facit, quod no. in l. j. C. de natura. li. Dicit Inno. ꝙ vnicuique exiſtenti in poſſeſſione licet defendere poſſeſſionem ſuam, & fructus colligere, non obſtante contradictione eius, qui nõ poſſidet, vt ipſe no. infra de cenſ. c. venerabili, in fi. †
5 Quis poteſt iniuriam ſociorum armis repellere, ſiue loquamur de ſocio ſocietatis rerum, ſiue itineris. 2. q. 7. negligere. 23. q. 3. in ſumma. magis tamen moderatè debet quis defendere ſocium, q̃ ſeipſum, periculum tñ perſonæ non tenetur quis pro ſocio ſubire. vnde dicit ſapiens Cato. Dilige ſic alios, vt ſis tibi charus amicus. Sic bonus eſto bonis, ne te mala damna ſequantur. Adde quod di-
6 xi in l. ut uim. ff. de iu. & iu. in lec. † An liceat clericis, uel prælatis noua caſtra, uel munitiones facere, dic ꝙ ſic, niſi ſint ſuſpecti de æmulatione, uel guerra ab eis mouẽda, de reſti. ſpo. c. Piſanis, per Inno. Similiter dicimus de refectione caſtrorum inhabitatorũ ſm Inno. quod eſt notandum. facit. l. opus, de op. publicis. ſi clericus poteſt fugere, potius debet fugam arripere, q̃ fugientẽ cũ armis percutere, iuxta illud, ſi perſecuti fuerint uos in una ciuitate, fugite in aliam. niſi fuga eſſet eis periculoſa, ſed laici nõ te-
a nentur fugere. ff. ad l. Aqu. l. ſciẽtiam, §. cum aliter, quia fuga[a] eſt
7 refugium miſerorum. † Porro etiam clericis, ſi preſſuram patiãtur, licitum eſt ſe defendere, dum tamen ſeruetur modus, & moderatio. Ecce exemplum de modo. ſi non armatus percutit cum pugno, nõ debet repercuti cum gladio. Ecce exemplum de moderatione, ſcilicet, poſſibili, pone, ꝙ uterque eſt armatus, unus cum leui inſtrumento, alter cum graui & periculoſo, & etiam cum leui. non enim debet percutere cum graui, quandoque tñ impetus moderationem tollit, quia ubi furor eſt, ibi intellectus abeſt, vt not. in l. j. C. vnde vi. dic, ꝙ moderamen ſeruatur, ſi illud tantum fiat, quo omiſſo uiolentia repelli non poteſt, c. vt famæ, de ſen. excom. nec eſt uis, utrum ſit eadem qualitas armorum, necne, quia ad modum referen. eſt, non ad qualitatem. ar. ff. de uſufru. l. ſi fundi. §. fin. & in iſtis iudex arbitrabitur. ff. de rei vendicatione, l. in fundo. & ex qualitate armorum præſumitur animus

ADDITIO.

a Vinc. God. Fuga adde quando faciat indicium ſufficiens ad torturam Dec. in conſ. 234. in effectu, col. 2. lib. 2. & latius Iaſ. in l. admonendi. col. 6. uerſ. circa primum caſum, ff. de iureiur. & Dec. conſ. 75. lib. 1.

BIU Cujas

aliinus occidēdi, vel nō occidēdi, vt in l. 1. §. sed & si claua. ff. ad leg. Cor. de sic. vtrum aūt, q excedit modum, puniatur de tāto, an de toto, an nullo modo, videt distinguen. aut in rixa, & non punit, vt ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis, §. tabernarius. aut ex proposito, & tūc punitur de tāto, non de toto, q arbitrio iudicis relinquitur, s de resti. spo. olim. † Si duo contendunt de aliqua possessione, & parant se ad bellum, vtrum iudex possit posse. sequestrare? dic q nō, si vnus possidet, alter non, sed si est dubium de pos. tunc debet sequestrari, ut not. Inn. supra de proba. c. in præsentia. Item scias, q incontinenti & ex interuallo dicitur, put materia requirit. nam si quidem tale est quid, quod possit reparari, ut recuperare possessionem inuasam, tunc dicitur incontinēti fieri, cum primum est aptitudo recuperandi, quod etiam licitum est facere conuocando amicos, & licèt quidam dicant, intra triduum, tamen si res magnum apparatum exigit, puta recuperatio unius castri, tempus oportunum ad hoc inspiciendū est, ar. ff. de ver. ob. l. continuus, §. cum ita, & §. item qui insulam. si autem est tale quid, quod post factum non possit in pristinum statum reparari, vt vulnera, tunc incontinenti dicitur fieri, q continuatè fit instante metu, vt no. infra de homi. c. signi. Pone, statuto ciuitatis cauetur, quod offenso liceat facere competentem vindictam. † vtrum sit licitum offenso facere aduersarium suum assassinari? dic quod non, quia in hoc maior est quantitas delicti, quam delictum, vt in c. q humani, de homi. lib. 6. Præterea hoc est capitale, & ideo non interuenit procurator, socius tamen bene posset ipsi assistere, vel dic, quod non ponitur mandans, sed faciens nomine alieno, quia istud mandatum naturali ratione est turpe, ut no. ff. de vi & vi ar. l. cum fundum, & ff. de re iudi. l. culpa est. Item quia statutum loquitur de offenso, & sic loquitur in personam, non in ipsum actum, seu realiter, ut ff. q vi aut clam. l. aut qui aliter, §. fi. & idem dico in marito, qui potest occidere adulterum, nam intimus dolor excusat eum, sed non excusaret eius nuncium, ut C. de adult. l. Gracchus. illud constat, quod vindicta habet oculos retro, & facta respicit. Sed defensio futura concernit. vnde qui dicit se feciſſe ad vindictā, debet probare, quod fecit post offensam. † Sed quid si aliquis adulterauit uxorem alterius, & offensus è cōtra postea adulterauit vxorem illius, nunquid hoc genus vindictæ est licitum? respondeo nō, quia tangit alium, quam offensum, & iniquius fieret statutum, si hoc permitteret, & duplex iniquitas non est tolerāda, ar. in l. ex facto, ff. de vulg. subst. idem dicendum est in raptu uirginum, etiam si carnaliter cognitæ non sint. C. de raptu uirg. l. 1. † Deinde no. gl. quod transiens per loca periculosa dicitur transire per fortuitos casus, & licèt bene succedat, tamen culpanda est temeritas. † Venio ad gl. quæ dicit, quod si usurarius est excommunicatus propter usuras, licet sit absolutus à uinculo excommunicationis per diœcesanum suum, tamen non est absolutus à restitutione usurarum. & est ratio, quia duę sunt obligationes, & licet tollatur sententia, non tollitur tamen debitū, ff. de don. l. sed si in stipulatum, ff. de ser. urb. præd. l. si domus. Non enim ueniunt ex vno radicali fonte, quia excommunicatio uenit ex contumacia, sed obligatio usurarum uenit, & re contrahitur sicut indebitum. † Porro per excommunicationem indebiti condictio non augetur, sed uenit officio iudicis, ut l. 1. ff. de in litem iuran. nec dicitur satisfactum, licet sit sententia lata, ff. de fun. instruc. l. nepoti. Et no. quod usuræ in veteri & nouo testamento sunt prohibitæ, & maximè clericis, qui struunt auaritiam, & dissoluunt vincula societatis humanæ. Et hoc verum, quando quis facit hanc artem, vel quando ad procurationem creditoris quocunque colore quæsito, vel propter indultam temporis dilationem, quod vocatur ex pacto propter pactum, ff. si cer. pe. l. lecta, in fi. Sed si ad procurationem debitoris ducentis creditorem per ambages verborum inuito creditore tempus donabitur, vnde creditor incommodum sentit, veniunt usurę. l. usus æris, tanquam interesse, ff. de in litem iurā. l. nummis, C. de sum. Tri. l. 1. in gl. quia propriè loquendo non sunt usuræ, supra de foro compe. c. dilecti. & ideo non taxatur per dispositionem legis, eos, C. de usu. sed per iudicem probato vero interesse, sic debet intelligi, ff. pro soc. l. socium, qui in eo. hoc est not. quod etiam si legetur pro anima, non potest testator usuras apponere, vt no. in l. 2. ff. de an. leg. Non ob. l. 1. ff. de penu leg. quia aliud est usura, quæ multiplicatur per tempora, & aliud pęna, quæ succedit loco sortis, & non committitur dictim, sed semel pro semel, ff. de act. & oblig. l. obligationum fere, §. fina. & ff. de trasact. l. pacto conuento. † Sed nunquid per codices rationum, quas usurarius conscripsit secretè in camera nemine mandante, nec sciente, probetur quod quis sit solitus fœnerari? dicit Archid. quod sic. 45. distin. qui sincera. tamen dicit, quod non tenetur eos edere, quia conscripsit priuatim ad suam memoriam, & grā sui tantum, nec cum mandato, ita q possit dici gestor negotiorum, & verum dicit, si cum nemine sit controuersia usurarū. Sed si usuræ repetunt in iudicio, tunc bñ cogitur edere, vt in c. 1. de usur. in Clem. Sanè si nullum iudiciū incipit ab edendo, sed citatione, & libello, ut Inst. de pœ. te. liti. §. fin. quia non dī usurus aliquis instrō ante q lis sit mota, vt l. 1. §. edenda, ff. de eden. vtens dī ille, qui producit: usurus dī ille, qui verbo intentat instrm, vt not. Inn. s. de prob. c. 1. & dic vt ibi dixi, & dic q pęna quantitatis interdum accedit quantitati, interdum speciei, interdum facto, primo casu aut per temporis dinumerationē, & est usura, aut non per dinumerationem temporis, sed habito respectu ad interesse totale, & non est usura; quod dic, vt C. de usu. l. cum allegas, si pœna adijcitur loco contemptus, tunc non est usura, vt si spernatur arbiter, uel iudex, vt ff. de arbi. l. Celsus, ff. de verbo. obl. l. stipulationum aliæ, §. si sortem, quia non accedit sorti, sed venit extrinsecus. † Adde, quod dixi ff. si cer. pe. l. rogasti, §. si tibi. Usura promissa sub titulo donationis non valet, quia est color quæsitus, vel in fraudē canonum. Item, si fœneratori promitto dare pignora sub pœna, quia, vt dixi, ubi est color quæsitus, ibi fraus, ſm Cy. C. de usur. auth. ad hæc. licet Iac. But. dicat cōtrarium, & male, quia contra conscientiam. † An iudices sęculares possint se intromittere de restitutione usurarum certarum, dic quod sic, ut infra, de usur. post miserabilem. Sed de restitutione usurarū incertarum ad eos nō spectat cognitio, quia causa est ecclesiastica, ut no. 11. q. 1. in summa, & in Cle. dispendiosam, de iudi. & dixi in l. Titia, ff. solu. matr. vbi enim usuræ sunt certæ: non est cognoscere, sed cognitum esse, arg. C. de compen. l. fi.

SVMMARIVM.

Clericum debet habere qui populum regit, & quare, in princ.
Ecclesiæ dedicari non debēt, nisi dos assignetur pro sacerdote, & clerico, ibi.
1 *Sacerdos an possit sine clerico conficere corpus Christi.*
2 *Sacerdos debet esse instructus in fide.*
Ad fidem catholicam, & diuinum officium discendum patres mittere filios debent.

CAP III.

Vt quisque. Qui populum regit, debet habere clericū, qui secū cantet, & pueros instruat in fide. h. d. In tex. ibi, Plebem, largè sumitur pro qualibet capella, Ber. Ibi, Clericum, gl. sumit argumen. quod ecclesia non debeat dedicari, nisi dos assignetur pro sacerdote, & clerico. † Quæro, an sine clerico sacerdos possit conficere corpus Christi? dic q sic, quia substantia missæ consistit in illis verbis, Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus, &c. quem sermonem profert solus sacerdos.[a] † Ibi, Mittant, no. quod patres debent mittere filios ad discendum diuinum officium, & catholicam fidem, & sacerdos debet esse instructus in fide, quia qui debet alios instruere, debet esse instructus, ut ff. de eden. l. si quis ex argentarijs, §. prohibere.

ADDITIO.

2 Vinc. God. Sacerdos. Adde q, sacerdos potest in genere, non in specie, palam redarguere peccatorem sibi confessum peccata sua in confessione pœnitentiali. no. in cap. si sacerdos, & ibi Abbas, de offic. ordin. ubi ponit exemplum de Christo qui Iudam reprehendit in genere, dum dixit, Melius erat, si natus non fuisset, Marc. 14.

SVMMARIVM.

1 *Clericus nutrire non debet comam, neque barbam, sed incedere in habitu, & in tonsura.*
Argumentum ex vi signorum, & habitus exterioris, ver. & not.

CAP. IIII.

1 **Si quis ex clericis.** Clericus † nō debet nutrire comam vel barbam, sed debet incedere in habitu, & tonsura, ut hic, & infra co. c. proxi. & no. hic arg. ex vi signorum, seu exterioris habitus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus constitutus in minoribus, potest vxorem ducere, nisi esset monasterio traditus.*
Ad habitum deferendum, quem iam assumpsit, quis cogitur, ver. nota.

CAP. VI.

1 **Clericus.** Constitutus in † minoribus, qui appellatur sine gradu, potest vxorem ducere, nisi esset monasterio traditus. No. quem cogi ad probandum habitum quem iam assumpsit, & sic cogitur quis ad bonum inchoatum continuandum, sed non ad nouum inhoandum, secundum Ber.

SVMMARIVM.

Monasteria monialium clericus frequentans ab episcopo punitur, & laicus excommunicatur, nisi monitus destiterit, in princ.
1 *Frequentare quis dicatur.*
2 *Frequentatio inducit maleficii præsumptionē, & facit indiciū ad torturam.*
Prohibitum sine causa videtur permissum cum causa.
Causa dicitur, cui ratio inest, ver. adde.
Contrafaciens ex ineuitabili causa non punitur, & ratio, ver. & est arg.

CAP. VIII.

Monasterium. Clericus frequētans monasteria monialium, ab ēpo punit, laicus excōicat, si monitus non destiterit. h. d. † Quæro, gs dicatur frequēta-

BIU Cujas

1 re⁹ glo. dicit ꝙ per duas vices. Et no. ꝙ frequentatio † inducit prę
a sumptionem maleficij, & sic frequentatio [a] facit indicium ad tor
turam, & no. ꝙ id, ꝙ est prohibitū sine causa, vī esse permissum
cum causa. Adde, ꝙ illa dī causa, cui ratio inest, nam si ratio nō
inest, non dicitur causa propriè, sed abusiuè. ff. de verb. obl. l. si ita
stipulatus, §. possūm, in fi. & est arg. ꝙ si per superiorem est prohi
bitus accessus ad certum locum, vel ingressus palatij, ꝙ ex causa
ineuitabili contrafaciens non punitur, arg. ad idem. ff. de publi.
l. Cæsar. & est ratio, quia persona agens est illa, quæ debet puni-
ri, sed ista non est persona agens, sed patiens, quia per vim pati-
tur, vt ait Seneca in epistola cap. 7. ad Lucillum, Ducunt volen-
tem fata, nolentem trahunt.

ADDITIO.

a Vinc. God. Frequentatio. Adde quomodo ponatur frequentatio, glo. in Auth. de defens. ciuit. §. fi. col. 3. & in c. monasteria, de vita & honest. cler. Cæpol. in cap. 1. §. col. de cog. seu.

SVMMARIVM.

Ministrorum numerum in ecclesiis episcopi statuere iuxta prouentus & facultas ecclesiarum possunt, & bona eorum in communi, victumq; simul tantum, in prin.

1 *Episcopi de ecclesia parochiali possunt facere collegiatam, seu conuentualē.*
Pœna ordinaria potest aggrauari iudicis arbitrio, & ab ea non potest appellari, ver. no. pœnam.

2 *A communione fit quis alienus propter violentam manuum iniectionem in clericum.*
Absoluendi conuentuales potestatem habet episcopus plenariam ob iniectionem manus in clericum uiolentam, ver. tamen.
Plenaria sumitur pro libra, ibid.

3 *Conuentuales debent simul viuere & sub eodem tecto dormire.*

CAP. IX.

a Quoniam vt. [a] Tria dicit. primo, ꝙ eps potest statuere certum numerum ministrorum iuxta prouentus eccl̄iarum. scdo, ꝙ pōt statuere, ꝙ bona eorū veniant in cōi. tertio, ꝙ simul comedant, & dormiāt. pęna triplex officij, & hoc patet. Casus decretalis. scribit hic Gregorius omnibus epis, vt patet in registro ſm Inn. In tex. ibi, in cōi, per hoc dicunt
1 Doc. † ꝙ epi de eccl̄a parochiali pñt facere collegiatam, seu cō-
uentualem. Ibi, si opus fuerit. No. pœnam ordinariam aggraua-
ri iudicis arbitrio suadente, & ab hac aggrauatione, si constat de
2 facto, non pōt appellari. † Ibi, Alienus, no. quem fieri alienum a
cōione pp violentam manuum actionem in clericum, tñ inter
conuentuales eps hēt ptātem absoluen. plenariam. i. liberam. sic
3 n. exponitur. ff. mand. l. creditor. §. Lucius, Bal. † No. ꝙ conuen-
b tuales [b] debent simul viuere, & sub eodem tecto dormire, & hoc
satis patet etiam ex vi grāmaticæ, quia con, id est simul, & argu-
mentum ex vi grammaticæ validum est in iure. ff. de au. & arg.
leg. l. Plautius, & per Innoc. de rescrip. sedes, in princ.

ADDITIONES.

a Quoniam vt. Vide de materia per Lapum allegatione sua 76.
b Vin. God. Conuentuales. Adde ꝙ fratres cōuentus hospitalis Hierosolymitani possunt deponere magistrum. Sed quando & in quib. casib. Old consi. 128.

SVMMARIVM.

Officium iudicis ecclesiastici debet esse gratuitum, consuetudine non obstante, in princ.

1 *Officium tutoris an debeat esse gratuitum.*
Præmium satis consequitur, qui bene gerit officium, ver. Dicit tex.

2 *Sententias venales & processus, quando verum sit non tenere.*

3 *Indemnitatem iudicii promittens an præsumatur committere baratariam.*
Sportulæ an debeantur de iure ciuili iudicibus, ver. Adde, & nu. 4. §. si autem, & seq. & vtrum ex constitutione episcopi, & nu. 4.

4 *Constitutio episcopi, scilicet ꝙ episcopo debeatur nomine sportularum aliqua quota litis, an sit valida.*
Sportularum causa dicitur causa propria iudicis, & qui cum sportulis habere se dicit iurisdictionem, parte negante, non debet se iudicem pronunciare, & dat cautelam iudicibus, ver. & quod.
Fieri quod non potest simpliciter, nec fraudulenter potest. §. si autem.

5 *Episcopus si haberet temporalem iurisdictionem ab Imperatore, posset in causis pertinentibus ad istam temporalitatem exigere sportulas.*

CAP. X.

Cum ab omni. Ecclesiastici iudices gratis iudicare debent, nec exigere possunt decimam, etiam si hoc habeat consuetudo, non obstante ꝙ dicant se nomine assessorum exigere, quia hoc dicunt in fraudem. dic de hoc, vt no. in c. statutum, circa fi. de rescr. lib. 6. No. ꝙ officium iudicium debet esse gratuitum, quia satis sufficit eis pro salario,
1 ꝙ habeant ecclesiasticos reditus. † Quæro, quid de officio tuto-
ris, vtrum debeat esse gratuitum? glo. no. dicit ꝙ sic. ff. de tuto. l.
meos, ad hoc ff. de neg. gest. l. qui sine vsuris, ibi dum dicit, gra-
tuitum. certè & ab omni lucro abstinentes, fidem præstare de-
bent, dicit tex. ꝙ satis consequitur præmium qui bene gerit offi-
cium, quia consequitur laudem, in Auth. de hær. & Falc. §. si ve-
2 rò. † No. deinde hic vænales sententias & processus non tenere,
quod verum est in processu iudicum, sed processus arbitri, vel ar-
bitratoris tenet. sed datur exceptio ſm Inno. ꝙ est verū in arbi-
tro, qui sponte eligitur, sed si eligitur de necessitate, qui vocatur
arbiter iuris, idem est in eo, ꝙ in quocunque iudice delegato, vt
processus venalis, & sententia venalis sit nulla ipso iure. Et hoc
est bene notandum, quia arbitri sæpe committunt has barata-
rias, cum plerūque sint viles personæ. Si quis tamen non potens
suam iustitiam obtinere, redimit hanc iustitiam, iste non dicitur
3 committere simoniam. † Et adde nunquid ille, qui promittit iu-
dici indemnitatem, præsumatur committere baratariam. Bart.
dicit quod non. ff. de furt. l. si quis vxor, §. si fugitiuum. quod est
verum, si iste promissor foueat ius, alioquin deberet puniri de
barataria. Adde, vtrum de iure ciuili sportulæ debeantur iudi-
cibus? videtur ꝙ non debeantur ex promissione, sed ex legali di
spositione, & sint taxatæ, non arbitrariæ, vt leg. & no. Inst. de ac.
4 §. tripli. † Sed an valeat constitutio epi super hoc, videlicet ꝙ epo
debeatur nomine sportularum aliqua quota litis, puta vigesi-
ma, vel quæcunque alia minor, vel minima, vt vnus denarius
pro lib. eius, ꝙ petitur, vī ꝙ episcopus non possit hoc statuere,
quia faceret statutum in causa propria, & ꝙ ratione sportularū
dicatur causa propria, tenet gl. ordi. ff. ad municip. l. de iure, quæ
dicit, ꝙ si iudex prætendit se habere iurisdictionem cum spor-
tulis, & pars hoc negat, ꝙ non potest pronunciare se iudicem,
& ideo iudex debet esse cautus, vt non prætendat interesse spor-
tularum, sed tractet de ipso interesse. nam expressa nocent, non
expressa non nocent. Si autē prætenderet sportulas ex promis-
sione, tunc non valeret promissio, vt hic. nec iuuat color quæsi-
tus, puta occasione tabellionum, quia quod non potest fieri sim
pliciter, non potest fieri fraudulenter, ff. de transa. l. cum hi, §. si-
cut lis, ff. de conditio. & demonstr. l. hæres meus, §. quod in frau-
5 dem. Adde quod no. in authen. scriptum exemplari. † Item adde
ꝙ episcopus si haberet temporalem iurisdictionem ab Imperato-
re, posset in causis pertinentibus ad istam temporalitatem exi
gere sportulas. Item dicit glo. quod Comitissa Matilda in suis re-
galibus computabat sportulas, vt exigebat.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi missi ad prædicandum de nouo conuersis ad fidem, debent se in vnū superioris habitum conformare.*

2 *Strictior vita regularium de mandato Papæ reducitur ad vitam latiorem, & magis communem.*
Dispensare in quibus possit contra regulam, & constitutionem religiosorum Papa, ver. nam hoc, cum §. sequen. & nu. 3.

3 *Auctoritas Papæ in quibus est verum, quod ab omni voto, & professione, & omni iuramento intelligitur excepta.*
Papæ prohibita dicitur vis maior, & connumeratur inter casus fortuitos maiores, ver. quia prohibitio.
Casus fortuiti in re qualibet excusant. ibid.
Casus fortuitus quis dicatur, ver. est autem.

4 *Scandalum generatur ex diuersitate habitus.*
Ex disparitate nascitur inuidia, et discordia seminatur inter fratres, §. dicit.

5 *Conformitas quomodo veniat attendenda.*
Vestimentis albis in tota Lombardia, et Tuscia ad Romā vsque anno 1400. se omnes homines induerunt.
Baldi vita peruenit in anno 1400. eoq; tempore ius canonicū profitebatur.

6 *Canonicus regularis an possit esse canonicus in ecclesia seculari.*
Regularis omissa ecclesia regulari transire non potest ad ecclesiam secularem, §. sed Collectarius.

CAP. XI.

1 Deus qui. Religiosi † missi ad prædicandum de nouo conuersis ad fidem, debent se in vnum superioris habitum conformare. facit sup. de elect. cum causam. h. d. Casus. Liuonienses de nouo conuersi erant ad fidem, datus fuit eis episcopus, & quidam alij fratres ad prædicandum Euangeliū, quia illi prædicatores dissimilem habitum habebant, murmura bant, & scandalum inter Liuonienses suscitabant ex tali diuersi tate, scribit Papa Epo Liuonien. & alijs fratribus dicens, ne ppter dissimilem habitum scandalum fuscitetur inter illos, quib. vnū Euangelium prædicabant, mandat eis, ꝙ oēs debeant se conformare in vnum regulare propositum, & honestum habitum, q̄tum spectat ad hoc officium, non obstante eo, ꝙ quidam illorū sint monachi, quidam verò canonici regulares, quidam alij strictiorem vitam professi. Et ex hac decretali no. ꝙ ppter scandalum receditur à iure, & habitu regulari, sed illud fit ad tempus ex causa. Item in his, quæ spectant ad professionem Papæ auctoritas intelligitur excepta, sicut dicitur de iuramento. † No. quod strictior vita regularium de mandato Papæ reducitur ad uitam
2 latiorem & magis communem, nam hoc non spectat ad sub-
stantialia regulæ, sed ad accidentialia, quæ Papa potest permuta-
re, & indulgere, contra constitutionē ergo Carthusiēsium bene
pōt Papa dispensare. Sed non contra substantiam professionis.
Item contra regulam Minorū non dispensat, sed contra consti-
tutionem Prędicatorum potest dispensare, verbi gratia, ꝙ frater
prædicator possit succedere in hæreditate paterna, & de ea face-
re testamentum, quia mendicatio Prædicatorum non est ex re-

gula

BIU Cujas

a gula, [a] ſed ex conſtitutionibus, vt dicit Feder. de Senis. † Deinde
3 glo. ſumit arg. ꝙ ab omni voto & profeſſione, & ab omni iuramento auctoritas Papæ intelligitur excepta, quod eſt verum in his, ſuper quibus eſt poſſibilis diſpenſatio, vt ff. ad munici. l. fin. ſed ſi quis iurat aliquid facere, & Papa illud fieri prohibet, alia diſpenſatio nō eſt neceſſaria. ff. qui ſatisd. cog. l. pen. quia prohibitio Papæ dicitur vis maior, cui reſiſti non poteſt, & ſi connumeratur inter caſus fortuitos non leues, ſed maiores, & prēciſos qui in qualibet re excuſat, & qſque caſus præponderant culpæ, ut ff. ad l. Rhod. de iac. l. ſi vehenda, §. idem iuris, & ff. ꝙ met. cau. l. ſi cum exceptione, §. ꝙ ſi homo. vt ſi res erat aliàs peritura, vt ibi not. eſt aūt caſus fortuitus propriè loquendo fortuna, q̄ dn̄atur prouidentię humanæ, vt ff. de ac. emp. l. ſi hęres. vn̄ leuiores culpas exhaurit a prędominio. †
4 Deinde dicit gl. ꝙ ex diuerſitate habitus ſcādalum generatur, dicit enim Philoſophus, ꝙ diuerſitas morum nequaquam eſt amabilis. Dicit lex, ꝙ ex diſparitate naſcitur inuidia, & ſeminatur diſcordia inter fratres. ff. de legat. 2. l.
5 cum pater, §. cuictis. † Deinde gl. dicit, & conformitas hic attenditur. apparet in oculis vulgi, ſicut hoc anno fuit in ſimili, ꝙ omnes homines de anno 1400. in tota Lombardia, Tuſcia, & vſq; in Romam ex deuotione aſſumpſerunt quędam veſtimenta alba, tamen de ſubtus ibant induti prout prius, licet iſta diſſimilitudo ſit talis qualis, ſed non perfecta, de hoc tamen facio mentionem ad æternam rei memoriam, quia fuit quoddam miracu
6 lum. † Deinde gl. ſumit argu. ꝙ canonicus regularis poteſt eſſe canonicus in eccleſia ſęculari. verbi gratia, canonici Peruſini ſunt regulares canonici: Tuderti, ſunt ſęculares, poterit canonicus Peruſinus ad canonicatum Tudertinum accedere, & eſt ſimilitudo, quia monachus poteſt fieri epiſcopus in eccleſia ſęculari, ſcd̄m Ber. Sed collectarius recitat opinionem hic in ſuo opere. Nam Arch. dicit, ꝙ regularis omiſſa eccleſia regulari non poteſt tranſire ad eccleſiam ſęcularem, ꝙ videtur verius, quia res non recipit reſtitutionem, dum ſtatum mutat, vt ff. de minori. l. ſi ex cauſa, §. Papin. & die, vt j. de reg. cap. ſuper eo, de ſtatu mona. in ſumma, & in c. quod Dei timorem. ad hanc materiam facit, ꝙ not. Ioan. And. in c. 1. de elec. in Clem.

ADDITIO.

a Vinc. God. Regula. Adde, ꝙ imò fratres S. Dominici, prædicatores dicti, dicuntur mendicantes, Bald. in auth. excipitur, C. de bon. mat. & in auth. ſi qua mulier, col. 2. de ſacroſ. eccl. & in l. cum quæſtio, in fi. C. de leg. vide Card. in Clem. 1. 3. q. in prin. de regu. Poſſuntq; capere ex teſtamento vt vendant, non vt diu poſſideant, & ſunt capaces non ex regula, ſed ex priuilegio. Cardin. in Clem. eos, in fi. de reg. Alex. conſi. 88. lib. 2. Oldr. conſi. 227. Dec. conſi. 559. & Pariſ. conſi. 22. lib. 3.

SVMMARIVM.

Ludi theatrales in eccleſiis fieri non debent, in princ.
Repræſentationes quædam poſſunt in eccleſia fieri, ibid.
1 *Ludi alearum, uel taxillorum, an poſſint fieri extra eccleſiam, & an perditum in tali ludo debeat in foro legis, vel foro conſcientiæ reſtitui perdēti.*
Ludi cauſa promiſſione facta non agitur ex ea, §. in contrarium.
2 *Ludēdo qui dilapidat bona ſua, ꝑdigo ſimilis eſt, ut poſsit ei interdici bonis.*
Donatio magna eſt ſpecies prodigalitatis, & ideo requiritur inſinuatio, & etiam cum ea non valet ſi fit ob turpem cauſam, ver. adde.
3 *Teſtari an quis poſſit de turpibus quæſtibus, vt turpi lucro.*
Meretrici interdicēdū bonis, ne cōtrahere, et teſtari de eis poſsit, ver. vnde.
Priuatio non fit niſi per ſententiam, ver. ſed illud.
4 *Clericum ſi quis fingit ſe, cum non ſit, an poſsit puniri non ſolum à iudice ſæculari, ſed etiam ab epiſcopo.*
Pœna vna ubi non ſufficit imponuntur plures, ver. quia vbi.
5 *Quæſtores S. Antonii, q dicūt miſſā, cū nō ſint ſacerdotes, tenent crīe falſi.*
6 *Haſtiludiis qui præſunt, an ſint infames.*
7 *Ioculatores diſcurrētes ꝑ mūdū, sūt infames, nec eorū teſtimoniū eſt ualidū.*
Teſtificari poſſe eſt honor, qui non competit infamibus.

CAP. XII.

a **Cum decorem.** [a] In eccleſijs non debent fieri ludi theatrales, ne honeſtas inquinetur eccleſię. h. d. Repſentationes tn̄ fieri q̄dam pn̄t, per quas homines
1 ſimplices erudiuntur. h. d. † Quæro, vtrum ludi alearum, vel taxillorum poſſint fieri extra eccl̄iam, & nunquid perditum in tali ludo, qui vocatur ludus perditionis, debeat in foro legis, vel foro conſcientię reſtitui perdenti? & vr̄ ꝙ non, quia lege cauetur ꝙ minor iuuatur beneficio reſtitutionis in integrum. Et ſic de iure ſpeciali iuuatur benęficio ætatis, ergo ſecus in his, qui ſunt ætatis legitimæ, vt ff. de mino. l. ſi in emptione, §. 1. Item ex vi ſermonis iſte appellatur ludus perditionis. Item iſte eſt ludus fortunæ, q̄ in omni re dn̄atur. Item par potentia damni. Item quia ſic ſe hēt cōſuetudo gn̄alis. In contrarium vr̄ tex. in l. alearum vſus, niſi ſit ludus modicæ rei, & ad recreationē animi. Quidam di-
b ſtinguunt, aut quis eſt tractus ad ludum, [b] aut traxit alium, primo caſu repetit, ſecdo non. ſimilis diſtinctio. C. de ſer. fug. l. quicunq;, §. fin. Si aliqua promiſſio ſiue per inſtr̄m, vel, ſine facta eſſet ob ludum, non poſſet agi ex ea, quia ob cauſam minus probabilem facta foret, vt ff. de aleato. l. 1. §. ꝙ autē. Et adde ꝙ no. infrà, c. cle-
2 rici. & ff. de vſucap. pro emp. l. ſi quis cum ſciret. † Qui bona ſua ludendo dilapidat, ſimilis eſt prodigo, ut poſſit ei interdici bonis, vt ibi patet, quia intereſt reipublicæ, ne quis male vtatur ſubſtantia ſua. facit ff. ſolu. matr. l. ſi cum dotem, §. ſi autem diſſipet. C. de ſen. paſ. l. in quæſtione teſt. ff. ad Trebell. l. Imperator. Adde, ꝙ ſi in ſpecie, de qua agitur, apparet prodigalitas, non eſt neceſſaria alia interdictio iudicis. & ideo quia magna donatio eſt ſpecies prodigalitatis requiritur inſinuatio, & etiam cum inſinuatione non valet, ſi fit ob turpem cauſam, arg. ff. de act. & obl. l. fi.
3 & ff. de au. & argē. leg. l. Quintus Mutius. † Sed nunquid de turpibus quæſtibus, vt turpi lucro, poteſt qs teſtari, iſte caſus eſt in meretrice, & videtur ꝙ meretrix non poſſit teſtari, quia infamis. ff. de teſt. cum lege. ſed ibi loquitur de infame per ſnīam, aliàs bene poteſt facere teſtm̄. C. de inoffic. teſt. l. in arenam, C. de ſecun. nup. l. 1. ſecundo, quia turpia lucra ſunt ab hęredibus extorquenda. Sed certè antequā extorqueantur, bene hēt quis hęredem in turpibus lucris. ff. fa. ercīſ. l. his conſequenter, §. 1. tertio, quia meretrici eſt interdictum bonis. ff. de cura. furio. l. & teneri. ſed illud per ſententiam, quia in priuando quem de iure communi requritur ſnīa. quarto, quia notorium. ſed certè notorium requirit ſnīam, ſed non fert ſnīam. vnde ſi conſanguinei meretricis volunt, quod ipſa non poſſit contrahere, nec teſtari, faciant ſibi interdici bonis, ꝑ iudicem ſuum. Nam licet iſta prodigalitas non tendat ad ſubuerſionem patrimonij, tn̄ lex male præſumit de
4 ea. † Pone, ꝙ quis fingit ſe clericum, cum non ſit, an poſſit puniri non ſolum a iudice ſęculari, ſed ab ep̄o? dic ꝙ ſic. nam re vera laicus, & ſic punitur a poteſtate, inſpecta veritate, ſi quod delictum commiſit. Item adulterando habitum, facit iniuriam epiſcopo, ſic vterque punit, iuxta ſuam iuriſdictionem, quia vbi non ſuffi-
5 cit vna pœna, imponuntur plures. C. de ſpor. l. 2. & l. fi. C. arbitr. tu. l. fi. Et hoc facit contra quęſtores † ſancti Antonij, qui portant crucem, vt videantur de fratribus, & quod peius eſt, dn̄t miſſam, & non ſunt ſacerdotes, & iſti vltimi tenentur crimine falſi, vt ff.
6 de falſ. l. eos, §. qui ſc. Quæro, nunquid † illi, qui præſunt haſtiludijs, ſint infames? rn̄deo non, quia hoc eis p̄ſtatur ꝑ ſuperiorem pro diſcretione virtutis, vt ff. de infam. l. athletas, §. 1. poſt princ. Ioculatores autem diſcurrentes per mundum, infames ſunt, & eorum non ualet teſtimonium, quia poſſe teſtificari eſt honor, qui non competit infamibus, qm̄ debent eſſe in horrore, non in honore, vt l. 2. C. vbi ſen. uel clar. & ſi impetrarent aliquod beneficium eccleſiaſticum, poſſet eis opponi exceptio hiſtrionatus.

ADDITIONES.

a Decorem. Solet allegari hic tex. ꝙ conſuetudo contra honeſtatem non valet, vide Panor. arguentem in contrarium, in cap. dilecti, de arbi. & in c. nouit. de his, quæ fi. à præla. ſine conſen. capitu.

b Vinc. God. Ludum. Adde de ludo, quando ſit permiſſus, & quando non, Mari. Soci. conſi. 16. circa prædictam. ver. prædictis non obſtantib. cum ſeqq. lib. 1. Et an ludens teneatur ad mutuum ſibi factum in ludo. Barto. in l. ſi quis cum ſciret, ff. pro empt. & in l. ſi filio, §. 1. ff. qua. rer. act. non da. vide eundem Barto. qui diſtinguit, in l. is cui hæres, de verb. oblig. videlicet ſi mutuans ignoraret, l. verum, §. pen. ff. de min. & Aret. in conſ. 81.

SVMMARIVM.

Clericis eſt indicta caſtitas, & incontinentes puniuntur, in prin.
1 *Nati ex concubina clerici in minoribus conſtituti, ſunt ſpurii, nec legitimari valent per ſubſequens matrimonium.*
Matrimonium ſubſequens legitimat etiam ſpurios, ver. tamen Ioan.
2 *Matrim. clericatu depoſito ſi quis cōtrahit cum concubina, an filii inde nati efficiuntur legitimi.*
3 *Damnati vitio diffidentiæ non poſſunt teſtari, nec teſtificari.*
4 *Venia dat materiam delinquendi.*
Maleficia puniri intereſt reipublicæ, ver. item intereſt.
Pœna cognoſcitur ex qualitate criminis. §. in tex.
Pœna maior, vbi duplex culpa, ibid.
Simonia committitur, quando iudex accipit pecuniam, ne procedat contra delinquentes. §. ibi, pecunia.
5 *Coniugati grauius peccant in crimine carnis, quàm ſoluti.*

CAP. XIII.

Vt clericorum. Prima pars indicit clericis caſtitatē. ſecunda pœnam imponit. tertia aggrauat. quarta ponit prælatos negligentes, & corruptibiles. quinta punit clericos incontinentes. ſecunda ibi, ne verò. tertia ibi, ſi qs. quarta ibi, p̄lati. quinta ibi, q aūt. Caſus. Quia clerici diſſolutè uiuebant, a carnali vitio non abſtinentes, ſtatuit conciliū, prout ſequitur. In tex. ibi, Mores, & actus. i. interiores, & exterio-
1 res. † Ibi, Vniuerſi, ēt inferioris ordinis, ut infra titu. 1. & per hoc collige, ꝙ nati ex cōcubina clerici in minoribus conſtituti ſunt ſpurij, nec legitimari valent per ſubſequens mr̄imonium, quia mr̄imoniū non legitimat prohibitos, arg. ff. de ſta. ho. l. Paulus. & ita diſputando tenuit Richar. Malumb. tn̄ Io. And. in Mercurialibus, vr̄ tenere contrarium. nā tantus eſt fauor, & vigor matrimonij, ꝙ legitimat ſpurios, qui non ſunt inceſtuoſi. † Iſti autē
2 non ſunt inceſtuoſi, quorū pater non eſt in ſacris. ergo, ſi depoſito clericatu, contrahit matrimonium cū dicta concubina, filij efficiuntur legitimi, interueniente tn̄ inſtr̄ali fide & dote, quia iſtud mr̄imonium dēt eſſe ſolenne, ꝙ operatur præter naturā, ut Inſti. de nup. §. fin. Sed de iure canonico iſta ſolennitas inſtr̄i, & dotis, non eſt neceſſaria, quia in iſtis non conſiſtit ſubſtantia

BIU Cujas

3 mrimonij, sed in ꝓsensu, vt ſ. qui fil. sint leg. c. tāta. † In tex. ibi, in filios diffidentiæ. i. de quorū salute diffiditur, vt infra de excess. præla. c. clerici. Dicit Iac. de Bel. ꝙ dānati isto vitio quacunque pœna non pñt testari, nec testificari ad similitudinem damnato
4 rū de famoso crimine, de qbus dic, vt no. ff. de test. l. cū lege. † In tex. ibi, Incētiuū. i. prouocatiuū. & no. ꝙ venia dat materiam delinquendi. Item interest reipublicæ maleficia puniri, ff. de pub. l. licitatio, §. quod illicitè, & ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus, ff. depo. l. bona fides, de off. præsi. l. congruit, vt pœna unius sit mens multorum, vt l. 1. C. ad l. Iul. repe. quia vbi scelerati puniuntur, multorum salus & incolumitas procuratur, vt C. de ser. l. puinciarum. In tex. ibi, Comprehensi. s. per legitimas probationes, vel per torturam, si est casus, in quo dēt torqueri, ar. ff. de q̄st. l. marītus. In tex. ibi, Magis aut minus, no. ꝙ ſm q̄titatē aut qualitatem delicti pœna augeť, vel minuitur. Item no. hic, ꝙ pœna cognoscitur ex qualitate criminis, & eꝫ qualitas crīs cognoscit ex gñe pœnæ, vt ff. de pub. iud. l. 2. In tex. ibi, Suspensus, ab homine, vel à iure, vt quia notorium, vt no. 11. q. 3. c. siquis. No. ꝙ suspensi celebrantes fiunt irregulares. In textu ibi, Duplici culpa, nota quod vbi est duplex culpa, ibi est maior pœna. sic C. de seruis fugit. l. quicunque. & duplex culpa dicitur, vna fornicationis, alia contumaciæ, ff. de in litem iuran. l. 1. Illud constat, ꝙ hic per con
a tumaciam pœna aggrauatur. Ibi, Pecuniæ; no. ꝙ simonia [b] committitur, qñ iudex accipit pecuniam, ne procedat contra delinquentes, & punit iudex simili pœna cū delinquente, & sic facit li-
5 tem suam. † Ibi, Grauius puniañ, no. ꝙ coniugati grauius peccāt in crimine carnis, q̄ soluti. vnde clerici Græcorū, qui pñt hīe vxores, grauius peccāt tenendo concubinas, quàm clerici Romani, quia illi possunt prouidere sibi de vxoribus, isti non.

A D D I T I O.

a Vin. God. Simonia. Adde ꝙ simonia crimini læsæ maiestatis assimilatur. Rui. consil. 158. nu. 3. lib. 5.

S V M M A R I V M.

Clericus crapulosus, vel ebriosus monitus, & non desistens, ab officio, & beneficio suspenditur, in prin. & nu. 1.

1 *Ebrietas mentis inducit exilium, & libidinis incentiuum prouocat, & nisi clericus ab istis vitiis se abstineat, deponitur.*
Ebrii, & ebriosi differentia, ver. & no.
Ebrietatem plerique fingunt, & fatuitatem, vt maleficia declinent, ibid.

2 *Clericus remotus ab officio, & beneficio, an possit repetere expensas, quas fecit pro vtilitate ecclesiæ.*

3 *Delinquentes per ebrietatem mitius puniuntur.*
Studiosè aduerbium significat de libe rato animo, & cura, præmeditatione mentis, ver. nam verbum.
Studium quid, ibidem.

4 *Crapula dicitur excessus cibi.*
Ebrietas quæ dicatur.

5 *Aromata & confectiones non licet sumere extra modum.*

6 *Arbitriū datur iudici per alternatiuam inter pœnas, quam pœnam eligat.*
In obscuris declaratio pertinet ad iudicem, ver. & est ratio.
Obscuritatem generat alternatiua, ibid.
Pudicitiæ fræna dissoluunt crapula, et ebrietas, in prin. & aromata, & confectiones, num. 5.

CAP. XIIII.

A crapula. Clericus crapulosus. vel ebriosus monitus, non desistens, ab officio & beneficio suspen
dit. h. d. No. hic, quod crapula & ebrietas pudicitiæ fræna dissol-
1 uunt. † No. verbum quod ebrietas mentis inducit exilium, & libidinis incentiuū ꝓuocat, nisi clericus ab istis vitijs se abstineat, deponitur, & est argm̄, quod nō valet testimonium ebrij. Et no. dīam inter ebriū & ebriosum, nam ebrius dicit actu, ebriosus consuetudine inebriandi, & est probatio aliquantulū difficilis, vt no. Inn. in c. quod causam, de testi. & plerique ebrietatem fingunt, vt maleficia declinent, ff. de off. præsi. l. diuus. alij fingunt se fatuos, vt cōtrahentes secum eludant, vt ff. de cur. fur. l. obser-
2 uare. † Extra quęro, vtrum clericus remotus ab officio, & beneficio, possit repetere expensas, quas fecit pro vtilitate ecclesię? & dic quod sic, per l. notabi. ff. de contraria actio. tutelæ. l. à tutela
3 remotus. † Dicit tex. ꝙ delinquentes per ebrietatem [a] non dicū-
a tur delinquere studiosè, sed impetuosè, & ideo mitius puniuntur, vt ff. de pœ. l. respiciendum, §. delinquunt, vbi tex. singularis, & facit ad statuta, quę dicunt, si quis studiosè percusserit, am putetur ei manus, nam verbum, studiosè, significat deliberato animo, & cū præmeditatione mentis; studium enim dicitur vehemens applicatio animi, vt no. in l. 1. §. huius studij, ff. de iust. &
4 iure. † No. hic, ꝙ crapula dicit excessus cibi, & ebrietas dicitur excessus vini, vel ceruisiæ, quæ fit nimio potu aquæ puræ. Dic, quod ista potest dici crapula, sed non ebrietas, quia corrumpit stomachum, generat vomitum, & angustiam, & ideo in omni-
5 bus debet esse temperamentum. † Aromata etiam, & confectiones non licet sumere extra modum, quia luxuriam prouocāt, tamen quia pauci sunt, qui vtuntur istis confectionibus, non fuit necesse, ꝙ specialis mentio fieret de ipsis, sicut nec per con-
6 trarium de cępis, & allis. †† In tex. ibi, Ab officio, uel beneficio, no. ibi, alternatiuam inter pœnas. dicit gl. ꝙ per alternatiuam inter pœnas datur arbitrium iudici, quam pœnam eligat, quod est no. dignum, de hoc no. dixi, C. de ser. fugi. l. si seruus fugitiuus. & est ratio, quia alternatiua generat obscuritatem, & in obscuris declaratio pertinet ad iudicem, ff. de verb. obl. l. cōtinuus, §. cum ita, ibi dum dicit, in incertis, non certis est coniecturæ locus, & calamus iudicis supplet pro calamo legis, ut ff. de effra. & expila. l. expilatores, & ff. de testi. l. Scio.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Ebrietatem. Adde ꝙ nullum secretum est, ubi repugnat ebrietas. Pet. 26. c. 31. & Eccles. c. 31. Multos enim exterminauit vinum. & ibid. Vinum si in sobrietate bibas, eris sobrius. Vinum inquam in sobrietate creatum est, non in ebrietate, Luc. 21. Attendite autem vobis, ne grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate. Monet similiter Paul. ad Romanos 13. Non in comessationibus dicens, & ebrietatibus. Et ad Galat. 5. dicens, Ebrietates, comessationes, &c.

S V M M A R I V M.

Clerici non debent ludere ad taxillos, nec ludentes aspicere, in prin.

1 *Taxillorum ludus quare est prohibitus.*
Prohibita quædam sunt, quia illicita, & quæ, & quædam ex alia causa, ver. respondeo.
Ex alearum, & taxillorum ludo quæ mala nascantur, uer. sed quia.
Fortuna quid, §. est autem.
Casus aduersæ fortunæ non habet hominis consensum, & quare, ibid.

2 *Sortium iudicio electio committi non potest.*

3 *Ludentes si ponunt pecuniam super disco ludi, an uincens statim faciat pecuniam suam, & quid si pecuniam habet in sinu, & num. 4.*
Aspectu acquirit possessio, itē dominis, & usucapiēdi cōdictio, ver. aspectu.
Dominium uenit in comitatiua possessionis, & est filius ipsius, ibid.
Ad acquisitionem dominii non requiritur conscientia, sed sufficit actus à in re determinatus. §. sed contra.
Conscientia legis uincit conscientiam hominis, & conscientia sana niti debemus, non abusiua. §. item conscientia.

4 *Dominium an quæratur ex ludo taxillorum.*
Dominii species sunt ita, sicut species obligationis, ver. sicut enim.

5 *Vincens ad taxillos an teneatur restituere.*
Aliena largiri non debemus. §. ista.
Ludi qui habeant speciem virtutis, ibid. ver. quod verum.

6 *Vestes non debent esse nimis breues, nec nimis longæ.*

7 *Monachus factus episcopus non liberatur ex toto ab ordine monachali, & quæ facit sua, & relinquere possit.*
Abbas ad adeundā hæreditatē non potest à conuentu cōpelli, §. dico enim.
De voluntariis lex se non intromittit, ibid.

CAP. XV.

1 Clerici. Dicit, ꝙ clerici non debēt ludere ad taxillos, nec ludentes aspicere. † Sed hic quæro quare ludus [a]
a taxillorum est prohibitus? respondeo, quædam sunt prohibita, quia illicita sunt, sicut sunt illa, quæ iure diuino, vel iure gentiū phibita sunt, vt furtū, sacrilegiū, vsuræ, incestæ nuptiæ, & similia. Quædam aūt sunt illicita ex humana constōne, & si non esset humana constō, non essent prohibita, ut matrimonium inter consobrinos, & plura alia similia, q̄ legibus, vel statutis vulgarib. continenť, inter q̄ potest numerari ludus taxillorum & alearum. non. n. principaľr ꝓp se prohibetur, sed ꝓp accidēs. nam si quis tota die luderet, & nō perderet, nec vinceret, nec detestabile aliquod committeret, illud non esset magnū peccatum, sed ꝙa ludētes ad taxillos consueuerūt insanire, Deū blasphemare, pr̄imoniū suū dissipare, & post rerū amissionem vsq; ad furta & deteriora puenire, ideo ludus taxillorū ꝓhibeť: nā non sunt ludi, ex qb. crimina oriunť, vt in prima ꝓstōne Digestorū, circa fi. Non ob. l. vlt. in prin. C. cōia de leg. ꝙa ibi est casus, in quo fortuna habet iudicare. Est autē fortuna ſm Arist. natura sine ratione, quia nec pro, nec contra potest ratio assignari ab humano intellectu. plerunque enim non cadit in mentē hominis, & ideo casus aduersæ fortunæ in his, in quibus requiritur consensus, non comprehenditur, vt ff. de cōtrah. emp. l. fistulas, §. frumen-
2 ta. † Secundo quæro, canonici sunt diuisi in duas partes æquales, nec possunt in eundem concordare, vel prævalere, vtrum possint hoc committere iudicio sortium? & dicendum est, ꝙ non, quia hoc est contra formam capituli, quia ꝓp, de elec. in inferioriorib. ꝑlatis, & in electione Papæ multo fortius, ꝙa licet ibi non requirať forma communis, requiritur tñ forma singu-
3 la. c. licet de vitanda, de ele. s̄. † Tertio q̄ro, ludentes ponunt pecuniam sup disco ludi, vtrum vincens statim faciat pecuniam suam? & quid si pecuniam hēt in sinu? Sol. aspectu acq̄ritur possessio, si tenens consentit, vt ff. de sol. l. pecunia, ff. de acqui. poss. l. 1. §. si instr̄m. Itē dñij & vsucapien. cōdictio, ꝙa dñium venit in comitatiuam possessionis, & potest dici, ꝙ possessio est mater, & dñium est filius ipsius, vt ff. de acq. poss. l. 1. in princ. C. ꝓ quas pers. nob. acquir. l. 1. Sed cōtra sic opponitur, vincere in ludo est

contra

A D D I T I O.

a Vinc. God. Ludus. Adde primo ad materiam ludi, quid sit ludus, Mari. Soc. consil. 16. circa versi. est enim ludus, lib. 1. Et ludus est crimen, nam ludens præsumitur dilapidare bona sua. Dec. consi. 163. col. 7.

BIU Cujas

contra conſcientiam, ergo nihil acquirit quaſi cõtra mentem, quia conſcientia & mens idem ſunt. Et ſupra mentẽ nihil eſt, ni ſi rõ. nam rõ conſcīam vincit. Sol. ad acquiſitionem dñij non requirit conſcīa, ſed ſufficit ei actus determinatus a iure, vt ff. de iur. & fac. igno. l. regu. §. qui ignorauit. Item conſcīa legis vincit conſcīam hoīs, & ſi qs dicit ſe non hr̃e conſcīam læſam, cum debeat eam hr̃e, debet inſtrui in conſcientia recta, & cogi ad eī obſeruantiam. fatua. n. conſcientia, ſeu fatua opinio nõ excuſat, alioquin vnuſquiſq; negaret ſe hr̃e conſcientiam læſam, q̃ eſt abſurdum. vnde debemus firmare pedem ſuper conſcientia ſana, non ſup abuſiua, vt ſ. de iudic. c. nouit. † Sed adhuc opponitur, & videt, q̃ ex ludo taxillorum non quærat dñium, quia dominiũ non quærit ſine titulo vero, vel putatiuo. ff. de acq. poſſ. l. ſi quis vi. §. differentia. ſed ludus non affert titulũ, quia nec q̃ donato, nec pro derelicto, quia qui ludit, nõ habet animũ perdẽdi. ſed vincẽ. vt ff. de verb. obl. l. in executionib. §. fin. Item nec habet efficaciter titulũ pro ſuo, ergo deficit titulus: ſed ad hoc ſic rñdet, q̃ habet titulum, qui dr̃ ex varijs figuris cauſarum, ſicut enim ſpecies obligationis, ita & ſpecies dominij. † Nunqd ergo ille, qui vincit ad taxillos, tenetur reſtituere? Ber. dicit hic, q̃ ſic, ſi pecunia erat ludẽtis, ſecus ſi patris, aut domini. alij dñt, quod debet dari pauperib. tanq̃ illicitè acq̃ſitum. Iſtæ duæ opi. ſunt incõpatibiles & contrariæ, qa de alieno non dẽt fieri eleemoſina. nã q̃ debet Titio, non dẽt ſolui Seio, vt ff. de ſol. l. qui hominem. §. ſi nullo. alij dicunt, q̃ vincitur in ludo, pleno iure efficit vincentis, nec iudex pœnitentiæ debet mandare, q̃ reſtituat, q̃ verum eſt in ludo ingeniali, ſicut eſt ludus ſcachorum, vel in quolibet ludo, cui ineſt virtus animi vel corporis, ſed ludus taxillorum nullam habet ſpeciem virtutis, ſed eſt quædam diſſipatio, & vitium animæ, tamen conſuetudo permittit, & error mundi ius facit, ſm Io. An. adde, q̃ dixi ſ. eo. c. 2. † Deinde no. hic de veſtibus, q̃ non debent eſſe nimis breues, nec nimis longæ. Et per hoc inſtruunt Doctores, & ſcholares. nam Doctores appellantur ſacerdotes, vt l. 1. poſt princ. ff. de iuſt. & iur. † Vlterius no. quod monachus[a] factus epiſcopus non liberatur ex toto ab ordine monachali, tamen quia eſt emancipatus a ſuo abbate. videtur q̃ in vita ſua poſſit habere proprium, ſed non in morte, fructus igitur beneficij facit ſuos tanquam paterfamilias, ſed non poſſet eos relinquere conſanguineis, in c. 1. de pec. cleric. ſed in vita ſua poſſet eis indigentibus ſubuenire. & ſi hæreditas ei deferatur, poteſt adire, & dimittere aliis, qui ſuccedunt ab inteſtato. hoc no. Bar. in l. 2. ff. de condi. fur. Et adde, quod nota. 18. qõ. 1. ſtatutum, & de officio ord. c. quanto, & C. de bon. quæ lib. l. cum non ſolum, in prin. Dico enim, quod ſi Abbas non vult adire, cõuentus nõ poſſet eum compellere, immo nec aliquis ſuperior, vt ff. ad Trebellianum. l. quia poterat. quia de voluntariis non intromittit ſe lex, vt ff. eod. l. in commodato. §. ſicut, & C. mãda. l. in re mandata, & C. de neg. geſt. l. tutori.

ADDITIO.

a Vinc. God. Monachus. Adde nunquid monachus effectus, perdat nobilitatem, & dignitatem. Lud. Pont. in ſuis ſing. verſi. item monachus. Bal. in l. Deo nobis. de epiſ. & cle. glo. in c. 1. de purg. can.

SVMMARIVM.

1 *Clericus monitus tertio ſi non deſiſtat a negociationibus ipſo facto perdit priuilegium.*
Clericos non defendit eccleſia, qui non viuunt clericaliter. §. in textu. verſ. item nota.
2 *Clericus ſi non eſt monitus, an poſſit ſtatuta laicorum recipere pro ſe, & repellere quatenus faciunt contra ſe.*
Statuto, vel lege debet vti contra ſe, quo, quaue pro ſe qui vtitur. §. ſolu.
Clericus renunciare priuilegio ſuo quandoque poteſt ex conſcientia legis, & quo caſu §. non obſtat.
3 *In contractu puta donationis inter clericum donantem, & laicũ donatariũ vtrius fori ſolennitas obſeruanda, & nu. 4.*
Perſona patiens, non agens inſpicienda in obſeruatione legis & ſolẽnitatis, ſi ambo non ſint eiuſdem fori, §. in contrarium.
4 *Solennitas ab vtraque parte contrahentium ſi ex ſtatuto ſit obſeruanda, et diuerſi fori contrahentes ſint, quid iuris.*
5 *Clerici an comprehendantur ſtatuto cauente, debere ſolui duos denarios pro libra a venditore, vel quod nullus poſſit extrahere uictualia extra diſtrictum.*
6 *Monitio trina an habeat locum in monitione vicarii.*
7 *Grauans clericos in rebus clericorum, an committat ſacrilegium.*
Iniuria verbalis facta clerico dicitur negotium eccleſiaſticum.
Iniuria triplex eſt. §. triplex.
8 *Monitiones cum ſint tres, quare dicimus in numero ſingulari, iſta eſt canonica monitio.*
9 *Denunciatio an poſit fieri procuratori.*
Correctio morum non ſit per ſubſtitutum.
10 *Denunciatio an poſſit fieri die feriata in honorem Dei.*
Terminus capitur duobus modis, & quibus. § porro.
Finis expectandus eſt, vbi delictum, vel pœna delicti ſurgit ex tẽpore, ibid. verſi. quia.

CAP. XVI.

Ex literis. Clericus ab epiſcopo tertio monitus, a negociationibus non deſiſtens perdit circa bona priuilegium clericale, hoc dicit. Caſus. In terra Comitis Pontini erant quidam clerici, qui potius intendebant negocijs ſecularibus, quàm diuinis officiis. & dum priuilegium clericale faciebat pro ipſis, allegabant priuilegium clericale: dum autem ſtatuta laicorum faciebant pro eis, volebant vti ſtatutis illius terræ: vnde Comes fuit de hoc conqueſtus Papæ. Papa ſcribit epiſcopo illius terræ, quod moneat eos, quod a talibus negociationibus deſiſtant. Et ſi tertio moniti non deſiſtant, priuilegio clericali gaudere non debeant quo ad bona, vnde tenẽtur ſeruare ſtatuta, quæ de eorum facultatibus loquuntur,
1 † In textu ibi, ſi tertio moniti, no. quod quis ipſo facto perdit priuilegium, ſi tertio monitus non deſiſtat, nam tertia monitio
a eſt monitio canonica[a] ſecundum Ber. Item no. quod eccleſia non defendit clericos, qui non viuunt clericaliter, niſi diuinis officiis obſequantur, ſic C. de ſacroſanct. eccleſ. l. qui
2 ſub prætextu. † Quæro, quid ſi clericus non eſt monitus, vtrũ poſſit ſtatuta laicorum recipere pro ſe, & repellere, quatenus faciunt contra ſe? hic eſt argumentum, quod ſic, alioquin fruſtra fieret hic mentio de citatione, ſeu monitione, ad idem 10. diſtinc. ſi in adiutorium. In contrarium facit, quia ſcriptum eſt, patere legem, quam tu ipſe tuleris, vt ſup. de conſtitut. cum omnes. hæc enim eſt ſumma æquitas, argum. ff. de ſol. l. 1. & arg. C. de fru. & lit. expen. l. fin. Sol. in eodem negocio, vel negociatione debet vti eo ſtatuto contra ſe, quo vtitur pro ſe, argumen. C. de ſent. & interlo. omn. iudicum. l. cum Papinianus, & ff. de operis liber. l. ſi ita ſtipulatus, & ff. de manumiſ. l. Seius. Non obſt. quod clericus non poſſit renunciare ſuo priuilegio, quod verum eſt niſi renuncietur de conſcientia legis. vel dic, quod non eſt renũciatio, ſed legis ſtatutum. † Pone, ſtatuto cauetur, quod non valeat aliqua donatio, niſi inſinuetur. modo clericus donat laico,
3 vel e contra minorem ſummam quingẽtorum aureorum, quæ de iure communi non requirit inſinuationem, quæritur, quid iuris: nam iſtud ſtatutum reſpicit quandam ſolennitatem ab vtraque parte contrahentium ſeruandam. Porro vnus eorum eſt laicus, alter clericus, queritur, quod extremum inſpicere debeamus? & videtur quod extremum agens inſpiciamus, quia nobilius patiente. ff. de legat. 3. l. 1. §. ſed ſi filius. In contrarium videtur, quia inſpiciamus ſuſcipientem perſonam, vt ff. ad leg. Falci. cum dotem. dicit Philoſophus, quod actus actiuorũ ſunt, ideſt, ſubſiſtunt in communi ſuſceptiuo. ideſt in patiente & di
4 ſpoſito, ſecundo de anima. † Quæſtio fiat in hoc, vtrum ſit ligata manus donantis, an capacitas donatarii, an ſimpliciter ſeruãdus ſit fauor clericorum? ſol. ſi clericus ex lege municipali velit aliquod beneficium conſequi, puta paratæ executionis, tunc debet ſeruare ſtatutum. Si autem vult ſimpliciter vti iure communi, tunc neque actiuè, neq; paſſiuè compræhendit clericos.
b Adde, quod dixi ſupra, de foro compet. c. quod clericis. [b] † Ecce
5 fit ſtatutum, quod ſi quis vendit frumentum, ſoluat duos denarios pro libra. vel dictat ſtatutum, q̃ nullus poſſit extrahere vi-
c ctualia extra diſtrictum, nunquid comprehenduntur clerici? [c] reſpondeo ſic, ſi mercando hoc faciunt, alias ſecus. C. de epiſ. & cler. l. 2. & ibi per Cy. & hoc intellige quoad pœnas pecuniarias, ſed corporales non poſſunt eis infligi per ſtatuta laicorum, vt in cap. ſi qs ſuadente diabolo, per Inn. & vide quod no. Arch.
6 17. qõ. 4. quiſquis. † Quæro, nunquid illud, quod dicitur de trina monitione, habeat locum in monitione vicarii, ſicut in monitione epiſcopi? dicit Collectarius, quod non, quia hoc ſpectat ad correctionem, vel reformationem, niſi haberet ſpeciale
7 mandatum, vt in c. tuam, de offic. vic. † Quæro, nunquid ille, q̃ grauat laicum in reb. clericorum, committat ſacrilegium? dic quod ſic, vt no. 16. qõ. 1. generaliter, & 12. qõ. 2. de rebus. & c. eccleſia.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Canonica. Adde q̃ monitio importat præceptum, c. ignorantia, 38. diſt. vide Old. conſi. 80.
b Clericis. Aduerte, quia etiam Pan. hic in 1. notab. iſtum tex. & illum, quod clerici poſſunt ad eorum commodum vti ſtatutis, & conſuetudinibus laicorũ, ideo aduerte, quia Bald. non legit ibi, nec illum tex. de fo. compe. ideo dicit, q̃ ille tex. probat hoc modo, nam dicit ibi tex. quòd quidam ſacerdotes, & clerici fuerunt inculpati de certis criminibus, quæ teſtibus fide dignis poterant contra eos probari, iſti clerici ſolebant iuuare ſe quadam l. regni per quam diſponitur, quod inculpati de criminibus quæ contra eos legitimè probari poſſunt teſtibus fide dignis, reputantur inſontes, ſi ſe ſuper illis purgare valeant quoquo modo. mandat ibi Papa quod illa conſuetudo regni tanquam peſtifera, & omni iuri contraria extirpetur penitus a clero, nec clerici valeant ea vti, ergo a contrario ſenſu, ſi fuiſſet rationabilis potuiſſent cler. ea conſuetudine laicorum ad eorum commodum vti, ex quo erat mere priuilegiata.
c Vinc. God. Clerici. Adde ad hoc, q̃ clerici non ſunt immunes a gabellis & huiuſmodi oneribus pro rebus quas habent negociationis gratia, ſecus ſi habent eos vſus ſui cauſa. Rui. conſi. 112. nu. 6. lib. 5.

BIU Cujas

a clesia. 17.q.4. quisquis. & iniuria verbalis facta clerico, [a] dicitur negocium ecclesiasticum, vt in c. peruenit, de foro competen. Triplex autem est iniuria, scilicet verbalis, corporalis, & in rebus, & omnia ista pertinet ad episcopum, & etiam ad iudicem se
8 cularem, vt C. de episcopis & cler. l. si quis in hoc genus. † Extra q̃ro, quare dicimus in singulari numero, ista est canonica moni tio, cum sint tres monitiones? respondeo, quia sola vltima dicitur canonica, aliæ sunt præambulę. ff. de no. ope. nun. l. prætor, §. si quando, & ideo non sufficit vna monitio pro tribus, quia verbis edicti deseruite oportet, vt ff. de exerci. l. 1. §. si is qui nauem, & de formalibus nihil est prætermittendum, vt ff. de in in-
9 te. rest. l. diuus. † Sed nunquid ista denunciatio possit fieri procu ratori? dic q̃ non, ꝙa nec ad domũ, cũ fiat ad morum correctio nem. & correctio morũ nõ põt impleri p̃ substitutũ, vt C. de ca.
10 tollen. l. ne autem. † Sed nunquid possit fieri die feriata in hono rem Dei? respondeo, quod sic, quia non spectat ad iudicialem strepitum, vt ff. de noui ope. nũ. l. 1. §. nũciationibus. Porro cum terminus dicatur dupliciter, vno modo, id est assignatio dierũ. secundo modo, id est fluxus dierum. dico, quod istæ dilationes debent esse elapsæ, vt in c. commissa, de electio. libro 6. quia ubi delictum, vel pœna delicti surgit ex tempore, necesse est expecta re finem, vt no. Bar. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, ff. de verborum obligatio. & ff. si quis cau. l. si eum, §. hoc sisti. In fine huius titu. No. q̃ delictum clericorum punitur in proprijs re bus ipsorum, non in rebus ecclesiæ.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Clerico. Adde an clerici dicantur forenses, & an cõprehendantur in statuto loquente de non subiecto. Dec. consi. 275.

De cohabitatione clericorum, & mulierum. *Rubr.*

S V M M A R I V M.

1 *Cohabitatio clericorum, & mulierum, quare prohibeatur.*
Amoris feruore nihil uehementius, ver. quia dicit.
Mulieris & viri mutuus appetitus, & ratio.
2 *Mulieri si relinquitur victus, & vestitus, donec manserit cũ priuignis in do mo testatoris, modo priuigni sunt de tali cohabitatione suspecti, an ipsa possit ab eis recedere, & legatum consequi.*
Mulieris cohabitatio suspecta, separanda, & nu. 1.
3 *Mulieri an propter fragilitatem sexus competat beneficium restitutionis in integrum.*
Pupilli mori non dicuntur ab intestato, licet nullo condito testamento, uersic. nam ut ita.

1 VIa † mulier mollis & fragilis est natura, & appetit virum, sicut materia formam, magnes ferrum, & è cõtra uiri ardenter amant mulieres, quia dicit tex. q̃ nihil est feruore amoris vehemẽtius, iõ clericorum, & mulierũ cohabitatio ꝓhibetur, quia naturaliter est suspecta, & nititur in vetitũ semper damnata cupido. & ideò Deus voluit, q̃ mulier esset amicabilis, & flexibilis naturæ, vt magis cooperare tur generationi, vt C. qui po. in pi. ha. l. assiduis. Nam si esset aspe ra & inculta, non generaret, sicut terra arida non producit ex se fructum, quia sterilis est, ut l. si fundus, ff. de re. eorum. est facta ex costa uiri, quæ ex medio uirtutis eius, non quasi ex supremo uel infimo, & sicut per costas designatur costodia cordis, & sic clypeus aliqualiter retortus, ita se habet mulier respectu uiri, si custodit naturam suam. Est autem natura uirtus propagata de
1 cœlo. † Ecce q̃ si relinquitur mulieri [a] uictus, & uestitus, donec
a manserit cum priuignis in domo testatoris, modo priuigni sunt de tali cohabitatione suspecti, nunquid ipsa potest ab eis recede re, & legatum consequi? dicit Iaco. de Are. q̃ sic, in l. fin. ff. ubi pu. edu. de. Item si adulta, quæ est matrimonialis ætatis, uelit po tius habitare cũ matre q̃ cum curatore, hoc non solũ ei est per mittendum, sed etiam iudicis officio prouidendum, quia cohabitatio esset suspecta. debet enim in omnibus iudex prouidere, ne quis possit insidiari pudicitiæ, etiam si esset sponsus per uer-
3 ba de futuro, ut supra de rest. spo. c. ex parte. † Sed an ꝓ fragilita tem sexus competat mulieri bñficium restõnis in integrũ, sicut competit minori? rñ. non, ut C. de iur. & fac. igno. l. fi. lex dicit q̃ mulier facilius impetrat ueniam ætatis, q̃ masculus, quia citius fit pleni doli capax & sagax, quod idem est, C. de his qui ue. æta. impe. l. 2. unde uidemus, q̃ statim post 12. annum potest facere testm̃, & obligare se efficaciter per iurm̃, cum masculus nõ pos sit nisi post 14. annũ, etiã si sit rex, miles, uel tribunus, C. de test. mili. l. fi. & licèt pupillus contrahendo naturaliter obligetur, tñ ex eius testõ non oritur obligatio naturalis, ꝙa non est in eo in tegritas mentis, ut no. ff. de testa. l. 2. Nam, ut ita dixerim, lex facit eis testamentum, quod ipsis sufficit. hac ratione pupilli non dicuntur decedere ab inte. ut l. 1. in prin. de suis & leg. & l. si quis cum nullum, ff. de iurisdictio. omni. iudicum.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Cœlo. Adde, q̃ mulier particeps delicti fidem facit aduersus cle ricum, Rui. consi. 158. nu. 16. lib. 5.

S V M M A R I V M.

Mulierem suspectam retinere non debent sacerdotes etiam à canonibus anti quis permissam, in prin.
1 *Clausula, diabolico spiritu instigati, quæ in inquisitionibus ponitur, non mi nuit peccatum, sed significat dolum.*
Facti & maleficii differentia. §. quid ergo.
Maleficium an uerificetur etiam in culpa. ibid.

C A P. P R I M V M.

1 INhibendum. Sacerdotes fęminam, quam etiam canones antiqui permittunt, si est suspecta, retinere non debent, h. d. In tex. ibi, † Instigante diabolo, no. illud, quod ponitur in inquisitionibus, Diabolico spiritu instigati, quæ instigatio non minuit peccatum, sed significat dolum. Quid ergo si apparet, q̃ non fuit dolus, sed culpa, nunquid sit probata inquisitio? & videtur q̃ non: quia, aliud est factum aliud maleficium, licèt grosso modo loquendo factum, & maleficium idem sint, tamen reuera factũ consistit in opere, maleficium in mente, & qualitate eius. ergo non est probatum sic factum, sed factum simpliciter, quod etiã per ignorantiam & furorem fieri potest, vt ff. de arbi. l. 1. in fi. In q̃rium facit, quia maleficium est genus, sed genus verificatur in qualibet eius specie, ergo verificatur, & punitur etiam culpa, ar. ff. de arbi. l. Celsus, §. idemq; ait. Sol. in atrocioribus si se obligat ad pœnam talionis expresse, vel tacitè, vera est opin. secũda, quia inquisitor non videtur se astringere ad aliquam qualitatem.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus excommunicatur, si tertio monitus à suspectæ mulieris consortio, & colloquio non desistat.*
Ex colloquio præsumitur tractatus. §. nota.
2 *Sacerdos non solum dicitur presbyter, sed etiam diaconus, & subdiaconus.*
Sacerdotẽ si quis se nominauerit in impetratione beneficii, non tamen est sa cerdos, sed diaconus, uel subdiaconus, an ualeat impetratio, uer. nunquid.

C A P. II.

1 Si quisquam. Excommunicatur† clericus tertio mo nitus, si à su spectæ mulieris consortio, & colloquio non desistat. h. d. No. ex colloquio præsumi tractatum, & hoc est bene no. de quo per Bar. in l. si ventri, §. fi. ff. de pri
2 uile. credit. † No. hic, q̃ sacerdos dicitur non solum presbyter, sed etiam diaconus, & subdiaconus. Sed nunquid hoc est uerũ, si quis impetrat bñficium, dicens se sacerdotem? respondeo si non refert, in quo ordine sit, valet impetratio, aliàs non, quia ad communem verborum disciplinam, & intellectum recurrendum est, vt no. Cy. in l. fi. C. de compen.

S V M M A R I V M.

1 *Clericos ad abiurãdã cõcubinã prælatus cogere non dẽt, sed excõmunicare.*
Periurium vbi est uerisimile, non debet exigi iuramentum. §. nota.

C A P. III.

1 Clericos. Non debet † prælatus cogere clericum, ut cõcubinam abiuret, & si non dimittat, excõicatur. h. d. No. q̃ vbi est verisimile de periurio, nõ dẽt exigi iurm̃, sed aliud remedium adhibendum. concor. C. de ind. uid. tol. l. 2.

S V M M A R I V M.

Clerici si moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur à beneficiis, & si se adhuc non corrigunt, deponuntur, in prin.
1 *Dictio, usque, quando ponatur exclusiuè, & quando inclusiuè.*
Suspensio valet ad tempus incertum, ver. ibi, ad satisfa.
2 *Iudex quid debeat arbitrari.*
Satisfactio Deo, & homini quando, & quomodo indicenda, uer. respondeo.
3 *Officium, & beneficium an quis statim, quod satisfecerit, recuperet.*
Prohibitum quod est ad tempus, videtur post tempus permissum, ver. solu.
4 *Suspensus ad tempus, an perdat ius suum.*
5 *Suspensus an postquam recuperat pristinum statum recuperet fructus, qui medio tempore colliguntur.*
Fructus diuersi sunt generis, uer. considera.
6 *Suspensi beneficia an possint alteri conferri.*
Suspensus infirmo, excommunicatus mortuo æquiparantur.
Beneficia uiuentis alteri conferri non possunt ex eius crimine, nisi per sententiam sit priuatus, & ante vacare non dicuntur. §. & nota.
7 *Fructus pendentes tempore, quo suspensus, uel excommunicatus absoluitur, ad quem pertinent.*
Possidet quis gratia sua tantum, uel aliena, uel sua, & aliena, uer. ubi, cum §. seq. & cui detur interdictum. ibi, uer. & si isti.
8 *Carceratus si quis sit ꝓ debito statim q̃ soluit debitum, si inuenit ostium car ceris apertum, potest sua libertate & propria author. exire de carcerib.*
Inobedientiæ maius delictum, quàm fornicationis, versi. item collige.
Monitio factum præcedens, uel eius perseuerantia aggrauat delictum, ver. item quod.
9 *Suspensus à beneficio an debeat electionib. interesse, uel cum aliis sedere.*
10 *Pœna iudicis, an sit grauior, quam pœna iuris.*

Cum

BIU Cujas

cum lege quando agatur durius, quam cum ministro legis, & econtra, uersic. tu dic.

Suspensus a canone si celebrat, non fit irregularis, uer. subdit.

1 *Excommunicatus siue a iudice, siue a canone, fiunt irregulares ratione contemptus, si celebrant in suis ordinibus.*

12 *Tempus ad satisfaciendum reo quantum debet dari.*

13 *Condemnatus si non soluerit condemnationem, puniri debet alia grauiori pœna, & non apponitur tempus, monitio necessaria.*

CAP. IIII.

Sicut. Si clerici moniti concubinas non dimittunt suspenduntur a beneficiis, & si se adhuc non corrigunt, deponũtur. h.d. In tex. ibi, fornicarias, lex ciuilis vocat focarias. Ibi studiose. i. solicite. Ibi, Vlterius, simile in l. 2. ff. de his, qui sunt sui
1 vel al. iu. † Ibi, Vsque. ista dictio includit extremum ad quod, tũ ex ui uocis, tum ex ui rationis, sed qñ ratio non patitur, ꝙ ponatur inclusiua, uel rei natura non patitur, tũc ponitur exclusiue, vt no. Cy. C. de nup. l. a caligato. Ibi, Ad satisfactionem, no. ꝙ ualet suspensio ad tps incertum. Ibi, Congruam arbitrio boni viri, arg. ff. pro so. l. societatem, in fi. & ff. de sta. lib. l. statulib. rationẽ.
2 † Quęro, quid debeat iudex arbitrari? rñdeo, vt sit congrua satisfactio, si dimiserit peccatum & pœnitentiam egerit coram Deo, ꝺ quem peccauerat, & si peccasset ꝺ proximum, oportet, ꝙ ei satisfaciat ſm Inn. quia si offendit Deum & proximum, ita debet satisfacere vtriq;. Deo autem satisfit per correctionem spiritualem, proximo autem per satisfactionem. Et uide, quod notat, ff.
3 de infa. l. furt. §. pactus. † Quæro an statim, ꝙ satisfecit recuperet officium, & beneficium? dic ꝙ sic, quia pœna tempore limitata, suis est contenta finib. ff. de postu. l. Imperator. Contra hoc opponitur. nam qui per iudicem ligatur, per iudicem absolui debet, ff. de reg. iu. l. nihil tam naturale. ff. de sol. l. prout quisquam. ff. de serui. ru. prædio. l. tria prædia. Solu. a iudice procedit hoc, quia qđ prohibet ad tempus, videtur permittere post tempus. nam arg. a contrario sensũ sumitur ex tempore, ff. de le. 2. l. statu liberum. §. statum. item opponitur, ꝙ tempus non est modus tollẽdæ vel inducendæ obligationis. ff. de act. & obl. l. obligationum fere. §.
4 pen. Sol. tempus non facit hoc, sed authoritas iudicis. † Tertio, quæro, vtrum suspensus ad tps, perdat ius suum? rñ. non perdit ius bñficij, sed bñ perdit commoditatem fructuum interim, vt
5 s. de ap. c. pastoralis, in fi. ſm Inn. † Quarto quæro, nũquid postq̃ recuperat pristinũ statũ, recuperet fructus, q̃ medio tẽpore colliguntur. rñ. non, sed in vtilitatem ecclesiæ conuertũtur ſm Inn.
a Sed vr, ꝙ imo fructus recuperet, qa iste suspensus [a] nõ amisit possessionem beneficij, quia nec habuit animum amittendi, nec ptor abstulit, vt ff. de acqu. possess. l. qui vniuersas. §. idem. sol. ista duo stant simul, quod quis ista possideat, & tñ non lucretur fructus, Inn. & est ratio, quia interim possidet nomine ecclesiæ potius, q̃ suo. considera ꝙ fructuum qdã sunt ciuiles, q̃ percipiunt ex
ꝯsuetudine, vel statuto, vt fructus tribunalis, vel sigilli. qdã conuentionales, vt pẽsiones, qdã naturales, quos natura sua sponte producit, vt poma, quidam industriales, q̃ seruntur, vt fruges, & in omnibus istis est verum dictum Inn. vt C. de hæreticis, auth.
6 idem de Nestorianis. † Vlterius quæro, vtrũ beneficia istius possint alteri conferri? respondeo non, quia non vacant, donec per sententiam sit remotus, ſm Inn. Et no. ꝙ suspensus æquiparatur infirmo, sed excõicatus æquiparatur mortuo, & tñ, donec sit priuatus irreparabiliter per sententiam hominis aliàs canonis, beneficia sua alteri conferri non possunt, quia non vacãt. vacatura .n. conferri non possunt, ẽt si quis sit irregularis, vel homicida,
7 vt infra eo. ti. c. fi. per Inno. Quid † de fructibus pendentibus [b] tpe
b quo suspensus, vel excommunicatus absoluitur? respõdeo, pertinent ad ipsum absolutũ, sicut pertinerent, si esset de nouo promotus. non ob. l. diuortio. ff. solu. mat. vbi pro rata tpis fit distributio, quia maritus possidet gratia sua & aliena. ¦sua gratia, videlicet, dũ durat matrimoniũ, & hoc ꝓp onera matrimonii. Aliena autem post diuortium, vt C. so. mat. l. dotis, & ideo fit diuisio temporis, sic ff. de stipula. ser. l. seruus cõmunis Mæuii & castrensis peculii, §. vlt. Sunt enim, qui possident gratia sua tantum, vt vsufructuarius, de quo dic, vt ff de vsufr. l. defuncta. Sunt & alii, qui possident gratia sua tantum, & isti possident apparenter, sed non existenter, quia possessio iuris non est penes eos, vt sunt coloni, & inquilini, vt C. de præscr. tri. an. male agitur. Et si isti expellantur, non datur eis iudicium possessorium, sed detentatorium, vt l. j. C. si per vim vel alio modo. ff. de dona. l. Aquilius Regulus. tamen colonus, qui nummis colit, facit fructus suos si soluit pensionem, vel fide habita de soluendo post fructuum perceptionem, vt ff. de vsufr. l. si seruus cõis. §. locaui. & si fructus pendentes furtiuè subtraherentur, non datur ei actio, sed dño, vt ff. lo. cum in plures. §. messem. quam actionem dñs tenetur cedere colono, vel intentare ad eius vtilitatem, & iste est vnus casus, in
